ANTHOLOGIA GRAECA

TOM. XI.

---

COMMENTARIUS

VOLUMINIS TERTII PARS PRIMA.

# ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. XI.

---

# COMMENTARIUS.

VOLUMINIS TERTII PARS PRIMA.

DEPARTMENTAL LIBRARY
Cl. S

FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

# EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS TERTII
PARS PRIMA.

111536
22/5/11

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO DYCKIO
MDCCCII.

PA
3458
A2
1794a
t. 11-12

# ORPHEI
## DE TERRAE MOTIBUS.

¶. 1.] „Poëma de terrae motuum ſignificationibus in „pleriſque Codicibus Hermeti Triſmegiſto „tribuitur; at Orpheo potius adſcribendum eſſe mon„ſtrat Fabricius Biblioth. Gr. T. I. p. 115. a quo diſ„ſenſit nuperus Orphicorum editor. Antiquorum li„brorum ope deſtitutus quaedam in hoc carmine emen„davi, quae ſi eruditi non probaverint, meliora forte „aliquando dabo. Nam quaecunque in haec analecta „ex editis libris retuli, decretum mihi eſt omnia ad „Mſſ. codices exigere, unde ſinceriora iterum et ube„riora prodire poterunt.“ *Br.* Extat hoc carmen in Append. Anthol. Planud. p. 494. St. *4. Wech. cum titulo: Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου περὶ σεισμῶν. ἐν ἄλλῳ Ὀρφέως. Orpheo tribuitur in quibusdam codd. Vide Catalog. Bibl. Lugd. Bat. p. 400. nr. 15. *Bandini* Catal. Bibl. Medic. II. p. 119. Sub Orphei nomine prodiit Pariſiis ap. Morellum 1586. 4. cum verſ. metrica Antonii Baiſii. Repetitum ex Apographo Bibliothecae Laurentiano-Medicaeae, quod *Eſchenbachio* miſerat *Antonius Magliabechius*, ſub titulo: Ὀρφέως περὶ σεισμῶν. *Orphei de Terrae motibus Catalecton* – edidit C. C. F. 1691. 4. Siglas in titulo C. C. F. *Schlaegerus*, cujus exemplari utor, ſic interpretabatur: *Chriſtophorus Conradus Falknerus*; ſed *Schoderum* libelli editorem eſſe dixit *Willius* in Nürnberg. Gelehrten-Lexicon Vol. I. p. 360. Vide *Harleſium* ad Fabr. B. Gr. T. I. p. 159.

Sub Triſmegiſti nomine Miſcellaneis Graecorum carminibus hoc carmen inſeruit *Maittaire*. Londin. 1722. 4. — Quod ad argumentum ejus attinet, nititur opinione, terrae motibus varia portendi ſecundum anni et diei, quo fiunt, tempora. Sequitur itaque poëta Solem per zodiaci ſigna euntem, quo totum carmen in duodecim partes dividitur, in quarum quaque primum, quid nocturnus, deinde, quid diurnus motus portendat, docet. — V. 1. φίλον τέκος Cod. Medic. metro reclamante. — V. 2. κινήσει. Idem. — V. 3. ὅττι omnes, quos vidi, ſenſu perturbato. Verba enim ſic jungenda: φράζεο, ὅ τι βροτοῖς φράζει Κυανοχαίτης, ὁππότε γαῖαν κινήσῃ ἄν. — Mox Medic. ἐπί τ' ἀτυχίῃ κακότητα φράζει. — V. 4. In marg. Ἥλιος ἐν κριῷ. in Medic. additum μὴν Ἀπρίλλιος. Ibidem ὁππότ' ἂν et ἰσημερινήν. — V. 5. κριὸν δέ. Steph. Wech. Medic. διεκτρέχει ἔνθ' ἄρα τῷγε Medic. ſine ſenſu. — V. 6. νυκτερίῃ γ. ἀμφισελίζῃ. Med. — V. 7. ἀλαπαδνὴ omnes; quod vitium bene emendavit *Brunckius*. Signum hoc eſt, urbem aliquam ex inſignioribus defecturam. — V. 8. φρ. τόδε Med. — V. 10. πημοσύναις τε ὕβρεις. Med. — V. 11. Ἥλιος ἐν ταύρῳ. Μηνὶ Μαΐῳ. marg. Med. — ἐφορμήσῃ. Med. ſoloece. — V. 14. ἔσσεται· ἡμερινὸς δὲ φ. π. μέγα ἔργον Ἐρχομένου, τοῖς κρέσσοσιν ἀλλὰ φυλάσσου. Medic. In his melior lectio videtur latere, quam corrupit omiſſum verbum ἔσσεται. Sribendum nimirum:

εἰρήνη τεθαλυῖα
ἔσσεται· ἡμερινὸς δὲ φέρει πολέμου μεγάλοιο
ἔργον ἐπερχομένου τοῖς κρείσσοσιν· ἀλλὰ φυλάσσου.

— V. 16. Ἥλιος ἐν Διδύμοις. μηνὶ Ἰουνίῳ. marg. — V. 18. mutilus verſus in antiq. edd. ſic exhibetur: Δυσμενέες βροτοὶ ἐγχειρίχειρες. quem *Huetius* ſic explevit, ut βροτέοι κακοπράγμονες legat. Cod. Med. h. v. penitus omittit. — ¶. 2.] V. 19. ὑπ' ἄλγεα et ἡμετέρην. Vulgo. Cod. Med. corruptiſſime: ἡμέρην παλὰ σωσὴν ὑπάλγεα. Fortaſſe vi-

tium latet in verbo. — V. 21. ἔσσοντ' – διὰ μήνιας ἐ. Medic. quod fortaſſe non ſpernendum. Verbum διομηνίω an aliam, praeter hunc locum, auctoritatem habeat, ignoro equidem. — Senſus eſt: Reges et duces deorum ira honore privabuntur. Minus recte Grotius: *ſine nomine reges Ignavique duces ſuperûm mittentur ab ira.* — V. 22. Ἥλιος ἐν καρκίνῳ. μηνὶ Ἰουλίῳ. marg. — μοῖρα eſt pars zodiaci, aſtro cuidam aſſignata. In Med. ἠοῖ ϱην τε κ. — V. 23. τότε δή. Vulgo et in Medic. *Brunckii* emendationi patrocinatur v. 51. ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο χειμεριναί. Ut in hoc loco plurali numero poëta utitur, ſic v. 23. etiam, praeeunte Mediceo, θεριναὶ τροπαὶ legendum videtur. — V. 24. ἡ κίνησις τοῦτο φέρει. Medic. — V. 26. ἀπόστασιν. Omnes. — αὐτοῖς opponitur τοῖς οἴκοις, quod latet in οἰλεσίοικον, habitatores domibus. Hunc pronominis uſum illuſtravit *Caſaub.* ad Theophr. Char. c. 11. *Abreſch.* in Lectt. Ariſtaen. p. 207. ſq. et alii. — V. 27. Ἥλιος ἐν λέοντι. μηνὶ Αὐγούστῳ. marg. — μοῖρ' ἰόντος. Medic. — V. 30. ἔξουσιν. Medic. Notandum καὶ ταῦτα pro ταὐτὰ, *haec eadem.* — V. 31. Ἡλ. ἐν παρθένῳ. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ. marg. — ἠελίοιο. Med. — V. 32. λιμὸς vulgo; cujus lectionis vitium ſeq. verſus demonſtrat, ubi iterum fames ex frugum inopia commemoratur. Veram lectionem λοιμὸς, quam *Br.* conjectura aſſecutus eſt, ſervavit Cod. Medic. qui v. 33. καρπὸν exhibet. — V. 34. Ἡλ. ἐν ζυγῷ. μηνὶ Ὀκτωβρίῳ. marg. Εἰ δ' ἂν ἐπὶ φθινόπωρον ἰσημερινὴν ἀ. Vulgo et in Medic. Paulo violentior *Brunckii* correctio, nec neceſſaria, modo corrigas:

ἐπὶ φθινόπωρον ἰσημερίην τ' ἀφίκηται.

quod dictum ad figuram apud poëtas crebro obviam, pro ἰσημερίην φθινοπώρου. — V. 35. χηλὰς δ. Medic. — νυκτερινὸς, Neptunus ſcil. Cf. v. 6. 46. — V. 36. φθορὰν ἐξαναφάντων. Med. Ibid. v. 37. χαλεπὸν τ. φράζον, et v. 38. πολλὴν δ' αὐτὸν κ. γαῖαν κλύψει. — V. 39. Ἡλ. ἐν σκορπίῳ. μηνὶ Νοεμβρίῳ. marg. — V. 42. τότε δὴ τότε. In

hac repetitione magnam quaeſiverunt emphaſin. *Eurip.* Oreſt. 1483. τότε δὴ τότε διαπρεπεῖς Ἐγένοντο Φρύγες. *Lucian.* T. IV. p. 211. τότε δὴ τότε ἀπηκρίβωται. Conf. *Schütz.* V. Cl. ad *Hoogeveen* de Partic. p. 202. — V. 44. Hunc verſ. omittit Medic. fortaſſe recte. Eum adſcriptum fuiſſe puta verſui 40. ſive 41. Fortaſſe etiam in v. 41. duplex fuit lectio: altera, quae nunc habetur; altera haec: Ζηνὸς μεγάλου διὰ βουλάς. — V. 45. Ἥλ. ἐν τοξότῃ. Δεκέμβριος margo. — τοῦ τόξου. Med. Idem v. 46. κινήσει. — V. 47. ἔμμεναι omnes. — ¶. 3.] V. 48. πολίων βασιλεῖ εἶ. — V. 49. ἄλλην et φεύγοντα. Med. — V. 50. Ἥλ. ἐν αἰγοκέρωτι. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ. marg. — εἰ δέ κεν αἰγ. Vulgo et Med. Scribe: εἰ δέ κ' ἐν αἰγ. — V. 52. εὔνυχος. Med. — V. 53. Recepta erat ap. veteres ſententia, terrae motum ventis in terra latentibus exitumque quaerentibus effici. *Ariſtotel.* in Meteorol. II. p. 782. C. δεῖ γὰρ νοεῖν, ὅτι, ὥσπερ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν καὶ τρόμων καὶ σφυγμῶν αἴτιόν ἐστιν ἡ τοῦ πνεύματος ἐναπολαμβανομένου δύναμις, οὕτω καὶ ἐν τῇ γῇ τὸ πνεῦμα παραπλήσια ποιεῖν, καὶ τὸν μὲν τῶν σεισμῶν οἷον τρόμον εἶναι, τὸν δ' οἷον σφυγμόν. *Seneca* Qu. Natur. VI. 12. *Spiritus intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita et ſub mari; deinde cum eſt obſtructus ille trames, per quem deſcenderat, reditum autem illi a tergo reſiſtens aqua abstulit, huc et illuc fertur et ſibi ipſe occurrens terram labefactat.* Sed haec uberius explicata dedit *Schneiderus* V. Cl. in Not. ad Eclog. Phyſic. T. II. p. 108. ſqq. — V. 54. πόλεμον δακρυτόν τε Med. unde fere ſuſpiceris fuiſſe: πολ. πολυδάκρυτόν τε γενέσθαι. — V. 56. Ἥλ. ἐν ὑδροχόῳ. μηνὶ Φεβρουαρίῳ. marg. εἰ δέ κεν ὑδροχόῳ διανείσσεται ἥ. Vulgo. Ὑδροχόῳ δ' εὖτ' ἂν διανείσσεται. Medic. Etiam hoc loco violentior Brunckii medicina. Vitium haerere videtur in διανείσσεται. Suſpicabar:

εἰ δέ κ' ἐν ὑδροχόῳ δινεύσῃ ἠελίοιο
φέγγος, νυκτερίῃ δ' ἑλελιχθῇ —

Conf. v. 34. 35. δινεύειν, ſignificatione neutra, idem quod στρωφᾶσθαι, quo vocabulo in hac re utitur noſter v. 16. 46. 60. — V. 57. νυκτερινῇ. Medic. — V. 61. Ἠλ. ἐν ἰχθῦσι. μηνὶ Μαρτίῳ. marg. τῶν ἰχθύων. Med. — V. 62. ὄνησις προγένοιτο ex Medic. praeferendum. Nam in multis compoſitis vi fere caret praepoſitio πρό. Vide *Fiſcher.* ad Velleri Gramm. III. 2. p. 133. In eodem cod. θεῇ διὰ νύκτα habetur, omiſſis verbis τότ' ἔσται. — V. 63. π. μὲν πολίεσσι διάστασις. Medic. quod fortaſſe praeferendum. Nec tamen περίστασις temere repudiandum. *Heſych.* περίστασις. θλίψις. ἀνάγκη. μέριμνα. Fuſe hoc vocabulum explicavit *Gatacker.* ad M. Anton. IX. 13. p. 271. — εἰ δέ κεν ἠῶ. et ἠὼ vulgo et in Med. — V. 64. γαίης κινηθῇ π. Medic. recte. Cf. v. 28. — V. 65. εἰῶν. Vulgo. ἐόντων. Medic. — V. 66. φθορά. Medic.

## THEONIS ALEXANDRINI
### CARMINA.

Vide Animadverſſ. Tom. II. P. III. p. 196. ſqq.

## SECUNDI EPIGRAMMATA.

---

¶. 5.] *I.* Planud. p. 333. St. 472. W. Opus caelatum deſcribitur, quod Cupidines arma deorum humeris geſtantes repraeſentabat. Expreſſum carmen ex *Philipp.* Ep. LVII. Utrumque reſpexit Auctor Carm. VIII. in Priapejis, ubi deorum arma recenſita leguntur, quod animadvertit *I. B. Pius* Annotatt. Poſter. c. CLIV. et *Burmann.* Anth. Lat. T. II. p. 486. Amorem exuvias leonis et fulmen gerentem exhibet gemma ap. *Begerum* in Theſ. Brand. p. 183. — V. 2. „νήπι' ἀγαλλόμενοι. νήπια „pro νηπίως. Male vulgo legitur ἀγαλλόμενα." *Br.* Emen-

dationis veritas apparet ex *Philippi* Ep. l. c. Ἔρωτες — ἀθανάτων σκῦλα φρυασσόμενοι. — V. 5. ἁλίου. θαλαττίου. ἅλιον. θαλάσσιον. *Heſych.* Hoc loco ipſum Neptunum ſignificat. — V. 7. τί πλέον. Quid praeſidii mortalibus ſupereſt, ſive, quomodo mortales Cupidini reſiſtent, cum hic vel ipſum Olympum expugnaverit, deorumque arma ſpoliaverit Venus?

*II.* Vat. Cod. p. 406. εἰς ὄνον ἐν ἅλωνι ἀναγκαζόμενον μετὰ ἵππων συμπατεῖν τοὺς ἀστάχυας. Planud. p. 47. St. 68. W. Aſinus novum ſibi laborem praeter caetera impoſitum conqueritur. — V. 1. ὀγκιστήν. Vat. Cod. Verbum ὀγκᾶσθαι de aſinis proprium, quamvis refragatur *Thom. Mag.* p. 173. ut *oncare* ap. Latinos. Vide *Geſnerum* in H. An. T. I. p. 14. et *Gatack.* Adverſ. Poſth. II. p. 420. — ἐν ἵπποις ἀλωειναῖς, *equis triturantibus.* Femininum genus poëta ut elegantius praetulit. — V. 2. δρόμῳ. Vat. Cod. γυρὸς δρόμος. *Aream* enim *eſſe oportet potiſſimum rotundam;* verba ſunt *Varron.* R. R. I. 51. *Seneca* Qu. Nat. I. 2. *quia fere terendis frugibus loca deſtinata ſunt rotunda.* *Aelian.* N. A. IV. 25. ὅταν ἀλοητὸς ᾖ καὶ στρέφωνται περὶ τὸν δῖνον οἱ βόες. Propter rotundam formam τὴν ἅλω Teleſilla prima δῖνον vocavit, ſecundum *Athen.* L. XI. p. 467. F. Vide inprimis *Ruhnken.* Ep. crit. p. 179. — V. 3. ἄχθος ἀνάγκης μύλοιο. onus a neceſſitate impoſitum molae circumagendae. Veterum loca, ubi aſini huic negotio adhibiti commemorantur, collegit *Burmann.* in Anth. Lat. T. I. p. 627. et T. II. p. 371. ſq. Adde *Bochartum* in Hieroz. L. II. p. 188. — σπειρηδόν. id quod στρεφόμενος, *curſu flexuoſo.* — σκοτόεις. *Lucian.* in Aſin. §. 42. T. VI. p. 181. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὀθόνην τοῖς ὄμμασιν ἐπιπετάσαντες ὑποζευγνύουσί με τῇ κώπῃ τῆς μύλης, εἶτα ἤλαυνον. unde *Appulej.* Metam. L. IX. *die ſequenti molae, quae maxima videbatur, matutinus adſtituor, et illico velata facie propellor ad incurva ſpatia flexuoſi canalis.* — V. 5. Vulgo poſt ἐρίζομεν interro-

gandi ſignum ponitur; perperam. — Mox vulgo legitur: ἡ δ' ἔτι λοιπὸν ἦν. quod ex Cod. Vat. emendatum. Arationi, quamvis raro, adhibitos tamen eſſe aſinos docet *Plinius* H. N. VII. 68. p. 469. et *Varro* de R. R. II. 6. *Plerique deducuntur ad molas – aut etiam ad arandum, ubi levis eſt terra, ut in Campania.* Plura in hanc rem dabit *Bochartus* in Hieroz. L. II. 13. p. 186. — V. 6. σκολιήν. *Heſych.* σκολιά. — δυσχερῆ. ἐπικαμπῆ. ἄνισα. δύσκολα.

¶. 6.] *III.* Vat. Cod. p. 363. Plan. p. 79. St. 115. W. In navigium poſt multa itinera flammis conſumtum. Ejusdem argumenti carmina laudavimus ad *Leonid. Tar.* LXII. T. I. P. II. p. 118. — V. 1. Vett. edd. ante Stephanum πολέμου· inepte. πελάγευς exhibet etiam Vat. Cod. Expreſſus verſus ex *Antiphilo Byz.* Ep. XXVI, μυρία με τρίψασαν ἀμετρήτοιο θαλάσσης κύματα. — V. 3. μέλας Εὖρος. *Horat.* Epod. X. 5. *Niger rudentes Eurus, inverſo mari, Fractosque remos differat.* ubi vide *Mitſcherl.* Adde *Caſaubon.* ad *Strabon.* IV. p. 276. D. — V. 5. ναυηγὸς ἐν πυρὶ argute de nave, quae in flammis periit. Simile eſt, ſi quis in terra naufragium feciſſe dicitur. Cf. notata ad *Zeloti* Ep. I. T. II. P. III. p. 184. — χθονὶ ἀπίστῳ. etiam hoc epitheton, quod mari plerumque tribuitur, argute ad terram translatum, praeeunte *Leonida* l. c. ἀλλὰ θαλάσσης τὴν ἐμὲ γειναμένην εὗρον ἀπιστοτέρην. — V. 6. ἡμετέρης. quae mihi favit, me incolumem ſervavit. — ὕδατος Vat. Cod. a pr. man.

## THEODORI PROCONSULIS DISTICHA.

---

*I.* Vat. Cod. p. 535. Plan. p. 140. St. 203. W. Hermocratem quendam ingenti naſo inſtructum fuiſſe, ita *Theodorus* ſignificat, ut illum naſi ſui partem eſſe

dicat, Ἑρμοκράτης τῆς ῥινός. Quum enim majora pro toto, minora pro parte habenda ſint, Hermocrates autem naſo ſuo longe ſit minor, perperam dici *naſum Hermocratis.* χαριζόμεθα. tribuimus longiora (ut partem) brevioribus (tanquam toti.) — V. 1. τὰς (τᾶς) ῥινὸς et τὰν pro τήν. Vat. Cod.

*II.* Vat. Cod. p. 295. εἰς Σάτυρον τὸν μιμολόγον. in contextu tamen Τίτυρε legitur. Illud doctrinae, ſed parum aptae, oſtentatori deberi puto, qui Tityri nomen ſibi interpretandum ſumebat. *Scholiaſt. Theocrit.* Eid. III. 2. ὄνομα κύριον ὁ Τίτυρος. τινὲς δέ φασιν, ὅτι Σειληνός τις, οὐ Σικελιώτης. ἄλλοι δὲ τοὺς τράγους, ἕτεροι τοὺς Σατύρους. *Euſtath.* Il. σ. p. 1214. Τίτυροι γὰρ Δωρικῶς οἱ Σάτυροι. Vide inprimis *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. III. 40. p. 231. ed. Lipſ. — Cum argumento carminis comparandum *Juliani Aegypt.* Ep. LXVI. LXVII. — μιμολόγον. *Eubodus* II. T. II. p. 288. Ἠχὼ μιμολόγον. — V. 1. quaedam edd. ἐγέλασε.

## GABRIELII PRAEFECTI DISTICHON.

---

¶. 7.] Planud. p. 332. St. 471. W. Hoc diſtichon ſine lemmate non intelligeremus. πιπερόπαστον (in Aldin. 1. πιπεροπάστῳ habetur) vox eſt barbara, quam *Opſopoeus* libum pipere inſperſum interpretatur. Equidem vaſculum eſſe putaverim, quo piper appoſitum inſpergebatur cibis. Hujusmodi vaſculo inſculptus Amor inepto huic diſticho occaſionem dedit. — V. 1. κατακνώσσων. Cf. *Alphei* Ep. III. 3. 4. — ἄπνοος, quia ſculptus ſcil. — πυρισπάρτου δήγματος. propter piperis naturam, ὅτι δάκνει. Jam amoris cruciatus paſſim morſibus comparantur. Poëta ap. *Plutarch.* T. II. p. 77. B. ὅτῳ δ'

ἔρωτος δῆγμα παιδικοῦ πρόσεστιν — quae Sophoclea eſſe, ex eodem ſcriptore p. 619. A. docuit *Valcken.* ad Phoen. p. 138. γλυκὺς ὀδοὺς ὁ τοῦ πόθου δάκνει. *Lucian.* T. II. p. 400.

## TIBERII ILLUSTRIS
### EPIGRAMMATA.

*I.* Vat. Cod. p. 358. Planud. p. 43. St. 62. W. Expreſſum ex *Polyaeni* Ep. IV. T. II. p. 287. ubi vide not. p. 329. — V. 2. δακέτων. ~~Scr. δακετῶν~~. — V. 4. τὸν κείνης θάνατον. ipſum venenum exſuxit, quo facto mater ſervata eſt, pullus periit.

*II.* Vat. Cod. p. 420. Plan. p. 43. St. 62. W. In damam, quae, cum, ſylva relicta, in mare deſcendiſſet, a piſcatoribus capta eſt. — V. 2. τὸν ἀπὸ γῆς. mortem, quam terra minabatur, in fluctibus obii. — V. 3. ἐνέδρεμον. Vat. Cod. quod praeferendum videtur. — εἶτά με vulgo et in Vat. Cod. — V. 5. ἡ μάτην φυγάς. peccavi, quod temere terram reliqui, *nec* immerito piſcatorum praeda ſum facta, cum ex ſylvis meis et montibus aufugerim. Scribendum οὐδ' ἀδίκως, quod Vat. Cod. praeſtat. — V. 7. ἄγρην. Vat. Cod. male. ἄστοχον ἄγρης pro ἄνευ ἄγρης. nunquam in poſterum non plenis redibitis manibus, cum jam non piſcibus tantum, ſed etiam feris tendatis retia.

## EUTOLMII SCHOLASTICI
### EPIGRAMMATA.

¶. 8.] *I.* Vat. Cod. p. 157. cum lemmate: εἰς τὸ παιχθὲν ὑπὸ Παλλαδᾶ, τὸν θῶ etc. Cf. Ep. *Palladae* XCII.

quod in membranis praecedit. Planud. p. 443. St. 576. W. Nomen auctoris depravatum in Cod. Med. in Εὐνομίῳ. Cf. *Bandin.* p. 103. — V. 1. κόρυς et Ἀθήνη. Vat. Cod. — V. 2. μεμβλιάδης. Ed. Flor. Ceterae μεμβιάδης. Verum nomen reſtituit *Huetius* p. 42. aſſentiente Cod. Vat.

*II.* Vat. Cod. p. 457. cujus auctoritate *Eutolmio* redditum. In Plan. enim p. 379. St. 517. W. auctoris nomine caret. Scriptum eſt in θερμοχύτην, i. e. vaſculum, unde calida defundebatur. Calidae uſum in potationibus illuſtravit *Athen.* L. III. p. 123. *Pollux* IX. 67. ſqq. et peculiari libello *Freinshem.* Argentorati. 1636. 8. in *Gronovii* Theſ. T. IX. adde *Lipſium* in Electis I. 4. p. 28. θερμοχύτης formatum vocabulum, ut προχύτης, nec fortaſſe ad calidam tantum, verum etiam ad frigidam aquam adhibebatur. In talibus enim etymologia non nimis urgenda eſt. Quod ſi admiſeris, ſenſus epigrammatis perſpicuus. Thermochyta quaſi medius inter vinum et Nymphas, quia inde vinum aqua temperatur, et quidem modo calida, cujus natura Baccho propior, modo frigida, quae tota Nympharum eſt. τὸν παραλειπόμενον. id quod deeſt; i. e. nimis calidam potionem frigida, frigidiorem calida tempero. Facit huc *Tacitus* Annal. XIII. 16. *Innoxia adhuc et praecalida, et libata guſtu potio tradita Britannico: deinde, poſtquam fervore aſpernabatur, frigida in aqua affunditur venenum.* ubi vid. Interpretes. — τὸν παραλειβόμενον tentabat *Huetius* p. 36.

*III.* Vat. Cod. p. 303. Planud. p. 231. St. 335. W. In Menippam, quae, filio immatura morte exſtincto, et ipſa inter luctum et gemitus animam efflavit. Conf. *Bianor.* Ep. XVII. Noſtrum Ep. *Burmannus* admovit epitaphio in Anth. Lat. T. II. p. 56. LXXXII. in Addend. p. 683.

*IV.* Vat. Cod. p. 303. Planud. p. 260. W. 375. St. Expreſſum ex *Parmenionis* Ep. XIII. et XIV. — V. 3. Proci omnes eodem luctu affecti ſunt. Nam cum nulli deſponſata eſſet, omnes eam ut ſuam plorare poterant.

## JULIANI ANTECESSORIS
### DISTICHA.

¶. 9.] *I.* Vat. Cod. p. 558. Planud. p. 141. St. 205. W. In hominem deformem. — V. 1. παρομοίϊον. Vat. Cod. et μετέθεικε a pr. man. — στρουθῷ. τῇ λιβυκῇ ἢ ἀγρίᾳ ἢ μεγάλῃ ἢ στρουθοκαμήλῳ. *Scholiaſt.* στρουθὸν ſimpliciter pro στρουθοκαμήλῳ poni, ut ap. Latinos *ſtruthionem*, docuit *Brunck.* ad Av. 874. Acharn. 1105. cum quo tamen conferendus *Locella* ad *Xenoph.* Epheſ. p. 155. ſq. Sed magis ad rem facit, quod ſtruthionis appellatio in conviciis erat, ſi quis ſtolidum et magnae molis hominem rideret. Vide *Boettiger.* ad Terent. Eunuch. p. 54.

*II.* Cod. Vat. p. 558. Planud. l. c. — ἀμητός. Pilis totus tibi vultus horret haud ſecus ac ſpicis ager; huic igitur meſſi non forcipes, ſed falces immittendae ſunt.

*III.* Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 133. St. 192. W. „Lemma in Vat. Cod. εἰς κονδόν. Vox eſt barbara, de „qua videndus Ducangius in Gloſſario.“ *Br.* κονδὸς eſt *curtus, parvus.* — Homini cuidam pygmaeis ſimili poëta ſuadet, ut in urbe habitet potius, ubi minus, quam in agro, gruum injuriis ſit expoſitus.

# IRENAEI REFERENDARII
## EPIGRAMMATA.

---

¶. 10.] *I.* Vat. Cod. p. 127. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. T. IX. p. 669. nr. 375. Ad puellam, quae, priſtina ſuperbia depoſita, poëtam amplexibus tenebat. — V. 2. κόμπον ἀπωσαμένη. *Paulus Silent.* Ep. XXXVI. τὸ πρὶν ἐπ' ἀγλαΐῃ θάρσος ἀπωσαμένη. — V. 3. δεσμοῖς. *Tibull.* El. I. 1. 55. *Me retinent vinctum formoſae vincla puellae. Propert.* II. 12. 25. *Atque utinam haerentes ſic nos vincire catena Velles, ut nunquam ſolveret ulla dies*; quibus ſimillima haec *Tibulli* L. IV. 5. 13. *valida teneamur uterque catena, Nulla queat poſthac quam ſoluiſſe dies.* Cf. Miſcell. Obſſ. T. V. p. 116. et *Intrpp. Horatii* I. Carm. XIII. 14. — V. 4. ἐλευθερίης. nec libertatem deſiderans. Ductum fortaſſe ex *Anacr.* XXX. ubi Amor Pulchritudini in ſervitium traditus, κᾂν λύσῃ τις αὐτὸν, οὐκ ἔξεισι, μενεῖ δέ· Δουλεύειν δεδίδακται. — V. 5. οὕτω γάρ. membr. et *Reisk.* recte, ut mihi videtur. Cauſa praecedentis enuntiationis redditur: In hoc complexu, ubi corpora et animae junguntur, libertatem non deſidero. In φωτῶν haerebat *Cornel. de Pauw*, qui ſic *homines* in univerſum appellari poſſe dubitans, βροτῶν inepte conjiciebat. Si quid mutandum ſit, legerim: σώματ' ἐρώντων. — Sic animae et corpora commiſcentur amoris impetu. Conf. not. ad *Platon.* Ep. II. T. I. P. I. p. 337. — Pro ἔκχυτα *Reiskius* ἔκλυτα mallet, quod corpori magis, quam illud, convenire cenſebat. At illud quoque locum habet. *Paul. Sil.* Ep. XII. Μενεκρατὶς ἔκχυτος ὕπνῳ κεῖται. *Soſipater* ſive potius *Dioscorides* Ep. II. Δωρὶς παρέντοις ἐξεχύθη μέλεσι. — V. 6. μιγνύμενοι Cod. Vat. quod emendavit *Reisk.* — ῥεύματα φιλίης, amoris et cupiditatis impetus. Vide ad *Pallad.* Ep. XLVIII. 2. T. II. P. III. p. 228.

*II.* Vat.

*II.* Vat. Cod. p. 127. Edidit *Reisk.* in Miſcell. Lipſ. p. 672. nr. 378. Puellam deſcribit pudore impeditam, quominus ad amantis preces reſpondeat. Hanc rogat, ut nutu ſaltem, quid velit, ſignificet. — κάτω νεύουσα, prae pudore ſcil. Cf. ad *Straton.* Ep. VII. 5. T. II. P. III. p. 58. — V. 2. „ἀκρολυτεῖν eſt nodum zonae „ita vexare, ut nihil proficiatur in ſolvendo, neque ap„pareat, ſolvere velis nec ne." *Reiske.* — V. 3. πέλει ex marg. Ap. Lipſ. in contextu poſuit *Reiskius*; rectius cl. editor membranarum ſcripturam ſervavit: Venus nihil cum pudore commune habet. Huc facit *Addaei* Ep. ab *Huſchkio* editum in Anal. cr. p. 260. αἰδώς σου κλείσει τὴν ἐπὶ τοὔργον ὁδόν.

*III.* Vat. Cod. p. 127. Εἰρηναίου ῥεφερενδ. In Planud. p. 466. St. 606. W. Ἀρηναίου ῥαιφερενδαρίου (in editt. ante Steph. ῥαιφερενδ.) inſcribitur. — In mulierem meretriciis moribus, et, quamvis marceſcentem, nondum tamen humilem. — V. 1. ἰνδάλματα, oculos ſpeciem occulti amoris et reconditae flammae ſimulacrum oſtendentes. ὄσσε ἰνδάλλοντο *Apollon. Rhod.* I. 1297. II. 545. Cf. *Rubnken.* ad *Tim.* p. 150. — V. 2. En oris ad riſum *valgiter* diducti deſcriptionem ſatis vividam! ἀκροβαφῆ. labia fucata intelligo. In toto hoc loco *Irenaeus* ante oculos habuit *Theocrit.* Eid. XX. 13. χείλεσι μυχθίζοισα, καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα· Καὶ πολὺ τᾷ μορφᾷ θηλύνετο, καί τι σεσαρὸς Καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν. — V. 3. Laudat h. v. ſed cum inſigni depravatione, *Suidas* T. III. p. 344. σοβεῖ, διώκει, κομπάζει. ἐν Ἐπιγρ. καὶ πολὺ κιχλίζουσα σοβεῖ ἱερ. α. quod *Kuſterus* ex ingenio emendare conatus ſomnia dedit. Epigramma, unde depromtus locus, indicavit *Toup.* ad Suid. T. III. p. 344. — κιχλίζειν de riſu meretricio. Vid. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 136. et infra ad *Macedon.* Ep. VII. — εὐβόστρυχον αἴγλην, multos ſplendidosque cincinnos. — V. 4. Manus effuſas, ἐκχυμένας, accipio de crebra brachiorum jactatione, qua ri-

vidioris ingenii mulieres utuntur. Longe aliter *Grotius*, qui omnino in horum verſuum interpretatione a veritate aberraſſe videtur:

*Lumina bina rotas flammae ſimulacra latentis:*
*Labra ſed obliquum quae trahis arte rubent.*
*Rides cirrigeros quatiens laſciva capillos:*
*Sed fluit in laxa pelle ſuperba manus.*

Fruſtra vir ſummus in his verſibus ἀντιθέσεις quaeſivit, quae continuam meretriculae imaginem ſiſtunt. — V. 5. ὄγκος. in marg. Vat. Cod. γρ. ὀγκὰς. — V. 6. οὔπο. Vat. Cod. — Sententiarum nexus hic eſt: Quamvis micantibus oculis, ore, riſu, brachiorum motu animum amore inflammatum prodere videris, fallentur tamen, qui te facilem fore exiſtimabunt; nondum fracta eſt animi tui ſuperbia, neque, marceſcens licet, emollita es.

## SYNESII SCHOLASTICI
### EPIGRAMMA.

---

¶. 11.] Planud. p. 345. St. 485. W. Euſebio, Byzantino, ob inſignem eloquentiam a CPolitanis permiſſum erat, ut imaginem, neſcio ubi, collocaret. Ille vero non ſuam, ſed Hippocratis imaginem in loco deſtinato poſuit, ex honore tanto viro habito ipſe ſibi honorem petens, *non magis decorum et inſigne eſſe* exiſtimans, *imaginem in foro habere quam ponere,* ut eſt ap. *Plinium* I. Epiſt. XVII. — Euſebius ille quis fuerit, non ſatis conſtat. Eloquentem fuiſſe, ex hoc ipſo carmine apparet; ſed quid fuerit, quod Hippocratem inprimis imaginis honore dignaretur, ignoramus. In eundem fortaſſe virum ſcriptum eſt Ep. ἀδέσπ. CCCCIII. ubi Euſebius orator ſtatua decoratus traditur. Fuit etiam Euſebius

Patricius illis temporibus clarus, cujus aedem commemorat Codinus p. 54. Sed tantus fuit hominum hujus nominis numerus, (vide *Fabricii* Bibl. Gr. T. VII. p. 409. ſqq.) ut vix quidquam certi definiri poſſit.

# JOANNIS BARBUCALLI
## EPIGRAMMATA.

---

*I.* Planud. p. 334. St. 473. W. In puellam, nomine Calliopen, eamque mimam, ſcriptum eſſe ſuſpicor ex *Julian. Aeg.* Ep. XLI. XLII. Eam ſub Melpomenes ſpecie pinxerat pictor. Hoc niſi admiſeris, nec acumen nec ſenſum huic diſticho ineſſe fateberis. — Hanc autem explicationem confirmat

*II.* ap. Planud. l. c. in Polyhymniam quandam, Muſae, cujus nomen gerit, forma quoque ſimilem. — καὶ σὺ Μούσης. tu Muſam ore refers. — ἀμφοτέροις. Vulgo.

§. 12.] *III.* Vat. Cod. p. 150. Planud. p. 441. St. 574. W. — Dedicatorium paſtoris ante nuptias. V. 1. laudat *Suidas* T. III. p. 109. Πειθοῖ καὶ Παφίῃ πακτὰν καὶ κηρία σίμβλων ἀνέθηκεν ὁ βουκόλος. Haec iterum profert v. σίμβλοι. T. III. p. 314. — Suada Veneri jungitur. *Nonnus* Dionyſ. III. p. 90. Κάδμον — δι' ἄστεος ἤγαγε Πειθὼ — Πομπὸς ἐοῦ Παφίης ὑπὸ νεύμασι. Cauſam reddit *Cornutus* de N. D. p. 197. qui Venerem comites habere ait Gratias, Mercurium et Πειθὼ, διὰ τὸ πειθοῖ προσάγεσθαι καὶ λόγῳ καὶ χάρισι τοὺς ἐρωμένους. — V. 1. Παφίῃ Vat. Cod. — V. 2. τὰς (τᾶς) Id. — Εὐρυνόμης. Vulgo. — V. 4. Auctorem de ſimilitudine quadam horum munerum cum iis, quorum nomine offeruntur, cogitaſſe, vix dubito. In πακτὰ reſpicitur candidus

puellae color, ut ap. *Theocrit.* XI. 20. λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν. — In μέλι aut ad cantus ſuavitatem, aut ad colorem μελίχλωρον, qui in juvenibus praecipue laudabatur, reſpicitur.

*IV.* Planud. p. 292. St. 431. W. In Syneſium fortitudine non minus quam juſtitiae amore excellentem. Virtutis ſpecimina dederat ille, ut ex lemmate diſcimus, in pugna ad Berytum commiſſa. Suſpicari licet, pugnatum eſſe illud proelium in bello cum Chosroë, Perſarum rege, qui anno p. Chr. 540. Syriam invadens usque ad Antiochiam penetravit. — V. 1. Syneſius fortitudine Spartanos, juſtitia Athenienſes exaequat. — παρ' Εὐρώτᾳ ἀνέρες. Spartani ſe ſolos eſſe viros gloriabantur. Qua de re laudatur dictum Gorgûs, conjugis Leonidae ap. *Plutarch.* V. Lycurg. c. XIV. εἰπούσης γάρ τινος, ὡς ἔοικε, ξένης πρὸς αὐτήν, ὡς μόναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι, Μόναι γάρ, ἔφη, τίκτομεν ἄνδρας. — V. 2. παρ' Ἰλισσῷ. propter juris et legum ſtudium, quod Athenis inprimis floruerat. — V. 2. Ἰλλισσῷ quaedam edd. vett.

*V.* Bis legitur in membranis Vat. p. 463. et p. 472. Planud. p. 354. St. 494. W. Falſum eſt lemma, ut recte vidit *Huetius* p. 34. Ipſum balneum loquitur ſuamque praeſtantiam praedicat. Si te, Pindare, ait, mea aqua potius quam alia laviſſet, non aquam in genere, ſed meam unice ἀρίστην eſſe dixiſſes. Cf. *Cyri* Ep. VII. T. II. p. 455.

*VI.* Planud. p. 380. St. 518. W. Prudenter feciſſe ait pictorem, qui imagini Socratis vitam non tribuerit, ne ſcilicet eum cogeret in corpus redire, quod pro animae carcere habere ſolebat. Notatis ad Ep. *Pallad.* CXXXI. T. II. P. III. p. 260. adde *Maji* Obſſ. Sacr. IV. p. 50. — ζωὰν οὐκ ἔμβαλε κηρῷ. ut ſtatim ἐνὶ κηρῷ ψυχὰν Σωκρατικὰν βαλέειν. Epigr. ἀδεσπ. CCXXVI. ἀλλά σε χαλκὸς, πρὶν ψυχὴν βαλέειν, ἔφθασε πηγνύμενος.

*VII.* Vat. Cod. p. 458. ſine auctoris nomine. Planud. l. c.

¶. 13.] *VIII.* Vat. Cod. p. 431. Plan. p. 102. St. 151. W. Nobilis urbs Berytus ob Jurisprudentiae Scholam, quae ibi inde a tertio poſt Chr. ſeculo floruit. Peculiaribus libellis de hac Academia egerunt plures, quos v. ap. *Bachium* in Hiſt. Jur. LIII. c. II. 45. p. 486. Hinc ap. *Nonnum* Dionyſ. XLI. fin. Βηρυτὸς βιότοιο γαληναίοιο τιθήνη. Urbs terrae motu concuſſa a. p. Chr. 348. paulo poſt iterum florere coepit. Vide *Cedren.* Annal. p. 299. et *Spanhem.* ad *Juliani* Orat. p. 120. ſq. Tandem terrae motu everſa eſt Juſtiniano imperante a. Chr. 551. ſecundum *Theophanem* p. 192. ſecundum *Agathiam* vero L. II. p. 51. ſq. poſt bellum demum Italicum c. ann. 554. Conf. Ep. ἀδέσπ. CCCCXLI. ſq. — V. 1. ἄπολις πόλις. urbs everſa. Similiter de claſſe, quae apud Salamina perierat, *Aeſchyl.* Perſ. v. 678. ἐξέφθινθ' αἱ τρίσκαλμοι νᾶες, ἄναες νᾶες. — V. 3. Primum terrae motu concuſſa, deinde igne abſumta. — V. 4. κάλλεος εἰμι. omnes edd. ante Steph. — V. 5. στοναχήσατε. omnes edd. et Vat. Cod. — V. 6. καὶ φθιμένα. nam urbes quoque *fata* ſua habent. *Auſon.* Ep. XXXIV. *Miramur periiſſe homines, monimenta fatiſcunt, Mors etiam ſaxis nominibusque venit.* *Rutil.* Itiner. I. 409. *Agnoſci nequeunt aevi monimenta prioris: Grandia conſumſit moenia tempus edax. Sola manent interceptis veſtigia muris: Ruderibus late tecta ſepulta jacent. Nos indignemur, mortalia corpora ſolvi? Cernimus exemplis oppida poſſe mori.* ubi *Wernsdorf.* ſimilia quaedam notavit. Adde *T. H.* ad *Lucian.* T. III. p. 410. Bip.

*IX.* Vat. Cod. p. 431. Plan. l. c. „Male divulſit „Planudes [primum diſtichon ſeparatim exhibens]. „Conjuncta ſunt tria diſticha in veteribus membranis." *Br.* — V. 1. Κύπρις. Antiquiori aevo Venerem, Syro-

rum tutelarem deam, etiam Beryti cultam eſſe probabile videri debet, licet proprie ſub Neptuni praeſidio fuerit, teſte *Euſebio*, quem laudat *Brodaeus*: καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Κρόνος Βύβλον μὲν τὴν πόλιν θεᾷ Βααλτίδι, τῇ καὶ Διώνῃ, δίδωσι, Βηρυτὸν δὲ Ποσειδῶνι καὶ Καβείροις. Fortaſſe tamen h. l. ad urbis pulcritudinem potiſſimum reſpicitur, quam *pulcherrimam* appellat *Juſtinianus* Praef. in Digeſta de Jur. docendi ratione. Βηρυτοῦ δ' αἶαν ἐραννήν. *Dionyſ.* Perieg. 911. Cf. *Berkel.* ad *Steph. Byz.* p. 221. — ὄφρα νοήσῃ. ut videat, urbem, quae olim Gratiarum templum fuit, nunc mortuorum ſedem eſſe. εἴδωλα, *Manes.* — V. 3. ἀταρχύτων. Non juſtam ſepulturam nacti ſunt, ſed ipſae urbis ruinae pro tumulo fuerunt. Argutius ille in Anthol. Lat. III. 1. p. 453. in Graeciae ruinam: *cinis ipſe jacentis Viſitur, et tumulo eſt nunc quoque ſacra ſuo.* — V. 4. Βερόης. Eadem fuit urbs Beroë et Berytus; quod diſerte docet *Nonnus* Dion. XLI. p. 1076.:

Πρωτοφανὴς Βερόη πέλε σύγχρονος ἥλικι κόσμῳ,
νύμφης ὀψιγόνοιο φερώνυμος, ἣν μετανάσται
υἱέες Αὐσονίων ὑπατήϊα φέγγεα Ῥώμης
Βηρυτὸν καλέουσιν. —

et mox idem:

Ῥώμῃ μὲν ζαθέῃ δωρήσεται Αὐσόνιος Ζεὺς
κοιρανίην, Βερόῃ δὲ χαρίζεται ἡνία θεσμῶν.

Conf. *Menagium* in Jur. civ. Amoenit. c. XXIV. p. 132. ſq. — V. 5. γράψασθ' et λιθου Vat. Cod. a pr. man.

*X.* Vat. Cod. p. 431. Planud. l. c. Urbs everſa nautas, olim huc appellere ſolitos, monet, ut alium ſibi portum quaerant. Portum habebat eximium Berytus, arte munitum. *Joh. Phocas* in Itiner. a *Berkelio* excitatus: Βηρυτὸς — κάλλει λιμένος λαμπρυνομένη· οὐ γὰρ φυσικός ἐστιν ὁ λιμήν, ἀλλὰ τεχνικῶς γενόμενος. Mercaturam urbs exercebat veſtium ſericarum, quarum fabricas valde

illuſtres habuit, teſte *Procopio* in Hiſt. Arc. p. 139. — V. 4. δουπήσει κώπῃ. Vulgo. Noſtrum eſt in membranis. Nove dictum δουπήσεις κώπην, *torquebis ſtrepitantem remum.* — V. 5. τοῦτο. Sic Neptuno (σεισίχθονι et urbis patrono) reliquisque diis hoſpitalibus placuit, quorum auſpiciis olim ad nos divertere ſolebatis. Haec cum doloris et indignationis ſenſu prolata puta. — θεοῖσιν. Vat. Cod.

¶. 14.] *XI.* Vat. Cod. p. 294. ſq. ubi lemmati addita ſunt verba: μήποτε ἡ γυνὴ αὐτή. (αὐτοῦ) *fortaſſe ipſius poetae conjux ſignificatur.* Planud. p. 229. St. 333. W. „Hoc etiam in Planudea, ſeparato a ſuperio„ribus ultimo diſticho, in duo carmina divulſum eſt.“ *Br.* Erroris cauſa apparet in Vat. Cod. ubi poſtremum diſtichon novae paginae initium facit, cum novo lemmate, (ut ſaepius) τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν αὐτήν. Ita Planudes in ſuo quoque Cod. invenit. Et certe, quamvis tria haec diſticha nonniſi unum epigramma conſtituunt, mora tamen facienda poſt v. 4. ut appareat, Noſtûs, hoc enim nomen mulieris, ſermone finito, alius cujusdam verba ſequi. — Elegans Epigramma et perſpicuum. — V. 2. ᾔνεσα. et inferos deos laudo et nuptiales: illos, quod me, quam virum, rapuere maluerunt; hos, quod me tali viro copulaverunt.

## NILI SCHOLASTICI

### EPIGRAMMA.

Planud. p. 340. St. 480. W. In Satyri imaginem ex opere muſivo. Riſum Satyri poëta ita interpretatur, ut eum, quomodo ex lapillis paulatim compoſitis extiterit, reputantem ridere dicat. — De ſimulacro ex lapillis et gemmis facto minus recte accipiebat Boulenger. de Pictura L. I. 19. in Gron. Theſ. T. IX. p. 848.

# COMETAE SCHOLASTICI EPIGRAMMATA.

¶. 15.] I. Vat. Cod. p. 130. Κομητᾶ Χαρτουλ. εἰς ἑαυτὸν ἐκδεχόμενον κόρην. i. e. *ad ſe ipſum, cum puellam exſpectaret.* Temere lemma mutavit cl. editor. In Ap. Lipſ. ἄλλο inſcriptum, quaſi *Pauli Silentiarii* eſſet, cujus praecedunt carmina. Quod verum eſſe merito dubitabat *Reiskius* Miſcell. Lipſ. IX. p. 679. nr. 383. qui tamen in eo fallebatur, quod tam bene tornatum et ſimplex carmen melioris ſeculi proventum eſſe cenſebat. Idem in ſenſu carminis interpretando a vero aberravit. Non enim ipſe Demophoon v. 3. loquitur, ſed Cometas Demophoontis hiſtoriam ſibi accommodavit. „Ut Phyllis „olim amantem perfidum exſpectavit in litore, ſic nunc, „converſa fabula, te, alteram Phyllidem, fruſtra ex„ſpecto.“ — V. 1. ὄμματα. Phyllis ap. *Ovidium* II. Heroid. 121. *Moeſta tamen ſcopulos fruticoſaque litora calco: Quaque patent oculis aequora lata meis.* — ὅρκος ἀλήτης. ventis et undis videbantur tradita verba, quibus Demophoon reditum puellae promiſerat: *Demophoon ventis et verba et vela dediſti: Vela queror reditu, verba carere fide.* Ibid. v. 25.

*II.* Vat. Cod. p. 458. cum lemmate, Κομητᾶ σχολ. ἐν Ἀζαρβῷ; et ſic, niſi quod Ἀναζαρβῷ ibi eſt, Planud. p. 301. St. 441. W. Votivae quodammodo tabulae inſcriptio. Antoninus quidam gravi membrorum morbo, quo lumbi pedesque debilitati et inutiles redditi erant, ſanatus, Philippi medici imaginem, in memoriam grati animi, dedicabat. — V. 3. Se ipſum Antoninus dicit μεταίχμιον, i. e. μέσον, inter vitam et mortem poſitum, pro ἐν μεταιχμίῳ ὤν. Altera enim pars corporis adhuc vivebat, altera defuncta videbatur. Hunc vocis μεταίχμιος

uſum illuſtravit *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. I. p. 91. et ad *Ariſtaen.* p. 32. — V. 6. ζώγρησεν. Vat. Cod. morti deſtinatum recreavit. Eodem ſenſu Il. ε. 696. τὸν δ' ἔλιπε ψυχή — Αὖτις δ' ἀμπνύνθη, περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν. quod bene explicatum dedit *Euſtath.* p. 453. 4. — V. 8. ποσὶ πεζεύω. non amplius alienis pedibus uſus, ſed meis incedo. — ὅλως. Vat. Cod.

*III.* Vat. Cod. p. 457. Κομήτα χαρτ. ἀμοιβαῖον. Plan. p. 374. St. 513. W. Scriptum in agrum amoenum, vitibus et oleis conſitum. — V. 4. Ἶρις. Vat. Cod. qui error ex prava pronuntiatione ortus. — ¶. 16.] V. 5. πάμφιλε. Vat. Cod. a pr. man. — Panis imaginem in eodem agro poſitam intelligi vult Cometas. πηκτὶς ap. poëtas illius aetatis pro fiſtula uſurpatur. *Heſychius:* πηκτίς. πανδούριον. ψαλτήριον. σύριγξ. ὄργανον. Ap. *Pollucem* IV. 59. inter ea inſtrumenta recenſetur, quae pulſantur. *Theocrit.* Eid. V. πηκτίδ' ἀειράμενος Ἀρξεῦμαί τι κρέκειν. κρεκτὰ πηκτίδων μέλη dixit *Sophocl.* ap. *Athen.* IV. p. 175. Phryges, Pelopis comites, primi in Graecia ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον ſecundum *Teleſtem Selinuntium* ap. *Athen.* L. XIV. p. 626. A. Ex iis, quae *Athenaeus* l. c. p. 635. diſputat, apparet, jam tum nihil certi de illo inſtrumento conſtitiſſe. Verum, ut dixi, Cometae aevo pro *fiſtula* ſumebatur. πηκτὶς tribuitur Pani etiam ap. *Arabium* Ep. VI. p. 110. et ap. *Agathiam* Ep. XLV. δόναξ et πηκτὶς tanquam ſynonyma componuntur.

*IV.* „Hoc et quae ſequuntur duo Epigrammata edi„dit *Leo Allatius* de Patria Homeri p. 106.“ *Br.* Vat. Cod. p. 696. Cometas ſe duo Homeri carmina vehementer obſoleta inveniſſe eaque ut juveneſcere viderentur effeciſſe gloriatur. Hoc ita interpretatur *Villoiſon.* in Prolegg. ad Hom. Il. p. VI. ut Cometam antiquas et

obſoletas Homeri formas cum uſitatioribus permutaſſe, et totum carmen ad ſui ſeculi conſuetudinem accommodaſſe exiſtimet. — V. 3. γῆρας ἀποξύσας. Homerica locutio. Il. ι. 446. et in Hymn. in Vener. 225. ἥβην αἰτῆσαι, ξῦσαί τ' ἄπο γῆρας ὀλοιόν. Hinc auctor τῶν Νόστων in Argum. Medeae *Euripidis*: αὐτίκα δ' Αἴσονα θῆκε φίλον κόρον ἡβώοντα Γῆρας ἀποξύσασ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι. — Pro μερόπεσσι *Allatius* τε βροτοῖσιν exhibuit, ut eſt in Vat. Cod.

*V.* Vat. Cod. p. 695. Ejusdem cum praeced. argumenti. — V. 1. ἀμφοτέραις. Vat. Cod. ἀθρόλοις. *Allat.* et Vat. Cod. quod de Piſiſtrato dici potuit, non item de Cometa. — κύρβεις h. l. ſunt *volumina*, ipſa Homeri carmina. Propriam vocabuli ſignificationem explicuerunt multi, quos vide ap. *Interpp. Heſychii* V. Adde *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 170. Cum dilectu hoc vocabulum poſuit Cometas, ut indicaret, Homeri carmina eadem auctoritate eſſe, qua Solonis leges, et ipſa quodammodo pro legibus habenda eſſe.

*VI.* Vat. Cod. p. 696. Ex *Allatio* repetivit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. I. p. 369. ed. *Harl.* et *Villoiſon.* l. c. p. VI. Hoc carmine Cometas ſe Homerum non modo expoliviſſe, ſed etiam interpunxiſſe gloriatur. Huic rei inſigniorem operam primus videtur navaſſe Nicanor Alexandrinus, Hadriano imperante clarus, qui librum peculiarem ſcripſit περὶ στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ, unde στιγματίας appellatus eſt. Conf. *Villoiſon.* in Anecd. T. II. p. 134. et 137. ubi hoc ipſum Epigr. protulit; et Ep. *Eupithii* T. II. p. 402. — V. 1. Ὁμηρείους habet *Fabric.* et Vat. Cod. Ὁμηρικοὺς *Allat.* Ὁμηρικὰς *Villoiſ.* — V. 3. διεσμίλευσα. expolivi, elegantiores ut apparerent, effeci. Vide not. ad *Dioscarid.* Ep. XVII. T. I. P. II. p. 385. — V. 4. σαπρία. σῆψις. σάθρωμα. *Heſych.* ubi vid. *Intrpp.* Mox ῥίψας pro ῥήξας Vat. Cod. recte. Eaedem membr. verſum addunt: γράψας ἐκαινούργησα τὴν ἀχρηστίαν, quae pro varia lectione habenda ſunt. —

V. 5. τοὺς ἐσφαλμένους. *Fabr.* — μαθητιᾷν, quod proprie diſcendi cupiditate teneri ſignificat, (v. *Schol. Ariſtoph.* Nub. 183. et *Fiſcheri* Ann. ad Veller. T. III. 1. p. 9. ſq.) h. l. pro ſimplici μαθεῖν poſitum eſt.

## IN STATUAS ATHLETARUM
### IN HIPPODROMO CPOLITANO.

---

Haec Epigrammata I. – LXI. implent poſteriorem partem Libri V. Anthologiae Planudeae (p. 398. – 409. St. 534. – 544. W.), cujus priorem *Chriſtodori* ἔκφρασις ſtatuarum in Zeuxippo occupat, eamque ſolam ob cauſam, ni fallor, *Brodaeus* ea p. 541. eidem poëtae tribuit. Vicinus erat Zeuxippus Hippodromo, idque Planudem moviſſe videtur, ut duo haec Epigrammatum capita in eodem libro conjungeret. Hippodromum quis primus aedificaverit, quis perfecerit, quibus calamitatibus afflictus fuerit, diſerte tradidit *Ducange* in CPoli Chriſt. L. II. p. 202. ſqq. Quae ejus fuerit ſpecies paulo ante CPolin a Turcis expugnatam, diſcere licet ex *Petri Gyllii* Topographia CPolis L. II. unde quae huc faciunt excerpſit *Onuphrius Panvinius* de Lud. Circenſ. L. I. c. XXVII. p. 56. Ornaverat eum Conſtantinus plurimis ſtatuis, Româ et aliunde advectis, quarum plurimas a Francis conflatas eſſe narrat *Nicetas* ap. Lambec. ad Codin. p. 167. De Athletarum autem ſtatuis, in Hippodromo poſitis, nihil aliunde conſtat. Ex his ipſis carminibus apparet, eas modo a factione, cui nomen dederant, fautoribusve illius factionis, modo a populo, modo ab Imperatore, modo a populo et ſenatu fuiſſe poſitas.

Prima XXXIII. Epigrammata ſcripta ſunt in Porphyrium, qui etiam Calliopas appellabatur, Calchantis

filium, quem et multae victoriae in Hippodromo et bellica virtus illuſtravit. Conſ. *Jo. Malalam* Chron. T. II. p. 110. Fuit initio in Venetorum factione, deinde ad Praſinos transiit. Conſtat autem, initio duas fuiſſe agitatorum in Circo factiones, coloribus diſtinctas, coeruleam ſive Venetam, et praſinam ſive viridem; deinde duas alias acceſſiſſe, albatam ſive auratam, ruſſatam ſive purpuream. Vide de his *Ruben.* Elector. II. 27. *Bandurium* in Imper. Orient. T. II. p. 501. *Salmaſium* ad *Solin.* p. 628. ſqq. Quantas turbas hae factiones dederint, nemo diſertius explicavit *Gibbono* in *the Hiſtory of the Decl. and Fall of the R. E.* c. XL. T. VII. p. 61. ſqq. ed. Baſil.

¶. 17.] *I.* Ἄναξ καὶ δῆμος. Juſtinianus, quem Venetis faviſſe conſtat, (v. *Euagrium* Hiſt. Eccl. IV. 32.) et factio. Diſtinguitur ap. Byzantinos inter ὁ δῆμος et οἱ πολῖται, de qua diſtinctione multis egit *Reiske* ad *Conſtantin. Porphyrog.* p. 9. ſq. — V. 5. Oportuiſſet eum aurea ſtatua donari, non tantum aënea, quam et alii aurigae nacti ſunt. — V. 6. τοῦτον τοῖς. Vulgo. ubi cum aut μιν aut τοῦτον abundet, *Brodaeus* οὐ τόν, *Stephanus* ἔπρεπε μὴν emendavit.

*II.* τέτραχα. Senſus eſſe videtur, jam quatuor curruum miſſus fuiſſe factos, antequam Porphyrius prodiret. Hunc tamen unice omnes deſiderabant, idque deſiderium magno ſignificabant clamore. Fortaſſe autem τέτραχα eſt omnino pro *ſaepius*: jam repetitis clamoribus populus ſuum Porphyrii deſiderium declaraverat. — V. 3. θοώκου. Tribunal, ſeu thronus imperatoris in Hippodromo; κάθισμα θεωρίου βασιλικοῦ — in cujus dextra parte porticus erat factionis Venetae. Cf. *Procop.* de Bell. Perſ. L. I. 24. *Ducange* CP. Chriſt. L. II. 103. — V. 4. ἀνθέμενος. ἔχων, nihil amplius: cum loris et cingulo equeſtri. Zona et galea inſtructi erant bigarii.

Vide *Conſtant. Porphyr.* Cerem. p. 192. C. — V. 5. μεσσηγὺ δ' ἀέθλων. antequam aetatis cauſa a Circenſibus receſſerat, quo tempore aurigis ſtatuae collocari ſolebant. Hunc verum ſenſum eſſe, apparet ex Ep. VI. et VII. οἱ πάντων ψῆφοι με καὶ εἰσέτι διφρεύοντα Ἔστησαν. et Ep. LV. κῦδος ἀπ' ἀμφοτέρων ἔλλαχεν Οὐράνιος εἰσέτι διφρεύων. — V. 7. Quamvis hoc ſtatuae praemium ei ante tempus conſuetum, θοώτερον ἐτέων, obtigit, tamen, ſi victoriarum et coronarum numerum ſpectas, ſero venit.

*III.* Ut antiquis temporibus Venus Anchiſem, Luna Endymionem, ſic nunc Victoria Porphyrium amare videtur, qui tot victorias easque fere ſine labore et contentione reportavit. Hinc expreſſum Ep. *Leontii* XII. in eundem Porphyrium. — ¶. 18.] V. 3. Factum eſt nonnunquam, ut, qui victoriam ſuis equis reportaverant, adverſarii curru conſcenſo ſuoque illi tradito, denuo certarent. Conf. Ep. V. VI. XII. etc. Ejusmodi equorum et curruum permutatio *diverſium*, διβέρσιον, appellabatur. Vide *Reisk.* ad Conſt. Porph. Cerem. p. 105. Hinc lux noſtro loco affulget: Porphyrius paſſim et ſuos ipſius equos et ſuae factionis currus ſuperaverat. — V. 6. οὐ μογέων. fere ſine contentione. Non tam ipſe ceteros ſuperare, quam illi ſponte ſua ceſſare videbantur.

*IV.* V. 1. ἠϊθέων. edd. ante Stephan. ἠϊθέῳ emendavit *Brodaeus.* — ὀψὲ μόλις. Cf. Ep. II. 7. 8. Utrumque jungit *Themiſt.* Or. XIII. p. 165. A. Delenda diſtinctio poſt πολιοῖς. — V. 3. ἀεθμήσασα. Eodem colore *Martial.* X. Ep. LIII.:

*Ille ego ſum Scorpus, clamoſi gloria Circi,*
*Plauſus, Roma, tui, deliciaeque breves,*
*Invida quem Lacheſis raptum trieteride nona,*
*Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.*

— V. 4. εὕρετο. Vulgo. — V. 5. Quid? quod ipſa adverſariorum factio, tuam gloriam admirata, alta tibi voce acclamavit? — V. 8. ἤ σε. Memorabilis locus, ex quo apparet, Imperatores nonnunquam aurigis factionem indicaſſe, apud quam nomen ſuum profiteri deberent.

*V.* Ad v. 3. conf. not. ad Ep. III. Duplicem victoriam Porphyrius reportaverat, primum ſuis equis, deinde equis adverſarii. ἀμφοτέραις πώλοις, et iis, quos adverſario tradiderat, οἷς πόρεν, et quos ab illo acceperat, οἷς ἔλαβεν. — σοφοὶ vocantur aurigae *artis periti.* Vide *Fabri* Agoniſt. I. 15.

*VI.* Porphyrius honorem ſtatuae prius, quam alii, accepit. παυσαμένοισι. *rude donatis.* ἀεθλεύοντι. ut Ep. II. μεσσηγὺ ἀέθλων. ubi vid. not. — V. 5. ἔρις — αὔτή. Haec pro oppoſitis habuit *Grotius*; recte, ut videtur. Vertit autem: *Hinc Praſinis livor primum, mox clamor obortus.* — V. 6. „Vulgo ſine ſenſu legitur ἃς Β. τέρψει.“ *Br.*

*VII.* Ipſe Porphyrius loquitur, cui omnium factionum ſuffragia ſtatuam decreverant. — V. 2. Νίκης ἐγγύθι. Prope Victoriae ſtatuam in Hippodromo. Cf. Ep. XIII. — ¶. 19.] V. 3. „ἐμός. Sic omnino legendum, „non, ut vulgo, ἐμόν. δῆμος ἐμός. factio mea, Veneti, „quibus opponuntur οἱ ἕτεροι, altera factio, Praſini.“ *Br.* — V. 4. νῖκος. Vulgo. In marg. Wech. νεῖκος. Praſina quoque factio me ad ſuas partes trahere velit, cum intelligant, ſe, dum mecum certandum ſit, palmam non adepturos eſſe. Cf. Ep. L. πολλάκι δ' ἀμφοτέρων μερέων ἔρις ἔμπεσε δήμῳ, Τίς μιν ἔχοι; LIV. 5. 6. — V. 5. „μήτι „Brodaeus imperite exponit *numquid.* Tertius eſt ca„ſus ſubſtantivi μῆτις, μήτιος, μήτιϊ, μήτι. Et ideo ulti„ma producitur, quia contracta eſt; in μήτι, *numquid,* „neceſſario corripitur. Expreſſum eſt ex Homerico „Il. ψ. 318. μήτι δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο.“ *Br.* — V. 6. κρείσσονας. meos, qui victoriam reportaverant. δεῖξα

κρεῖσσ. eosdem ſuperavi. Non igitur equis, ſed conſilio et prudentia ſe vincere gloriatur.

*IX.* Porphyrius χάλκεος, *infatigabilis.* Sic Atlas ap. *Euripid.* Ion. 1. χαλκέοις νώτοις οὐρανὸν ἐκτρίβων dicitur. — V. 2. „Vulgo νικητής. νικητὴν habet unus Planudeae „codd. e correctione ν ſuper ε picto.“ *Br.* — V. 3. ἀλλ᾽, Multas adhuc ſtatuas Porphyrio propter victorias videbimus poſitas.

*X.* Vat. Cod. p. 709. — V. 1. ἀεθλοφόρων ἐπὶ δίφρων; Sic Vat. membr. *Br.* Vulgo ἀεθλοφόροις δ᾽ ἐπὶ νίκαις. — V. 2. παντοδαποῖς στεφ. coronis inter diverſas factiones partis. Conſ. Ep. XII. — V. 3. Vulgatum δήμων iterum emendatum ex Vat. Cod. Effecit Porphyrius, ut Victoria modo huic, modo illi parti, cujus ipſe colores ſumſiſſet, faveret. Optime haec *Grotius:*

*Namque inter geminos mutans victoria pannos,*
*Qui color illius, talis et ipſa fuit.*

Comparandum Ep. XII. 2. 3. — V. 5. Quamvis ille Praſinis quoque victoriam comparavit, magis tamen decebat, Venetos ipſum, ut ſuum, habere, ſive, arctioribus eum vinculis cum Venetis conjunctum eſſe: πλέον ἥρμοσε Βενέτοις ἔχειν αὐτόν. — Veneti ipſi ſtatuam inauratam et plures ex aere poſuerant. χρύσεος ἀντ᾽ ἀρετῆς. Reſpicitur ad metaphoricam vocabuli χρύσεος ſignificationem, qua candidum animum moresque integros notat. Vide ad *Calliae* Ep. T. II. 3. χάλκεος ἀντὶ πόνων. Cf. Ep. IX.

*XI.* Porphyrius juvenis et prima lanugine genas ſignatas habens, dicitur γενειάδος ἄκρα χαράσσειν, qua formula bis utitur *Chriſtodor.* in Ecphr. 212. et 279. — ¶. 20.] V. 5. Lyſippum nominat, non ſolum ut praeſtantiſſimum ſtatuarium, ſed etiam ut eum, qui ſolus Alexandro dignus erat viſus, cui faciem ad poſteros propagandam committeret. Cf. Ep. XIII.

*XII.* Vat. Cod. p. 709. — V. 1. Ῥώμη. Conſtantinopolis. — V. 3. χρώματος. ſive cum Praſinis, ſive cum Venetis certaret. — V. 5. „Legitur vulgo καὶ νῦν μὲν πρῶτος, τοτὲ δ' ὕστατος, quod, licet minus elegans, tamen „ſervari poterat.“ *Br.* Reſtituenda Vat. Cod. lectio:

νῦν μὲν ἐὼν πρῶτος, τοτὲ δ' ἔσχατος —

Caeterum haec non ad locum, quem ille inter currendum in ipſo ſtadio tenebat, referri debent, ſed ad locum, unde currus prodibant. Hi autem loci non ejusdem conditionis erant. Qui primis metis, mediaeque circi areae proximus erat, is optimus, ceteri, ut quisque remotior ab illa parte, ita deterioris conditionis erat. Vide *Salmaſ.* ad Solin. p. 633. D. Porphyrius autem, ex quocunque tandem oſtio currum emiſiſſet, victoriam reportabat.

*XIII.* ἐγγύθι τῆς Νίκης. Cf. Ep. VII. — Ἀλεξάνδρου. Statua aliunde non nota. Vid. *Heynium* in Commentat. Soc. Reg. T. XI. p. 22.

*XIV.* Conſtantia fortunae Porphyrii laudatur. Senſum optime expreſſit Grotius:

*Res alias obiter Fortunae lumina cernunt,*
*Uno in Porphyrii fixa labore manent.*

Diverſa ſtructura, ſed eodem ſenſu, verbum ἕλκειν occurrit ap. *Xenoph.* Sympoſ. I. 9. οὕτω καὶ τὸ Αὐτολύκου κάλλος πάντων εἷλκε τὰς ὄψεις ἐφ' ἑαυτό. Epigr. ἀδέσπ. VIII. ἀλλ' ἐπὶ πάντων κάλλεϊ πουλυμανῆ κανθὸν ἐφελκόμεθα.

*XV.* Vat. Cod. p. 708. „In Stephani editione ope„rarum errore excuſum μήτρην, quod ſervavit Weche„lianae curator, hoc inſuper addito flagitio, quod in „Brodaei nota μήτρην etiam exhibuerit, licet editio Ba„ſileenſis, cujus exemplar ſecutus eſt, μίτρην in nota et „in textu habeat. Uterque repetitus error in Bandu„rii Imperio Orientali, cujus VII. liber ex Epigramma„tibus

„tibus e Planudea non multo cum judicio delectis, con„ſtatus eſt.“ *Br.* μίτρη, idem quod ſupra ζώνη ἱππότις. Porphyrius cum jam deſiiſſet in Circenſibus certare, tamen, ut populi deſiderio ſatisfaceret, iterum conſcendit currum. — V. 2. ἀντ' ἀρετῆς χάλκεον. Cf. Ep. X. 6. — V. 3. Novi ipſi honores, argentea et aënea ſtatua, decreti erant. — V. 4. πρέσβυν. Vat. Cod. — ξεῖνον γέρ. novorum et ſingularium, ut Ep. XXIII. et ap. *Agath.* Ep. I. ξεῖνον γάμον. — V. 5. παλίνορσον. i. e. πάλιν. ut ap. *Eusolmium* Ep. III. p. 8. — V. 6. δὶς ἡβήσας. ad fabulam de Iolao videtur reſpici. — μαίνεσθαι de incitatiore et ardentiore ſtudio illuſtravit *T. II.* ad *Lucian.* T. II. p. 346. — Duobus his verſibus Conſtantinum a Veneta factione exceptum eſſe tradit *Anonymus* in *Bandurii* Antiqq. CPol. L. V. p. 91. Cf. T. II. p. 788.

*XVI.* Porphyrium non ſolum in circo peritia, verum etiam in bello fortitudine excelluiſſe docet, praeter hoc carmen, Ep. XXI. XXII. XXX. Factiones enim et urbanis negotiis adhibebantur, et, neceſſitate urgente, militum fungebantur officiis. Vide *Reisk.* ad Conſtant. Cerem. p. 10. — μάστιγα, aurigandi artem: ἀσπίδα, in pugnando virtutem. — ¶. 21.] V. 3. διχθά. ut in animo tuo utraque virtus et facultas commiſcetur nec diſcindi poteſt, ita aes quoque binas tui ſpecies repraeſentare noluit. — Intricata ſententia et obtuſum acumen.

*XVII.* Hoc et ſequ. Epigr. extra ordinem Brunckianum leguntur in Planud. p. 408. St. 543. W. „Vulga„to lemmati Planudeae codicum unus haec verba, mul„tum ad hujus et aliorum jambicorum carminum intel„ligentiam facientia, addit: τούτων αἱ εἰκόνες ἦσαν γεγραμ„μέναι ἐν τῇ στέγῃ τοῦ βασιλικοῦ προκυπτίου· ἦσαν δ' οὗτοι „ἀρχαῖοι ἡνίοχοι. *Pictae in camera throni imperatorii.*“ *Br.* Honor Porphyrio habitus obſcurioribus metaphoris, ex

adulatorio Byzantinorum ſermone ductis, ſignificatur. Illi enim locum, quo Imperator verſabatur, coelum, aethera vocabant, (quamquam nec Romani a talibus abhorrebant. Cf. *Horatium* II. Sat. VI. 52.) Ad hunc elatus ille, cum ipſo Sole currendo certaturus eſſe dicitur, poſtquam omnes, quotquot ſunt in terra, aurigas ſuperavit.

*XVIII.* Pictura vivida et animata laudatur, inprimis equi, ſpirantibus ſimiles. Hos, ait, ſi ſcutica tetigerit, denuo current et victoriam reportabunt. — V. 2. „Vat. Cod. Βεννέτου. Et ita quidem pronuntian„dum eſt, ut verſui modulus conſtet.“ *Br.*

*XIX.* Ex hoc et ſq. Ep. apparet, Porphyrium per aliquod tempus Praſinorum adhaeſiſſe factioni, quae ei, Caeſare jubente, ſtatuam dicavit.

¶. 22.] *XXI.* Vat. Cod. p. 710. Bellicae Porphyrii laudes celebrantur. Cf. Ep. XVI. — V. 1. ὅπλα. armis militaribus ſtatua tua ornata eſſe deberet, non his aurigarum veſtibus. — V. 3. Porphyrius imperatorem in bellum comitatus fuerat. ὀλεσσιτύραννος. De quo bello agatur, quibusve tyrannis, non conſtat. Tyranni autem illis temporibus appellabantur, qui in parte aliqua Imperii Romani regnare auſi eſſent; qualis fuit, Juſtiniano imperante, Julianus Samarita, de quo tyranno v. *Jo. Antiochen.* T. II. p. 180. ſq. item Hypatius, qui in memorabili illa ſeditione, ann. 532. excitata, imperium ſusceperat, quo capto et interfecto ὁ βασιλεὺς ἐσήμανε τὴν ἑαυτοῦ νίκην ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι, καὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν τυράννων. Ibid. p. 218.

*XXII.* Ad ſimilem hiſtoriam referendum videtur, quo praecedens. Imperator bellum adverſus tyrannum gerens, Praſinorum auxilio uſus, hoſtem vicit; quo facto illis honorem habuit, Porphyrio autem ſta-

ſuam decrevit. De ſeditione inter factiones orta agi, apparere videtur ex verbis ἐπιφθιμένης Ῥώμης, quod incendia, caedem aliaque inter hos tumultus urbis detrimenta indicat. Bello autem finito Praſina factio, cui victoria obtigerat, priſtinam ſuam dignitatem, τὸ γέρας, ὅς πάρος εἶχον, recepiſſe dicitur. — V. 1. ἐν om. ed. Flor. pr. — κατέστρεψε eadem. — V. 6. ἦμαρ ἐλευθερίης. tyranno oppreſſo et Imperatoris auctoritate denuo firmata.

*XXIII.* De ſtatua Porphyrio ab utraque factione collocata. — V. 1. ὑμετέρων ἀγώνων. *tuarum* victoriarum. Sic ap. *Julian. Aeg.* Ep. LXV. 3. Heroic. ἀδέσπ. XIII. 2. *Agathiam* LXXIV. et paſſim ὑμέτερος pro ſingulari pron. ſecundae perſ. ponitur. — V. 3. Nam omnes adverſarios tuos, modo hujus, modo illius factionis, ἀμοιβαδὶν, ſuperas. — παίγνιον. id quod tibi, pro tua in agitando peritia, merus luſus. — V. 5. ξεῖνον, novum et ſingulare. Cf. Ep. XV.

*XXIV.* Sculptor ſimilem quidem reddidit Porphyrio ſtatuam, ſed artis praeſtantiam et pulcritudinem, quae utraque eximia eſt in illo, reddere non potuit. — V. 2. ὄγκον. ut ap. *Eurip.* Phoen. 724. ἔχει τίν' ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πέρα; — ¶. 23.] V. 3. ὀψὲ τεκοῦσα. poſt multa tandem molimina tantam praeſtantiam effinxit. — V. 4. ὠδίνειν. Conf. *Julian. Aeg.* LXIV.

*XXV.* Niſi invidia homines impediret, in judicio de Circenſibus omnes, quotquot ſunt, Porphyrio virtutis teſtimonium dicerent. — V. 3. Pro victoriarum numero parvum munus eſſe dicerent, quamvis livor hoc ipſum ei fortaſſe invideat. — V. 5. ὅσσα. Nam omnes virtutes, quae ſingulae ſingulos ornant aurigas, unus habens ad tantam tamque eximiam pervenit praeſtantiam. Minus recte haec explicavit *Brodaeus.*

*XXVI.* Porphyrius aurea ſtatua dignus, eamque accepiſſet, niſi civitas Nemeſin iratam eſſet verita. —

V. 3. Si Praſini tuas victorias celebrant, ut faciunt, hi omnes, laudum tuarum praecones, pro totidem ſtatuis, iisque vivis et ſpirantibus habendi ſunt. Nulla autem vel aurea ſtatua cum ejusmodi praeconio comparari poterit.

XXVII. Ab una factione ad alteram transiiſſe videtur Porphyrius, quem poëta hortatur, ut in ea, cui nunc faveat, firmiter perſiſtens adverſariorum animos invidia excruciet. — V. 2. εὐτυχίης. ſtatuae ceteraque praemia nondum exaequant tua merita. — V. 3. μέρει πρώτῳ. praeſtantiſſimae factioni, cui tu nomen dediſti. — V. 4. τήκων. de invidia. Vide not. ad *Lucill.* Ep. CVII. T. II. P. II. p. 505. — V. 6. ἀτασθαλίην. Porphyrius ab illa factione, cui initio deditus fuerat, injuria forte laeſus erat. Hanc poëta ἀτασθαλίην vocat, cujus illos nunquam non poenitere ait, cum illum ſemper vincentem videant.

¶. 24.] XXVIII. Alii aurigae, aetatis cauſa, cum rude donati ſunt, honorificis praemiis ornantur. Hos igitur non virtus, ſed aetas ornat, γερέων πρόφασις χρόνος. — Porphyrium admodum juvenem iſtiusmodi honoribus adfectum eſſe apparet ex Ep. I. II. XVIII. Noſtro ſimillimum Ep. IV. τοῦτό σοι ἤιθέῳ Νίκη γέρας, ὃ χρόνος ἄλλοις Ὀψὲ μόλις πολιοῖς ὤπασε, Πορφύριε. — V. 6. συγγενέας Χαρίτων. ad hominis pulchritudinem et in aurigando elegantiam referri debet. Cf. Ep. VIII. 3.

XXIX. „In editis titulus εἰς Καλλιόπην. At Codices „recte εἰς τὸν αὐτόν. Sunt enim ejusdem viri duo nomi„na Καλλιόπης et Πορφύριος.“ *Br.* Hoc verum eſſe apparet ex Ep. XX. Porphyrius ſexagenarius victoriam in Circenſibus retulit, et ſenex juvenes ſuperavit, ſicuti olim juvenis ſenes. Male ad certamina Pythica hoc carmen retulit *Burette* in *Mémoires de l'Ac. des Inſcr.*

T. II. p. 367. — V. 4. κοιρανίης. ipſius Imperatoris juſſu. Cf. XIX. 3.

XXX. Νίκη διφρελάτειρα. quae curruum agitatoribus favet, eos comitatur. — V. 3. Senſus, ut in praecedenti v. 1. 2. — σφριγόωντας. νέους. Cf. *Ariſtoph.* Nub. 797. Lyſiſtr. 80. ibique *Schol.* — Junge νικήσας ἐν ἀλκῇ, ubi praepoſitio abundat, ut ſq. verſu ἐν σοφίῃ, i. e. *agitandi peritia.* Cf. Ep. V. — V. 5. Binas ſtatuas Venetorum factio Calliopae poſuerat, alteram juveni, cum *arte* vinceret; alteram ſeni, cum *robore.* — ἐλευθερόπαις. Idem quod ἐλεύθερος Ep. XXXI. Veriſimile eſt, homines illos ſuperbos et effrenatae licentiae ſibi ante omnes liberorum hominum epitheton vindicaſſe. Certe ita ſe gerebant, quaſi ſoli liberi, ceteri omnes ſervi eſſent. Vide *Gibbon's Hiſtory* c. XL. VII. p. 64. ſq. ed. Baſ.

¶. 25.] XXXII. Ἐγερσιθέατρος. cui in *theatro plauſus dari* ſolebat, ut de Maecenate *Horat.* I. Od. XX. 3. — V. 2. ἱερὸς στεφ. Item Ep. XLVI. νηρίθμων στεφάνων ἑσμόν. — V. 4. „δύσστομος. Compoſitum ex δὺς et στόμα. „Antiquae editt. et codd. δύστομος unico σ. Typothetae „errore in edit. Stephani δίστομος, inde in Wechelianam „propagatum. Scribendum autem δύσστομος geminato „σ, ut in nominibus a δὺς compoſitis et vocibus a Σ in„cipientibus, δύσσοος, δυσσεβής, δύσσειστος, et aliis. δύστο„μος derivatur a τέμνω.“ *Br.* δύσστομος ἵππείη γένυς, equus duro ore nec frenis parens. — V. 5. Senſus eſſe videtur, Porphyrium a nemine ſuperatum iri, ſed aliis nihil relictum eſſe, quam ut eum exaequare conentur. Sic hunc locum accepit *Grotius*, qui vertit:

*Praemia victor habes nulli ſperanda, manetque*
*Certamen reliquis, quis tibi ſit propior.*

— V. 5. Vulgo ῥ. Ed. pr. Flor. ῥ.

XXXIII. *τί σοι πλέον, ὅττι.* ſic plane Ep. XIX. 3. Non Imperatorem ſolum et factionem, totamque civitatem, verum etiam adverſarios ipſos Calliopam ſuffragiis ornare teſtatur. Cf. Ep. VI. VII.

## IN FAUSTINUM.

XXXIV. Nihil tantopere ad honores in certaminibus conſequendos valere docet, quam prudentiam. — V. 2. *χρόνος εὐτυχίης.* Senectutem ſignificari nullus dubito, qua quidem curruum agitatores, etiam nullis inſignioribus meritis, ſtatuis ornari ſolebant. Sed in *εὐτυχίης* haereo, quod alibi ipſe honor, *τὸ γέρας*, eſſe ſolet. Cf. Ep. XXVII. *νίκη γὰρ τῆς σῆς μείζονες εὐτυχίης.* Quod cum hic locum vix habeat, fere ſuſpicor legendum eſſe:

*οὐ χρόνος ἡλικίης.*

— V. 3. *ἰλήκοι.* Ut divam aliquam Fauſtini mentem poëta alloquitur, cogitans fortaſſe de Anaxagorae *Νόῳ*, pro deo habito. Vide *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VIII. 19. — *σύντροφος*, contubernalis, comes, *πάρεδρος.* Sic *Antiphilus* Ep. VII. *Δημήτηρ δὲ μέθην σύντροφον οὐ δέχεται.* *Herodotus* L. VII. p. 550. 94. *τῇ Ἑλλάδι Πενίη μὲν ἀεί κοτε σύντροφός ἐστιν.* — *ὧν* ed. Flor. pr.

XXXV. Comparandum Epigr. XXIX. — V. 3. *δεύτερα πάντα.* Omnes in certaminibus ſuperaſti, principem ubique obtinuiſti locum. *τεὸς πόνος.* inſuperabilis tuus labor; ipſe Fauſtinus. Pro *πόνος* ed. pr. Flor. et Ald. 3. *νόος.* quod praeferendum videtur.

¶. 26.] XXXVI. Planud. p. 408. St. 544. W. In Fauſtini in curru ſtantis imaginem, quales collocari ſolebant *ἐν τῇ στέγῃ τοῦ βασιλικοῦ προκυπτίου.* Cf. ad Ep. XVII. — V. 1. Admirare opus architecti illius, qui

has aedes exſtruxit! Niſi enim firmo tecto concameratae eſſent, Fauſtinus cum equis ſuis ad coelum tenderet. — Hic eſt verus horum verborum ſenſus, quae et imaginis praeſtantiam et Fauſtini virtutem celebrant. Minus recte *Huetius* p. 38. σκέπην accepit de tegmine, Fauſtini ſtatuae impoſito, ut imbres et avium arceret injurias.

*XXXVII.* Planud. p. 408. St. 544. W. — V. 2. Ex quo tempore factio Praſinorum Fauſtinum ſibi adſcripſit, nunquam in circo ſuperata eſt. — V. 3. γέρων μέν. Ita *Theocritus* Eid. I. 44. καὶ πολιῷ περ ἐόντι, τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἥβας.

## IN CONSTANTINUM.

*XXXVIII.* Vat. Cod. p. 708. Conſtantinus, dum viveret, ſtatuae honore caruit; defunctum, invidia exſtincta, univerſa civitas ſtatua ornavit. — V. 1. ἔτι βιῶν. ed. Flor. pr. — V. 2. ἀντί. laudem tuam exaequavit invidia. — V. 4. οἷς δύναται. quibus valet honoribus; paribus enim et iis, quibus tu dignus es, nemo te decorare poterat. ἄξιον, id. qu. ἀντάξιον.

*XXXIX.* Vat. Cod. p. 708. Similiter *Agathias* de Joanna cithariſtria Ep. XCI. ὤλετο φορμίγγων τερετίσματα, λῆξαν ἀοιδαί, Ὥσπερ Ἰωάννης πάντα συνολλύμενα.

¶. 27.] *XL.* V. 3. οὐδ' ἕν. Tanta fuit omnium triſtitia, tam dejectus animus, ut omnis de diverſis factionibus inter populum contentio ceſſaret. φίλαι ἔριδες. contentio ſine acerbitate. Tales certe illae contentiones nonnunquam erant; ſed frequenter etiam in caedem et cruenta bella erumpebant.

*XLI.* Vat. Cod. p. 708. duo priora diſticha exhibet, poſteriore omiſſo. — V. 1. χρύσεον. Cf. Ep. I.

5. 6. — V. 4. Juvenis celeberrimos agitatores ſuperavit, ſenex juvenes. Cf. Ep. XXX. XXXV. — δεῖξεν. ut Ep. VIII. οἷσι καὶ ἵππους Κρείσσονας ἀντιπορῶν δεῖξα χερειοτέρους.

XLII. V. 2. τέρψιν. ſtatuam, quae te defunctum oblectaret. — V. 3. ἐπεσφρήγιζε. Vulgo. Quum populus tibi ſtatuae honorem poſt mortem decerneret. Eodem ſenſu σφραγίζειν poſuit *Loll. Baſſ.* Ep. IV. T. II. P. II. p. 22. — V. 4. Poſt πότμον comma ponendum. — V. 5. φιλοκέρτομος. ubi factiones certantes ſe invicem maledictis et conviciis petere ſolent. Quam frequens fuerit in Circo maledicentia, quippe quae ne Imperatoribus quidem parceret, tota Caeſarum hiſtoria loquitur.

*XLIII.* Viventi Conſtantino ſtatuam nullam decretam eſſe, ita poëta excuſat et interpretatur, ut populum exiſtimaſſe dicat, tam parvum munus ejus virtutibus non ſatis reſpondere; poſt ejus fata autem deſiderio ductum eundem caram ejus imaginem ſtatuiſſe, ut laborum ejus memoria etiam ad poſteritatem propagaretur. — V. 3. ᾔδεε. In Anal. vitioſe expreſſum ᾔδεε. — V. 6. Vulgo ἔχῃ. Duo Planudeae Codd. ἔχοι exhibent. Et ſic Ed. Flor. pr. ἔχει tres Aldinae.

*XLIV.* Veneti et Praſini, priſtina ſimultate depoſita, in unum finem concorditer conſpirantes, tibi magno conſenſu monimentum in tumulo ponendum decreverunt.

¶. 28.] *XLV.* Ἀντολίης. Falli, ſi quis exiſtimet, Conſtantinum mortuum eſſe, cum potius curſum ad ſuperas regiones flexerit. — V. 3. θανεῖν. *Callim.* Ep. XLIX. θνάσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς. Sequentia ducta ſunt ex *Parmen.* Ep. XII. φθίσθαι Ἀλέξανδρον ψευδὴς φάτις, εἴπερ ἀληθὴς Φοῖβος· ἀνικήτων ἅπτεται οὐδ' ἀίδης.

*XLVI.* Hoc Epigramma initio fortaſſe mutilum eſt. Statua, quam Conſtantinus nactus erat, poſita erat prope

duo ſigna aurigarum familiae ſuae. Probabile eſt, illa patri Conſtantini Fauſtino et Uranio dicata fuiſſe. Cf. Ep. LVII. — V. 2. τρισσοῖς εἰν ἑνὶ χώρῳ. Vulgo. — V. 4. δεμάς. Cf. Ep. XXXII. 2.

*XLVII.* V. 2. γείτονα γενεῆς. Cf. Ep. XLVI. — V. 5. Puerum ſeniores in Circo coronaverunt, id quod eos feſtivitatis et boni ominis cauſa feciſſe probabile eſt. *Brodaeus* cum in ſuo libro εἶσαν reperiſſet, emendavit ἧσαν, ἱδρύσαντο. In quo eum fefellit *Heſychii* auctoritas, apud quem ἧσαν, ἐκάθισαν, pro ἴσαν legitur. Verum eſt εἶσαν. Il. η. 57. κὰδ δ' Ἀγαμέμνων εἷσεν ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς.

*XLVIII.* Conſtantinus Νίκης alumnus appellatur, ut Ep. V. Porphyrius ejusdem Divae filius. — V. 3. Intra quinquaginta annos, quibus in Circo certaſti, nunquam tibi ſimilem aut aequalem inveniſti. οὐδ' ἴσον. In ed. Flor. pr. et Ald. pr. ὅσον. — οὐδ' ὀλίγον. nullum, qui te parvo aut proximo intervallo ſequeretur, ſed omnes longe poſt te reliquiſti. — V. 5. Cf. Ep. XLI.

¶. 29.] *XLIX.* V. 3. παραίφασιν. Cf. *Agath.* Ep. VI. 7. Deſiderii ſui lenimen hanc ſtatuam poſuit. — V. 4. ἀμφιβάλῃ. Vulgo. — V. 5. ζῆλος. In quam aurigae tanquam exemplar quoddam intueantur. — V. 8. ὀλβίσσῃ. Vulgo. Revocavit editor lectionem edit. Flor. pr. — ἢν μέν. Aldinae edd. tres. Multi, cum deteriores aurigas videbunt, hanc aetatem, quae talem virum nacta eſt, beatam praedicabunt.

*L.* „Ἀέθλια ex uno Planudeae codice. Vulgo ἄεθλα, „metro reclamante.“ *Br.* Sic etiam *Huetius* emendavit p. 38. et Aldus in Lectt. unde Ald. 3. ἀέθλια recte exhibet. Viginti quinque palmas uno die Conſtantinus acceperat; tum equos ſuos cum adverſariorum equis permutavit, et illorum equis iterum totidem fere victorias reportavit. Cf. de hoc more Ep. V. VI. — V. 5.

*ἀμφοτέρων μερέων.* Haec verba proprie pertinent ad τὶς in ſequ. verſu. Saepe inter populum (δῆμος h. l. vix per *factionem* explicari poterit) exorta eſt contentio, utra duarum factionum eum habere deberet. Cf. Ep. VII. 3. 4. — V. 6. δὲ δόσαν. Vulgo. πέπλοι. ſunt colores factionum, ut Ep. X. 4. — Data eſt Conſtantino optio, utrum Venetis an Praſinis accenſeri vellet. — Male *Huetius* p. 38. „Sive Venetus eſſet ſive Praſinus, po„pulus ſecundum eum judicavit."

*LI.* V. 3. vitioſe Steph. ἡνιοχῆε, quod Wechel. repetivit.

*LII.* Planud. p. 409. St. 544. W. In Conſtantini imaginem, in loco contecto poſitam. Cf. ſimillimum carmen XXXVI. Hoc autem Epigr. memorabile eſt propter mentionem quatuor factionum, cum in praecedentibus duae tantummodo commemorentur. — V. 3. τοὺς τρεῖς, δήμους ſcil. — V. 4. πνοῆς ἄνευθεν, ἄπνοον, pictum, non vivum.

¶. 30.] *LIII.* „In uno Planudeae ſcriptum Κωνσταντῖνός γ' ἦν. Recte inſertum γε, ſine quo metrum „non conſtat. Praeterea ſcribendum Κωνσταντίνος. Cor„ripitur enim hîc tertia ſyllaba." *Br.* Κωνσταντῖνος ἦν. Vulgo. *Scaliger* ap. *Huetium* p. 38. Κ. νῦν corrigebat. Quod ad penultimae quantitatem attinet, eadem eſt in praec. Ep. v. 1. In talibus ſequioris iſtius aevi poëtae multum ſibi licere exiſtimaverunt. — V. 3. „In eodem „Cod. ἥρπασεν χάρων." *Br.* Vulgo ἥρπασε δράκων. Veram lectionem jam *Brodaeus* viderat.

## IN URANIUM.

*LIV.* Vat. Cod. p. 709. Planud. p. 407. St. 542. W. Uranius primum ex Venetorum partibus ſtabat, deinde,

cum jam finem agitandi feciſſet, a Praſinis commotus eſt, ut ipſorum factioni nomen daret. Uranii, Venetae factionis hominis, mentionem facit *Conſtantinus Porph.* in Ceremon. ubi vide Reisk. p. 99. — V. 1. ἀεθλεύοντι. Dum adhuc in Circenſibus certabas, (vide ad Ep. II. 5.) et laboribus defunctus ſtatuam accepiſti a Praſinis. — V. 5. δέζετο. Cf. Ep. VII. 2.

*LV.* Argumentum idem cum praecedente. — V. 4. οἷς δή. Ejus ſtatua poſita eſt prope gradus Praſinorum. Suas autem quaeque factio porticus, ſuos gradus habebat, unde certamina ſpectabat. Vide *Ducange* CP. Chriſt. L. II. p. 103.

*LVI.* Imperator Uranium, cum certare deſiiſſet, commovit, ut currum denuo conſcenderet; idque omnibus factionibus gratum fuit, cum nemo, niſi Uranius adeſſet, Circenſia ſpectare curaret. — ¶. 31.] V. 5. ὑστατίης νίκης. ἕνεκα ſubaud. Nihil intereſt, utrum haec verba jungas cum στῆσεν, an cum ἀγασσαμένη. *Thucyd.* VI. 36. τῆς μὲν τόλμης οὐ θαυμάζω, τῆς δὲ ἀξυνεσίας. *Plato* Euthyd. p. 216. ἀγασθέντες τῆς σοφίας αὐτοῖν. Vide *Pierſ.* ad Moer. init. et de ellipſi praepoſitionis *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. II. p. 126.

*LVII.* Vat. Cod. p. 709. Uranium juxta filium Fauſtini, Conſtantinum (v. Ep. XLVII.), ipſumque Fauſtinum collocari juſſit Imperator. — V. 4. Pelopis cognomen tributum Uranio ob inſignem agitandi peritiam. — V. 5. ὡς αἰεί. Verſus Homericus, ſaepe a philoſophis ad varia accommodatus. Vide *Clark.* ad Homer. Od. ρ. 218. — V. 6. τοὺς δέ. Vulgo.

*LVIII.* Si recte intelligo, Uranii ſtatua collocata erat in Hippodromo prope ſtatuam urbis Nicaeae, unde ortus erat, et novae Romae, i. e. Conſtantinopolis. Hae autem ſtatuae ipſi ab utraque manu poſitae fuiſſe viden-

tur; hinc νικᾷ ἀμφοτέρωθεν, ſive a dextra, ſive a ſiniſtra parte procurreret; τῇ καὶ τῇ, ab Nicaeae parte vel a parte Romae. — V. 5. χρυσῷ. Vulgo. — Notandus uſus verbi ἀναγράφεσθαι, a picta imagine ad ſtatuam tranſlati. — V. 6. Pro κτεάνῳ V. D. in Cod. Scaligeri eleganter corrigebat κτεάνων, probante *Huetio* p. 38. Et ſic Aldus in Lectt. habet; nec non Aldin. 2. 3.

## IN JULIANUM.

*LIX.* Vat. Cod. p. 708. Notabile Epigramma, in quo Juliano communi Imperatoris, populi et ſenatus ſuffragio ſtatua decreta eſſe dicitur. — ¶. 32.] V. 6. „Quod vulgo legitur ἔνθεεν, typographi error eſt in edit. „Stephani. Nam quae illam praeceſſerunt omnes recte „ἤνθεεν habent.“ *Br.* — Obſcuriora ſunt verba οἷσιν ἔρως ἤνθεεν ἀντιπάλων, quae ſic vertit *Grotius: manet ejus in ipſis, quos adverſa tenet factio, dulcis amor;* ſenſu optimo, ſed qui ex graecis verbis vix elici poteſt. Senſum potius hunc eſſe puto: Omnes praeſtantiores aurigae eum deſiderabant; tales enim peritos ſibi adverſarios contingere optant, quo magis ipſorum emineat virtus. Juliano autem a Circenſibus recedente, illi nullos ibi adverſarios, qui quidem hoc nomine digni eſſent, ſibi habere videbantur.

*LX.* In Juliani imaginem currui impoſitam. — χεὶρ οἶδε γεννᾷν. Ars defunctis vitam reddere poteſt. — Simili audacia Ep. ἀδεσπ. CCLXXXVIII. in ſtatuam Herculis: Ἀλκμήνης δ' ὠδῖνας ἔχει λίθος. — V. 3. Ῥουσίου. δήμου ſc. factionis ruſſatae. Egit de hoc vocabulo, noſtro loco non omiſſo, *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 775. — V. 5. τὰ νεῦμα. ſignum manu et mappa datum. Mappa enim ſublata tranſennae aperiebantur. Cf. *Salmaſ.* ad Solin. p. 647. B. C.

*LXI.* In poſtremo verſu pro καὶ τὸ στ. *Brunckius* mallet καινὸν στέφος, quod certe elegantius foret.

## IN EUSEBIUM.

*LXII.* Planud. p. 296. St. 435. W. In tertiam ſtatuam Euſebio politam. — V. 3. Tantum omnes curru praevertit, ut victoria ambigua eſſe non poſſet. — V. 5. Reliquorum contentio ceſſavit, cum Euſebius omnes longiſſime ſuperaret. δήμου διχοστασίην. cum populus antea modo huic modo illi faveret, Euſebius inſigni virtute effecit, ut nemo praeter ipſum in populi ore et oculis eſſet.

## AGATHIAE SCHOLASTICI
### EPIGRAMMATA.

¶. 33.] *I.* Vat. Cod. p. 499. Planud. p. 109. St. 160. W. *Stob.* in Floril. T. XVII. p. 154. 10. Gesn. 95. Gr. Mulierum amorem contra paederaſtas commendat, beſtiarum conjugia hominibus in exemplum proponens. — V. 1. στυγόδεμνον νόον. ab omni libidine abstinere, ut ii, qui ſanctimoniae cauſa a matrimonio abhorrent. — V. 2. κλονέοι. *Paul. Silent.* Ep. XXX. ὁππότε δοιοὺς — ἴσος ἔρως κλονέει. — V. 4. κουριδίους ὀάρους. mulieribus natura ipſa multas illecebras dedit. Eodem ſenſu voce ὄαροι utitur *Orpheus* in Argon. 1324. εἰ δέ κε νυμφιδίοις ὀάροις λέκτρῳ δὲ κλινθεῖσα Παρθενίην ᾔσχυνε. Plura vide ad *Thall. Mileſ.* Ep. IV. ubi emendandum propoſui: χλοερὰ δ' ἀπὸ σεῖο φυλλὰς ἀεὶ κνίζοι τοὺς Παφίης ὀάρους. T. II. P. II. p. 30. — V. 5. „In Planudea [et ap. Stobaeum] per„peram legitur οὐ γὰρ ἐκείνων φύσις ἀτιμάζει — contra

„metri legem, cum in φύσις prior corripiatur. In opti„mo Planudeae cod. vox φύσις deeſt, vacuo relicto ſpa„tio. Deeſt etiam in altero, at in ora repoſita. Prior „autem non οὐ γάρ, ſed ἤ γάρ. Veram e cod. Vat. lectio„nem dedi.“ *Br.* Iisdem argumentis Daphnis adverſus Gnathonem disputat ap. *Longum* L. IV. p. 109. ed. Vill. ubi Interpp. hoc Epigramma non neglexerunt. Philoſophorum loca, puerorum amorem ſimilibus argumentis impugnantium, collegit *Wetſten.* ad Epiſt. ad Rom. I. 26. p. 24. ſq. At longe aliter disputat de eadem re *Strato* Ep. LXXXIV. — V. 8. ξεῖνον. novum et inſolentem. Cf. not. ad Ep. in Aurig. Stat. XV. et *Gatack.* Miſc. Poſth. XV. p. 560.

*II.* Vat. Cod. p. 133. Plan. p. 463. St. 602. W. Sibi ipſe mala imprecatur poëta, ſi quando in puerorum amores inciderit. — V. 2. ἐχθόμενοι Vat. Cod. vitioſe. — V. 3. μήτε τυχήσω. ne compos fiam voti, opto, ſi puerum petivero. — ἐπολισθήσω. *Alciphr.* L. III. 64. p. 434. καὶ πέμπτην ταύτην ἡμέραν εἰς ἔρωτα κατολισθήσας φλέγεται. — V. 6. Excitat h. v. *Suidas* T. III. p. 120. in Πιττάλακος, ubi veteres edd. καλύψω exhibent. Pittalacum, hominem impurum, commemorat *Aeſchin.* c. Timocr. T. III. p. 79. ed. R. ἐστί τις Πιττάλακος, ἄνθρωπος δημόσιος, οἰκέτης τῆς πόλεως· οὗτος ἀπορῶν ἀργυρίου καὶ ἰδὼν τοῦτον ἐν τῇ διατριβῇ ἀντέλαβεν αὐτὸν καὶ εἶχε παρ᾽ ἑαυτῷ.

*III.* Vat. Cod. p. 139. Plan. p. 465. St. 605. W. Ad imitationem *Poſidippi* Ep. XVI. incommoda exponit, in quae incurrere debet, qui mulieribus animum adjicit. — V. 2. μαχλ. qui meretrices amant, illarum avaritia excruciantur. σπατάλη χρυσομανής. *Rufin.* Ep. XXXVII. σοβαρῶν ταρσῶν χρυσοφόρος σπατάλη. In Vat. Cod. χρυσομανεῖ σπατάλῃ (ῃ). Si genuinus dativus, extrinſecus aſſumenda praep. ἐπί. — V. 3. πελάσοις. Vat. Cod. —

add. 86.

V. 4. τὰς ἐπί. emendavit *Scalig.* in not. mſc. citra neceſſitatem. — 𝔗. 34.] V. 5. Quae voluptas eſſe poteſt in Veneris uſu cum uxore legitima, ad quam non amoris ſtimulis, ſed neceſſitate officii impellaris? *Nicand. Coloph.* Ep. I. οὐδεὶς τὴν ἰδίην συνεχῶς — κινεῖν ἐκ ψυχῆς τερπόμενος δύναται. — V. 7. μόχια. Aldus invenit in Cod. quodam, idque legitur in Ald. 2. — ἔκτοθεν ἐρώτων. ſine amoris fructu; quippe in quibus ſive flagitii turpitudo, ſive metus voluptatem ſuperet. Cum adulterio paederaſtia jungenda et eodem, quo illud, loco habenda eſt. — V. 9. ἄκοσμος. impudica. — V. 11. μόγις. Vat. Cod. a pr. m. — Viduam ubi vix tandem multis laboribus et impenſis commoviſti, ut tibi corporis ſui poteſtatem faciat, ſtatim δέχνυται κέντρα παλιμβολίης, poenitentia afficitur. παλίμβολος. — πολυμετάβολος καὶ ἐπὶ μιᾷ γνώμῃ μὴ μένων. *Tim.* Lex. Plat. ubi vide *Ruhnk.* p. 204. — V. 13. στυγέει. facti eam poenitet, quodque ipſi ſupereſt pudoris, eo adhibet, ut, quae modo conceſſerat, neget, dilationes quaerat, et connubii adeo voluptatem frangat. Hae ſunt λυσίγαμοι ἀμβολίαι. γάμος enim h. l. ut Ep. I. 8. et paſſim, non juſtas nuptias, ſed concubitum ſignificat. — In contextu Vat. Cod. χάζεται ἀγγελίας legitur. In marg. γρ. ἀμβολίας. — V. 17. Legibus vetitum erat cum aliena ancilla rem habere. ἀνιχνεύων. Legi tribuitur, quod proprie magiſtratuum eſt, qui in flagitia inquirunt. — In Vat. Cod. obſcurum eſt, utrum ὀθνείην, an ὀθνείης exaratum ſit. — νόμος ibidem lineae ſuperſcriptum. — V. 18. δώματος. Vat. Cod. — V. 19. τὸν ὑμέναιον. Apte contulit *Brodaeus Galen.* περὶ τῶν πεπ. τόπων. VI. Διογένης οὖν ὁ κυνικὸς ἑταίρᾳ ποτὲ συνθέμενος, ὥς φασιν, ὅπως πρὸς αὐτὸν ἀφίκηται, βραδυνούσης αὐτῆς, ἀπετρίψατο τὸ σπέρμα, προσαπτόμενος τῇ χειρὶ τὸ αἰδοῖον, καὶ μετὰ ταῦτα παραγενομένην ἀπέπεμψεν, εἰπών, τὴν χεῖρα φθάσαι τὸν ὑμέναιον ᾄσαι. Erat enim haec impuritas ſecundum Cynicos res ἀδιάφορος. Unde in Vita Peregrini *Lucianus* §. 17. T. III. p. 341.

ἐν πολλῷ δὲ τῶν περιεστώτων δήμῳ ἀναφλῶν τὸ αἰδοῖον, καὶ τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο καλούμενον ἐπιδεικνύμενος. ubi vide Interpp. Apud eundem Vit. Auct. §. 10. T. I. p. 550. Diogenes vendendus futurum dominum hortatur, ut in omnium conſpectu faciat, quae alius vix domi ſuae facere audeat, addens haec: καὶ τῶν ἀφροδισίων αἱροῦ τὰ γελοιότατα, ſive, ut mihi quidem videtur, τὰ ἀγελαιότατα, i. e. *viliſſima quaeque.* Dicere enim ſolebat, ἁπανταχοῦ παρεῖναι αὐτῷ τὴν Ἀφροδίτην προῖκα. *Dio Chryſ.* Or. VI. T. I. p. 203. Conf. *Bayle* Dict. v. *Diogène* Not. L.

*IV.* Vat. Cod. p. 120. Planud. p. 452. St. 587. W. In amore et nimiam ſuperbiam et humilitatem nocere docet. — V. 1. χαλάσῃς. Vat. Cod. — ne nimis ſubmittas animum. — V. 2. ἔμπροσθεν. Flor. edit. quod reliquae non ſequuntur. ὀλισθηρὴ ἱκεσίη dicta videtur a geſtu ſupplicantium, qui in genua *labuntur.* Vulgari ſenſu ὀλισθηρὴν τύχην dixit Noſter Ep. LXVI. 4. — V. 3. στεγανότερον. edd. ante Stephan. — *Suidas* T. III. p. 370. στεγανώτερον. πεπυκνωμένον. συνεχέστερον. ἐν Ἐπιγρ. ἀλλά τε καὶ φρονέεις στ. — Firmiori te animo eſſe oportet. στεγανὸς θυμὸς eſt proprie *animus bene munitus, undique tutus.* — ὄσσον. leviora haec animi offenſi ſigna, frons contracta, parcior adſpectus. — βλέμματι φειδομένῳ. Cf. *Strat.* Ep. XVI. 2. — V. 5. Superbos mulieres negligunt; nimis miſerabiles rident. ἔργον ἀθερ. *ſolent.* Hoc ſenſu *Aelian.* V. H. IX. 24. Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾶν. Ibid. III. 18. γεωργεῖν δὲ καὶ σπείρειν οὐδὲν αὐτοῖς ἔργον εἶναι. ubi *Periz.* plura hujus generis dedit. — V. 6. κατὰ καγχ. Vat. Cod. De riſu petulanti et immoderato hoc vocab. explicat *T. H.* in Auct. Em. in Heſych. T. II. p. 116. Add. *Fiſcher.* ad Anacr. p. 17. ſq. Noſter Ep. XXVII. et *Paul. Silent.* Ep. XXXIII. Praeceptum dat paulo diverſum *Propert.* I. X. 27. — *quo ſis humilis magis et ſubjectus Amori, Hoc magis effectu ſaepe fruare bono.*

Add 86

*V*. Cod. Vat. p. 133. Edidit *Reiske* in Miſc. Lipſ. IX. p. 684. nr. 387. et ante eum *Pierſon* in Veriſim. p. 18. Mulieri, quam deperit, comae reticulum et pallam donat, alia majoris pretii promittens. — V. 1. κρήδεμνον. rica, faſcia crines continens. Vide *Salmaſ*. ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 543. *Lennep*. ad Coluth. I. 2. p. 6. Faſciae *Agathiae* aurea ornamenta intexta erant. γραφίς. ipſa pictura ſive acu picta imago eſt. Vide ad *Philippi* Ep. XLII. T. II. P. II. p. 177. — χρυσοπήνη. (χρυσοπήνην corrigit *Weſſel*. Probab. V. p. 47.) τὴν διὰ χρυσοῦ εἰργασμένην. *Heſych*. Similia verba collegit *Pierſon*. l. c. χρυσεοπήνητα φάρεα habet *Eurip*. Oreſt. 838. — ¶. 35.] V. 3. βάλλε pro ἔμβαλλε. ut *Meleag*. Ep. XL. et XLIV. — De ἀμπεχόνῃ vide ad *Antip*. *Sid*. Ep. LXXXII. T. II. P. I. p. 76. Faſcia eſſe videtur h. l. quae humeris papillisque circumnectebatur, qualem Niobes filiae gerunt, ſecundum *Winkelm*. *Geſch. der Kunſt* T. I. p. 197. Jungit ζῶμα et ἀμπεχόνην *Ariſtophan*. ap. *Clem*. *Alex*. Paedag. II. p. 245. Utrique uſui cum inſerviret haec faſcia, Agathias puellam rogat, ut ea mammas potiſſimum ſubſtringat. Minus recte h. l. accepit *Reiskius*. — Vat. Cod. ἐφ' ἑσσαμένη et ἐπὶ μάζιον. Pro εἴη v. 5. Ap. Lipſ. ἤδη. — V. 7. καὶ τόδε. τὸ ἐπιμάζιον ſcil. ſive τὸ κρήδεμνον, ut nihil opus ſit cum *Salmaſio* τὴν μὲν corrigere. — ἀλλά. Nec tamen ſemper puella manere velis. — V. 8. λεύσσοις. Vat. Cod. — εὔσταχυν *Pierſ*. ex Cod. In Ap. Lipſ. εἰς ταχύν, unde in marg. εἰς τάχος emendatum eſt. — στάχυς de liberis dictum cum aliis ejusdem generis vocabulis illuſtravit *Ruhnken*. ad H. in Cerer. 23. p. 9. Adde *Euripid*. in Erechth. fr. I. 26. εἰ δ' ἦν ἐν οἴκοις ἀντὶ θήλεως στάχυς Ἄρσην. — V. 9. ἀργυφέην ἀναδέσμην. Hic igitur illis temporibus nuptarum ornatus erat. Caeterum h. l. eadem junguntur, quae ap. *Homer*. Il. χ. 469. ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τε ἰδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην Κρήδεμνόν θ'. — Vide-

tur ὁ κεκρύφαλος comam totam velaſſe. Ep. ἀδεσπ. CCCLII.

*VI.* Vat. Cod. p. 135. Edidit *Reisk.* Miſc. Lipſ. IX. p. 687. nr. 389. Strategema deſcribit amatorium ſimile illi ap. *Euſtath.* de Iſm. Amor. L. V. p. 200. ubi Iſmenias poculum a puella accipiens, τὴν παρθένον, inquit, ἐδόκουν πίνειν αὐτήν. τὰ χείλη ταύτης κατεφίλουν ἐρωτικῶς καὶ φιλῶν ὑπέκλεπτον τὰ φιλήματα· ὑπηρέτην εἶχον τὸ ἔκπωμα τῆς ἐμῆς φίλης Ἰσμήνης τὰ χείλη μετακομίζον μοι. — V. 3. ἐγώ. ego tanquam canalis ſive fiſtula ſorbendo amoris laticem, i. e. ipſum illud Rhodanthes oſculum, ad alteram zonae partem, meo ori admotam, attrahebam. — ἀρχή, *extremitas*, ut πεισμάτων ἀρχαὶ ap. *Eurip.* Hipp. 772. quem locum cum multis ſimilibus *Valckenarius* admovit Herodoteis σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου L. IV. p. 308. Adde *Ruhnk.* ad Tim. p. 241. — V. 5. αὖ ἐρύων. Sic Vat. Cod. Una voce αὐερύων *Reisk.* ἀνερύων Apogr. Ruhnk. et Guy. — V. 6. μάσταξι. Ep. VIII. 16. *Homer.* Od. δ. 287. μάσταξ. τὸ στόμα. *Heſych.* — ἀντ' ἐφίλουν. Vat. Cod. E longinquo puellam oſculabar, oſcula reddebam, zonae oſcula imprimendo. — V. 7. πόνου παραίφασις. ἀπάτημα πόθων ap. *Meleag.* Ep. CXII. Ep. in Stat. Aurig. XLIX. ἑῶν τόδ' ἄγαλμα παραίφασιν εὗρεν ἐρώτων.

*VII.* Vat. Cod. p. 135. *Reisk.* Miſc. Lipſ. IX. p. 688. nr. 390. De vetula conqueritur, puellae, quam deperit, nimis diligenti obſervatrice. — V. 1. ἡ τρικόρωνος. *Lucill.* Ep. XXXII. Θεμιστονόη τρικόρωνος. ubi vide not. T. II. P. II. p. 461. — ἡ ἡμετέρους. quae ſine dubio nullam aliam ob cauſam, niſi ut nos moleſtiis afficiat, ſaepe mortis procraſtinationem ab Orco impetravit. — V. 4. οὔτε ζωρ. Vat. Cod. Nec aliter Ap. Guy. et Ruhnk. et *Reisk.* — κύλικα εὔζωρον eſt ap. *Plutarch.* V. Theſ. T. I. p. 20. ed. Bry. unde apparet, *Pauwium* temere ζωρότερον conjeciſſe. *Lactea pocula* ſic dixit *Statius* I.

Add. 86.

Achill. 307. ἀκρήτου κύλικος. Ep. ἀδεσπ. DCLXVIII. — V. 5. περὶ δέρκ. Vat. Cod. — V. 6. ἀθρήσῃ Vat. Cod. a man. ſec. — ῥεμβομένην. furtivis oculis circumſpicientem, circumvagantem. *Plutarch.* T. II. p. 521. C. δεῖ δὲ μὴ καθάπερ θεράπαιναν ἀνάγωγον ἔξω ῥέμβεσθαι τὴν αἴσθησιν. ῥεμβῶδες ὄμμα dixit Idem T. II. p. 45. D. — Poſt hunc verſum diſtichon abeſt ab Apogr. Lipſ. quod non fugit *Reiskium.* Dedit illud *Schneider.* in Per. crit. p. 31. — V. 9. Proſerpinam rogat per amorem Adonidis, ut ſuo miſeraeque puellae deſiderio ſuccurrat, importunamque anum ad inferos devocet. Proſerpinam amore incenſam Adonidem Veneri eripuiſſe, plures tradiderunt. Vide *Schol. Theocrit.* XV. 86. *Clem. Alex.* Cohort. ad Gent. p. 29. ubi dearum amores recenſens: ἐπὶ δὲ Ἰασίωνι Δημήτηρ, καὶ ἐπὶ Ἀδώνιδι Περσέφαττα. ubi vid. *Potterum Sylburgii* conjecturam Ἀϊδωνεῖ refutantem. Ad eosdem amores reſpicit *Alciphron* I. Ep. 39. p. 251. et *Lucian.* D. D. XI. T. II. p. 34. ubi vide *T. Hemſterh.* p. 279. ed. Bip. — V. 10. ξυνῆς. mihi et puellae communis. — ¶. 36.] V. 11. Libera puellam ab anu, priusquam ipſa pereat. — Perquam languide et ſine acumine hoc carmen terminatur.

*VIII.* Vat. Cod. p. 137. Primus edidit *D. Heinſius* in Poëm. e Gr. verſis p. 138. unde ejus initium repetivit *Pierſon.* ad Moer. p. 87. *Reiske* Miſc. Lipſ. IX. p. 691. nr. 393. Narrat poëta, quomodo puellam, vetula illa cuſtode juxta cubante, oſculatus ſit. — V. 1. παρ' ἐκ. Vat. Cod. — V. 2. δόχμιον νῶτον. Anum in anteriore lecti parte cubuiſſe puta, ita ut accedentibus tergum opponeret. Hinc propugnaculo comparatur inſuperabili, προβλὴς ὥς τις ἔπαλξις. Excitavit hoc hemiſtichium *Alberti* ad *Heſych.* in προβλήματι. *Homer.* Il. π. 407. πέτρῃ ἐπὶ προβλῆτι. Ib. β. 396. προβλῆτι σκοπέλῳ. Cf. *Suidam* in ἐπάλξεις T. I. p. 786. Eadem de propugnaculo allegoria per totum hoc carmen regnat. — V. 3. ποῖα δ' ἐπ' ἦρι.

„*velut verno tempore.* Sic optime emendavit praeſtantiſ-„ſimus *Toupius* in Suid. I. p. 51. [p. 47. ed. Lipſ. et „Cur. Sec. p. 199.]. Scriptum in Cod. οἷα δὲ πυρί. Sal-„maſio in mentem venerat οἷα δὲ πύργος, quod merito „explodit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 101. licet non multo „melius ſit, quod ipſe ſuadet πήρα. In veteri Cod. ſcri-„ptum erat, pro eo qui olim obtinebat more, indiſtinctis „vocibus ΟΙΑΔΕΠΗΡΙ, unde librarius imperitus fecit οἷα „δὲ πυρί, Η in Υ mutato, quod millies factum. Haec „corruptelae origo probabilior eſt Pierſoni hypotheſi, „quem vide ad Moer. p. 87." *Br.* οἷα δὲ πυρὶ etiam *Suid.* habet in ἀπλοΐδας T. I. p. 268. *Corn. de Pauw* in not. mſc. πήρα tentabat: ut *ſaccus. Joſ. Scaliger* οἷα δὲ πυῤῥή, quod recepit *D. Heinſius.* Huic conjecturae et ceteris omnibus longe praeferenda emendatio *Salmaſii,* quidquid dixerint *Dorvillius* et *Brunckius.* Hujus ſententiam expoſitam vidimus. Ille hanc emendationem parum elegantem judicabat, tum quia ἔπαλξις praecederet, tum quia veſtis nihil cum turri commune haberet. Sed recte monuit *Pierſon.* l. c. paſſim jungi ἔπαλξις et πύργος, ut ap. *Thucyd.* L. III. p. 179. 3. et totius carminis colorem, ubi omnes metaphorae a re militari deſumtae ſint, egregie illi lectioni patrocinari. Idem fere judicat Vir Doct. (quem *P. Fonteinium* fuiſſe ſuſpicor) qui adſcripſit margini Ap. Lennepiani: „πύργος. Sic „lege vel τύρσις. Vide Thucyd. L. III. p. 179. 5. Lu-„cian. T. III. p. 308. l. 35. Ridiculae his hominibus „comparationes in deliciis erant." In πύργος ſponte etiam incidit *Schneiderus* V. Cl. in Per. crit. p. 29. Ut autem h. l. veſtis cum moenibus comparatur, ita contra moenia veſti ap. *Herodot.* L. VII. 20. εἰ καὶ πολλοὶ τειχέων κιθῶνες ἦσαν ἐληλαμένοι διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ. quod illuſtravit *Valcken.* p. 566. 20. *Demades* rhetor ap. *Athen.* L. III. p. 99. D. τὸ τεῖχος ἐσθῆτα τῆς πόλεως appellaverat. Conopeum muſcas et culices arcens corpus defendit

οὐδὲν ἀφαυρότερον τείχεος ἀντυόχου, ſecundum *Paul. Silent.* Ep. LXVI. 6. Sed multo magis *Salmaſii* emendationem firmat, quod *Paulus Sil.*, ejusdem aetatis homo, Ep. VI. tenuem veſtem, quae ipſum a puella ſecernebat, cum Semiramidis muro comparavit: μηδὲν ἔσει τὸ μεταξύ· Σεμιράμιδος γὰρ ἐκεῖνο Τεῖχος ἐμοὶ δοκέει λεπτὸν ὕφασμα σέθεν. *Lucian.* Dial. Meretr. III. καὶ τέλος διετείχιζες τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ, et mox: ἀφῃρέθη μὲν ἤδη τὸ διατείχισμα. Similiter *Euſtathius* de Amor. Iſm. L. III. p. 100. de puella, quae ab amatoris ſeſe defendit impetu, ὅλῳ σώματι περιτειχίζει τὸν μαζόν, ὡς πόλιν ἀκρόπολις. Haec omnia efficiunt, ut *Salmaſii* emendationem non modo non explodendam, ſed ceteris omnibus anteponendam exiſtimem. Quod vero ad *Toupii* lectionem attinet, ſpecioſa illa quidem, praeſertim propter literarum ſimilitudinem, (quae tamen in πυρὶ et πυργ' etiam ſumma eſt,) nec tamen propterea unice vera. Puellam vir ingenioſiſſimus, jam ſpirante Favonio, οἷα δ' ἐπ' ἦρι, veſtem tenuiorem pro more ſumſiſſe ait, et poëtam reſpexiſſe *Xenophont.* Hiſt. Gr. IV. 5. 4. καὶ ἀναβεβήκεσαν δὲ ἔχοντες, οἷα δὴ θέρους, σπεῖρα. *Et quod, ut aeſtatis tempore, tenuibus induti pannis adſcendiſſent.* In his Toupianum agnoſcimus ingenium, qui, diſſimillimis ſaepe locis inter ſe comparatis, conjecturis ſuis ſpeciem conciliare ſolet. Hic certe *Agathiam* de *Xenophontis* loco ne cogitaſſe quidem, quovis pignore contenderim. Nec ſane locis veterum indigemus, qui probent, calido anni tempore craſſiores veſtes deponi, tenuiores indui. At docendum erat, verni temporis commemorationem ad hiſtoriam melius intelligendam facere. Quod nemo, puto, docere poterit. — Quod ad ἁπλοῒς attinet, veſtem ſimplicem fuiſſe, ipſum nomen indicat. V. *Heſych.* v. et *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. I. p. 409. — ἐκταδίη. μεγάλη. *Schol. Homeri* Il. κ. 134. — V. 6. Excitat h. verſum *Alberti* ad *Heſych.* v. χαλίκρητος· et *Suidas* T. III. p. 649. χάλιξ,

ὁ ἀκρέτατος οἶνος· χαλᾷ γὰρ τὰς φρένας. *Heſych.* Bacchus ἀκροχάλιξ οἴνῳ καὶ νέκταρι, i. e. μεθύων ἀκράτῳ, *Apollon. Rhod.* IV. 432. Vide *Schneiderum* ad *Nicandri* Alex. 29. *Cuperum* in Obſſ. I. 11. p. 79. et *Gatacker.* Adv. Miſc. Poſth. 5. p. 455. — Serva, januae cuſtos, bene pota in limine jacebat. — V. 7. ἐπὶ στρ. Vat. Cod. correctum ἐπ/. Apogr. Ruhnk. et Guy. ἐπιστρεπτῆρα. Pro θυρέτρου, quod ut veram lectionem protulit *Dorvillius* l. c. et *Alberti*, qui partem hujus diſtichi excitat ad *Heſych.* T. I. p. 98. 22. in quibusdam apogr. μελάθρου legitur. Peſſulum januae clanculum et ſine ſtrepitu removit ille, qui didicerat *impercuſſos nocte movere pedes. Ovid.* III. Amor. I. 52. — V. 9. φρυκτοὶ αἰθαλόεντες non ſunt *titiones*, *torres*, ut *Salmaſ.* in apogr. ſui margine notavit, ſed *lucerna*, quam φρυκτὸν facete appellat, ut in metaphora perſiſtat. τῶν φρυκτῶν enim uſus in bellis et urbium expugnationibus. *Stanlej.* ad *Aeſchyl.* Agam. 1. p. 793. — Excitavit hoc diſtichon *Suid.* in λώπην T. II. p. 462. ubi recte ῥιπίσμασι, non ῥαπίσμασι, ut *Heinſius* habet. — Veſte mota ventum faciens lucernam exſtinxi. — V. 10. *Suidas* in λέχριος T. II. p. 435. — V. 11. Idem in κνώσσουσαν T. II. p. 335. — ἤκα. *Heinſ.* et *Reisk.* — Quum vetula anteriorem lecti partem occuparet, amator ſubiens lectum usque ad alterum ſpondae latus prorepſit, ubi corpore ſenſim erecto puellam tentare coepit. — σχοῖνοι funes ſive lora, lectum jungentia. Rem illuſtrat *Petronius* c. XCVII. *Imperavi Gitoni, ut raptim grabatum ſubiret, annecteretque pedes et manus inſtitis, quibus ſponda culcitam ferebat. — non eſt moratus Giton imperium, momentoque temporis inſeruit vinculo manus, et Ulixem aſtu ſimillimo vicit.* — V. 13. μετὰ βαιόν. *Heinſ. Reisk.* ὅπῃ *Heinſ.* ὅπου R. ex Ap. Lipſ. — V. 15. ὑπετρύφθην δὲ πρόσωπα. *Reisk.* ex Ap. ſuo. ὑπεθρύφθην δὲ προσώπῳ. membr. Vat. In marg. Ap. Guy. haec notata leguntur *Salmaſii: an* ὑπετρίφθην, *os*

*meum affrictum eſt illius ori. Sed forte legendum* ἐπιτρίφθην δὲ προσώπῳ. *Sic ſupra* ἦν δ' ἐπιτρίψῃ τὸ σκέλος. Nihil mutandum videtur. Ille paulatim ſeſe erigens primum papillas comprehendit manibus, deinde ad altiora pergens ὑπεθρέφθη προσώπῳ, *ore* quoque *puellae delectabatur*, in eoque *luxuriabat*, oſcula ipſius ori infigens. Oſcula illa tanquam cibum aliquem delicatum repraeſentat; hinc μάσταχα πιαίνων· quod pro *oblectare* poſuit *Aeſch.* Agam. 275. Cf. *Paul. Sil.* XI. 2. — χείλεος εὐαφίῃ, labia ſuaviter intumeſcentia. Vid. not. ad *Rufin.* Ep. II. 4. T. II. P. III. p. 152. — V. 17. In hac muri expugnatione praedam habebam pulchrum puellae oſculum. — σύμβολον. *Salmaſ.* in marg. Ap. Guyet. *praemium*, μισθὸν interpretatur, ad *Heſychium* remittens, ubi τὸ διδόμενον τοῖς εἰσιοῦσιν εἰς τὸ δικαστήριον appellatum fuiſſe σύμβολον docetur. Sed h. l. eſt potius *pignus*, quo accepto amator ampliora ſperabat. — V. 20. σφίγγεται, ἡ κορίη. puellae pudicitiam adhuc tuetur procraſtinatio. ἀδήριτος ἀμβολίη. induciae, pugna ceſſante. Nova pugna commiſſa, arcem virginitatis expugnabo. — V. 23. οὐδέ τί με στήσουσιν. et στήσωσιν. vitioſe *Heinſ.* quod *Dorvill.* notavit, qui σχήσωσιν ex Cod. profert. At ibi σχήσουσιν legitur. Depravatius etiam, σχίζουσιν, legit *Spanhemius*, qui hoc diſtichon profert in Libro de Uſu et Praeſt. Num. T. II. p. 75. ubi nummos tractat, in quibus Venus τροπαιοφόρος exhibetur. 24 86

¶. 37.] IX. Vat. Cod. p. 138. Edidit *Toupius* in Anim. ad Schol. Theocr. p. 211. Notae ſunt amantium ineptiae circa τὸ τηλέφιλον ex *Theocr.* Eid. III. 20. ſq. et Schol. Diſerte rem explicavit *Pollux* IX. 127. In illo ludo papaveris folium, hoc enim eſt τὸ τηλέφιλον, poculo fuit impoſitum, ubi ſi manu percuſſum clarum reddebat ſonum, id pro auſpicato ſigno habebatur. Hoc πλατυγίζειν appellabatur. Vid. *Suid.* v. T. III. p. 127. At hoc loco de cottabiſmo agitur, ad quem vocabulum

τηλέφιλον accommodatur tantum. Vide ad v. 6. — V. 1. ἔξωθε. Ap. Guy. et Ruhnk. — ἠχέτα βόμβος pro ἠχέτης, forma ionica, ſive, ut alii volunt, aeolica. ἠχέτα τέττιξ *Heſiod.* Ἔργ. 582. — μαντῷον appellatur κισσύβιον, propter hoc ipſum, quod omen inde petebatur. Totus loci color ductus eſt ex *Theocrit.* l. c.:

> ἔγνων πρᾶν, ὅκα μευ μεμναμένω, εἰ φιλέεις με,
> οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτιμαξάμενον πλατάγησεν.

— V. 3. τὸ δ' ἀτρεκές. An verum ſit augurium, tum intelligam, cum me tecum cubare patieris. — V. 5. μεθυσὰς ap. *Toup.* vitioſe. Partem hujus verſ. c. ſequ. laudat *Suidas* in λάταξ T. II. p. 417. ubi iterum (ut Ep. II. 6.) καλύψω exhibetur in vett. edd. λάταξ eſt ſonus, quem vinum efficiebat poculo cum vi injectum. Vide, qui omnem rem de cottabismo docte explicuit, *Grod-deck.* in *Antiqu. Verſ.* p. 251. ſq. et p. 264. ubi docet, illum crepitum pro bono omine inter amantes fuiſſe habitum. Facit huc inprimis fr. *Callimachi* CII. Πολλοὶ καὶ, φιλέοντες Ἀκόντιον, ἧκαν ἔραζε Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας. *Suidas* in κοτταβίζειν· — εἰς χαλκᾶς δὲ φιάλας, αἳ καλοῦνται λαταγεῖα, ἀνεῤῥίπτουν ἐμβάλλοντες τὸ πόμα· καὶ εἰ ἐγίνετο μείζων ψόφος, ἐδόκουν ὑπὸ τῶν ἐραστῶν ἐρᾶσθαι. — V. 6. πλέγμασι Vat. Cod. Superſcriptum πνεύμασι. Fortaſſe fuit:

> καλλείψω λατάγων παίγμασι τερπομένους.

Si πλήγμασι verum eſt, quod *Salmaſ.* emendaſſe videtur; ſic enim ſcriptum reperio in Apogr. Guy. et Ruhnk.; accipiendum eſt pro ſynonymo τοῦ πλαταγήματος v. 1.

X. Vat. Cod. p. 121. Planud. p. 454. St. 589. W. In cithariſtriam arte et pulcritudine conſpicuam. — V. 1. ἔχουσα vulgo. Noſtrum eſt in membr. Vat. probatum *Dorvillio* ad Char. p. 551. — V. 3. τραγικὸν ῥοῖζημα. tragici ſermonis graviorem ſonum ſignificat. De oratore *Philoſtr.* in V. Soph. II. 10. p. 589. ὡς μηδὲ τοῦ

Πολέμωνος ῥοίζευ λείπεσθαι δόξαι. ubi vid. *Olear.* — ῥῆξατο φωνὴν, *vocem e pectore rumpit*, ut *Virgil.* loquitur Aen. XI. 377. Dicendi genus ap. ſeriores poëtas crebro obvium. Exempla v. ap. *Wetſten.* ad N. T. II. p. 231. — V. 7. σιγή. Vat. Cod. σιγῇ ἐφ' ἡμείων. Ex Il. η. 195. Submiſſa haec voce inter nos agamus, ne Dionyſus haec audiens Ariadnae hujus amplexum appetat. — V. 8. ἔχοι. Vat. Cod. — In Ariadnam quandam epitaphium eſt in Anth. Lat. IV. 56. p. 40. ſq.

*XI.* Vat. Cod. p. 131. Planud. p. 462. St. 601. W. Deſcribit poëta cruciatus, quos perpeſſus ſit inter duas puellas cubans, quarum alteram ipſe amabat, ab altera amabatur. — V. 1. ποτε μοῦνος Vat. Cod. a pr. m. μέσσα καθήμην vulgo, quod caſto Planudis ingenio debemus. At in lectione Cod. nihil impuri eſt, quippe quae de accumbentibus in coena accipi poteſt. Ante *Brunckium* eam indicavit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 655. — V. 3. οἷά τε τις φώρ. Sic recte Planud. In membr. οἷά τ' ἔτι σφῶν, — V. 4. χείλει φειδομένῳ. fere ut Ep. IV. ὅσσον ἰδεῖν βλέμματι φειδομένῳ. — V. 5. ὑπὸ κλ. Vat. Cod. Alterius zelotypiam conabar fallere, quae ne dolum animadverteret, timebam. — τὰς λυσιπόθους ἀγγελίας. ne amorem noſtrum parentibus puellae a me amatae indicans ejus fructu nos privaret. — V. 7. ἆρα εἶπον. Vulgo. Noſtrum eſt in Vat. Cod. et perpetuo Homeri more firmatur. Sequentia ducta videntur ex *Anacr.* Od. XLVI. χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι, Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι.

¶. 38.] *XII.* Vat. Cod. p. 124. Planud. p. 461. St. 599. W. De intempeſtiva hirundinum loquacitate conqueritur Agathias. Etiam hoc Ep. ex *Anacreonte* Od. XII. traductum videtur. — V. 1. Poſtrema hujus verſ. verba una cum ſq. laudat *Suid.* v. ἐλινύοντας T. I. p. 715. ubi ἐλιννῦσαι legitur, ut in vulg. edd. ἐλινύσαι Vat. Cod. quam ſcripturam praefert *Erneſtus* ad *Callim.* H. in Cer.

48. et poſt eum alii. — V. 3. ἀμφὶ π. Vat. Cod. — ἐς δ' ἐμὲ δάκρυ βάλλουσι. in lacrymas me conjiciunt; moerorem, ſomno modo cedentem, denuo excitant. — V. 4. βάλλουσιν. Vat. Cod. — παρωσάμεναι. *Callim.* ap. *Etym. M.* v. ὦρος. ὁ ὕπνος. Καλλίμ. πολλάκι καὶ κανθῶν ἤλασα ὦρον ἄπο. *Theocr.* Eid. XXI. 20. ἐκ βλεφάρων δὲ Ὕπνον ἀπωσάμενοι. Sequitur in membranis diſtichon, quod Planudes ob ſcripturae vitia omiſit:

Ὄμματα δ' οὐ λάοντα φυλάσσεται· ἡ δὲ Ῥοδάνθης
αὖθις ἐμοῖς στέρνοις φροντὶς ἀναστρέφεται.

Haec ſic fortaſſe emendanda ſunt:

Ὄμματα μυδαλέοντα παλάσσεται —

*Lacrymis humidi oculi turbantur et irrigantur.* μυδαλέοντα ſaltem ſatis veriſimile ex loco *Stratonis* Ep. LXVIII. quem *Agathias* ante oculos habuiſſe videtur: Πάννυχα μυδαλέοντα πεφυρμένος ὄμματα κλαυθμῷ Ἄγρυπνον ἀμπαύω θυμὸν ἀδημονίῃ, ubi vide not. — παλάσσειν eſt perfundere, inſpergere, foedare, et reſpondet verbo φύρειν, quo *Strato* uſus eſt. νιφετῷ πεπαλαγμένον ὕδωρ dixit *Qu. Calaber* XII. 402. Fortaſſe tamen in φυλάσσεται aliud verbum latet. — V. 5. λαλητρίδες. Paſſim loquacitas hirundini exprobratur. *Schol. Theocr.* XV. 87. κωτίλλοισαι. ἤγουν πολυλογοῦσαι· κωτίλην γὰρ λέγουσι τὴν χελιδόνα. Proprio vocabulo κωτιλάδας appellatas fuiſſe ap. Thebanos hirundines, diſcimus ex *Strattide* ap. *Athen.* XIV. p. 622. A. Plura vide ap. *Valckenar.* in Adon. p. 379. λαλίη, φαιδρή τε χελιδονὶς Homonoea vocatur in Ep. Inc. DCCXXXII. Cf. *Fiſcher.* ad *Anacr.* p. 53. ſq. — V. 7. Ἴτυλον. *Soph.* Electr. 148. Ἴτυν γ' ὀλοφύρεται Ὄρνις ἀτυζομένη. *Catull.* LXIV. 13. *Daulias abſumti fata gemens Ityli.* Adde *Straton.* Ep. II. 3. — V. 8. „Foeda corruptela verſum „hunc obſidet in vulgatis libris, ubi vel Planudis vel „librariorum culpa legitur καὶ γοάοιτε Εἰς αἶπος κραναὴν —

„*epopis* ſeu *upupae*, i. e. Terei in hanc avem converſi.“ *Br.* De Tereo in upupam mutato vid. *Pauſan.* X. 4. *Ovid.* Metam. VI. 672. Nidum aedificat ἐν τοῖς ἐρήμοις καὶ τοῖς πάγοις τοῖς ὑψηλοῖς. *Aelian.* H. A. III. 26. *Ariſtot.* H. A. IX. 11. Adde primam ſcenam Avium *Ariſtophanis*, ubi duo Athenienſes Terei aulam in praeruptis montibus quaerunt. — V. 9. κνώσσοιμεν. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 10. ἀμφιβάλοι. Vulgo et in Vat. Cod.

*XIII.* Vat. Cod. p. 132. Plan. p. 463. St. 601. W. In puellam olim pulchritudine conſpicuam et ſuperbam, nunc annorum progreſſu marceſcentem. Color fortaſſe ductus ex *Automed.* Ep. II. T. II. p. 207. — V. 2. „πλεκτὰς Vat. Cod. hinc corrupta lectio in duobus Planudeae παικτάς“ *Br.* παικτὰς habet Ed. Flor. pr. Ald. tres. πεκτὰς emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. nec aliter habet ed. *Jodoci Badii.* — V. 4. χεῖρας ἐρικνώθη. Vulgo: quod recte emendavit *Pierſon.* ad *Moer.* p. 336. *Apollon. Rh.* I. 699. γήραϊ δὲ ῥικνοῖσιν ἐπισκάζουσα πόδεσσι. Cf. Miſcell. Obſſ. T. II. p. 360. — V. 5. μαζὸς ὑπεκλίνθη. Sic plane *Propert.* II. 12. 21. *necdum inclinatae prohibens te ludere mammae.* ubi vide *Brukhuſ.* — V. 6. βαμβαίνει. fracta ſenio voce, quam Lycae exprobrat *Horat.* IV. Od. XIII. 5. *cantu tremulo pota Cupidinem Lentum ſollicitas.* ubi vide *Mitſcherl.* βαμβαίνων. τρέμων τοῖς ποσὶν ἢ τοὺς ὀδόντας. *Heſych.* Gloſſae: *Titubo.* σφάλλομαι. λακωνίζω. γλώσσῃ βαμβαίνω. *Themiſt.* Or. XIII. p. 301. καὶ ἔπαλλε μὲν αὐτῆς ἡ καρδία, ἐβάμβαινε δὲ ἡ φωνή. Cf. *Valcken.* ad *Ammon.* p. 122. et in Append. ad Virgil. c. Gr. compar. p. 84. — V. 7. τὴν πολιήν. Canos equidem Nemeſin amoris appellare ſoleo, quippe qui celerius ſubnaſcentes, poenas ſuperbiae a puellis ſumunt. *Automed.* l. c. καὶ κάλλους εἰσί τινες Νεμέσεις. ubi ſimilia notavi T. II. P. II. p. 128.

*XIV.* Vat. Cod. p. 120. Plan. p. 453. St. 588. W. Scriptum in maritum, qui zelotypia inflammatus uxori

Rhodanthae et comam reſecuerat et plagas intulerat graviſſimas. In utraque re ſimilis erat Polemoni *Menandri*, quem, cum in captivam, quam miſere amabat, eadem commiſiſſet, poſtea poenitentia hujus flagitii graviter affectum, humi proſtratum lacrymas fudiſſe uberrimas conſtat ex *Philoſtrati* Epiſt. XXVI. ex cujus verbis fuerunt qui comoediam Menandri *Polemonem* elicerent. Perperam; nam fabulae titulus ſuit ἡ Περικειρομένη, ut recte vidit cl. *Boettiger* in Exc. II. ad Eunuch. p. 59. ſq. qui noſtri Epigrammatis non immemor fuit. Praeterea τὴν Περικειρομένην nihil diverſam fuiſſe a Ῥαπιζομένῃ multis argumentis eleganter docuit *Huſchkius* V. Cl. in Anal. crit. c. VII. p. 171. ſqq. — V. 1. τὸν σοβαρὸν Πολέμ. *Philoſtrat.* l. c. Οὔτε ὁ τοῦ Μενάνδρου Πολέμων καλὸν μειράκιον περιέκειρεν, ἀλλ' αἰχμαλώτου μὲν ἐρωμένης κατετόλμησεν ὀργισθεὶς, ἣν οὔτε αὐτὸς ἀποκείρας ἠνέσχετο· κλαίει γοῦν καταπεσὼν καὶ μεταγινώσκει τῷ φόνῳ τῶν τριχῶν. Ad hunc hominem inprimis ejusque in illa fabula partes reſpexiſſe *Tibullum* I. El. X. 53. acute ſuſpicatur *Huſchkius*:

*Sed Veneris tunc bella calent; ſciſſosque capillos*
*Femina perfractas conqueriturque fores.*
*Flet teneras ſubtuſa genas; ſed victor et ipſe*
*Flet, ſibi dementes tam valuiſſe manus.*

— V. 2. γλυκερὰς. Vat. Cod. unde Γλυκέρας fecit *Joſ. Scaliger*, vertens: *Quod Polemo ille facit, Glyceres qui conjugis aufert In thymela crines, docte Menandre, tua;* quod *Fabricium* Bibl. Gr. T. II. p. 467. in errorem induxit. Vide *Huſchke* l. c. p. 183. ſq. — V. 5. καὶ τραγικοῖς. rem comicam in tragoediam vertit. — V. 6. μάστιξεν. Vulgo et Vat. Cod. — ¶. 39.] V. 7. Quod enim tantum flagitium Rhodanthe commiſit, ſi eam aerumnarum mearum miſeruit? — V. 9. Mire ab hujus diſtichi ſenſu aberravit *Scaliger*, qui vertit: *Exſculpens*

*oculos radicitus ambo Invidiae informes duxit in ore notas.* Quanto rectius ſummus *Grotius*: *Nos quoque diviſit ferus ille, nec ora tueri Mutua fert: tantus pectora livor habet.* — Partem hujus diſtichi *Suidas* profert in αἴθοπα T. I. p. 647. — V. 11. In marg. Vat. Cod. haec nota legitur: θαυμαστὴ ἡ τοῦ ἐπιγράμματος ἔννοια ἐκ τῶν δραμάτων Μενάνδρου. Ad titulos fabularum *Menandri* reſpici, ut in Ep. *Frontonis* II. (Anim. T. II. P. III. p. 11. ſq.) non fugerat auctorem hujus ſcholii, non magis ac *Weſſeling.* in Diſſ. Herod. p. 160. et *Grotium*. Primus tamen haec ſibi obſervaſſe videbatur *Toup.* Ep. Crit. p. 28. — Μισούμενος. In hac fabula partes primariae erant militis glorioſi, puellae, quam deperibat, odioſi. Vide *Liban.* Decl. XXXI. Tom. I. p. 701. cujus locum excitavit *Boettiger.* l. c. p. 55. — Δύσκολος, moroſus et triſtis, nec ſibi, nec aliis aequus. Hujus hominis mores et animum ob oculos nobis ponit *Julian.* in Miſop. p. 342. A. οὕτω μὲν οὖν ἐγὼ ἐν Κελτοῖς, κατὰ τὸν τοῦ Μενάνδρου Δύσκολον, αὐτὸς ἐμαυτῷ πόνους προσετίθουν. et p. 349. C. πόλει γὰρ προσιὼν ἐλευθέρᾳ, τὸν αὐχμὸν τῶν τριχῶν οὐκ ἀνεχομένῃ, ὥσπερ οἱ κουρέων ἀποροῦντες, ἄκαρτος καὶ βαθυγένειος εἰσέδραμον. ἐνόμισας ἂν Σμικρίνην ὁρᾷν, ἢ Θρασυλέοντα, δύσκολον πρεσβύτην ἢ στρατιώτην ἀνόητον. Ante δύσκολον videtur ἢ inſerendum eſſe. — V. 12. τὴν περικειμένην. Vat. Cod. a pr. m.

*XV.* Vat. Cod. p. 121. Planud. p. 453. St. 589. W. Ad Cleobulum eundem, qui Rhodanthen totonderat et verberibus affecerat. — V. 1. Quamvis nunc, ſenex factus, ad amorem friges, inique tamen agis, quod in juniores tam crudeliter conſulis. — κατεύνασε. ἐπεὶ χόλον εὔνασε Μίνως. *Apollon. Rhod.* III. 1000. γόον εὔνασον. *Coluth.* 329. ex *Homeri* Odyſſ. δ. 758. *Anacr.* Od. XLI. 9. δι' ὃν ἀμπαύεται Λύπα, Δι' ὃν εὐνάζετ' Ἀνία. Eodem ſenſu, quo παύειν, frequentius occurrit κοιμᾷν et κοιμίζειν. φύλλον, ᾧ κοιμῶ τόδ' ἕλκος. *Soph.* Phil. 651. Vide ad *Me-*

*leagri* Ep. VI. T. I. P. I. p. 22. — θαλυκρόν. διάπυρον. *Suid.* T. II. p. 163. ubi hujus diſtichi pars laudatur. In marg. Wech. γρ. καὶ θαλυκτόν· ex Ed. Flor. pr. Majoris momenti eſt, quamvis vulgatae non praeferenda, lectio marg. Vat. Cod. γρ. μελιχρόν. — V. 3. ἐπὶ γυιοῖς et mox ἐπ' οἰκτ. Vat. Cod. — V. 5. ξυνοῖς. de ejusmodi rebus, quibus omnes ſunt obnoxii. — V. 6. „Ludit in „oppoſita ſignificatione nominum ἀντίπατρος et ἀντίπαλος, „quorum prius in codd. junctim ſcriptum editiones „male diviſim exhibent.“ *Br.* Edd. ante Steph. omnes ἀντίπατρος, quod primum *Brodaeo* vitii ſuſpectum fuit.

*XVI.* Vat. Cod. p. 129. Plan. p. 462. St. 600. W. Rogat puellam, ut ſibi e poculo propinet et ſic oſcula mittat. Vide ad *Meleagr.* Ep. X. Nulla fere eſt fabula amatoria, ubi non idem luſus occurrat. — V. 1. „μεθύσσαι. Sic recte in duobus Planudeae codd.“ *Br.* Vulgo μεθύσαι. — V. 5. πορθμεύει. Cf. Ep. VI. 8. — V. 6. ἔλαβεν. Vat. Cod.

*XVII.* Vat. Cod. p. 130. Plan. p. 462. St. 600. W. Puella ad lucernam, ne inauſpicatis ominibus amantem retineat. — V. 1. laudat *Suid.* in μύκητα T. II. p. 586. μύκητα appellabant fungos in ellychnio naſcentes, quos pluviam portendere exiſtimabant. Vide *Annam Fabri* ad Callim. fr. 364. *Bentlej.* ibid. fr. XLVII. p. 342. *Interpp. Appuleji* Metam. II. p. 117. et omnino de lychnomagia *Bulenger.* L. III. 32. — ἐγείρῃς Vat. Cod. a man. ſec. — V. 3. Lucerna exſtincta Leandrum fluctibus tradidit, unde eam amantibus invidere apparet. Hinc προδότης λύχνος ap. *Antip. Theſſ.* Ep. LIV. ἄπιστος ap. *Muſae.* v. 329. — ὅτ' ἠρῶ. Vat. Cod. ὅτ' ἠρώ. edd. vett. excepta ed. pr. Flor. quae ὅθ' ἠρώ exhibet. — V. 4. ἤρμοσε, ἑαυτήν ſcil. — Reliqua effari non audet, ne malum omen faciat. — ἐᾶ. Vat. Cod. — ¶. 40.] V. 5. καὶ πείθομαι. Vulgo et in Vat. Cod. — Te Vulcano ſa-

eram eſſe inde apparet, quod Veneri ſubiniquam te praebens domini zelotypiae blandiris. — V. 6. »χαλέπτων Κύπριδα. Sic recte Vat. membr. i. e. βλάπτων. »χαλέπτειν τινὰ et χαλέπτεσθαί τινι.“ *Br.* Vulgo Κύπριδι, quod nec ipſum repudiandum. *Bion* XVII. 2. τίπτε τόσσον θνατοῖσι καὶ ἀθανάτοισι χαλέπτεις.

*XVIII.* Vat. Cod. p. 131. Planud. p. 462. St. 601. W. — V. 1. in marg. Vat. Cod. γρ. καλή. quod ſequ. verſ. ſtructura non patitur. Ap. *Ariſtaenetum* mulier adoleſcentis amore inflammata ad ancillam: ὁποῖον δοκῶ σοι νεανίσκον ποθεῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καλόν, ἀλλ' ἐρῶσα τυχὸν σφάλλομαι περὶ τὴν κρίσιν τοῦ ποθουμένου, καὶ ἔρωτι πλανῶμαι τὴν ὄψιν. L. I. XI. p. 28. Nam amantibus ſaepe τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. *Theocr.* VI. — *Xenoph. Epheſ.* I. 4. p. 7. καλὴ παρθένος· τί δέ; τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς εὔμορφος Ἀνθία. — V. 6. ἀμφαδίην. non juſtas nuptias, ſed clandeſtinum et furtivum amorem quaero. ὑποκλεπτομένην. Noſter Ep. XCIII. λέκτρον ὑποκλέπτων ἀλλοτρίης ἀλόχου. *Muſaeus* v. 182. οὐ δύνασαι σκοτόεσσαν ὑποκλέπτειν Ἀφροδίτην. — V. 8. Scr. ὅττι. — Juſtas nuptias te fugere intelligo, quia puella non ſatis dotata eſt. — V. 9. ἔγνων. Vat. Cod. male. — ἐψεύσαο. Is, cujus haec verba ſunt, cum amicum rationes tam accurate ſubducentem videat, recte concludit, amorem, quo ſe laborare dicat, verum amorem non eſſe.

*XIX.* Vat. Cod. p. 134. Plan. p. 463. St. 602. W. Puellam interrogat, num iisdem, quibus ipſe, ignibus caleſcat. — V. 2. Ex pleniore exemplari notarum *Huetii* haec profert V. Cl. *Chardon de la Rochette* Mag. Encycl. VI. An. T. I. nr. 3. p. 315. »αὐαλέοις. oculis »ſomno non perfuſis. V. 5. ἀμέγαρτε. invidia carens. »Reſpicit tempus illud, quo ipſa paſſim amabit, jam »vetula, cujus pulchritudini nemo invidebit.“ ξηραὶ κόραι ſunt ap. *Eurip.* Oreſt. 389. *Aeſchyl.* VII. adv. Theb.

702. — V. 3. ἔχεις ὕπνον. Ed. Flor. — V. 4. λόγος. Vide Intrpp. *Theocriti* XIV. 48. et de ſimilibus loquendi formulis *Valcken.* ad *Herod.* p. 172. 83. — V. 5. Conf. not. ad *Aſclepiad.* Ep. XVIII. 4. et ad *Straton.* Ep. XXXV. 5. — V. 7. 8. laudat *Suidas* in παλίγκοτος T. III. p. 9. ubi ἐχθαίρειν, ut in Vat. Cod. ubi tamen ν in raſura eſt. — Maligna quidem Venus quoad reliqua, ſed unum habet, quod placeat, quod ſuperbas mulieres odit. *Tibull.* I. 8. 96. *Oderunt, moneo, Pholoë, faſtidia Divi.* *Horat.* III. Od. 10. 9. *Ingratam Veneri pone ſuperbiam.* *Ariſtaen.* L. II. 1. p. 72. οἶσθα δὲ, ὅσον Ἔρως ἀντιστρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι φιλεῖ.

XX. Vat. Cod. p. 134. Planud. p. 463. St. 602. W. In puellam, vetulam quidem, ſed formoſam et amabilem. Expreſſum ex *Rufini* Ep. VIII. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ῥαδινὴ T. III. p. 250. — γήραος οὐδῷ. Homericum Il. ω. 487. — V. 3. θέλγειν. Vat. Cod. et Flor. ed. pr. Comparavit *Toupius* in Cur. Nov. p. 251. Aeſchylea ap. *Antig. Caryſt.* H. Mir. p. 94. νέας γυναικὸς οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη. — V. 4. ἡ δεκάς. *numerus* ſimpliciter. Vide *Markland.* ad *Eurip.* Suppl. v. 219. — ¶. 41.] V. 5. φρύαγμα τὸ παιδικόν. *juvenilis ſuperbia.* Infra Ep. LXV. ποῦ τὸ φρύαγμα τὸ τηλίκον.

*XXI.* Vat. Cod. p. 135. Planud. p. 464. St. 603. W. Dolum poëta enarrat, quo puellae erga ſe animum exploraverit. — V. 2. σπείραζον. Vat. Cod. (ex ἐπείραζον ortum.) — V. 3. τινά πού χθόνα. Vulgo. „Emendatio„nem hujus verſus ſententia omnino requirit: τίν', ἔφην, „χθόνα, pro τινά που χθόνα, quam, ſi bene recordor, Reiskio „debeo.“ *Br.* In ſchedis *Reiskii* nihil notatum. — κούρα. Vat. Cod. — *Terent.* Eunuch. II. 1. 107. *Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum — Noctes diesque me ames, me deſideres, Me ſomnies, me exſpectes, de me cogi-*

*tes.*

ses. — V. 4. »Vulgo legitur λέξω (in marg. λέξας) ἀμε»τέρων. Vox λέξω in tribus Planudeae codd. deeſt, vacuo »relicto ſpatio. ἄρτιπος Salmaſius repoſuit, e Vat. pro»cul dubio membrana.« *Br.* ἄρτιπος. (ſic membr.) proprie ἀρτίπους, *pedibus valens*, tum omnino *integer*. Vid. *Euſtath.* ad Od. Θ. p. 312. 21. *ſanus* eſt infra Ep. LV. 5. — V. 5. μέγα στονάχησε. Vulgo et in Vat. Cod. — καὶ ἥλατο. doloris ſignum. *Theocrit.* Eid. XIX. ὁ δ' ἄλγεε καὶ χέρ' ἐφύσση, Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἅλατο. — V. 6. βότρυν κόμης. cincinnos artificioſe compoſitos. Vid. *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 399. et ad *Solin.* p. 536. F. et quae ipſi notavimus ad *Chriſtodori* Ecphr. v. 91. T. II. P. III. p. 308. — V. 7. ἱκέτευεν. Vat. Cod. — ἐγὼ δέ. ex *Theocrit.* Eid. VII. 38. ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής. — V. 8. ὄμματι θρυπτομένῳ. oculis facilem et pronum animum diſſimulantibus. Qui delicias faciunt et cum contemtu quodam ſe, quod faciunt, invito animo et unice in alterius gratiam facere ſignificant, dicuntur θρύπτεσθαι. Unde hoc verbum nonnunquam *contemnendi* ſenſum induit. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 447. Nonnunquam *fingendi* et *diſſimulandi* ſignificationem habet, ſenſu admodum cognato verbo ἀκκίζεσθαι. Sic *Plato* in Phaedro p. 282. δεομένου δὲ λέγειν τοῦ τῶν λόγων ἐραστοῦ ἐθρύπτετο, ὡς δὴ οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν. quem bene illuſtravit F. T. *Lenzius* in Act. Traject. T. II. p. 296. *Themiſt.* Or. XXI. p. 246. B. πάλιν γὰρ σοφιστὴς ἂν ἦν, τοιούτους ἐπιστάμενος λόγους, δι' ὧν ἐθρυπτόμην ἂν τοὔνομα ἐξαρνούμενος. — »μένων. Sic olim ſcriptum fuiſſe ſuadent codd. quo»rum alii μένον, alii μόνον.« *Br.* μόνον probat *Dorvill.* l. c. et ſic Vat. Cod. *Reiskius* μόλις ſuſpicabatur; non male. Vulgo μένειν legitur, quod nec ipſum ineptum eſt. — V. 9. »πάντων. Supra correctum in membranis πάντως. »Rectum eſt prius. Subauditur μᾶλλον. τὸ γὰρ μᾶλλον πάν»των ἀνύσειν μενέαινον.« *Br.* Vulgo poſt ἀνύσειν male diſtinguitur, quod emendatum in edit. Cl. *de Boſch.* Vertit

*Grotius: Fortunatus amans ego ſum: pro munere magno Expenſum, volui ſponte quod ipſe, tuli.*

*XXII.* Vat. Cod. p. 138. Planud. p. 465. St. 605. W. Pro continuatione praecedentis hiſtoriae habendum eſt. Poëta cum, felici ſtrategematis ſui ſucceſſu elatus, ſe omnia in puellam poſſe cenſeret, mox eam mutatam inveniens vela contrahere cogitur. Cf. Ep. *Pauli Silent.* XXXV. — V. 4. τῆς τάχα κερδαλέης. quae in eo, quod de peregrinatione mea lamentabatur, fortaſſe ficta erat et ſimulata. — V. 6. ὥσπερ. quaſi eam priſtinae indulgentiae poeniteret. — V. 7. Haec manifeſte reſpiciunt praecedens Epigr. v. 7. 8. — ἢ βραδ. Vat. Cod. male. — V. 8. ἀερσιπότης. ἀείρεσθαι δέ ἐστι τὸ εἰς ἀέρα κουφίζεσθαι, ἀφ' οὗ καὶ ἀερσιπότητος ἀράχνης παρὰ Ἡσιόδῳ. *Euſtath.* ad Il. p. 318. 52. *Crinagor.* Ep. XXXIII. κεναῖς ἐπὶ ἐλπίσι, θυμέ, Πωτηθεὶς ψυχρῶν ἀσσοτάτω νεφέων. ubi ſimilia dedi. — V. 9. πάντα δ' ἔναλλα γένοντο. Ex *Theocr.* Eid. I. 134.

*XXIII.* Vat. Cod. p. 138. Plan. p. 465. St. 604. W. Puella de miſera mulierum conditione conqueritur, virorum ſortem longe praeferendam eſſe judicans. — V. 1. 2. profert *Suidas* in ἀταλῆσιν T. I. p. 366. et in ἠΐθεος T. II. p. 48. — ἀταλοψύχοις. ταῖς ἀτηλὴν ψυχὴν ἢ ἠπίαν καὶ ἀταλὴν ἐχούσαις. *Schol.* Wech. — V. 2. ἔχραε. ἐπέσκηψε, ἢ ἐπεβάρησεν ἢ μετὰ βλάβης ἐπῆλθεν. *Schol.* ad *Homer.* Od. ε. 396. στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων. — ¶. 42.] V. 3. In his obverſabatur fortaſſe poëtae locus *Callimachi* Fr. LXVII. p. 440. paſſim nuper tentatus. Vide *Huſchke* in Epiſt. ad Santen. p. 31. et in Anal. crit. p. 59. *Ariſtaenet.* L. I. Ep. 16. ἅπας γὰρ δι' ὁτιοῦν ἀχθόμενος τὴν ψυχήν, τὸ λυποῦν ἐκλαλῶν, ἐπικουφίζει τῆς ἀδημονίας (ſive ἀνίας) τὸ βάρος. *Propert.* I. El. IX. 33. *Quare, ſi pudor eſt, quam primum errata fatere. Dicere, quo pereas, ſaepe in amore levat.* — V. 6. γραφίδων χρώμασι ῥεμβόμενοι. i. e. γραφίσιν, ut Ep. XCV. 8. Supplenda praepoſitio: ὑπ-

*gantur per pictas imagines*, iisque oculos paſcunt. Ne haec nimis jejune interpoſita videantur, cogita de tabulis pictis, amatorium aliquod argumentum repraeſentantibus. Vide inprimis *Burmannum* ad *Propert*. L. II. 5. p. 251.

*XXIV*. Vat. Cod. p. 517. Plan p. 177. St. 259. W. Vivida vindemiarum deſcriptio. — V. 2. βακχευτὴν ῥυθμόν. Uvarum calcatio χορείη vocatur ap. *Qu. Maecium* Ep. XI. quod ad certam menſuram fiebat. Vide Animadv. T. II. P. II. p. 223. quibus adde locum, cum noſtro carmine inprimis comparandum, in *Nonni* Dionyſ. XII. p. 348. et *Anacr*. Od. LII. — ῥυθμὸν ἀνεπλέκομεν, recte de iis, qui junctis manibus ſaltant: *pars brachia nectit, Et viridem celeri ter pede pulſat humum*. *Ovid*. VI. Faſt. 329. De cantantibus χέειν ῥυθμὸν dicitur in Ithyphallorum verſibus ap. *Athen*. XIV. p. 622. C. Σοὶ, Βάκχε, τάνδε μοῦσαν ἀγλαΐζομεν, Ἁπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει, Καινὰν (ſic lego pro καὶ μάν) ἀπαρθένευτον. — V. 4. νήχετ' ὑπέρ. Vat. Cod. — V. 5. ἀρυσσάμενοι. Vulgo et Vat. Cod. Sic *Nonnus* l. c. καὶ βοέοις ἀρύοντο κεράεσιν ἀντὶ κυπέλλων. — σχέδιον. ἐκ τοῦ ἑτοίμου. *Suid*. T. III. p. 429. — ἤνομεν omnes edd. ante *Steph*. qui ἤνομεν dedit, ut eſt etiam in Vat. Cod. Recte. Eſt enim a verbo ἄνω, quod pro ἀνύειν veteres dixerunt. Odyſſ. γ. fin. ἦνον ὁδόν, i. e. ἤνυον, διήρχοντο. *Pindar*. Ol. VIII. 10. ἄνεται δὲ πρὸς χάριν. ἀνύεται. *Schol*. Verbum ἀνύειν cum participio eleganter jungitur. — V. 6. θερμῶν. neque calidam deſiderabamus, qua muſtum temperaret. De calidae uſu dedimus nonnulla ad *Enrolmii* Ep. II. — V. 8. μαρμαρυγῇ. Vulgo. κατηγλάϊσεν. Vat. Cod. — V. 9. ἐκδεδόνηντο. *Nonn*. l. c. ἄλλος ἀνεσκίρτησε μέθης δεδονημένος οἴστρῳ. De translato hujus verbi uſu dedi nonnulla in Praef. ad Bion. et Moſchi Eid. p. XXII. — V. 11. Vini quidem largiter nobis facta eſt copia; Venere autem nonniſi ſpe fruebamur. — V. 12. τοῖς δ' ἄρ. Vat. Cod. — In

praeced. vſ. verbis ὁ μὲν εἶρπε παρὰ ποσὶν ἄφθονος ἡμῖν *Agathiae* obverſabatur fortaſſe *Theocrit.* Eid. VII. 144. ὄχναι μὲν πὰρ ποσσὶ, παρὰ πλευρῇσι δὲ μᾶλα Δαψιλέως ἅμμιν ἐκυλίνδετο.

*XXV.* Vat. Cod. p. 136. Plan. p. 464. St. 603. W. Conqueritur poëta de amici amataeque puellae abſentia, quae ipſum fructu amoeniſſimi loci privet. In lemmate πέραν τῆς Ἀσίας eſt *pars Aſiae CPoli oppoſita.* Ibi *Agathias* degebat in ſuburbano amoeniſſimo *per ferias fori et tribunalium;* hoc enim verba διὰ τὰ λύσιμα τῶν νόμων ſignificare videntur. Sed ſic difficultas oritur ex v. 11. ubi poëta ſe a θεσμοῖς impediri et retineri ait. Officia juriſconſulti ſive judicis intelligenda eſſe, apparet ex Ep. *Silent.* XLII. ubi ad hoc carmen reſpondet. Dicendum igitur, Agathiam, judicis officio in Aſia fungentem, ex provincia abire non potuiſſe, quamvis nihil prohibebat, quo minus ferias in ſuburbano transigeret. — V. 1. 2. Integrum hoc diſtichon profert *Suidas* in ὀρόμνους T. II. p. 706. — φυλλὰς εὔκαρπος, *arbores frugiferae.* — V. 4. δροσερῶν ὀρταλίχων, tenellorum pullorum matres. Vide Anim. T. II. P. I. p. 245. — V. 6. τρυχαλέαις. edd. ante Steph. ἐνδιάουσα. revocatum ex Ed. Flor. pr. Vat. Cod. et quatuor Planudeis. Vulgo ἐνδιάγουσα. In tota hac amoeni loci deſcriptione *Agathias* expreſſit *Theocritum* Eid. VII. 138.:

Τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες
τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον· ἁ δ' ὀλολυγὼν
τηλόθεν ἐν πυκινῇσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις,
ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες, ἔστενε τρυγών.

De *acanthide* quaedam tradit *Scholiaſtes* ad hunc locum, quorum pars ducta eſt ex *Ariſtotel.* H. A. VIII. 3. φωνὴν μέντοι λιγυρὰν ἔχουσι. Avis diverſa a carduele, cum qua vulgo confunditur. — Quae ſit ἡ ὀλολυγών, non ſatis conſtat. Nomen ipſum ab ὀλολύζειν derivandum diverſae

naturae animalibus convenire potuit. Vide *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 942. Ap. *Aelian.* H. A. VI. 19. τοῖς ἀνύδροις annumeratur ἡ ὀλολυγών, ubi *Schneiderus* animadvertit, hoc vocabulum ap. *Ariſtotel.* H. A. IV. 9. de voce ranae aquaticae uſurpari, non de ipſa rana. Contra *Plinius* H. N. XI. 38. *ranis prima lingua cohaeret, intima abſoluta a gutture, qua vocem mittunt mares, cum vocantur ololygones.* Ap. *Aratum* Phaen. 948. ἢ τρύζει ὄρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών, veteres interpretes dubitabant, avisne an rana intelligenda eſſet; ranam viridem, quam *Cicero acredulam* appellat, ſignificari cenſet *Schneiderus* in Specim. I. Phyſiol. p. 26. Adde *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 430. Commemoratur ἡ ὀλολυγών, ſed obſcurum, quo ſenſu, in fragmento *Eubuli* ap. *Athen.* XV. p. 679. B. quod ſic corrigendum videtur; Add. 88.

ὦ μακαρῖτις, ἔχουσ' ἐν δώμασι
στρούθιον, αἰθεροφέρητον, λεπτότα-
τον, περινύμφιον, εὔτριχα,
κισσὸς ὅπως καλάμῳ περιφύεται,
αὐξόμενος ἔαρος
ὀλολυγόνος ἔρωτι κατατετηκώς.

— τρύζει. *Euſtath.* ad Il. ι. p. 651. 7. ἔστι τρύζειν τὸ πολυλογεῖν ἢ πολυφωνεῖν, ἐξ οὗ καὶ τρυγών. quem locum explicat *Valcken.* ad Adon. p. 379. C. Vide eundem ad *Herodot.* L. III. p. 252. 96. — ¶. 43.] V. 7. Ad ἤθελον ἢ ſubintell. μᾶλλον, quod in tali conſtructione nonnunquam omitti notavimus ad *Meleagr.* Ep. CVI. (T. I. P. I. p. 117.) quem expreſſit Noſter: Ναὶ τὸν Ἔρωτα, θέλω τὸ παρ' οὔασιν Ἡλιοδώρας φθέγμα κλύειν ἢ τᾶς Λατοΐδεω κιθάρας. — V. 8. »Cod. Vat. χρούσματα. quod et hic »etiam, ut in *Theocr. Schol.* I. 4. recipi potuiſſet.« *Br.* — V. 10. ἄμαλις et ὄρπαλις *Agathiae* vocatur puella, cujus amore tenetur. Similiter *Anacr.* ap. *Athen.* IX. p. 396. D. puellam cum νεβρῷ νεοθηλεῖ comparat; et Od. LXI. 1. eandem πῶλον Θρηικίην vocat. — V. 9. περισμύ-

χουσι μελῃδόνες. κῆρ ἄχει σμύχουσα. *Apollon. Rh.* III. 446. ἔνδοθι δ' αἰεὶ τεῖρ' ὀδύνη σμύχουσα. Id. III. 761. Sed multis hoc verbum, de coeco amoris igne uſurpatum, illuſtravit exemplis *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 429. ed. Bip. — ἀλλά με. Vulgo et in Vat. Cod.

*XXVI.* Vat. Cod. p. 515. Plan. p. 176. St. 256. W. In ſenem quendam Oenopionem, qui potando juvenes vincebat. — V. 1. Pro σεσάλακτο *Joſ. Scaliger* in not. mſc. emendavit ἐσέσακτο, parum feliciter. Neque enim emendatione opus eſt. *Leonid. Tar.* Ep. XXXVII. πρέσβυν Ἀνακρείοντα χύδαν σεσαλαγμένον οἴνῳ Θάεο. ubi plura hujus locutionis exempla contuli T. I. P. II. p. 95. — V. 3. Se ipſum increpabat, quando manus vinum e poculo haurire ceſſabat. ἀφεισαμένῃ. Ed. pr. Flor. — V. 6. Ἐπιπινόμενας. Ald. 1. — Juvenes pocula Oenopionis ne numerare quidem poterant. — V. 8. γέρων. Vat. Cod. καὶ omittit Ed. pr. Flor. et Ald. 1. — ζῆθι. *vive*, i. e. vita fruere. *Martial.* V. 69. *Cras te victurum, cras dicis, Poſtume, ſemper.* — *Cras vives: hodie jam vivere, Poſtume, ſerum eſt. Ille ſapit, quisque, Poſtume, vixit heri.* *Luſus* in Priap. CXXVI. *Ergo vivamus, dum licet eſſe bene.* Vide *Burm.* ad Anth. L. T. I. p. 304. et not. ad Ep. ἀδέσπ. CCXLII. — V. 8. Reſpicitur verſus *Homeri* Il. θ. 102. ubi Diomedes ad Neſtorem, ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.

*XXVII.* Vat. Cod. p. 155. Plan. p. 417. St. 552. W. Eurynome, Baccha, inſtrumenta ſacrorum deo, cui olim fuerat operata, dedicat, poſtquam in Veneris caſtra tranſire conſtituit. — V. 1. 2. Laudat hoc diſtichon *Suidas* T. I. p. 419. in Βασσαρίς, quod ſecundum Lexicographum ἑταῖραν, πόρνην ſignificat. Male. Derivatum vocabulum a voce Thracia βασσαρὶς, i. e. ἀλώπηξ, quia mulieres Bacchicae, ut hinnuleorum, ſic vulpium quoque pelles geſtabant. Vide *Meurſ.* ad *Lycophr.* p. 342. — τκύρων. Adumbrata ſunt haec ad ductum *Euripidis* in

Bacch. 726. ſqq. ταῦροι δ' ὑβρισταὶ κεἰς κέρας θυμούμενοι Τὸ πρόσθεν, ἐσφάλλοντο πρὸς γαῖαν δέμας, Μυριάσι χειρῶν ἀγόμενοι νεανίδων. In ſq. diſticho autem *Agathiae* obverſabatur imago Agaves, Penthei caput, quod ipſa pro leonis capite habebat, in thyrſo gerentis. Ibid. v. 1137. κρᾶτα δ' ἄθλιον – Πήξασ' ἐπ' ἄκρον θύρσον, ὡς ὀρεστέρου φέρει λέοντος – θήρᾳ δυσπότμῳ γαυρουμένη. Cf. *Philoſtrati* Imag. I. 18. p. 790. — V. 4. laudat *Suid.* T. I. p. 372. ἀτλήτῳ. ἀνυπομονήτῳ. *Schol. Homer.* Il. ι. 3. leonis, cujus impetum haud facile ſuſtineas. — V. 5. *Suid.* in ἰλήκεις T. II. p. 114. — Διόνυσοι. Vat. Cod. — V. 6. Κύπριδι βακχεύειν. Veneris orgia celebrare. *Quicquid vehementius commovetur, bacchari voluerunt. Nonius* in *Bacchari.* — ἔρωτος βάκχους cum ſimilibus illuſtravit *Cuper.* in Obſſ. L. III. p. 310. — V. 7. 8. ap. *Suid.* T. III. p. 265. in ῥόπτρον, quod h. l. *tympanum* eſt, ut ap. *Phalaec.* Ep. III. κορυβαντείων ἰαχήματα χάλκεα ῥόπτρων. — V. 8. χρ. σπατάλῃ. *aureis armillis.* χρυσόδετος pro χρύσεος ſimpliciter, ut in *Eurip.* Phoen. 812. χρυσοδέτοις περόναις ἐπίσαμον. Similiter μελάνδετος pro μέλας. Vide *Abreſch.* ad *Aeſch.* T. I. p. 72.

*XXVIII.* Vat. Cod. p. 170. Planud. p. 436. St. 570. W. Cleonicus, piſcator et venator, Pani, utriusque venationis praeſidi, caprum immolat. — V. 2. ἄνθετο. pro ἄγετο repoſui. In veteribus Codd. ſcriptum: „τὸν τράγον ὡ δὶς σᾶς ἄγετ' ἀθηροσύνας." *Br.* Vulgo ἐκ δισσᾶς ἄγετο θηρ. quod primum in ed. Aſcenſ. reperitur, quam Steph. ſequitur. In Flor. et tribus Aldinis ὧδε σᾶς ἄγετ' ἀθηροσύνας, quod et Vat. Cod. praebet. Hanc lectionem ſi comparaveris cum verbis *Suidae* T. II. p. 42. in ἡγέτης· ὁ ἡγεμών· ὢ δισσαῖν ἀγέτα θηροσύναιν, non dubitabis, aut hanc ipſam lectionem revocandam, aut ſcribendum eſſe:

ὢ δισσᾶς ἀγέτα θηροσύνας.

quae verba usque ad σαγηνοβόλων v. 6. pro parentheſi habenda ſunt. Et ſic jamdudum emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. et nuper etiam ſagaciſſimus *Porſon* in Append. Notar. ad Jo. Toupii Opera crit. T. IV. p. 501. — ¶. 44.] V. 3. Καστορίδων. Vide *Kuſter.* ad *Suidam* v. T. II. p. 250. ubi *Agathiae* verſus gloſſa oneratus legitur: Σοὶ γὰρ Καστορίδων ὑλακὰ κυνῶν εὔαδε. rectius in τρίστομος T. III. p. 506. ubi tamen Καστορίδος legitur. — αἰχμή. Vat. Cod. — V. 4. λαγωσφαγίης. Vat. Cod. — V. 5. καλαμευτὰς κάμνων. piſcator opus faciens. Male *Brodaeus* καλ. κανῶν conjecit: *calamus piſcatorius.* — V. 8. ἐξεσόβει. Sic Vat. membr. et Planudeae codd. duo." *Br.* Eandem lectionem ſervavit *Suidas* in ἐξεσόβησα T. I. p. 767. Hoc verbum obliteratum in *Anacr.* Od. XXXIII. 9., reliquis omnibus conjecturis poſthabitis, revocavit *Brunckius.* Fortaſſe etiam ap. *Theocrit.* Eid. XIII. 48. vulgata lectio πασᾶν γὰρ ἔρως ἁπαλὰς φρένας ἀμφεκάλυψε, ubi Cod. quidam ἐξεφόβησεν exhibet, mutanda in ἐξεσόβησεν. Sed de his olim in Praef. ad Bion. et Moſch. p. XXIII.

*XXIX.* Vat. Cod. p. 146. Planud. p. 440. St. 574. W. Pani Charicles hircum dicat. — V. 1. laudat *Suidas* in δικεραίρῳ T. I. p. 589. δικερέρῳ. Vat. Cod. — Pan δίκραιρος, *binis cornibus inſtructus*; de his et ſimilibus vocibus vide *Dorvill.* in Vann. crit. p. 367. ad *Charit.* p. 614. — V. 2. ἴξαλος. Vide ad *Simmiae Rhod.* Ep. I. Hoc loco non peculiare quoddam hircorum genus, ſed, ut ex appoſito εὐσκάρθμῳ apparet, πηδητικὸς hircus intelligi debet. *Heſych.*: ἰξάλου. πηδητικοῦ. ὀξέος. ἀπὸ τοῦ ἴξαι καὶ τοῦ ἄλλεσθαι. δηλοῖ δὲ καὶ ὀξέως ἀλλομένου. — λόχμιον ὑλοβάταν. τουτέστι δασύν. *Suid.* T. II. p. 462. Veram lectionem idem habet in ἴξαλος T. II. p. 119. ubi hic vſ. cum duobus ſequentibus laudatur. — V. 3. λάσιον παρὰ πρῶνα Χαρικλῆς ἄνθετο τόνδε τράγον. legitur ap. *Suidam* in πρῶνες T. III. p. 217. qui tamen loco ſupra laudato, et in

κνακὸν T. II. p. 333. vulgatam lectionem exhibet. λάσιος πρὼν eſt ſcopulus hirſutus, arbuſtis obumbratus. — V. 4. κνακόν. Vide *Interpp. Theocriti* Eid. III. 5. VII. 16. Ceterum *Wakefield* in Silv. crit. T. II. p. 145. acute emendavit: ὑπηνήτᾳ. *Homer.* Il. ω. 348. πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.

XXX. Vat. Cod. p. 148. Plan. p. 418. St. 553. W. Callimenes agricola, poſt novale ad ſementem proſciſſum, Cereri inſtrumenta quaedam dedicat, alia poſt meſſem promittens. — V. 2. „ταυροδέτιν. praeter Vat. „habent etiam Planudeae codd.“ *Br.* Vulgo ταυροδέτην. Lora videntur ſignificari, quibus jugum alligabatur. ὑπαυχενίην Vat. Cod. (*Dorvill.* ad *Charit.* p. 240.) quod praetulerim equidem. — V. 3. ἄκαινα. ſtimulus; proprie ῥάβδος ποιμενικὴ ſecundum *Schol. Apollon. Rhod.* III. 1322. Multa de vocis origine diſputat *Etym. M.* — ἐχέτλη eſt *dentale*; lignum, in quod vomer includitur clavoque firmatur. Hunc clavum intellexit *Agathias* ἐχετλήεντα γόμφον. Vide *Graevium* de aratri partibus diſputantem in Lectt. Heſiod. c. X. — V. 5. εὐαρότρου. Vulgo. Noſtrum probatur auctoritate *Dorvillii* ad *Charit.* p. 240. qui tamen falſo dicit, ſic in Vat. Cod. legi. Ibi enim eſt εὐαρότρου. — ὀργὰς omnis terra frugibus procreandis idonea. Vocem illuſtrans *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 195. *Callimachi* locum excitat ap. *Etym. M.* p. 629. ubi ὀργὰς explicatur ἡ μελάγγειος καὶ ἔνυδρος γῆ. — ῥάχις autem h. l. nihil aliud quam νῶτον. *ſuperficies.* — V. 6. „τὸν στάχυν ἀμῆσαι. Sic recte vetus membrana. Foeda in „Planudea menda τὸν στάχυν κομίσαι.“ *Br.* Vide *Dorvill.* l. c. qui comparat Ep. *Nicarchi* Ep. IX. καὶ καλὸν ἀμῆσαι καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

XXXI. Vat. Cod. p. 171. Plan. p. 417. St. 552. W. „Quaedam hujus carminis illuſtrarunt Caſaubonus de „Poëſi Satyr. p. 99. et Salmaſ. de Homonym. p. 4. In

„Vat. Cod. praefixum non eſt auctoris nomen: ſolius „Planudeae auctoritate tribuitur Agathiae.“ *Br.* Porphyris ornatum bacchicum, quo antea uſa fuerat, in Dionyſi templo dedicat. — V. 1. – 3. laudat *Suidas* v. ἀνέθην T. I. p. 192. et in δίθυρσον T. I. p. 583. Altero hoc loco τὸ exhibet pro τοῦτο, et ἐβάκχευεν pro βάκχευεν. Partem vſ. 1. et 2. iterum laudat in λογχωτὸν T. II. p. 456. — Verba δίθυρσον λογχωτὸν vix recte accepit Grotius: *gemina cum cuſpide thyrſum.* Binos thyrſos nonnunquam gerebant Bacchae; qui cum proprie haſtae ſint, quarum cuſpides hederae ambiebant, appellantur λογχωτοὶ et una voce θυρσολόγχοι. De his egit *Salmaſ.* l. c. et ad *Solin.* p. 379. C. D. — V. 3. φοιτᾷν εἴς τινα proprie dicuntur diſcipuli, qui alicujus ſcholas frequentant; deinde eſt *colere.* *Aſclepiad.* Ep. XXII. αἱ Σάμιαι Βιττὼ καὶ Νάννιον εἰς Ἀφροδίτης φοιτᾷν τοῖς αὐτῆς οὐκ ἐθέλουσι νόμοις. Poëta, qui in Ep. ἀδεσπ. LII. ſcripſit, δαείς, ὅτι λάτρις ἔρωτος φοιτῶ – dicere poterat etiam, ὅτι εἰς ἔρωτος et εἰς ἔρωτα φοιτῶ. — V. 4. „Male in Planudea κισσῷ τὴν et „vſ. ſequ. ἁβροκόμη Διόνυσε.“ *Br.* κισσωτὴν praebet Vat. Cod. et *Suidas* in νεβρὶς T. II. p. 604. ubi etiam ἐναπτομένη legitur. In ſq. verſ. autem idem tuetur vulgatam v. ἠωρημένῳ T. II. p. 65. — πρὸ παστάδος. *in templi veſtibulo.* Vide *Perſae* Epigr. II. T. II. P. I. p. 11. — V. 6. τὰ κάλλευς. Vat. Cod.

¶. 45.] *XXXII.* Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 423. St. 557. W. Mulier poſt optatas nuptias et filii partum tribus deabus dona offert: Veneri nempe, cui maritum debebat, corollas; Palladi, cui caſtam juventutem dicaverat, cincinnos; Dianae denique, quae ipſi in puerperio opem tulerat, zonam. — πλοκαμῖδα. πλοκαμούς. *Theocrit.* XIII. 7. τῶ χαρίεντος Ὕλα, τῶ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος. — V. 3. εὕρετο. Vulg. et in Vat. Cod.

*XXXIII.* Vat. Cod. p. 155. Planud. p. 418. St. 553. W. Anchiſes Veneri paucas canorum ſuorum re-

liquias dedicat. Elegans Epigramma. — V. 2. τὸ πρὶν, et ἔτρεχεν Vat. Cod. a pr. man. — Ἰδαίην ἠϊόνα. *Theocrit.* Eid. XX. 34. οὐκ ἔγνω δ', ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βούτᾳ Καὶ Φρυγίης ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν. *Ovidius* Heroid. XVI. 201. *Phryx erat Anchiſes, volucrum cui mater Amorum Gaudet in Idaeis concubuiſſe jugis.* — V. 3. κνίψας. Vat. Cod. a pr. m. — V. 4. ἡλικίης. Vat. Cod. et ſic Plan. ἡλικίας eſt in Ed. Flor. pr. — V. 6. Aut juveniles mihi annos redde, aut ſenem factum eodem me, quo olim, amore complectere. — δύνασαι γάρ. Formulam ſolemnem in precibus illuſtravit *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 173. Bip. *Abreſch.* ad *Ariſtaen.* p. 105. *N Heinſius* ad *Valer. Flacc.* I. 13. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* T. II. p. 136.

*XXXIV.* Vat. Cod. p. 156. Planud. p. 425. St. 560. W. *Agathias* novem Daphniacorum ſuorum libros Veneri dedicat precibus adjectis. De Δαφνιακοῖς, opere erotico, vide *Suid.* in Ἀγαθίας T. I. p. 16. — V. 1. „In Vat. ſcriptum Ἀγαθίας ἐννεὰς [Ἀγαθιὰς l.] Emen„dabat Salmaſius Ἀγαθηΐας, contra Analogiam. Bene „ſe vulgatum habet.“ *Br.* — V. 2. τεκτήνας. Iis, quae de translato uſu verbi τέκτων et τεκτοσύνη ſcripſi ad *Nicarchi* Ep. XXXVIII. T. II. P. III. p. 46. adde notata *Spanhemii* ad *Ariſtoph.* Plut. 163. — V. 3. 4. laudat *Suidas* in Πυρία T. III. p. 112. ubi τεσσατίῃ πόθῳ legitur. — Verſ. pr. τέσσον Vat. Cod. — V. 5. Fac, ut aut nullam aut facilem amet.

*XXXV.* Planud. p. 381. St. 519. W. Laudat Lyſippum, quod Aeſopi ſtatuam fecerit, cujus docendi genus philoſophorum praeceptis anteponendum ſit. Aeſopo ſtatuam Athenis fuiſſe poſitam, dicit etiam *Phaedrus* in Epilog. L. II. 1. *Aeſopo ingentem* (ſive potius: *Aeſopi ingenio*) *ſtatuam poſuere Attici, Servumque collocarunt aeterna in baſi.* Eam Lyſippi fuiſſe, ex hoc tantum

Epigr. conſtat. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 623. *Harl.* — V. 3. ἀνάγκην. Philoſophi conſenſum efficacibus argumentis extorquere, non blandis perſuaſionibus ſibi conciliare ſolent. Sententiae ſuae optimus interpres ipſe *Agathias* in Hiſtor. L. I. p. 2. ubi philoſophiam cum hiſtoria comparans, ἡ μέν, inquit, οἷά τις ἀπεμφὴς δέσποινα καὶ ἀθώπευτος κελεύει καὶ διατάττει, ὁποίων τε ἔχεσθαι καὶ ὁποῖα διαφεύγειν προσήκει, ὥσπερ τῷ πείθοντι καταμιγνῦσα τὴν ἀνάγκην. *Plato* in Theaet. c. 17. τὴν ἀνάγκην opponit τῇ πιθανολογίᾳ. *Anacr.* Od. XXXVI. τί με τοὺς νόμους διδάσκεις Καὶ ῥητόρων ἀνάγκας; ubi v. *Fiſcher.* p. 140. — ¶. 46.] V. 5. καίρια λέξας. Vide ad *Meleagr.* Ep. XXIII. — V. 6. παίζων ἐν σπουδῇ. qui res ſerias jocoſe tractabat.

*XXXVI.* Planud. p. 380. St. 518. W. Plutarchum, parallelarum vitarum ſcriptorem, ultra modum laudat, neminem fore dicens, qui vitam ipſius vitae parallelam ſcribere poſſit; ne ipſum quidem Plutarchum; nullam enim vitam cum ſua comparandam eſſe. — V. 1. πολυκλεέντα. Ed. pr. Flor. — „Vulgo male et barbare στήσαντο Χερωνεῦ. Fidejuſſorem meae emendationis habeo „cod. Bibl. Laurentianae. Vide Catal. T. II. p. 626." *Br.*

*XXXVII.* Vat. Cod. p. 155. ſq. Planud. p. 419. St. 554. W. Pani agricola partem agri nondum cultam ad gregum paſturam dedicat. — V. 1. Pan λοφιήτης, qui in rupibus degit, ſumma montium cacumina habitat; ſupra fuit φιλοσκόπελος Ep. XXIX. κρημνοβάταν Ep. ἀδεσπ. CCLXI. — V. 4. χαλκῷ μηκέτι τεμνομένην. i. e. locum ἀνειμένον. — V. 5. τὸ ἐπαύλιον. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 6. Ἠχοῖ καὶ γάμον ἐκτελέσει. argutius, quam *Cometas* Ep. III. Πὰν φίλε — Ἠχὼ δήεις τοῖσδ' ἐνὶ θειλοπέδοις.

*XXXVIII.* „Epigramma hoc, quo carent Buherii „et Guieti libri, edidit ad Charitonem Dorvillius „p. 551." *Br.* Legitur inter carmina chriſtianica nr.

36. Vat. Cod. p. 54. *Dorvillius* accurate expreſſit lectiones membranarum. — Admiratur poëta pictoris artem, qui archangeli imaginem pingere auſus ſit. Nova res erat *Agathiae* tempore imaginum in eccleſia uſus et veneratio; de qua re quam caute noſter in hoc carmine dixerit, notari meretur. Iisdem argumentis, quibus *Agathias* utitur ad defendendas imagines, theologi quoque nonnulli, (nam major pars refragabatur,) uti ſolebant. Aequalis *Agathiae Paulus Silentiarius* omnem hanc ſuperſtitionem vehementer improbat Carm. LXXIV. 164. ſqq. — V. 1. 2. laudat *Suidas* v. σκοπῶν. — Ἄσκοπος. ᾧ μή ἐστι τύπος. T. III. p. 336. et verſ. 2. ſolum in ἆ Tom. I. p. 1. ubi male ᾆ exhibetur, et ἀνεπλάσατο. Hanc lectionem *Kuſterus* malebat, quam lect. Cod. ἀπεπλάσατο. Senſus idem, qui in diſticho *Nili Scholaſtici* Vat. Cod. p. 54.:

Ὡς θρασὺ μορφῶσαι τὸν ἀσώματον, ἀλλὰ καὶ εἰκὼν
εἰς νοερὴν ἀνάγει μνῆστιν ἐπουρανίων.

Facit huc etiam aliud *Agathiae* noſtri carmen in eadem collectione p. 54. ſq. cum lemmate: Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ εἰς εἰκόνα Θεοδώρου Ἰλλουστρίου καὶ δὶς ἀνθυπάτου, ἐν ᾗ γέγραπται παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου δεχόμενος τὰς ἀξίας ἐν Ἐφέσῳ·

Ἵλαθι μορφωθείς, ἀρχάγγελε· σὴ γὰρ ὀπωπὴ
ἄσκοπος, ἀλλὰ βροτῶν δῶρα πέλουσι τάδε.
Ἐκ σέο γὰρ Θεόδωρος ἔχει ζωστῆρα μαγίστρου,
καὶ δὶς ἀεθλεύει πρὸς θρόνον ἀνθυπάτων.
Τῆς δ' εὐγνωμοσύνης μάρτυς γραφίς· ὑμετέρην γὰρ
χρώμασι μιμηλὴν ἀντιτύπωσε χάριν.

— V. 3. βροτός. mortales, archangeli expreſſam ſpectantes imaginem, mentem ad altiora attollent, faciliusque ſibi ejus magnitudinem et dignitatem animo fingent. — ἀπιθύνει φαντασίῃ pro εἰς φαντασίην, ut Ep. XLV. θυμὸν ὅλον τρέψας μυκτῆρος ἀσχολίῃ. — V. 5. σέβας. Ejus reverentia non vagatur temere, ſed certae cuidam

ſpeciei adhaeret, eamque, tanquam praeſentem, veneratur. — ¶. 47.] V. 7. ὄμματα. Oculis ſubjecta ſpecies mentem ad graviores cogitationes incitat. βαρὺς νόος eſt ſeverus, gravis. βαρὺ νόημα Plutoni tribuit *Damoget.* Ep. V. βαρύφρων Νέμεσις *Meleag.* Ep. XXXIV.

*XXXIX.* Vat. Cod. p. 302. Planud. p. 259. St. 374. W. In Euſtathii, qui imperatoris nepos fuit, immatura morte exſtincti, imaginem. Lemma eſt in membr.: εἰς Εὐστάθιόν τινα πέντε καὶ δέκα ἐτῶν τελευτήσαντα. ἦν δὲ οὗτος παῖς Εὐσταθίου ἀπὸ ὑπάρχων τῶν μεγάλων. — V. 2. τὸ λαρὸν ἔπος ἕζεται ἐν στομάτεσσι. Obverſabatur *Agathiae* locus *Eupolidis* de Pericle: πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν. quem multi expreſſerunt. Vide *Wyttenb.* ad Plut. de S. N. V. p. 9. Cf. Not. ad *Platon.* Ep. XXIX. T. I. P. I. p. 357. — V. 5. Quatuordecim annos vivendo impleverat Euſtathius; quinti decimi anni initio exſtinctus eſt. Minus recte haec accepit Brodaeus.

*XL.* Planud. p. 293. St. 432. W. „In lemmate „Planudea male exhibet: ἐν τοῖς Πλακίδου. Vide Du„cange CPolis Chriſt. L. II. p. 142.“ *Br.* Scriptum in imaginem Thomae Curatoris, juxta Imperatoris et Auguſtae ſtatuas collocatam. In domo Placidiae depoſiti erant theſauri imperatorii, quibus praeerant Curatores. Horum Curatorum Placidias ſive Placidiae ſaepe fit mentio apud iſtius aevi ſcriptores. Vid. *Ducange* ad Zonar. p. 45. ſq. et *Bandur.* Antiqu. CP. T. II. p. 838. — V. 2. τὸ νέον τάγμα. Scriniarii ſive Notarii recentioris inſtitutionis. Nam plures horum hominum claſſes fuiſſe videntur. *Ducange* Gloſſar. Graec. med. v. Σκρίνιον et Σκρινιάριος. — V. 3. θεσπεσίη συνωρὶς de Imperatore et Auguſta acceperim. ξυνωρίδα τοῖν βασιλέοιν in Monodia in Conſtantinum illuſtravit *Weſſeling.* Obſſ. p. 115. ſq. — V. 5. Auxit potentiam domus imperatoriae opibus

auctis. — V. 7. εὐγνώμον τὸ πόνημα. Grati animi ſignum haec ſtatua. Ep. in Stat. Aurig. XXVI. τεὴν μέλπων οὐ παύεται ἠθάδα νίκην Εὐγνώμων δῆμος. — V. 8. μνῆστιν. In Stat. Aur. Ep. XLIII. φίλον τύπον ἄνθετο τοῦδε, Ὄφρα καὶ ἐσσομένοις μνῆστιν ἔχοι καμάτων.

*XLI.* Planud. p. 300. St. 441. W. In Callirhoës meretricis imaginem, a Thoma quodam aut pictam, aut publice propoſitam. — V. 48.] V. 3. Epitheton πολυδαίδαλος mimam indicare videtur. — ὑπ' ἔρωτος οἰστρηθεὶς. Ep. ἀδεσπ. CCCXXXVIII. εἴτε σε μισθοφόρους ἐπὶ μαχλάδας οἶστρος ὀρίνει. *Paul. Silent.* XXXIV. τήκομαι οἴστρῳ. Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 190. — V. 6. κηρῷ τηκομένῳ. Erat imago cera picta; quo obſervato, paulo argutior evadit comparatio de amantibus paſſim obvia. *Pindar.* ap. *Athen.* L. XIII. p. 601. Vide not. ad *Meleagri* Ep. XV. T. I. P. I. p. 32. ad *Aſclepiad.* Ep. XXIV. T. I. P. II. p. 42. Ad hominem morbo et fame tabeſcentem transtulit *Callim.* H. in Cer. 92. ὡς δὲ Μίμαντι χιών, ὡς ἀελίῳ ἐνὶ πλαγγών, Καὶ τούτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο.

*XLII.* Planud. p. 296. St. 436. W. In Bacchae imaginem cymbala manu tenentis. — V. 1. Nemo eſt, quem non offendat duplex participium ἐπισταμένην et αἰδομένην. Eleganter emendavit V. Ill. *Heynius* in Comment. T. X. p. 116.:

οὔπω ἐπισταμέναις τάχα κύμβαλα χερσὶ τινάξαι —

Eidem tamen interrogandi ſignum poſt λαοτύπος ponenti vix acceſſerim. — Totum epigramma verſatur in argutâ ſtatuae interpretatione. Quae cum corpore nonnihil prominente ita ficta eſſet, quaſi jam cymbala pulſatura, nec tamen ſonus efficeretur, poëta eam pudore impediri ait, quominus artis fortaſſe nondum ſatis perfectae det ſpecimen; remotis arbitris fore, ut ſonum edat.

*XLIII.* Planud. p. 291. St. 431. W. Ad Heraclamum, a quo Pergami cives, imagine dicata, veniam petunt, quod gratiam, exſpectatione fortaſſe minorem, tam ſero perſolvant. — V. 1. Totum hunc locum bene interpretatur Schol. Wechel. ſic: σύγγνωθι, εἴ σοι μὴ τὴν προσήκουσαν ἀπενείμαμεν χάριν ἐν τῷ παρελθόντι καιρῷ· ἀντὶ τῶν πολιτευθέντων σοι καλῶς ὑπὲρ τῆς πατρίδος καὶ τῆς παιδείας τῆς σῆς. Νῦν γὰρ ἀντὶ τῶν ὧν ἐπολιτεύσω καὶ τῆς πρὸς τὴν σωτηρίαν συμβαλλούσης τῆς πόλεως φροντίδος τήνδε σοι τὴν εἰκόνα ἀνεστήσαμεν. — εὐτροχάλοιο μελίσσης. eloquentiae dulcis copia. τροχαλὴν ἐφθέγγετο φωνὴν de Demoſthene *Chriſtodor.* in Ecphr. 29. εὐτροχάλοιο ἀοιδῆς *Apollon. Rhod.* L. IV. 907. — V. 3. ἀστυόχοιο μερίμνης. curae, qua res urbanas complecteris. Senſu proprio ἀστύοχον τεῖχος dixit *Paul. Sil.* Ep. LXVI. — V. 3. Ἡρακλάμων. Vulgo. Noſtrum eſt in edit. pr.

*XLIV.* Planud. p. 312. St. 451. W. In imaginem Hippolyti cum nutrice Phaedrae loquentis. „Similis „pictura occurrit in Herculanenſi pariete et in Sarco„phago Agrigentino in Dorvill. Sic. p. 90. Accuratius „et doctius in Opuſc. Sic. T. IX. p. 225. et in Martini „antiquorum Moniment. Syll.“ Verba ſunt *Heynii* in Comm. T. X. p. 95. — V. 3. Quantum ex oculis furoris et irae plenis intelligi poteſt. — Scr. μεμηνότος et ὅττι. — V. 4. Quae hic ἄθεσμα vocantur, ap. *Euripidem* Hippolytus vocat λόγων ἄῤῥητον ὄπα, v. 606. — ὅτι initio verſus abundat. Vid. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 587. — παρεγγυᾷ edd. vett. ante Stephan.

¶. 49.] *XLV.* Planud. p. 339. St. 479. W. Pictam imaginem Satyri deſcribit, ſimilis ei, quem Myron ſculpſerat, de quo *Plinius* H. N. XXXIV. ſ. 19. 3. *Fecit Satyrum admirantem tibias.* — V. 1. αὐτομάτως. fiſtula a te non inflata. — V. 2. ἄγεις pro προσάγεις. — V. 3. ἴσως. Loqueretur fortaſſe et nobis interrogantibus reſpon-

ſponderet, niſi prae nimia voluptate oblivione ſui teneretur. — V. 5. κηρός. Non enim hoc eum retinet, quod pictus eſt; ſed ultro ſilentium ſibi impoſuiſſe videtur.— Auxit poëta hyperbolen, quae in ejusmodi operum deſcriptione paſſim reperitur, imaginem locuturam eſſe aut ambulaturam, niſi aes, marmor, cera etc. retineret eam. Cf. *Philippi* Ep. XXXIII. XLIX. *Antip. Sid.* Ep. LVII. ἀδεσπ. CCCII. CCCXIII. — V. 6. τρέψας. Ill. *Heynius* in Comment. T. X. p. 89. τέρψας malit. Ferenda tamen vulgata. τρέψας θυμὸν ἀσχολίῃ dictum, ut ſupra Ep. XXXVIII. 4. θυμὸν ἀπιθύνει κρείσσονι φαντασίῃ. — πηκτίς. fiſtula. Vide ad *Cometae* Ep. III.

*XLVI.* Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 347. St. 487. W. „Factum eſt hoc carmen, ut et Pauli LXI. et LXII. in „hortos Palatii Juſtiniani in Heraeo. Vide *Alemann.* ad „Procop. p. 80. ed. Lugd. et *Ducange* CP. Chriſt. P. II. „p. 175.“ *Br.* Poſitum erat hoc Palatium in litore Aſiae e regione Urbis, prope portum, quem Juſtinianus munivit, κιβώτου appellatione clarum. Elegantem hujus palatii deſcriptionem dedit *Gibbon.* T. VII. c. XL. p. 103. ed. Baſil. — V. 1. Δάφνης ἱερὸν κλέτας. Templum et lucum Apollini prope Antiochiam ſacrum Heraei hortis poſtponit poëta. Erat autem Daphne locus amoeniſſimus, in quo exornando naturam cum arte conſpiraſſe tradunt. *Strabo* L. XVI. p. 750. μέγα δὲ καὶ συνηρεφὲς ἄλσος, διαῤῥεόμενον πηγαίοις ὕδασιν. Non itaque aqua carebat, ſed proſpectum in mare non habebat. Vide de hac regione *Liban.* in Antioch. T. I. p. 133. ed. R. *Caſaubon.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 323. ſq. et *Gibbon.* c. XXIII. T. IV. p. 94. — Caeterum cur *Brodaeus* ξεῖνον ἐμὸν Δάφνης — caſtiget, non expuro equidem. Cf. Ep. ἀδεσπ. in Βυζ. ἀναθ. XV. 11. ſq. p. 135. *Statius* I. Sylv. III. 83 — 88. Idem de ſinceritate voc. κλέτας dubitans, κλέπας malebat. Sed hoc haeſitabundus. Audiamus *Brunckium:* „κλέτας. Euſtath. ad Homer.

„p. 1066. 19. κλέτας δέ, οὗ χρῆσις πολλαχοῦ, ὀρεινὴ τραχεῖα „ἐξοχή. *Lycophr*. v. 703. λιπὼν δὲ Ληθαιῶνος ὑψηλὸν κλέτας. „Schol.: κλέτας, κλιτύς, ἀκρώρεια. Ap. Heſychium pro „κλέπας ſcribendum credo κλέτας, ad quod pertinent „partim expoſitiones vocis κλέπος. Omnia turbavit et „confudit, qui Lexicon hoc in compendium redegit.“ *Nonn.* Dion. XLVIII. p. 1292. εἶδεν ἐγὼ κλέτας, εἶδον ὅπῃ ζυγίῃ παρὰ πέτρῃ –. Hinc apparet, Agathiam voce κλέτας uſum fuiſſe, ut Daphnen, tanquam ſterile quoddam ſaxum, in contemtum adduceret. Caeterum *Petr. Gyllius* de Bospor. Thrac. L. II. c. 8. non Antiochiae Daphnen, ſed CPolios ſuburbium, eodem nomine appellatum, ab *Agathia* intelligi exiſtimat; idemque ex hoc Epigr. ſuſpicatur, Agathiam ſuburbanum habuiſſe praedium in illo Daphnes vico. Utrumque male. Primum enim apparet, poëtam hortos in Heraeo cum loco quodam illuſtri amoenitate conſpicuo comparare voluiſſe, quorum nullus aptior Antiochiae Daphne: deinde Daphne CPolitana triclinium potius, quam locus ambulationibus deſtinatus fuiſſe videtur. Vide *Reisk.* ad *Conſtantin.* de Cerem. p. 16. Erat etiam Daphne caſtellum a Conſtantino ad Danubii ripas exſtructum, ſecundum *Procop.* de Aedif. L. IV. 7. p. 83. B. — V. 2. ἀγραύλου κάλλος ἐρημοσύνας. Cum ironia haec dicta ſunt. — V. 3. Aquae dulcis rivuli et mare ad hanc regionem ornandam conſpirant. — His ſimillima dedit *Paul. Silent.* Ep. ſupra laudatis. *Statius* II. Sylv. II. 18. *e terris occurrit dulcis amaro Nympha mari.*

*XLVII.* Vat. Cod. p. 462. Planud. p. 353. St. 492. W. In balneum amoeniſſimum. Venerem hic laviſſe ait, antequam cum Pallade et Junone in pulcritudinis certamen deſcenderet. Cf. Ep. ἀδεσπ. CCCXXVII. — V. 2. τὴν πρὶν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ. Ed. Flor. pr. — „Vat. „membr. ὑπαρπαμένη. Notandum verbum ἄρπω, quo ca„rent lexica. Occurrit iterum infra in Maced. Ep.

„XIX.“ *Br.* Membr. lectionem ὑπαρπαμένη vulgatae praetulerim. Solent enim ſcriptores illius aevi nonnunquam adſpirationem negligere. Vide *Reisk.* ad Conſtant. p. 138. Idem antiquiores nonnunquam fecerunt Attici. *Aeſchyl.* Perſ. 550. ὄπεσσε. 655. ἐποδώκει. — V. 4. Ἰναχίοις. Junonem Argivam, Argis ad certamen proficiſcentem, ſignificat. — V. 5. νίκησεν τὸ λ. Non tua igitur pulchritudo, ſed balnei virtus victoriam tibi paravit. — τοῦτο βοώσῃ. Sic Vat. Cod. quod revocandum. Ep. XLII. 3.

¶. 50.] *XLVIII.* Vat. Cod. p. 463. Plan. p. 356. St. 495. W. Ad hoc carmen illuſtrandum inprimis facit *Philoſtr.* Heroic. XVIII. p. 691. ed. Olear. ubi enarrata Graecorum cum Myſis pugna, ἐν ταύτῃ, inquit, τῇ μάχῃ πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἐτρώθησαν, καὶ λουτρὰ τοῖς τετρωμένοις μαντευτὰ ἐγένετο, πηγαὶ θερμαὶ ἐν Ἰωνίᾳ, ἃς ἔτι καὶ νῦν Ἀγαμεμνονείους καλοῦσιν οἱ Σμύρναν οἰκοῦντες. ἀπέχουσι δὲ, οἶμαι, τετταράκοντα στάδια τοῦ ἄστεος, καὶ ἀνῆπτό ποτε αὐτοῖς αἰχμάλωτα κράνη Μύσια. Diverſa ſunt τὰ Ἀγαμεμνόνεια φρέατα, quorum *Euſtath.* meminit ad Il. δ. p. 351. 8. — V. 1. μολοῦντες. Vat. Cod. — V. 2. Ποδαλειρείης edd. ante Stephan. qui Ποδαλειρίης legit. — Danai his thermis utentes medicorum ſuorum opem non deſiderabant. — V. 4. ἰὸν. Vel proprio ſenſu pro veneno accipiendum, quo barbaros cuſpides tinxiſſe putaverit *Agathias*; vel, quod malim, virus in vulnere collectum (materiam peccantem appellant medici) intelligendum. — V. 5. ὀρῃφηφόρος. Vat. Cod. — Tectis illas thermas circumdatas ſignificat.

*XLIX.* Vat. Cod. p. 468. Μαριανοῦ Σχολ. Planud. p. 360. St. 499. W. „Epigramma hoc, cui in Planudea „*Mariani* nomen praefixum, Agathiae tribuit Zonaras „T. II. p. 70. De Sophianarum palatio vide Ducange „CP. Chr. P. II. p. 171. ubi carmen hoc profert.“ *Br.*

Exſtructum erat hoc palatium a Juſtino Curopalata, qui illud de nomine conjugis Sophiae τῶν Σοφιανῶν vel τῶν Σοφιῶν appellavit. Situm erat ad portum Juliani. V. *Bandurii* Comm. in Antiqu. CP. T. II. p. 677. ſqq. — V. 2. Verba ἀλικλύστων ἐπ' ἠϊόνων jungenda ſunt cum ἔπηξεν. Imperator palatium ad litus Bospori exſtruxit. — V. 4: ἄξιον: Vides, o Conſtantinopoli, palatium, tua pulchritudine haud indignum, tibi e regione in Aſia poſitum. — V. 6. δέρκεται. Vat. Cod. et Zonar. — Ἀσίαν Vat. Cod. a man. ſec.

*L.* Vat. Cod. p. 467. Planud. p. 358. St. 498. W. In altam et pulchro in mare proſpectu gaudentem domum. — V. 1. Quae *Heſiodus* Ἔργ. 289. de Virtutis ſede in rupibus dixit, *Agathias* ad praealtam illam domum transtulit. — V. 3. Inſolenter dictum κεκαφηότι ταρσῷ, pedibus ſcandendo quaſi anhelantibus, i. e. fatigatis. κεκαφηότα. ὀλιγοψυχοῦντα. *Schol. Nicandri* Alex. 44. ἐκπεπνευκότα. *Heſych.* et *Schol. Homeri* Il. ε. 698. — V. 4. πλαδαρόν. δίυγρον. *Schol. Apoll. Rhod.* III. 1396. De propria hujus vocabuli poteſtate vid. *Lennep* Etym. T. II. p. 784. — V. 6. „Legendum videtur πιστότατον „θάλαμον, et in fine praec. verſ. minor diſtinctio ponen„da. In Vat. membr. ſcriptum πιστότατον." *Br.* Tum etiam ναὶ corrigendum putarem. Ceterum aut elumbis eſt ſententia in Epigrammatis fine, aut acumen non perſpicio.

¶. 51.] *LI.* Vat. Cod. p. 471. Ἀγαθ. Σχολ. ἐν Βυζ. In Plan. p. 361. St. 500. W. lemma eſt: εἰς οἶκον Ἀγαθίου σχολαστικοῦ ἐν Βυζαντίῳ — ordine verborum confuſo. Agitur enim de aedibus Muſonii, qui morte exſtinctus pulcherrimam domum alienis reliquerat. — V. 1. Μουσόνιος edd. vett. usque ad Aſcenſ. Minus recte itaque *Brunckius:* „In veteribus edd. *omnibus* Μουσόνιος legitur, quod ab H. Steph. recte emendatum eſſe cen-

„ſeo.“ — V. 3. „Male vulgo ἀπέλειπεν, quod ineptum „et contra ſenſum eſt. Veram lectionem dedit Vat. „membr.“ *Br.* Vitium ſenſit *Joſ. Scaliger*, qui in not. mſc. emendavit ἀπέλυξεν. Sed veriſſima eſt membranarum lectio. Non recuſavit ad caliginoſam Plutonis domum deſcendere. — V. 5. κεῖται εἰς ὀλίγην κόνιν. ipſe ὀλίγη κόνις factus, in puſillum cinerem redactus eſt. Sic pravae reliquiae hominum amplis corporibus magnisque eorum poſſeſſionibus opponi ſolent. *Propert.* II. El. VII. 51. *Foedavitque comas ac tanti corpus Achilli, Maximaque in parva ſuſtulit oſſa manu.* De urna Hectoris *Seneca* Troad. 102. *Complete manus: hoc ex Troja ſumſiſſe licet.* Similia, inter quae antiquiſſimus eſt locus *Sophocl.* in Electr. v. 1142., collegit *Burm.* ad *Propert.* l. c. p. 272. et ad Anthol. Lat. L. III. T. I. p. 456. ſq.

*LII.* Vat. Cod. p. 469. Ἀγαθ. Σχολ. ἐν Σμύρνῃ. Plan. p. 361. St. 501. W. „Quatuor in ſoricas Epigrammata, „ſi lemmatibus, quae in ſcriptis quoque libris praefixa „ſunt, fides, aedificium reſpiciunt publicum, quod „Smyrnae fuit. At quum Agathias patria Myrinaeus „fuerit, et ſaepe confuſa nomina, in iis praeſertim, „quae ſcriptorem hunc ſpectant, Σμύρνη et Μυρίνη, quod „probabilius mihi viſum, ſumtus ſcil. Agathiam erogaſſe in ornanda patria urbe, ſecutus ſum et Μυρίνῃ „repoſui pro Σμύρνῃ. Carmina autem ipſa e Vat. membr. „emendavi.“ *Br.* Falſo *Reineſius* ſtatuit, Smyrnae ſolummodo *latrinas* σωτήρια fuiſſe appellata, in Var. Lectt. III. 7. quem refutavit *Kuſter.* ad *Suidam* T. I. p. 392. — V. 2. τοίχοις ἀμφιμερ. parietibus ex limo diviſus. — V. 3. ἐνθάδε δὲ ξ. In marg. Wechel. γρ. ἄλλως ἔνθα διὰ ξείνων.

*LIII.* Vat. Cod. p. 465. Planud. p. 371. St. 510. W. Illuſtrat hoc Epigr. *Reineſ.* in Var. Lectt. III. 7. et poſt eum *Kuſter.* ad Suid. v. ἀφ' ἑδρῶν T. I. p. 392. Profert

idem *Bandini* ex Cod. Bibl. Laur. T. II. p. 256. — V. 1. ἡ πολύολβος ἐδωδή. In eundem ſenſum *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 165. 8. de helluonibus: οἱ μὲν γὰρ ἐξέχονται τῶν ὄψων, ἃ μετ' ὀλίγον ἐκδέχεται κοπρών. — V. 3. φασσιανοί. Vulgo. — ἴγδην Ed. pr. Flor. et in Cod. ap. Bandin. ἴγδη. θυεία. *Heſych.* Diverſa ejusdem vocabuli forma ἴγδις. Quare ap. *Athen.* L. IX. p. 406. A. ῥόδα τὰ εὐοσμότατα ἐν ἴγδει τρίψας minime neceſſe eſt in ἴγδῃ mutare. Vide *T. H.* ad *Polluc.* X. 103. Loco appoſito *Clem. Alex.* l. c. p. 164. 17. οὗτοι ἐοίκασιν – ἀμφὶ τὴν ἴγδην καὶ τὸν ἀλετρίβανον τὸν πάντα αὐτῶν κατατρίβοντες βίον οἱ παμφάγοι. — τρίψεις ſunt cibi contriti et artificioſe commiſti, quos *Comicus* ap. *Plutarch.* T. II. p. 126. A. τὰ πανοῦργα ὀψάρια καὶ ὑποτρίμματα vocat. — V. 4. βρωματομιξαπάτην. Praeclaram hanc lectionem ſervarunt membr. Vat. pro vulg. βρώματος ἐξαπάτη. In Cod. Medic. βρωμάτων ἐξ. Illud vocabulum fictum ad analogiam τοῦ ξενοκυσταπάτην in *Nicandri* Ep. I. Vide not. T. II. P. I. p. 6. Significatur autem voluptas illa, (hoc eſt ἀπάτη,) quae capitur ἐκ τῆς τῶν ἐδεσμάτων πολυειδίας, quam Antiphanes medicus μίαν τῶν νόσων αἰτίαν recte dicebat, ap. *Clem. Alex* p. 163. Hinc idem p. 166. Chriſtianos jubet ſumere δεῖπνον λιτὸν καὶ εὔζωνον ποικίλαις ἀνεπίμικτον ποιοτήσεσιν. — V. 5. ἀποσσέβει. ed. pr. Flor. — V. 6. ὀπππόσσα ibid. — V. 7. κόνις. id quod κόπρος, ut ap. *Alciphr.* III. 29. ἄγροικον ὄζοντα στεμφύλων καὶ κόνιν πνέοντα, quae ex *Ariſtoph.* Nub. 46. 51. ducta eſſe, nemo animadvertit.

¶. 52.] *LIV.* Vat. Cod. p. 465. Planud. l. c. Argumentum maximam partem verſatur in ſententia Cynici ap. *Lucian.* T. III. p. 544. αἱ παντοδαπαὶ περὶ τὰ βρώματα πραγματεῖαι τρέφουσι μὲν οὐδὲν μᾶλλον, λυμαίνονται δὲ τὰ σώματα καὶ τοῖς σώμασι νόσους ἐμποιοῦσι. — V. 4. ἐκθλίψεται. Vat. Cod. — V. 6. πολύ. Vat. Cod. — Junge μὴ πολὺ παρὰ τοῦ ἀναγκαίου ἐξετάσθῃς, niſi ventrem lon-

ge ſupra id, quod opus eſt, impleviſſes et distendiſſes. — V. 9. μούνη. Venter gulae peccata luit. Hunc enim tundis et verberas, quaſi in culpa eſſet. — τείνει. Vat. Cod.

*LV.* Vat Cod p. 465. Planud. p. 372. St. 510. W. Agricolam et pauperem, modico victu contentum, prae divitibus helluonibus felicem praedicat. *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 166. 10. οἱ ταῖς εὐτελεστάταις χρώμενοι τροφαῖς, ἰσχυρότατοί εἰσι καὶ ὑγιεινότατοι, καὶ γενναιότατοι, ὡς οἰκέται δεσποτῶν, καὶ γεωργοὶ κτητόρων, καὶ οὐ μόνον ῥωμαλεώτεροι, ἀλλὰ καὶ φρονιμώτεροι, quae doctiſſimus Theologus petivit ex *Muſonio*, . cujus praeclarum de victu locum ſervavit *Stob.* Tit. XVIII. p. 166 ſq. — V. 2. μίμνειν, i. e. ὑπομένειν. vitae tuae conditio ita fert, ut laboris et paupertatis aerumnas feras. — ἐν ξυλόχοισι, in ſylva ſub divo, non in ſplendidis cubiculis nec in veſte ſtragula collocatus. — V. 5. ἄρτιπος. Cf. Ep. XXI. 4. — V. 9. οἱ πλουτοῦσι καὶ οἱ κ. Vulgo. In membr. eſt οἱ πλουτεῦντες ποικινοῖσι σ. in quibus aliud quid latere ſuſpicor, quam quod *Brunckii* ſagacitas inde extudit. Quid enim opus erat, ſimul cum opulentis helluonibus etiam eorum paraſitos et convivas commemorare? Quid ſi *Agathias* ſcripſerit:

τλήμονες ἂ πλουτοῦντες, Ἀπικίῳ αὖ συνεόντες.

Nihil hac emendatione lenius; qua, ni fallor, orationi inſignis accedit virtus. Ἀπικίῳ συνεῖναι dicuntur, qui Apiciano more vivunt, ejusque diſciplinam ſectantur. Nam Apicius, inſignis helluo, *ſcientiam popinae profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infecit*; verba ſunt *Senecae* ad Helviam c. X. 2. Vide praeterea *Athen.* L. I. p. 7. A. B. et quae de Apicio collegit *Deſ. Heraldus* ad *Mart.* L. II. p. 58. *Bayle* Diction. v. *Apicius*. *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 867. — V. 10. εἰς πλέον. Vat. Cod. — ἀρτεμίη. bona et integra valetudo. Cf. *Philipp.*

F 4

¶. 53.] *LVI.* Vat. Cod. p. 464. Planud. p. 374. St. 512. W. Inſculptum fuit hoc Epigr. ſaxo pontis, quo Juſtinianus Sangarium fluvium junxerat, tradente *Conſtant. Porphyrog.* de Them. L. I. p. o. ed. *Bandur.* ſine auctoris nomine. Hoc opus magnis laudibus extollit *Procopius* de Aedif. L. V. 3. p. 98. ὁ μέγας δὲ ποταμὸς οὗτος, ὅνπερ Σάγγαριν καλοῦσι νῦν, σφοδρῷ μὲν κατιὼν ἐσάγαν τῷ ῥεῖθρῳ, ἐπὶ μέσης δὲ πεφυκὼς ἄβυσσος, εὐρυνόμενος δὲ θαλάσσῃ ἴσα, διαγέγονε μὲν τάγε εἰς γέφυραν ἀνέπαφος πᾶσιν, ἐξ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι· ἀκάτων δὲ συνδέοντες πλῆθος — ἐνταῦθα διαπορθμεύεσθαι τολμῶσι πεζοὶ — Βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς γέφυραν αὐτῷ ἐγκεχείρηκεν ἐποικοδομεῖσθαι τανῦν. *Ducange* Gloſſ in ποντογέφυρα plura Hiſtoricorum loca de illo ponte congeſſit. Quod autem *Procopius* tradit, Sangarium antea ponte inſtructum non fuiſſe, id infirmari poſſe videtur teſtimonio *Polybii* ap. *Suidam* v. Γάλλος· Γναῖος, ὁ ὕπατος Ῥωμαίων, διερχόμενος ἐγεφύρωσε τὸν Σαγγάριον, ποταμὸν τελέως κοῖλον ὄντα καὶ δύσβατον, niſi haec de ligneo tantum ponte accipi debent. — V. 1. Poſt devictam Italiam, Perſas et Vandalos ſubactos. — Pro Μήδων Vat. Cod. δήμων. — V. 3. ἄ[illegible]ισι πεδηθεὶς. Pontes poëtae comparare ſolent cum compedibus, quibus fluvios, tanquam ſervitutis jugo ſubjectos, ingemiſcere fingunt. *Aeſchyl.* Perſ. 70. Perſarum exercitus Hellespontum ſuperavit πολύγομφον ὅδισμα ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου. et v. 742. Xerxes Ἑλλήσποντον ἱρὸν, δοῦλον ὥς, δεσμώμασιν Ἤλπισε σχήσειν — καὶ πέδαις σφυρηλάτοις περιβαλών, πολλὴν κέλευθον ἤνυσε πολλῷ στρατῷ. Anthol. Lat. L. II. Ep. XXIV. p. 473. de ponte a Narſe exſtructo: *Calcamus rapidas ſubjecti gurgitis undas, Et libet iratae cernere murmur aquae. Ite igitur faciles per gaudia veſtra, Quirites, Et Narſin reſonans plauſus ubique canat. Qui potuit rigidas Gothorum ſubdere mentes, Hic docuit durum flumina ferre jugum.* — κρατεραῖσι. *Conſtant.* — V. 4. οὕτως Vat. Cod. — V. 5. ὁ πρὶν γάρ. *Conſt.*

*LVII.* Vat. Cod. p. 491. Planud. p. 77. St. 112. W. Vere ineunte Priapus nautas ad navigandum hortatur. Idem argumentum multi ante Noſtrum tractarunt. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. LVII. Sed *Agathias* inprimis *Theaeteti Schol.* Ep. II. ante oculos habuiſſe videtur. — V. 1. εὔδια. Vat. Cod. εὐδεια. Ed. Ald. 3. — V. 2. φρικα. Vat. Cod. — φρικὶ χαρασσομένη ductum ex *Antip. Sid.* Ep. XXXVII. θάλασσα πορφύρει τρομερῇ φρικὶ χαρασσομένη. Εἰρεσίῃσι κῦμα χαράσσειν dixit *Orpheus* Argon. 370. 701. *Nonn.* Dion. III. p. 86. νήνεμον ἀκροτάτοισιν ὕδωρ ἐχάρασσεν ἐρετμοῖς. — V. 3. Deſcribuntur fluctus in litore fracti et in ſemet ipſos recidentes. Optime haec expreſſit *Grotius: Triſte nec impulſum ſcopulis immanibus aequor Mox medium refugas in mare torquet aquas.* — V. 6. κάρφεσι. Iisdem fere verbis *Ariſtotel.* H. A. IX. 7. ἡ τῆς χελιδόνος σκηνοπηγία. τῇ γὰρ περὶ τὸν πηλὸν ἀχυρώσει τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν, συγκαταπλέκει γὰρ τοῖς κάρφεσι πηλόν. Cf. not. ad *M. Argent.* Ep. XXIV. T. II. P. II. p. 293. — V. 8. σικελίην. Edit. pr. Flor. et tres Ald. — ποντοπορεῖτε. Vat. Cod. — V. 10. σκάρος inter praeſtantiores erat piſces. εὐγενῆ eum vocat *Eubulus* ap. *Athen.* VII. p. 295. E. ſi recte emendavi locum depravatiſſimum:

> τὴν δ' εὐτρόσωπον . . . λοπάδα τοῦδε τοῦ
> θαλαττίου Γλαυκοῦ φέρουσαν εὐγενῆ
> σκάρον λίβρακά θ' ἑφθὸν ἕν γ' ἅλμῃ μιᾷ.

— ῥᾶκας. *Athen.* L. VIII. p. 356. B. ῥὼξ ἑφθὸς εὔπεπτος — ὁ δ' ἀπ' ἀνθράκων γλυκύτερος καὶ ἁπαλώτερος. Deſcriptum dedit hunc piſcem *Camus* Notes ſur l'Hiſt. des An. d'Ariſtote p. 130. Cf. *Duhamel* des Pêches P. II. S. 4. Pl. 6. nr. 4.

*LVIII.* Vat. Cod. p. 87. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. T. IX. nr. 278. p. 99. Immortalitatem, quam quis virtute et bonis libris edendis conſequatur, omnibus ſtatuis et imaginibus praeferendam eſſe. — V. 1.

κύρβιας. Vide ad *Comet. Schol.* Ep. V. Hoc loco tabulas publice propoſitas cum titulis et honoribus ſignificat. — V. 3. Scholion in marg. Vat. ὅτι μόνη ἀρετὴ καὶ σοφίη ἐπακολουθεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτὴν ἐντεῦθεν ἀποιχομένοις. — V. 5. χἀκεῖθι Apogr. Lipſ. In membr. ipſis καὶ κεῖθι. Noſtrum debetur *Reiskio.* Et ſic certe ſermonis proprietas poſtulat, quam tamen ſeriores potiſſimum ſcriptores non ſemper obſervaſſe conſtat, *ita ut adverbia, quae ſunt in loco, pro ad locum, et, quae ſunt ad locum, pro in loco ponant,* ſecundum *Priſcian.* Gramm. XVIII. p. 718. — V. 6. μνῆστι. Vat. Cod. — ¶. 54.] V. 7. οὔ τι πλ. ſcribendum exiſtimat *G. Wakefield* in Sylv. cr. T. II. p. 44. — γ' ante Ὅμηρος non habetur in Vat. Cod. nec in Ap. Lipſ. — οὐ βρενθύεται. nec pictis imaginibus, nec ſtatuis gloriatur. Vim verbi aperuit *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 368. ſqq. *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 64.

*LIX.* Vat. Cod. p. 154. Planud. p. 419. St. 554. W. In leporem, quem vites arrodentem agricola ſaxo necavit. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in πτὼξ T. III. p. 225. Pro τὸν πτῶκα ſuſpicabar aliquando τινὰ πτ. ut ap. *Straton.* Ep. VII. εἶδον ἐγώ τινα παῖδα. nec tamen fortaſſe correctione opus eſt. — V. 2. „Verbum ἀμέργω, *decerpo*, in „Lexicis ſine auctoritate comparet. *Theocrit* Eid. XXIII. „3. χ'αἱ μὲν ἀμερξάμεναι λασίας δρυὸς ἄγρια φύλλα. Forte in „Leonid. Tar. Ep. XCVIII. melius legeretur εἴαρι δὲ πρώτῳ „λειμώνιον ἄνθος ἀμέρξας. ubi librorum omnium conſenſu „edidi ἀμέρσας, quod tamen bene ſe tuetur etiam, „quum ἀμέρδω *amputare* ſignificet.“ *Br.* Ap. *Suidam* legitur ἀμελγόμενον. Eadem varietas occurrit in *Apoll. Rhod.* I. 882. apes καρπὸν ἀμέργουσι πεποτημέναι. quidam codd. ἀμέλγουσι. et in *Nicandri* Alex. 428. — V. 3. 4. In ἀπρεϊδής, ἀπροόρατος, *Suid.* T. I. p. 304. hoc diſtichon profert. — V. 4. ἐξεκύλισσε. dejecit eum. *Philipp.* Ep. LXII. θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεκύλισσε βίην. Sic infra Ep. LXXVII. πῶς τὸν Πριαμίδην ἐξεκύλισσα πέδῳ. Utroque loco

*Br.* ſecundum ſua ipſius praecepta ἐξεκύλισσε et ἐξεκύλισα, uno tantum σ, ſcribere debebat. Vide eum ad *Theocr.* XXI. 70. — V. 6. λοιβῆς. Cum Schol. Wech. accipio de vini latice, quem in ſacris effundere ſolemne erat. Lepus enim necatus profudit uvarum, quas comederat, liquorem: ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ τρώγειν ἔφθασεν αὐτὸν ὁ γεωργός. Ineptum quidem acumen; ſed vix alia interpretatio locum invenerit. λοιβῆς καὶ θυέων junxit Ep. ἀδεσπ. DCXCV. 10.

*LX.* Vat. Cod. p. 380. ſq. Bis exſtat in Planud. p. 40. et 102. St. 59. et 151. W. altero loco ſine auctoris nomine. Urbs Troja Minervae iniquitatem exprobrat, quod propter unius Paridis judicium totam urbem everterit. — Vat. membr. et Planud. altero loco Doricas quasdam formas in hoc Ep. habent; ut v. 2. ἁ τλάμων. v. 5. θνάσκειν. v. 6. τᾶς πάτρας. — V. 1. πολιοῦχε. Minerva in arce culta. — V. 3. ἀντὶ μήλου. Propter malum tibi negatum omnia hujus urbis ornamenta diripuiſti. ἀποσάρξειν dixit, reſpectu ad malum habito. — Comparavit haec *Caſaubonus* ad *Strabon.* IV. p. 278. B. de providentia disputantem: καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς προνοίας καὶ τῆς εἱμαρμένης λόγοις εὕροι τις ἂν πολλὰ τοιαῦτα τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν φύσει γενομένων, ὥστ' ἐπ' αὐτῶν φάναι, πολὺ κρεῖττον εἶναι τόδε ἢ τόδε γενέσθαι, οἷον — τὸν Πάριν εἰς τὴν Σπάρτην πλέοντα, ναυαγίῳ περιπεσεῖν· ἀλλὰ μὴ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαντα, δίκας τίσαι τοῖς ἀδικηθεῖσιν ὕστερον, ἡνίκα τοσοῦτον ἀπειργάσατο φθόρον Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων. — V. 5. ἄθεσμον. Vat. Cod.

*LXI.* Vat. Cod. p. 380. Plan. p. 98. St. 144. W. Ad Trojam devaſtatam, cui, omnibus ornamentis ereptis, gloria tamen et nominis celebritas eripi non potuit. — V. 1. „Vat. membr. ὦ πτόλι. Quod, ut recepi infra LXV. ita hic quoque recipiendum erat." *Br.* In Apogr. Goth. ὦ πόλι habetur. Color fere, ut in Ep. in Romae ruinas in Anth. Lat. L. III. 5. p. 458. *Longa*

*tuos faſtus aetas deſtruxit et arces: Caeſaris et Superûm templa palude jacent. — Non tamen annorum ſeries, non flamma nec enſis, Aeternum potuere hoc abolere decus.* — V. 2. βοῶν κεράατα. Hoſtiarum majorum capita templorum parietibus ornamenti cauſa appendebantur et in metopis collocabantur. — V. 3. Παφίης ἀλάβαστρα. vaſa unguentaria, quibus Venus maxime delectatur. Vide *Viſcontum* in Muſeo Pio-Clem. T. I. p. 17. Reſpectu ad Veneris munditiem habito *Callim.* H. in Pallad. 15. Minervae οὔτε μύροις, οὔτ' ἀλαβάστροις opus eſſe ait. Inter Adonidis ſupellectilem vaſa unguentaria, Συρίῳ μύρῳ χρύσει' ἀλάβαστρα, recenſet *Theocrit.* Eid. XV. 114. Muneribus, quibus Perſarum reges oblectabantur, annumerat *Herodotus* L. III. p. 204. 61. πορφύρεα εἵματα καὶ ψέλια καὶ μύρου ἀλάβαστρα, ubi vide *Weſſeling.* — ἐφεστρίς. veſtimenti genus, quod reliquis ſuperinduebatur; unde ſponte intelligitur, varias ejus ſpecies eſſe potuiſſe. Disputavit de epheſtride *Nic. Loënſ.* in Epiphyll. VI. 5. *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 332. et 384. — V. 4. Τριτογ. δείκελον. Palladium. De Minerva Spartae culta *Coluth.* v. 234. χρύσεον ἐνδατίης εἶδος Ἀθήνης. — ¶. 55.] V. 5. χρονίη χύσις. De Troja *Evenus* Ep. XIV. Ἴλιον ἱρὴν Τὴν πάρος εὐπύργοις τείχεσι κλῃζομένην Αἰῶνος τέφρη κατεδήδοκεν. — ἀλλοίην τύχην, adverſae me fortunae implicans. In ἀμφιβαλοῦσα metaphora ducta a piſcatorum retibus. *Apollon. Rhod.* L. I. 1035. μοῖραν ἀνέπλησε· τὴν γὰρ θέμις οὔποτ' ἀλύξαι Θνητοῖσι' πάντῃ δὲ περὶ μέγα πέπταται ἕρκος. — V. 9. οὔνομα. Ep. in Anthol. Lat. L. III. 1. in Graeciae ruinam: *Fama manet, fortuna perit. — Et magnum infelix nil niſi nomen habet.*

*LXII.* Vat. Cod. p. 381. Planud. p. 99. St. 145. W. Fatum Trojae, quae Romae originem dederit, non lugendum eſſe. — V. 1. γελάσῃς. Vat. Cod. Ald. 1. et Aſcenſ. — V. 2. ταῦτα τέλεσσε. Vat. Cod. et Τύχα. — V. 3. μὴ πείθεο. Vulgo et in Vat. Cod. quam lectionem

cl. editor tacite mutavit. Verum ſenſum perſpectum habuit *Grotius*, qui vertit:

*Si quis es ex Aſia, gaude magis: adſpicis urbes,*
*Quot ſunt Aeneadum Dardana juſſa pati.*

quibus verbis fortaſſe ipſam lectionem πένθεα expreſſit. Verbum πένθος cum πλοῦτος permutatum videtur in *Aeſchyli* Perſ. 840. ubi ſi legeris ὡς τοῖς θανοῦσι πένθος οὐδὲν ὠφελεῖ, ſenſum habebis contextui accommodatiſſimum. — δαρδανικῇ: Vat. Cod. a pr. man. — Ad ſenſum cf. Ep. *Lollii Baſſi* IV. et *Hadriani Caeſ.* Ep. II. ubi v. not. T. II. P. II. p. 325. — V. 6. ἐξεκένωσεν ἀρχ. *Aeſch.* Perſ. 717. Ξέρξης κενώσας πᾶσαν ἠπείρου πλάκα. — V. 7. Trojae vaſtatae poenas a Graecis ſume, ſervitutis jugum iis imponens. ζυγόδεσμον. *Homer.* Il. ω. 270. *Euſtath.* p. 1350. init.

*LXIII.* Vat. Cod. p. 380. Planud. l. c. Expreſſum carmen ex *Antiphili* Ep. X. — V. 2. Pro οἰκέτης in ed. pr. Flor. et Ald. 1. ζαμενὴς legitur. — ἐτάλασσεν. Vat. Cod. — V. 3. Accommodate *Mitſcherlichius* V. cl. haec adhibuit Horatianis IV. Od. VI. 13. de Achille: *Ille non incluſus equo - male feriatos Troas et laetam Priami choreis Falleret aulam: Sed palam captis gravis etc.* — V. 4. δουρατέαν παγίδα. Haud ſcio, an *Agathiae* obverſatus ſit locus Batrachom. v. 115. ubi muſcipulam deſcribens Troxartes, ἄνδρες, ait, καινοτέραις τέχναις ξύλινον δόλον ἐξευρόντες, Ἣν παγίδα καλέουσι. Placuit Noſtro hoc vocabulum, qui Ep. XCIII. domum, cujus ruinae par adulterum obruerant, ξυνὴν ἀμφοτέρων παγίδα appellavit. Meretrices παγίδας τοῦ βίου nuncupat *Amphis* ap. *Athen.* L. XIII. p. 567. F. quod fortaſſe expreſſit *Euſtath.* de Amor. Iſm. IX. p. 400. pulchram puellam δέλεαρ ἐρωτικὸν καὶ παγίδα ἔρωτος ἄφυκτον vocans. — V. 6. ἐριπτόμαν. Vat. Cod. Similiter de Beryto *Joann. Barb.* Ep. IX. τύμβος ἀταρχύτων μερόπων πόλις, ἧς ὑπὸ τέφρην Αἱ Βερόης πολλαὶ κείμεθα χιλιάδες.

*LXIV.* Vat. Cod. p. 435. Planud. p. 111. St. 162. W. Hiſtoria de piſcatore, quem puella quaedam opulenta in litore viſum amare coepit et ex paupere divitem reddidit.

¶. 56.] *LXV.* Vat. Cod. p. 499. Plan. p. 112. St. 163. W. In magiſtratum olim ſuperbum, nunc a dignitatis faſtigio dejectum et miſerum. — V. 1. τὸ πηλίκον. Vulgo. Noſtrum eſt in Vat. Cod. ἀγχίποροι. qui te publice prodeuntem comitabantur et latus tibi regebant. — V. 3. πτέλιος. Vat. Cod. Vulgo πόλιος. — τοῖς πρ. Iis, quos tu antea miſeros reddideras, fortuna permiſit, ut ſuffragium contra te ferrent et te ex urbe ejicerent. — V. 6. καὶς σέ τι τ. Vulgo. „κεἰσέτι τερπόμεθα e Vat. „membr. Hoc prae vulgata lectione placet.“ *Br.* Verba ſic accipienda, quaſi poëta ſcripſiſſet: πολλὴν σοὶ χάριν ἔχομεν καὶ τερπόμεθα ἔτι —. Multam tibi habemus gratiam, quod omnibus eodem modo illudis, et gaudemus, cum improbos et ſuperbos homines puniri videmus.

*LXVI.* Vat. Cod. p. 499. Plan. p. 112. St. 164. W. In mendicum quendam, qui dives factus priſtinae conditionis penitus oblitus eſſe videbatur. — V. 2. πέλε τὸ ex Vat. Cod. Vulgo πέλετο. — V. 3. ἀφρονέων. fortunae ludibria ignorare videtur. τέρψις τύχης ſunt crebrae illae rerum viciſſitudines, quibus Fortuna delectatur. — V. 6. αἰτίζων. Vulgo et in Vat. Cod. Adſcripſit *Joſ. Scaliger* αἰτίσας vel ὁ πρὶν αἰτίζων. Requiritur praeteriti temporis ſignificatio. Ducta ſunt haec verba ex *Callim.* H. in Cer. 116. de Eryſichthone, qui ἐνὶ τριόδοισι καθῆστο Αἰτίζων ἀκόλως τε καὶ ἔκβολα λύματα δαιτός. Cf. Odyſſ. ρ. 222. *Euſtath.* ad Od. p. 627. 35. *Phavorinus* ap. *Stob.* T. XCIII. p. 513. 24. ἀλλ' ὁ μὲν περιέρχεται αἰτίζων ἀκόλους, ὁ δὲ οὐκ ἀκόλους, οὐδὲ ψωμόν. De voce ἀκόλους vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XLV. — V. 7. ἐπιθήσεις. Vat. Cod. — V. 8. μάρτυρα σαυτὸν ἔχεις. tuo id exemplo docearis.

*LXVII.* Vat. Cod. p. 559. *Agathiae* vindicat, quod in Planud. p. 171. St. 249. W. *Ammiano* tribuitur. Ridiculum ſtupidi rhetoris in re civili reſponſum. — V. 2. ἤρετο. Vulgo. — V. 6. τίνι δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι; Quemnam ſecundum leges ſequentur liberi, quos ſerva mea ex alieno ſervo peperit, ſervine dominum, qui, quam meam eſſe ſciret, illi in contubernium dedit, an me, dominum ſervae? — ¶. 57.} V. 7. Putes videre talem, quales *Ammianus Marcell.* XXX. 4. Juriſconſultos ſuae aetatis repraeſentat: *Velut natalicia fata praemonſtrantes, aut Sibyllae oraculorum interpretes, vultus gravitate ad habitum compoſita triſtiorem, ipſum quoque venditant quod oſcitantur.* — γυρὸν ἐπισκύνιον. Grammaticorum nugas et de rebus levis momenti altercationes ridens *Plutarch.* T. II. p. 412. F. τὰ τοιαῦτα, ait, συντελεῖ καὶ συνίστησι τὸ πρᾶγμα· τὰ δ᾽ ἄλλα ἔξεστι τὰς ὀφρῦς κατὰ χώραν ἔχοντας φιλοσοφεῖν καὶ ζητεῖν. — V. 9. ἦ initio vſ. omittitur in Vat. Cod. — V. 10. κεῖσαν. Vat. Cod. — V. 11. ἀπολέσεις et λύγεις. Vat. Cod. Judices dicuntur φέρειν ψῆφον et ἀποφέρειν, cum ſententiam pronuntiant; vide *Segaar* in Act. Traj. T. I. p. 96. ſq. Is, de quo judicatur, ἀποφέρεται ψῆφον. — Ceterum illud reſponſum ſimile illi, quod aſtrologus dat athletis ap. *Lucill.* Ep. XLIV. alius navigaturis ap. *Nicarchum* Ep. XIV.

*LXVIII.* Auctoritate Vat. Cod. p. 554. ſq. *Agathiae* tribuitur, quod in Planud. p. 68. St. 99. W. ἀδέσποτον eſt. Inepta ſolutio problematis phyſici, quo quaeritur cur, cum in cithara ἡ ὑπάτη pulſetur, ἡ νήτη etiam reſonet. De hoc problemate vide *Ariſtotel.* in Probl. XIX. 24. — V. 2. ἤρετο. Vulgo. ut Ep. praec. v. 2. — σοφίη h. l. eſt quaeſtio ex interiore muſices cognitione ſolvenda. — V. 3. πλήκτροισι δονήσας. Vulgo. πλήκτροισι, δόνησας. Vat. Cod. — V. 5. ὑποτρίζουσα. Vulgo. Fortaſſe rectius; nam τρίζειν de ſono tenuiore et argutiore uſur-

patur. τρίζουσα. φωνοῦσα λεπτόν τι. *Heſych.* ubi v. *Interpp.* et *Valcken.* ad *Herodot.* III. p. 252. 96. — V. 7. ἄπνοια. Vat. Cod. — V. 10. οἳ δὲ τόν. Vat. Cod. — τὸν ἐν πλ. ἄρρητόν. Ariſtoxenum illum praeſtantiſſimum artis muſicae ſcriptorem hujus phaenomeni cauſas ignorare jurabat. De *Ariſtoxeno* vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 634. ed. *Harl.* et inprimis *Mahnii* Diatrib. de Ariſtoxeno. Amſtelod. 1793. — θειημοσύνη pr. contemplatio, h. l. res contemplanda, problema. — V. 11. νεῦρα. χορδαί. Vide *Fiſcher.* ad Anacr. Od. α. 3. p. 5. — V. 14. ξυγγενὲς omnes edd. ante Stephan. qui συγγενὲς dedit. — V. 15. γνήσια. arcto conſanguinitatis vinculo conjuncti, ut liberi γνήσιοι eorundem parentum; et propterea omnes ejusdem ſoni, tanquam hereditatis cujusdam, participes. — V. 7. ἄμματι. Vat. Cod.

*LXIX.* Vat. Cod. p. 560. ſq. Planud. p. 150. St. 217. W. Reſponſum, quod ineptus medicus aegroto, pleuritide laboranti, dederit, narratur. — V. 2. λαυκανίης. Vat. Cod. Vulgo λευκανίη. Utraque forma proba. Priore utitur *Homer.* Il. χ. 325. ω. 642. — βραγχά, *rauce.* βραγχὸν τετριγυῖα χορδά. *Paul. Silent.* Ep. XLVIII. 5. — ¶. 58.] V. 4. νυσσόμενος. Pleuritide laborabat ille, cujus morbi ſymptomata dolor lateris punctorius cum tuſſi. *Auctor* Definit. medic. p. 397. πλευρῖτίς ἐστιν ὀδύνη πλευροῦ σὺν ὀξεῖ καὶ ἀδιαλείπτῳ πυρετῷ μετ᾽ ὀδύνης νυγματώδους ὁμοῦ καὶ φρίκης καὶ δυσπνοίας. — In fin. vſ. *Opſopoeus* mallet ἀμυχθείς, quod non opus. — V. 5. Καλλίγνωστος. Vat. Cod. — πλατυλέσχης. i. e. πλατυγίζων. Vide *Suidam* h. v. T. III. p. 127. Uſurpatur de hominibus cum inani jactantia verboſis. — V. 6. „Scripſerat Planudes τῆς παιωνίδος, quam lectionem perſpicue „ſervant quatuor regii libri. Corrupte in Cod. ex quo „Florentina expreſſa, παιονίδος, η in ι mutato, quem ſolemnem librariis errorem fuiſſe jam toties animadverti, unde, ingraveſcente corruptela, monſtrum lectio-

„lectionis ortum eſt παιωνίδος. Quod dedi παιωνιάδος e „Vat. membr. eſt.“ *Br.* — V. 7. Nihil aliud praedixit, niſi quod certo certius eventurum eſſe ſciebat. — V. 9. ἀνάκλισιν. aegroti decubitum, quem a medico vult obſervari Hippocrates. Vide *Foeſium* in v. p. 30. — ἐκ τοῦ πρ. Vat. Cod. — V. 12. ἀναπεμπάζων. omnia animo repetens. *Apollon. Rhod.* L. IV. 1748. ὁ δ' ἔπειτα θεοπροπίας Ἑκάτοιο θυμῷ πεμπάζων Verbi vim enucleavit *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 33. ſq. — V. 13. ἀνεφαίνει *Opſopoeus* corrigit citra neceſſitatem. — V. 14. σεβαζευσάμενος. Vulgo. — V. 16. λήξῃ. Vat. Cod. — V. 17. τεθνήξει ex membr. revocatum pro τεθνήξῃ. Illa forma obvia in *Ariſtoph.* Nub. v. 1440. — τοῦτο. morbi ceſſatio redeuntis valetudinis indicium. — V. 19. τὸν νομικόν. Juriſconſultum. *Arrian.* Epict. II. 13. ἀλλ' οὐδὲ νομικόν τινα παρέλαβε πώποτε, τὸν ἐροῦντα αὐτῷ καὶ ἐξηγησόμενον τὰ νόμιμα' ἀλλὰ διαθήκην μὲν οὐ γράφει, μὴ εἰδὼς πῶς δεῖ γράφειν. — V. 22. κάλλιπες. Vat. Cod.

*LXX.* Vat. Cod. p. 555. reſtitutum eſt *Agathiae*, cum in Planud. p. 188. St. 275. W. *Palladae* tribuatur. De immortalitate animi quaerenti reſpondet philoſophus. — V. 1. Νικόστρατον. Laudat *Brodaeus* locum Hermogenis, ubi Nicoſtratus commemoratur tanquam ſubtilis philoſophus. Fictum potius nomen exiſtimaverim. — V. 2. σκινδαλαμοφραστήν. Vat. Cod. et Ald. 1. De orthographia vocis σκινδαλμὸς disputavit *Pierſ.* ad *Moer.* p. 360. Sic appellabant difficiles Sophiſtarum nugas. *Ariſtoph.* Nub. 130. πῶς οὖν γέρων ὢν κἀπιλήσμων καὶ βραδὺς λόγων ἀκριβῶν σκινδαλμοὺς μαθήσεται. λόγων τινὰς σκινδαλμοὺς ἐκμαθὼν dixit *Alciphron* L. III. p. 434. Per ἀκάνθας interpretatur *Lucian.* T. II. p. 602. — V. 3. ἀνήρετο. Vulgo. — V. 5. ἐν νοητοῖς. utrum in iis, quae mente cognoſcuntur, an in iis, quae ſenſibus ſunt ſubjecta. — V. 7. ἀνελέξατο. ut ap. *Callim.* Ep. LX. γράμμ' ἀναλεξάμενος. ubi v. not. T. I. P. II. p. 309. —

¶. 59.] V. 9. Πλατωνικὸν ὕψος, ſublimitatem Platonis pro ipſo Platone. — V. 10. πᾶσαν. omnem undique veritatem exploravit. — V. 11. „Scr. τὸ τριβώνιον, ἠδὲ γε„νείου τἄκρα καταψήχων. Copulam ſenſus requirit, ſed „καὶ a feſtinante et oſcitabundo repoſitum metrum cor„rumpit. Male vulgo εἶτα γενείου ἄκρα." Br. εἶτα etiam Cod. Vat. habet. — V. 12. καταψύχων Ed. pr. Flor. Ald. 1. Aſcenſ. Solemnis horum verborum permutatio. — V. 13. ψυχῆς. Vat. Cod. quam varietatem etiam *Steph.* notavit in Annotatt. — V. 15. στεγνοφυής. aut ſolida et corporea, aut nihil a materia habens. — V. 17. „Κλεομβ. Alludit ad Cal„lim. Ep. X. Planudeae Codd. duo Ἀμπρακιώτην. De hac „diverſitate videndus Waſſe ad Thucyd. p. 231. In „Dionyſii verſu ibi laudato vetus regia membr. Ἀμπρα„κιήων habet." *Br.* — V. 19. Tum tu, a corpore tuo ſejunctus, unoque illo, quod quaeris, relicto, te ipſum agnoſcere poteris.

*LXXI.* Vat. Cod. p. 557. ſq *Agathiae* vindicat; in Plan. p. 133. St. 192. W. ἄδηλον eſt. Reſponſum ab aſtrologo agricolae, de meſſe ipſum conſultanti, datum. — V. 3. „In membr. ſcriptum ἤτεε δ' ἐξέρεειν' εἴπερ θέρος. „Reponendum forte αἰτέων δ' ἐξερέειν' εἴπερ θέρος." *Br.* *Salmaſ.* in not. ined. ἤτεε κ' ἐξερέειν' εἴπερ θ. conjiciebat. At apoſtropho tantummodo deleto ſcribendum:

ἤτεε δ' ἐξερέειν, εἴπερ —

rogavit illum, ut ipſi ediceret, num largam meſſem habiturus eſſet. — V. 5. Ille calculos in abaco diſpoſuit, rationem initurus. Huc pertinent etiam verba δάκτυλα γνάμπτων. Vide ad *Palladae* Ep. LXXXVI. T. II. P. III. p. 242. Adde *Plinium* II. Epiſt. XX. 3. *proximus toro ſedit: quo die, qua hora nata eſſet, interrogavit: ubi audivit, componit vultum, intendit oculos, movet labra, agitat digitos, computat, nihil, niſi ut diu miſeram expectatione ſuſpendat.* — V. 7. „Scribendum omnino: „εἴ κεν ἐπομβρηθῇ." *Br.* — V. 8. ἀντοσύνην. Vat. Cod. —


ὑλαίη ἀνθοσύνη, herbae inutiles, frutices inter ſegetem enaſcentes eamque impedientes. Hoc ſenſu ὕλην plus ſemel uſurpavit *Xenoph.* Oècon. c. 16. — V. 10. „Mallem τἄχρον ἀποδρυφθῇ.“ *Br.* — V. 11. μηδὲ κεμάδες, miro errore Vat. Cod. — V. 12. Si verum eſt ὄψεται, ſubaudiendum τὰ λῆϊα. Sed vera videtur emendatio *Joſ. Scaligeri* in not. mſc. ὄψεαι.

¶. 60.] *LXXII.* Vat. Cod. p. 440. ſq. Planud. p. 86. St. 126. W. cum lemmate: Ἀγαθίου Σχολ. εἰς τὰ λυτὰ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως. Ita quoque Vat. membr. Alius Cod. Dorvill. τὰ λιτά. Hanc inſcriptionem mendoſam judicantes viri doctiſſimi, *Joſ. Scaliger* in Lectt. Auſon. II. 29. εἰς ταῦλαν, *Salmaſius* vero et *Huetius* τάβλαν emendarunt; prior etiam ταβλατὰ tentavit in not. ined. Vulgatae patrocinari conatus eſt *Dorvillius* in Vann. crit. p. 252. non luſum in univerſum ſignificari exiſtimans, ſed τὰ λυτὰ Grammatico idem eſſe, quod τὰς ἄζυγας poëtae vſ. 26. Idem ſentiebat *Corn. de Pauw* in Diatr. de Alea p. 190. Praeter *Dorvillium* de Ep. noſtro disputavit *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 741. ſqq. et *Pauw* in Diatr. de Alea Veter. ad Epigr. Agathiae Scholaſtici. Tr. ad Rhen. 1726. Alios, qui de aleae ludo egerunt, laudat *Wernsdorf.* ad Poët. Lat. Min. IV. P. I. p. 405. Hos in eo interpretando ſequor, ſenſum grammaticum explicuiſſe contentus; nam me ipſum nihil de hoc ludo, quem Trictraccum fuiſſe affirmat *Salmaſius*, intelligere fateor. — V. 1. Nos humiles et de plebe mortales, etiamſi magna geſſerimus, raro tamen eorum memoriam ad poſteritatem propagatam videmus: at reges ſi ſuffient modo, hoc tanquam adamantinis tabulis inſculptum manet. — βέξαμεν Vat. Cod. — Λίβυς ἀνήρ. Eratoſthenem eſſe vult *Opſopoeus*; etiam Callimachus eſſe poſſit. τοῦτ' ἀδάμαντι μενεῖ. Similiter locutus eſt *Ovid.* XV. Metam. 813. de fatis huma-

nis in Parcarum tabulario repoſitis: *Invenies illic incluſa adamante perenni Fata tui generis.* *Claudian.* de Bell. Gild. 202. *voces adamante notabat Atropos*; ubi nemo Interpretum locutionis fontem aperuit. — V. 3. Cod. Vat. ἀναπνεύσουσι δὲ μόνον a pr. man. et mox v. 4. Λυβός. — V. 6. Hoc Zenonis imperatoris exemplo patet. Huic enim quid quondam acciderit ludenti, memoriae mandatum eſt. ἄφαστοι κύβοι ſunt incerti, qui non ſecundum rationem, ſed caſum cadunt. κύβον vitioſe Vat. Cod. — V. 7. θέτις Vat. Cod. et ποικηλότευκτος. — θέσις eſt calculorum ordo et poſitio. ποικίλας μεταστάσεις τῶν ψήφων eſt ap. *Ariſtaen.* I. Ep. XXIII. *Euripid.* Iphig. Aul. 195. ἐπὶ θάκοις πεσσῶν ἡδομένους μορφαῖς πολυπλόκοις. — Sequitur deſcriptio ordinis calculorum in Zenonis tabula. Ludebatur discoloribus lapidibus, (*Martial.* XIV. Ep. 17. et alii, quos laudat *Wernsd.* P. M. T. IV. p. 268. 182.) qui per tabulam duodecim lineis deſcriptam disponebantur. Hae lineae noſtro ſunt ὁδοί, *tramites* in Ep. Anth. Latin. III. 76. p. 519.:

*Discolor ancipiti ſub jactu calculus adſtat,*
*Decertantque ſimul candidus atque rubens.*
*Qui quamvis parili ſcriptorum tramite currant,*
*Is capiat palmam, quem bona fata juvant.*

— V. 8. ὀπισθιδίκην. Vat. Cod. quod damnat *Dorvillius.* — Eſt autem ὀπισθιδίη ὁδός, ſi recte intelligo, inferior pars tabulae, ſive dextrum latus, quod albi calculi occupabant, qui Zenoni ſorte contigerant. In hac parte calculi a dextra manu ad ſiniſtram procedebant. Haec ut melius intelligantur, exhibeamus abacum, qualem dedit *Salmaſius* ex vetere marmore Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 751.:




— V. 9. ἔχειν. Vat. Cod. In ſexta linea ſeptem erant candidi; in nona unus; ſummus locus occupabatur duobus, totidem decimus. Hoc enim volunt verba ἴσος ἦν δεκάτῳ, *decimo aequalis erat*, numero calculorum ſcil. „Primam dextri lateris lineam dicebant et ſummam. „Graeci quoque recentiores Latinam vocem retinue- „runt, et σοῦμμον χῶρον appellarunt in tabula. — Ulti- „mam infimamque lineam dextri lateris duodecimam vo- „cabant; revera enim erat duodecima. Ab illa ultima „dextri lateris linea, quae et duodecima, tranſibant ad

„ultimam ſiniſtri lateris ex adverſo reſpondentem et „oppoſitam, eamque tertiam decimam appellabant.“ Verba ſunt *Salmaſii* p. 752. ſq. Ex noſtro loco vocem σοῦμμος in Lexicon retulit *Ducang.* p. 1411. — V. 11. ὅς τε. Vat. Cod. quod probandum. Etiam proximus locus a ſummo, i. e. ſecunda linea, habebat binos calculos; ultimus denique calculus erat in ea linea, quae δῖβος appellabatur, i. e. *Divus.* Vide *Ducange* p. 303. Hunc *Divum Pauw* locum decimum quartum eſſe ſuſpicabatur. Sed res vehementer incerta eſt. — Poſt quindecim calculos albos enumeratos ſequitur ordo nigrorum. — V. 13. ἐν omittit Vat. Cod. ubi in fine verſus χώρην legitur. In loco octavo bini nigri erant, totidem in undecimo; bini iterum in duodecimo, unus in decimo tertio. — V. 14. ἑνδεκάτην eſt in Cod. Vat. Vulgo ἑνδεκάτης legitur. Illud verum putat *C. de Pauw*, qui praeterea ἑνδεκάτου conjicit, quod ante eum ſuſpicatus eſt *Th. Hyde* in Nerdiludio p. 45. Quum poſt locum decimum tertium commemoretur *Antigonus*, poſt hunc linea decima quinta, vix dubitari poſſe videtur, Antigonum eſſe lineam decimam quartam. Huic in dextra parte *Divum* oppoſitum fuiſſe, ſuſpicatur *Salmaſius.* Illo enim nomine quaſi Romani regis ſedem ſignificari, cui contrarius ſit Antigonus, quod eſt nomen Macedonum regis, quos ſemper Romanis adverſos fuiſſe notum eſt. At ſic *Divus* linea eſſet undecima, quae v. 14. ſigillatim commemoratur, eademque occupata eſſet binis nigris calculis et uno albo; quod non fieri poteſt. Ceterum ut Antigonus lineae nomen eſt, ſic jactus quidam in talis *Alexander* appellabatur, alius *Darius.* Vide *Senfleb.* in Theſauro Gronov. T. VII. p. 1156. — V. 17. Etiam in linea decima quinta erant δίζυγες, ſive calculi duo juncti. — πέντ' ἐπὶ καὶ δεκάτῳ. Vat. Cod. — V. 19. ὀκτὼ καὶ δεκάτῳ πανομοῖιοι. Vat. Cod. poſterius verum et reci-

piendum. At in numero lineae difficultatem cernens *Corn. de Pauw*, ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ emendare conatus eſt, quod ut minus Graecum a *Dorvillio* vapulat in Vann. crit. p. 255. — V. 20. τέτρατος ἐκ πυμάτου. eſt viceſimus locus. πύματος enim χῶρος eſt linea viceſima quarta, i. e. ultima et infima ſiniſtri lateris. In viceſimo igitur *ſcripto* ſive linea iterum bini erant nigri. — V. 21. σημήϊα πεσσοῦ per periphraſin: rex, qui albos habebat calculos, nec laqueos auguratus, quos ipſi fortuna tendebat etc. πεσσοὶ idem quod ψηφῖδες. Adde iis, quae *Dorvill.* attulit p. 270., *Rubnk.* ad *Tim.* p. 217. — V. 23. ψηφῖδας ἀριθμοῦ. Vulgo. ψηφάδα γὰρ ἰσθμοῦ. Var. Cod. unde *Salmaſio* ſubnata eſt emendatio ἀπ' ἠθμοῦ. Diverſa ſunt ἠθμὸς et πύργος. Hic enim, nomen ab ipſa forma habens, teſſeras in tabulam effundebat. Interior ejus pars non ſimpliciter excavata erat, ſed gradibus et amfractibus interciſa, ita ut teſſerae intus vario motu agitatae evolverentur. Hinc ap. Noſtrum πύργου δουρατέου κλίμαξ. Simillimum eſt hoc ap. *Auſon.* in Profeſſ. I. 27. *bolos – quos praecipitante rotatu Fundunt exciſi per cava buxa gradus*; ubi *Joſ. Scaliger* noſtri loci non immemor fuit. Anth. Lat. L. III. Ep. LXXVII. *In parte alveoli pyrgus velut urna reſedit, Qui vomit internis teſſerulas gradibus.* — „Erat praeterea aliud inſtrumen„tum, quod *pyrgo, turriculae*, imponebatur, et diceba„tur φιμός, κημός, ἠθμός. *Infundibula* erant, et uſus „eorum etiam in *urnis judicialibus* apud Graecos. φιμὸς „proprie *camus*, *capiſtrum*, unde φιμοῦν: item κημός, un„de κημοῦν. ἠθμὸς erat proprie *colus. infundibulum.* „Porro ejusdem uſus fuiſſe κημὸν et ἠθμόν, patet auctori„tate *Heſychii* et *Schol. Ariſtophanis*, quos advocat „Caſaubonus ad Athenaeum L. X. c. 18. qui docet „utroque modo *infundibulum* vocatum, quo calculi in „κάδον vel καδίσκον fundebantur. Harpocration autem „dicit, φιμὸς ὁ καλούμενος κημός: ac κημοὶ una et φιμοὶ inter

»κυβευτικὰ σκεύη memorantur *Polluci* L. VII. §. 204. »φιμοῦ quoque facit mentionem Diphilus: ἀλλ' εἰς μέσον »τὸν φιμὸν, ὡς ἂν ἐμβάλῃ. ubi mihi pars *turriculae* eſt, »quae pro *tota turre* poni videtur. Phimum igitur, κη- »μόν, ἠθμόν, ita eadem inſtrumenta eſſe apertum ſit; at »diverſa eſſe a *fritillo*, vel inde patet, quia fritillus erat »ſolidus ab una parte: cetera inſtrumenta pertuſa »erant. Inde ap. Senecam *Aeacus jubet Claudium alea* »*ludere pertuſo fritillo*. Vide finem Apocolocynth. »Inde etiam patet, diverſum a pyrgo fuiſſe.« Verba ſunt *Dorvillii* Vann. crit. p. 259. Pro ἀριθμοῦ olim tentaverat ἀριθμῷ *Th. Hyde* in Nerdilud. p. 45. quo nunc nihil opus, meliore lectione reperta. In fine pentametri κευθομένῃ habetur in Ed. Flor. et tribus Aldin. Aliae κευθομένην. κευθομένας dedit *Salmaſius* ex conjectura; nam in membr. κευθομένη legitur. Hinc κευθομένῳ legendum eſſe contendit *Dorvill.* p. 262. nam *ſcalam* intus in pyrgo *occultatam* eſſe. Ceterum notandum, tribus teſſeris uſos fuiſſe veteres, cum poſtea duae tantum coeperunt uſurpari. — V. 25. Zeno imperator jecit et duo et ſex et quinque, quibus jactibus tota rerum facies immutata eſt. At quomodo hoc factum ſit, obſcuriſſimum. Nam quod ſequitur, eum ſtatim octo totos calculos disjunctos habuiſſe, qui antea ſeparati fuiſſent, id ſibi contrarium eſſe videtur. *Pauwius* certe, ut explicaret, ad ineptias confugit. ἄζυγες et μεριζόμενοι idem eſt. Quare vehementer ſuſpicor, depravatum eſſe hunc verſum. Scribe, duabus literis mutatis:

ἄζυγας εἶχεν ὅλας πρόσθεν ὁριζομένας.

*octo ſtatim disjuncti ſunt, qui antea juncti eſſent.* Hoc enim ſenſu verbum ὁρίζεσθαι paſſim occurrit, pro συμφύεσθαι, *conglutinari*, et τῷ διορίζειν opponitur. Vide *Budaeum* in Comm. Gr. L. p. 990. 4.

¶. 61.] *LXXIII.* Vat. Cod. p. 481. *Agathiae* vindicat. In Plan. p. 377. St. 515. W. ἄδηλον eſt. Scriptum

in velum conopeum, quo culices arceantur. Cf. *Pauli Silent.* Ep. LXVI. Fuit haec Aegyptiorum conſuetudo, ut, cum in humidis regionibus a culicibus valde vexarentur, aut in turribus cubarent, aut lectos velamentis circumdarent: *πᾶς ἀνὴρ αὐτέων ἀμφίβληστρον ἔκτηται, τῷ τῆς ἡμέρης μὲν ἰχθῦς ἀγρεύει, τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ· περὶ ταύτην ἵστησι τὸ ἀμφίβληστρον.* *Herodot.* L. II. p. 146. Hinc *Horatius* in Antonii exercitu conopea fuiſſe viſa indignatur Epod. IX. 16. *Interque ſigna, turpe, militaria Sol aſpicit conopeum.* Idque ipſum exprobrat Cleopatrae *Propertius* L. III. 9. 43. quod auſa ſit

*Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro,*
*Baridos et contis roſtra Liburna ſequi:*
*Foedaque Tarpejo conopia tendere ſaxo,*
*Jura dare et ſtatuas inter et arma Marî.*

V. 3. *ἐπιτρέπομαι.* Ed. pr. Flor. — V. 7. *ὄρνεα Brodaeus* de muſcis et culicibus interpretatur, quo nihil durius. *Aves* ipſae intelligendae, quibus ſe *parcere* (*σώζειν* pro *φείδεσθαι*) ait conopium, ut *Paul. Silent.* in Ep. laud. *Οὐ βριαρόν τινα θῆρα καὶ οὔτινα πόντιον ἰχθύν, Οὐ πτερὸν ἀγρεύω πλέγμασιν ἡμετέροις.*

*LXXIV.* Vat. Cod. p. 560. Planud. p. 155. St. 226. W. In helluonem quendam, qui cum voraciſſimis belluis comparatur. — V. 1. Nemo, qui dentes tuos vidit, domum tuam appropinquare audeat. *ἀλοιητῆρας ὀδόντας.* qui omnia terunt, ſaxi molaris ad inſtar. *ἀλοιᾷν, κατατρίβειν, κατακόπτειν*, de frumento inprimis. Vide *Valcken.* ad *Ammon.* p. 21. ſq. et *T. H.* ad *Polluc.* X. 161. Ut *Agathias* neminem dentium illius adſpectum perferre dicit, ſic *Epicharmus* prae timore mori ait, qui Herculem edentem videant, ap. *Athen.* L. X. p. 411.:

*πρᾶτον μὲν αἴκ' ἔσθοντ' ἴδῃς νιν, ἀποθάνοις·*
*βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ', ἀραβεῖ δ' ἁ γνάθος,*
*ψοφεῖ δ' ὁ γόμφιος, τέτριγεν δ' ὁ κυνόδων.*

— V. 2. ὑμετέρους. pro ſingulari. Vide ad Ep. in Aurig. Stat. XXIII. — σῆς ἐν. Vat. Cod. — V. 3. ἔχει. Vat. Cod. — Nota fabula de Eryſichthone ex *Callim.* H. in Cer. 103. unde etiam verbum βούβρωστις ductum. Vide *Spanhem.* p. 802. ſq. *Euſtath.* ad Il. p. 1502. 6. *Oppian.* Hal. II. 207. ἀλλ' ἀτέλεστον Λύσσαν ἀεὶ βούβρωστιν ἀναιδέϊ γαστρὶ φυλάσσει. — Quum enim famem habeas, qualem Eryſichthon, quis ſcit, annon etiam eos ipſos, quos vocaveris, devores. — V. 5. μέλαθρα δεδέξεται. Vat. Cod. — V. 6. inſigni cum varietate membr. βήσομαι ὑμετέρῃ γαστρὶ φυλαξάμενος ubi ſi primam vocem in τλήσομαι mutaveris, ſuam fortaſſe *Agathiae* manum reſtitues. Nolo enim praeda tuae gulae ſervari. Eleganter participium ſequitur verbum τλῆναι, ut in *Aeſchyli* VII. c. Th. 739. ubi verba ſic jungenda: ὅστε ἔτλα σπείρας ῥίζαν αἱματόεσσαν πρὸς μὴ ἁγνὰν ἄρουραν. *Sophocl.* Electr. 943. τλῆναί σε δρῶσαν ἃ 'ν ἐγὼ παραινέσω. — Quod autem ad φυλαξάμενος attinet, medium pro paſſivo eſt poſitum, quod in aoriſto et futuro paſſim faciunt Graeci. Vide inprimis *Locellam* ad *Xenoph. Eph.* p. 173. — Quod ſi vulgatam ſervare quis malit, ſcripſerim tamen auctoritate Codicis: βήσομαι ὑμετέρῃ γ. λαφυξόμενος, pro εἰς ὑμετέρην γαστέρα, conſtructione ap. *Agathiam* obvia Ep. XXXVIII. et XLV. — V. 7. Si quando in tuam domum venire auſim, fortior ſim Ulyſſe, qui Scyllam non extimuit. εἰ δ' ἔτι γ' ἐς. Flor. ed. pr. Ald. I. — οὐ μέγ' ἄνυσσε. (ἄνυσσεν Vat. Cod.) prae meo facinore ſcil. — V. 8. Λαερτιάδης Σ. χήμασιν. Vat. Cod. — V. 9. πολύτλας. majori ego jure *patiens* vocabor illo. — V. 9. εἴ σε περήσω. Vulgo et in Vat. Cod. quod tacite mutavit cl. editor. Senſum haud accurate expreſſit *Grotius* vertens: *Juſtius et dicar ſollers, evaſero ſi te, Non levius monſtrum, quam Polyphemus erat.*

*LXXV.* Vat. Cod. p. 558. *Agathiae* tribuit, quod in Plan. p. 158. St. 230. W. *Lucillii* eſt. Ad homi-

nem quendam tenuiſſimi corporis. Comparanda ſimilia *Lucillii* Ep. LV. – LXVIII. — V. 1. σῶμα σκιοειδές. non corpus, ſed umbra. — ἀδερκεῖ Vat. Cod. pro vulg. ἀειδεῖ. — V. 4. „In membranis πολλὸν ἀφαυρότερον, quod prae„ferendum non duxi.“ *Br. Lucill.* LXV. Χαιρήμων ἀχύρου πολλὸν ἐλαφρότερος. Sine dubio id, quod editiones praebent, magis eſt proprium; ſed ii poëtae, in quorum numero eſt *Agathias*, rariora et minus propria ſectari ſolebant. Hanc ob cauſam membranarum ſcripturam equidem praetulerim. ἀφαυρός. ἀσθενής. *Euſtath.* ad Od. ν. p. 523. 10. ἀφαυρότερος. ἀσθενέστερος. *Heſych.* — ¶. 62.] V. 5. οὐδὲν ἀμείψας. nullam morte mutationem ſubibis. φάσμα. Similiter *Nicarchus* Ep. XVI. ἐμὲ στεφανώσατ'· ἐγὼ γὰρ Εἰ βλέπομ', ἥττημαι· πνεῦμα γάρ εἰμι μόνον.

*LXXVI.* Vat. Cod. p. 554. Ἀγαθίου Σχολ. In Plan. p. 171. St. 249. W. In cauſidicum ejus generis, quod vividis coloribus deſcripſit *Ammian. Marc.* L. XXX. 4. p. 594. — V. 1. ζυγόν. Ed. pr. Fl. et Ald. 1. Δίκη hic nihil diverſa a Nemeſi, cui jugum tribui ſolet. Vide ad *Meſomed.* Hymn. v. 13. T. II. P. II. p. 347. — οὐ νοέεις. noſtine judicium, quod improbis tuique ſimilibus viris inſtat. — V. 3. ῥήτρη, *eloquentia.* Demoſthenem ῥήτρης εὐκελάδοιο πατέρα vocat *Chriſtodorus* in Ecphr. v. 24. — ποικιλόφρονι. Vat. Cod. — V. 4. ποικίλον. Verba fucata opponuntur ſermoni ſincero et ſimplici; ut ποικίλλειν opponitur τῷ ἁπλῶς et ἐλευθέρως λέγειν. Vide *Abreſch.* in Lectt. Ariſt. p. 222. *Eurip.* Phoen. 472. ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ, Κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων. In talibus igitur ποικίλος parum diſtat a vafro et callido; quod apparet etiam ex *Eurip.* Androm. 938. κἀγὼ κλύουσα τούσδε Σειρήνων λόγους, Σοφῶν, πανούργων, ποικίλων λαλημάτων. Iphig. in Aul. 526. de Ulyſſe: ποικίλος ἀεὶ πέφυκε, τοῦ γ' ὄχλου μέτα. Inſignem in dicendo ſubtilitatem notat ἡ ποικιλία ap. *Demoſth.* c. Aphob. p. 844. 11. καὶ ταῦτ' εἰ μὲν ἐδεῖτο λόγου τινὸς ἢ ποικιλίας. — V. 5. Vulgo:

ἐλπίζειν δ' ἔξεστι· et ſq. verſ. τῆς σῆς κλεμματικῆς παίγνια φ. Haec ex Vat. Cod. mutavit cl. editor, in quo tamen praeterea παίγνιον φ. metro vitiato legitur. Verba ἐλπίζειν ἔξεστι quo referas, non ſatis liquet. Sed hoc voluiſſe videtur: Callidae tuae eloquentiae confidas licet; at Juſtitiam ſcito eâ mutari non poſſe. Haec vero antitheſis nec acumen, nec gravitatem habet. Sed fac, ſcriptum fuiſſe:

ἐμπαίζειν ἔξεστι

*aliis licet illudas, Themidem ludibria tua mutare non poterunt*, apte ſibi reſpondent ἐμπαίζειν et παίγνια φαντασίης. Hoc ſenſu v. παίζειν ubique obvium. ut in *Luciani* Nigr. §. 20. ἡ τύχη παίζει τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. Cf. *Valcken.* in Adon. p. 359. — ἠλέματος φαντασίη, vana et falſa creans phantaſia. Fictum oculorum ſplendorem meretriculae ἠλεμάτους ἀκτῖνας appellat *Claudian.* Ep. II. Vide *Albertum* ad *Heſych.* v. ἠλέματος.

*LXXVII.* Vat. Cod. p. 389. Plan. p. 6. St. 11. W. In ingens illud ſaxum, quod Ajax in Hectorem conjecerat. Il. η. 268. Αἴας πολὺ μείζονα λᾶαν ἀείρας, Ἧκ' ἐπιδινήσας — εἴσω δ' ἀσπίδ' ἔαξε, βαλὼν μυλοειδέϊ πέτρῳ. Il. ξ. 409. τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπιόντα μέγας Τελαμώνιος Αἴας Χερμαδίῳ, τά ῥα πολλά, θοάων ἔχματα νηῶν, Πὰρ ποσὶ μαρναμένων ἐκυλίνδετο· τῶν ἓν ἀείρας, Στῆθος βεβλήκει ὑπὲρ ἄντυγος. — V. 1. „Recte H. Stephanus edidit ἀνοχμάσσειας. ante „eum, ut in codicibus et Vat. etiam membr. legebatur, „reclamante metro: ἀνοχμάσειας. Similis menda relicta „eſt in nupera Oppiani editione, ubi ἁλ. ε. 226. ſcri„bendum πρυμναίοις ἅτε νῆα κατοχμάσσας ὑπὸ δεσμοῖς.“ *Br.* — V. 3. μέλας, τρηχύς τε. ex Il. η. 265. — V. 4. ἐξεκύλισα. Vat. membr. recte. Vide ad Ep. LIX. 4. — V. 5. βαιόν. nunc me vix tandem paululum de agro removent. νῦν. genus imbelle et puſillum. Reſpicitur Il. ε. 303. οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. et inprimis Il. μ. 447. τὸν

δ' οὔ κε δύ' ἄνδρε δήμου ἀρίστω ῥηϊδίως ἐπ' ἄμαξαν ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν, Οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. *Juvenal.* Sat. XV. *Nam genus hoc vivo jam decreſcebat Homero: Terra malos homines nunc educat atque puſillos.* — V. 7. ἐπὶ χθ. Vulgo et in Vat. Cod. ὑπὸ ex marg. Wechel. receptum. — V. 8. παίγνιον ludibrium, quod movere conentur, et in quo vires exerceant.

*LXXVIII.* Vat.Cod p. 299. Plan. p. 221. St. 322. W. Scriptum in mulierem, quae, cum triduum in puerperii laboribus conſumſiſſet, infantem tamen, in utero exſtinctum, edere non potuit. Perperam *Opſopoeus* mulierem ipſam exſtinctam eſſe putabat. — V. 4. γαστρὶ δυσκόλπῳ. Epitheton vitioſam uteri ſtructuram ſignificat. οἱ κόλποι, μυχοί, ſinus, receſſus. — ¶. 63.] V. 5. „ἐξότε. „etiam ſine libris ſcribendum ſic fuiſſet. Sed Planudeae „Regius liber optimus ἐξότε in textu; cod. Ja. Laſcaris „in marg. habet.“ *Br.* Sic etiam correxit Aldus in Lectt. unde in Ald. 2. receptum eſt; nec non *Opſopoeus*, *Huetius*, *Munker.* ad *Anton. Lib.* c. 23. — ἐξότε. ex quo partus infantis expectatur, ſed non perficitur. ἄπρηκτοι ἐλπίδες ſunt κεναί, ἀνήνυτοι. Auctor Ep. inter ἀδέσπ. XXXIV. ad puerorum amatores: ἴσχετε μόχθων, ἀπρήκτοις ἐλπίσι μαινόμεθα. Vide *Rubnk.* Ep. crit. p. 194. — V. 7. „τελέθοι vulgo abſurde legitur: ſic mortem „matri imprecaretur poëta. Idem Reg. liber [et Vat. „Cod.] recte τελέθει.“ *Br.* In verbis κούφη ταῖς γαστράσι reſpicitur ſolemnis acclamatio: *Sit tibi terra levis!* Mater exſtinctum infantem in utero gerens ejus ſepulcrum dici poterat, ut Thyeſtes ap. *Sidon. Apollin.* C. IX. p. 109. *Fratris crimine qui miſer voratis Vivum pignoribus fuit ſepulchrum;* quem locum cum ſimilibus illuſtrando *Longino* adhibuit *Rubnk.* p. 243. ſq. ubi γῦπες ἔμψυχοι τάφοι *Gorgiae Leontini* reprehenduntur. Haec metaphora placuit Auctori Aenigmatis a cl. *Huſchkio* editi in Anal. cr. p. 307. nr. LXXVI. Ὁ κτείνας ναυηγός,

ἐνὶ ζώοντι δὲ τύμβῳ Κεῖται. Ceterum comparandum Epitaphium puerperae in ἀδεσπ. DCCVII. οὔθ' ὑπ' ἐμαῖς ὠδῖσι τὸ νήπιον ἐς φάος ἦγον, Ἀλλ' ὑπὸ γαστρὶ φίλᾳ κεύθεται ἐν φθιμένοις.

*LXXIX.* Vat. Cod. p. 296. Plan. p. 216. St. 315. W. In Candaulis ſepulchrum, cujus conjugem poëta excuſat, ſecutus *Herodotum* L. I. 11. p. 6. Νῦν τοι δυοῖν ὁδοῖν παρεουσέων, Γύγη, δίδωμι αἵρεσιν, ὁκοτέρην βούλεαι τράπεσθαι· ἢ γὰρ Κανδαύλεα ἀποκτείνας, ἐμέ τε καὶ τὴν βασιληΐην ἔχε τὴν Λυδῶν, ἢ αὐτόν σε αὐτίκα οὕτω ἀποθνήσκειν δεῖ· ὡς ἂν μὴ πάντα πειθόμενος Κανδαύλῃ, τοῦ λοιποῦ ἴδῃς τὰ μή σε δεῖ. ἀλλ' ἤτοι κεῖνόν γε τὸν ταῦτα βουλεύσαντα δεῖ ἀπόλλυσθαι, ἢ σὲ τὸν ἐμὲ γυμνὴν θηησάμενον, καὶ ποιήσαντα οὐ νομιζόμενα. — V. 4. τὸν ἐφιστάμενον ſuſpicatur *Opſopoeus*; equidem malim vulgatam lect. pro ἐφιστάμενον accipere. Saepenumero enim recentiores illi in talibus neglexerunt adſpirationem. Vide ad Ep. XLVII. 2. Ceterum hujus verſiculi ſenſus minime perſpicuus. Non enim quaerebatur, utrum illa priorem maritum Candaulem habere vellet an Gygem; ſed uter perire deberet; id quod ex *Herodoti* verbis apparet ſupra adſcriptis. An *Agathias* dedit: ἢ τὸν πρὶν ἑλεῖν, pro ἀνελεῖν. Vide *Abreſch.* ad *Aeſch.* T. I. p. 17. — V. 5. Vulgatum ἦν ἄρα κ. quod etiam membr. Vat. ſervant, primus *Opſopoeus* mutavit in χρῆν. Idem adſcripſerat *Caſaubon.* exempl. ſui margini. Manifeſto enim *Agathias* reſpexit formulam, qua *Herodotus* p. 5. 22. hiſtoriam de Candaulis ſtultitia auſpicatur: χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς —, quod multi imitati ſunt. Vide *Weſſeling.* l. c. — In fine vſ. Schedae Krohn. ἂν ἔδει, ſuperſcripto τλῃ.

*LXXX.* Vat. Cod. p. 240. Plan. p. 225. St. 328. W. In Laïdis ſepulchrum. Erat Laïdis tumulus in Craneo prope Veneris Melanidis fanum, teſte *Pauſan.* L. II. p. 115. Alii, diverſas ejusdem nominis meretrices confundentes, eandem in Theſſalia ſepultam eſſe dixerunt. Vid. *Athen.* XIII. p. 589. B. et Muſ. Atticum Tom. III. 2.

p. 187. ſqq. — V. 1. „Vulgo ἀμφικέλευθον. una voce. „In membranae ora correctum ἀγχικέλευθον, in agro „propter viam.“ Br. Emendatio a cl. editore recepta debetur Toupio, Cur. Nov. p. 178. qui comparat Homer. Il. ν. 335. πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους. Mnaſalc. Ep. XI. ἀκρίδα — ἅδε θανοῦσαν ἄργιλλος δολιχὰν ἀμφὶ κέλευθον ἔχει. — V. 3. ἀκοῦς. Ed. Flor. Ald. pr. Aſcenſ. Steph. ἀκουῆς, quod Vat. Cod. habet, correxit etiam Ald. in Lect. — V. 5. ἆ πόσον. Ex Rufini Ep. VIII. — πόσων. Vat Cod.

LXXXI. Vat. Cod. p. 499. Plan. p. 51. St. 74. W. Temere mortales mortem timere docet. — V. 1. τὸν ἡσυχίης γενετῆρα. *Senec.* Agam. v. 591. *miſeros libera mors vocat Portus aeterna placidus quiete.* Similia multa contulerunt *Burm.* ad Anth. L. T. II. p. 55. ad *Propert.* II. 21. 27. p. 414. *Gatacker.* ad Antonin. p. 67. — παύοντα νόσους. Hinc παιὰν ap. *Aeſchylum* in Philoct. ap. Stob. p. 602. 38. ὦ θάνατε παιάν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν· Μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν Ἰατρὸς —, quae illuſtravit *Valcken.* ad Hippol. p. 313. Ep. ἀδεσπ. DCCXLVI. ἦλθες ἐμῆς ζωῆς γλυκερώτερος, ὅς μ' ἀπέλυσας Νούσων, καὶ καμάτων, καὶ μογερᾶς ποδάγρας. — V. 3. μοῦνος ἅπαξ. κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς, Io dicit in *Aeſchyli* Prom. 750. quem locum ante oculos habuiſſe videtur *Plutarch.* in V. Caeſ. p. 734. E. εἰπών, ὡς βέλτιόν ἐστιν ἅπαξ ἀποθανεῖν ἢ ἀεὶ προσδοκᾷν. Cf. *Wetſten.* ad N. T. T. II. p. 50. ubi noſtrum Ep. excitatur. Hinc corrigendus videtur *Aeſchyl.* Agam. 1300. ἰοῦσ' ἅπαξ τλήσομαι τὸ κατθανεῖν, pro vulgato ἰοῦσα πράξω τλήσομαι —, quod ſenſum non habet. — V. 4. δεύτερον. *Seneca* Ep. XXIV. *Moriar? Hoc dicis: Deſinam aegrotare poſſe; deſinam alligari poſſe; deſinam mori poſſe.* — V. 5. πολλαὶ καὶ ποικίλαι. Cf. *T. H.* ad *Xenoph. Epheſ.* p. 288. ed. *Loc.*

¶. 64.] *LXXXII.* Vat. Cod. p. 304. Edidit *Jenſ.* nr. 57. et ex eo *Reisk.* in Anth. nr. 707. p. 136.

Paches, cujus amores et ſupplicium in hoc Epigr. enarrantur, miſſus eſt adverſus Mitylenaeos anno quinto belli Peloponneſiaci Ol. LXXXVIII. 2. Ejus in Mitylenaeis tractandis lenitatem et moderationem laudat *Thucyd.* L. III. 28. Cf. *Diodor. Sic.* T. I. p. 515. ſq. Nec omnino quidquam eſt apud hiſtoricos, quod hiſtoriae in hoc Ep. narratae fidem faciat, niſi fortaſſe quod *Ariſtoteles* tradit Polit. V. 4. p. 310. bellum illud Mitylenaeorum adverſus Athenienſes a mulieribus ἐπικλήροις originem cepiſſe. Recte igitur *Reiskius* p. 220. hanc hiſtoriam ad veteres fabellas amatorias, quas Mileſias appellant, referendam eſſe cenſet. Minus certum eſt, quod idem ſuſpicatur, hoc carmen ex *Agathiae* Daphniacis depromtum eſſe. — In lemmate Vat. Cod. habet: ἔκτεινεν, αὖθις δὲ ὑπ' ἐκείνων πάλιν πεφόνευται. — V. 1. Λάμαξις. Vat. Cod. et Jenſ. Temere *Reiskius*: χαρίεσσ' Ἀμαμαξίς. — V. 2. πάτρας. Vat. Cod. — φέγγεα. patriae ſalutem attulerunt. — V. 3. πλεύσας *Reisk.* — V. 5. τὰν κούραν. Vat. Cod. ταῖν κουραῖν emendatum in marg. Ap. Ruhnk. et Guy. — V. 6. Vitioſe membr. ἔκτανε πήνας τῇδε βιησόμενος, quod variis conjecturis locum dedit. καὶ inſeruit *Salmaſius*; pro τῇδε autem in apogr. Guy. et Ruhnk. τῷδε legitur. *Reiskius* στεῖλε et εἶχε ſuſpicabatur; *Bernardus* in literis ad *Reiskium* p. 507. τῆλε. His omnibus conjecturis praefero lectionem Brunckianam εἷλε βιησόμενος, ubi εἷλε de *capiendi conatu* accipi debet, qualia multa ubique occurrunt. Vide *Taylor.* ad Lyſ. p. 146. *Abreſch.* ad Aeſch. T. II. p. 152. *Brunck.* ad Oed. T. 1454. et alios paſſim. — V. 7. ῥᾶον *Jenſ.* quod emendavit *Reisk.* adſtipulantibus membranis. — V. 12. ἂν δ' αὐτῷ. Vat. Cod. ἀποφθίμεναι *Reisk.* Dualis, quem Vat. Cod. habet, praeſtantior. — V. 13. ἐκ δὲ π. ἀ. ἐπεὶ πόσις ἅμα σ. *Reisk.* qui hanc lectionem ſtrenue defendit, metricos plorare jubens. In membr. Vat. εὖ δέ – legitur, et πόσις ἅμα, quod in Ap. Guy. et Ruhnk.

in

in ποτὶ σῶμα mutatum eſt. — V. 15. ὑμνεῦσιν. Vat. Cod.

*LXXXIII.* Vat. Cod. p. 297. ſq. Planud. p. 258. St. 373. W. Lugetur immatura mors Agathonici, juris ſtudioſi. — V. 2. νόμους. Fatum nullis *legibus* obnoxium dicit poëta, reſpectu habito ad *leges*, quibus diſcendis operam dabat Agathonicus. — V. 4. νομίμῃ ἡλικίῃ ambigue dictum, et de aetate, qua per leges petere licebat honores et magiſtratus, et de aetate morti matura. — ἔμπλεον. Similiter *Scythin.* Ep. I. πλήρης τῶν ἐς ἔρωτ᾽ ἀτέων. — V. 6. οὗ θιάσου. ſui coetus ornamentum plorantes. θίασος pro *coetu*, et θιασῶται pro *cultoribus*, multi illuſtrarunt. Vid. *Spanh.* ad *Ariſt.* Plut. v. 508. et *Alberti* ad *Heſych* v. θίασος. — V. 7. κόμην τίλλουσα. Cf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 349. — V. 8. αἶ, αἶ, edd. ante Steph. — τῶν λαγόνων. ſic Vat. Cod. „Melius ſcriberetur τὸν λαγόνων." *Br.* Et ſic vulgo legitur. — ¶. 65.] V. 9. In eandem ſententiam puer parentes conſolatur Ep. ἀδεσπ. DCCXXXIV. ἀλλά, πάτερ, μᾶτέρ τε, προλείπετε πικρὸν ὀδυρμόν· Τέρμα γὰρ εὐσεβίῃ μοῖρ᾽ ἐπέκλωσε τόδε —, ut hunc verſum emendandum exiſtimo pro εἴς με βίου μ. Anthol. Lat. L. IV. CXVII. p. 78. *Perpetuo talis gemitu lacrimisque colenda, Infelix aevo tam cito quae caruit? An felix aegrae potius ſubducta ſenectae? Sic Hecubâ flevit Penthesilea minus;* quod ductum ex *Cicer.* Tuſc. Qu. I. 39. Cf. loca veterum a *Clemente Alex.* collecta Strom. L. III. p. 516. ſq.

*LXXXIV.* Vat. Cod. p. 237. Planud. p. 264. St. 381. W. In perdicem a fele necatam. Cf. *Damochar.* Ep. I. Perdices ap. veteres inter aves domeſticas habebantur. *Aelian.* H. A. IV. 16. Apud Chios eas gregatim paſci narrat *Busbequius* Ep. III. p. 123. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in οἰκογενὴς T. II. p. 664. ubi πέρδικα φαγοῦσα legitur, ut in Vat. Cod. Vulgo πέρδικ᾽ ἀνελοῦσα.

Formam αἴλουρος, quam impugnat *Daweſius* in Miſc. crit. p. 261. tuetur *Toup.* Em. in Suid. p. 285. — V. 4. κτείνω – ἀντιβίην. Vat. Cod. Poſterius etiam in edd. legitur. Praecedentia οὔ σε φθιμένην ἀγέραστον ἐάσω ducta ſunt ex *Eurip.* Hecub. 116. ποῖ δὴ Δαναοὶ τὸν ἐμὸν τύμβον Στέλλεσθ' ἀγέραστον ἀφέντες; — V. 5. Nam te ira exaſperari ſcio, donec hoſtem in buſto tuo immolavero. — εἰς ὅκε Vat. Cod. — Laudat hoc diſtichon *Suid.* T. II. p. 712. ubi ἔτευξε τάφῳ habetur, ut in Vat. Cod. Parum quidem intereſt; praetulerim tamen ἔτευξε ob Cod. auctoritatem.

*LXXXV.* Vat. Cod. p. 237. Planud. p. 264. St. 380. W. „Lemma in membr. εἰς πέρδικα, ἣν αἴλουρος „κατέφαγεν, ὁ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενος γάττος. (*le chat*) quo „de nomine videndus *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIV. „4.“ *Br.* — V. 1. 2. Profert hoc diſtichon *Suidas* T. II. p. 540. in μετανάστρια, nulla hujus vocabuli interpretatione addita. Perdix μετανάστρια eſt ea, quae, antiquis ſuis ſedibus relictis, inter homines habitabat. — V. 2. πλεκτὸς οἶκος, cavea. — λεπταλέαις Vat. Cod. quod reponendum. — V. 3. θαλεροί. — καὶ θαλερώπιδος ἠριγενείης. τῆς εὐπροσώπου ἡμέρας. *Suid.* T. II. p. 162. ubi h. l. reſpexit. Totum diſtichon laudat in αἰθύσσω (ἐκτείνω. θερμαίνω.) T. II. p. 648. et in ἠριγένειαν T. II. p. 75. Perdicem nobis repraeſentat ad ſolis radios alas expandentem et concutientem. Proprie verbo παραιθύσσειν ſubitus ſplendor ſignificatur, quem micantes alae efficiunt. — V. 5. τἄλλα δὲ πάντα ἥρπασε. Vulgo. „At ſi omnia ſicuti „caput rapuit felis, quomodo dicitur non ſatiaſſe gu„lam? Immo quidem caput abſtulerat, at reliquum „corpuſculum ei eripuerat Agathias et alta humo con„diderat.“ Verba ſunt *Dorvillii* ad *Charit.* p. 339. qui ἥρπασα reſtituit, accinente Vat. Cod. et Suida, qui hoc diſtichon laudat in ἀπέθρισεν T. I. p. 251. — V. 8. μήποτε σέν. Vulgo. Noſtrum ex Cod. Vat. revocavit Dor-

vill. Color in hoc diſticho ductus ex Ep. *Ammiani* XIII. Εἴη σοι κατὰ γῆς κούφη κόνις, οἰκτρὲ Νέαρχε, Ὄφρα σε ῥηϊδίως ἐξερύσωσι κύνες.

*LXXXVI.* Vat. Cod. p. 301. Plan. p. 193. St. 281. W. Theodotus loquitur maritus Eugeniae, cum qua per vitam ſimultatem invitus ſusceperat. — V. 1. πύματον δρόμον, per extrema haec vitae ſpatia, quorum meta apud inferos poſita eſt. — οὔτ' ἐμ'. Vat. Cod. — V. 3. φθόνος ἤ τις ἄτη. perniciosa quaedam fati ſors, felicitati noſtrae invidens. — ¶. 66.] V. 5. κρηπῖδα. ad juſtum Minois tribunal adducti.

*LXXXVII.* Vat. Cod. p. 300. Planud. p. 230. St. 334. W. Agathias ſorori defunctae pulchritudinem, poëticam facultatem et juris civilis peritiam tribuit. Poſtremum hoc mirationem faceret, niſi conſtaret, quantopere illis temporibus plurimorum hominum ſtudium in juris diſciplinam inclinaverit. Vide *Gibbon.* T. III. p. 38. ſqq. — V. 1. ἀγκαλίς. Vat. Cod.

*LXXXVIII.* Vat. Cod. p. 294. Plan. p. 228. St. 332. W. Lemma procul dubio ductum ex ipſius *Agathiae* codice. Eum Memnonii et Pericleae filium fuiſſe matrisque tutela tertio aetatis anno privatum eſſe, ex hoc tantum Epigrammate conſtat. — V. 2. οὐ μὰ τόν. Ellipticam hanc jurandi formulam illuſtraverunt plures, quos laudavi ad *Straton.* Ep. XLIII. 2. T. II. P. III. p. 89. — V. 5. βοσκόμην. Vat. Cod. — V. 6. κλίτρεις. Vat. Cod. — V. 7. ἀλύων. qui materna cura privatus per domum vagatur, dulcem mammarum laticem deſiderans. Verbum ἀλύειν de eo, qui moeſtus circumerrat, explicuit *Perizon.* ad *Ael.* V. H. IX. 25. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 47. et alii. — V. 9. Initio verſus interlocutoris ſignum β. ſupplendum. — ναὶ καὶ φ. Ald. pr. — V. 10. σταλάει. Vulgo.

*LXXXIX.* Vat. Cod. p. 294. Planud. p. 196. St. 285. W. In fratres, qui poſtquam ſumma concordia vixerant, eodem tempore mortui eodemque tumulo ſepulti ſunt. Elegans hoc et expeditum Epigramma tractavit G. *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 45. — V. 1. Λητώϊος. Vat. Cod. — V. 2. συζυγίην. Anthol. Lat. L. IV. 1. p. 1. in fratres Caſcas: *Quanta fuit mentis, tanta eſt concordia fati. Et tumulus cinerem parvus utrumque tegit.* — V. 3. κἀκ Μοίρης corrigebat doctiſſimus Britannus l. c. ex *Theocriti* Eid. α. 139. λίνα πάντ' ἀλελοίπη ἐκ Μοιρᾶν. Idem mox, auribus conſulens, Βοσπορίης ſcribit. At, ut cacophonia vitetur, aptius βοσπορίαν ſcribi, quae vulgaris forma eſt. — ¶. 67.] V. 6. ξυντρεχέτην. Vulgo. — V. 8. Ὁμοφροσύνας. Vulgo. Eadem eſt Ὁμοφροσύνη, quae Ὁμόνοια, cujus aram ap. Eleenſes fuiſſe tradit *Pauſan.* V. 14. p. 413. Doctiſſimus *Wakefield* tentat ὤφελ' ἐνιδρύσθαι, quod mihi neceſſarium non videtur.

XC. Vat. Cod. p. 297. Plan. p. 233. St. 338. W. Mulieris Theſſalicae, in Boſpori litore ſepultae, epitaphium. — V. 2. λεύρη. Vat. Cod. λεύσσης. Vulgo. — V. 4. ἠϊόνος. Perperam *Brodaeus* cogitabat de Eione oppido, quod nec ad Boſporum, nec, ut *Stephanus* vult, in Cherſoneſo, ſed ad Strymonis oſtium ſitum erat. Cf. *Thucyd.* IV. 103. Epigr. ἀδεσπ. CLV. et *Gatterer* Comm. de Thracia P. III. p. 10. — V. 5. Structurâ orationis mutatâ mulier defuncta maritum rogat, ut ſibi cenotaphium in patria terra exſtruat.

*XCI.* Vat. Cod. p. 303. Planud. p. 241. St. 351. W. Joannae cithariſtriae epitaphium. — V. 1. δεκάτην Ἑλικωνίδα. *Plato* Ep. XII. *Antip. Sid.* XLVI. et alii. — V. 3. τερετίσματα. dulces mollesque citharae ſoni. τερετίσματα· ᾠδαὶ ἀπατηλαί, τὰ τῆς κιθάρας κρούματα, καὶ τὰ τῶν τεττίγων ᾄσματα. *Heſych.* Varias

hujus vocabuli ſignificationes more ſuo illuſtravit *T. H.* in Addend. ad Thom. Mag. p. 908. — V. 4. Ἰωάννας. Vat. Cod. a man. ſec. — πάντα. Similiter *Moſchus* in Ep. Bionis v. 11. ὅττι σὺν αὐτῷ Καὶ τὸ μέλος τέθνακε καὶ ὤλετο Δωρὶς ἀοιδά. et v. 66. πάντα τοι, ὦ βώτα, ξυγκάτθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν. — V. 5. ἔθηκεν. Vat. Cod. a pr. man. — Muſae lege ſanxerunt, hujus puellae virtutibus digna, ut in poſterum Joannae tumulus pro Helicone coleretur.

*XCII.* Vat. Cod. p. 298. Plan. p. 242. St. 352. W. In venatorem, qui ſcorpionis ictu periit. — V. 2. παρδαλίων. Vulgo et in Vat. Cod. Id, quod *Br.* in textu poſuit, poëtarum ſermoni convenientius. Vide *Stephan.* in App. Theſ. Gr. L. p. 1602. — V. 3. γλαφυρῆς. ex cavo terrae. *Erycius* Ep. IX. φωλὰς ἀραχναίη σκαιὸν ἔτυψε πόδα Νειόθεν ἀντιάσασα. — V. 5. „Regiorum Planudeae „codd. optimus σίγυννά τε. perperam. Vide quae notavi „ad Antip. Sid. XIII.“ *Br.* — V. 6. παίγνια. feris haec timorem non amplius incutiunt. In Ep. ἀδεσπ. DCLXVI. item venatoris ſepulchrum deſcribitur, in quo venabula, retia etc. expreſſa erant: αἶ, αἶ, λῦσα πάντα· περιτροχάουσι δὲ θῆρες. Cf. Ep. DCLXVII.

¶. 68.] *XCIII.* Vat. Cod. p. 297. Planud. p. 244. St. 354. W. In adulterum una cum moecha domus ruina oppreſſum. — V. 2. ὑποκλέπτων. Cf. Ep. XVIII. 6. — V. 3. ἀλλοτρίνης. Vat. Cod. — V. 5. παγίς. Vide ad Ep. LXIII. 4.

*XCIV.* Vat. Cod. p. 296. ſq. *Agathiae* tribuit; in Planud. p. 262. St. 378. W. ἄδηλον eſt. Puella quatuordecim annorum de vitae ſuae brevitate conqueritur, deosque rogat, ut parentum ſuorum lacrymas ſiſtant. — V. 2. θάλειαν. Vat. Cod. — V. 3. αἶ Vat. Cod. — Ad ſententiam cf. *Meleagr.* Ep. CXXIV. 5. 6. CXXV.

*Erinna* Ep. III. Anth. Lat. IV. 244. p. 184. *Nam tibi dumque viro taedas thalamumque parabam, Funera et inferias anxius ecce paro.* — V. 8. τακομένων et φθιμένας. Vat. Cod.

*XCV.* Vat. Cod. p. 300. Plan. p. 281. St. 407. W. Epitaphium Euſtorgii adoleſcentis, juris ſtudioſi. — V. 2. Κασταλίης. non ejus fontis, qui apud antiquiores poëtas celebrabatur, ſed alius prope Antiochiam, qui ex monte Parnaſſo erumpebat; quod docuit *Caſaubonus* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 21. et 324.

Praeter haec Epigrammata Vat. Cod. *Agathiae* tribuit Ep. LXVIII. LXIX. LXX. inter *Pauli Sil.* carmina p. 92.

## DAMOCHARIDIS GRAMMATICI
## ET
## DISCIPULI AGATHIAE
## EPIGRAMMATA.

---

¶. 69.] *I.* Vat. Cod. p. 237. Planud. p. 264. St. 381. W. Conf. *Agath.* Ep. LXXXIV. ſq. — V. 1. ἀνδροβόρων. ἀνθρωποφάγων. *Suid.* T. I. p. 189. qui hoc diſtichon laudat. Felem, quae perdicem, domino ſuo inprimis caram, laceraverat, poëta comparat cum rabidis Actaeonis canibus, qui ipſum dominum ſuum laceraverant. — V. 2. *Suidas* iterum laudat in Ἀκταίων T. I. p. 96. cum hac nota: συνέστειλε τὸ ω̃ διὰ τὸ μέτρον. et iterum in Ἀλκμαιωνίδαι T. I. p. 118. — V. 3. Ἀγαθίοιο. Vulgo; quod jam *Scalig.* in not. mſc. in Ἀγαθίαο mutavit, accinente Vat. Cod. qui etiam φίλου praebuit. — V. 4. λυπεῖς μ', ὡς αὐτὸν ſuſpicabatur *Joſ. Scaliger* in not.

mſc. quod minime probandum. — V. 6. τῆς σῆς. cibos delicatos, quibus tu olim veſcebaris, occupantes. σπατάλημα de victu exquiſitiore *Agath.* Ep. LIII.

*II.* Vat. Cod. p. 152. *Damocharidi* vindicat, quod ἀδέσποτον eſt in Plan. p. 445. St. 578. W. Scriba, ſenio confectus, Mercurio artis ſuae inſtrumenta dedicat. Cf. Ep. *Philippi* XVII. et notata ad *Phaniae* Ep. III. T. II. P. I. p. 161. ſq. — V. 1. γραμματόκον. Vat. Cod. a pr. man. et mox κύκλα μόλυβδον. Male haec accepit *Brodaeus.* κυκλομόλιβδος eſt orbiculus plumbeus, quo lineae ducuntur in membrana; hinc γραμματόκος, *lineas gignens.* *Paul. Sil.* Ep. L. γυρὸν κυανέης μόλιβον σημάντορα γραμμῆς. — πλήθοντα μελάσματι, *nigrum* ſimpliciter. — V. 3. *Suidas* in κελχινὸν T. II. p. 293. δοχῆα legit. μέλανας σταθεροῖο δοχήιον. *Paul. Silent.* Ep. LII. 5. — βέεθρα. Vat. Cod. — V. 6. „περιτριβής, *obtritus*, *obtuſus*, in Stephani theſauro ſine auctoritate.“ *Br.* In praec. vſ. vulgatum κόσμου ex Vat. Cod. emendatum eſt. κόσμον legit etiam *Suidas* in κίσσηρις T. II. p. 319. Pumice utebantur veteres ad calamos acuendos. — V. 7. καὶ γλυφανοῦ καλάμου. Vulgo et in Vat. Cod. Poſterius vocabulum correctione non indigebat, quam cl. editor fortaſſe ex cod. Planudeae adhibuit. — σιδάρου. Vat. Cod. — V. 10. Ἑρμεία. Vat. Cod. Hoc diſtichon fortaſſe ductum ex *Julian. Aeg.* Ep. XI. Ἑρμείη, σὰ γὰρ ὅπλα· σὺ δ' ἀδρανέος Φιλοδήμου Ἴθυνε ζωήν, λειπομένοιο βίου. — κεκμηὼς in pr. vſ. ex membr. Vat. ſumtum pro κεκμηκώς. De ionica forma vide *Euſtath.* Il. ζ. p. 641. 2.

¶. 70.] *III.* Vat. Cod. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. In balineum aquae limpidiſſimae. — V. 1. τοῦτο τὸ λοετρόν. Vat. Cod. τοῦτο τὸ λουτρόν. Vulgo. Tres deae hujus balinei poſſeſſionem, haud ſecus ac pomi illius, affectant. — V. 3. Non Paris de iis judicium feret, ſed ipſa aqua, uniuscujusque imaginem clariſſi-

me repraeſentans. Obſcurum acumen, et, ut mihi quidem videtur, ſubabſurdum. — V. 4. ἀργυφέοις. Vat. Cod. quod reponendum.

*IV.* Plan. p. 368. St. 507. W. In pulchram Sapphûs poëtriae imaginem. — V. 3. πηγάζει, exquiſitius pro ἔνεστι, ſplendor ex oculis ſcaturit, unde vivida vis ingenii cognoſcitur. τὸ διαυγές. *Ariſtaen.* I. 1. p. 3. ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ διαυγεῖς, καὶ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες. *Philoſtr.* Epiſt. XXV. p. 924. τὰ μὲν ὄμματά σου διαυγέστερα τῶν ἐκπωμάτων, ὡς δύνασθαι δι' αὐτῶν καὶ τὴν ψυχὴν ἰδεῖν. — V. 5. „Vulgo ſine ſenſu legitur οὐ περίεργα κολῶσα. Neſcio an κολᾷν graece dicatur, quod ſignificaret *membroſum eſſe*, *craſſa habere membra.* Sed „agnoſcat hoc verbum graecitas, nec ne, certum eſt, „hanc ſignificationem hujus loci non eſſe; itaque, quod „ſenſus poſcebat, confidenter repoſui λιπῶσα." *Br.* Hanc emendationem ſuam cl. editor firmatam vidit verſione *Grotii*, qui totum hoc carmen ſic expreſſit:

*Quae finxit Natura, tibi dedit ipſa figuram,*
*Pictor, Pieridis quam Mitylena tulit.*
*Nam lux ex oculis quae manat vivida, pulchris*
*Ingenium gravidum ſenſibus eſſe docet.*
*Quod caro non turget, planis ſed partibus aequa eſt,*
*Simplicitas hac eſt ſignificata nota:*
*Quique hilaris vultus ſimul eſt, ſimul humidus, una*
*Vivere in hac Muſas nuntiat et Venerem.*

κολοῦσα tentabat *Huetius* p. 34. *Se curatura junceam non reddidit*; infeliciter ſane! — V. 7. „Mallem νοεροῖο „προσώπου. τὸ ἱλαρὸν ad Venerem, τὸ νοερὸν ad Muſas re„fertur. Emendationem hanc omnino neceſſariam eſſe „cenſeo; licet hîc non adſtipuletur Grotius." *Br.*

# PAULI SILENTIARII
## EPIGRAMMATA.

---

¶. 71.] *I.* Vat. Cod. p. 121. Edidit *Reiske* in Miſc. Lipſ. T. IX. p. 474. nr. 366. Furtivam Venerem commendat. — V. 2. περιδηρίτην. Vat. Cod. a pr. man. et ſic *Toupius* ex Apogr. quodam in Cur. Nov. p. 292. Venus περιδήριτος eſt, quam amantes, deceptis invidorum oculis, peragunt: nam *Cuſtodum tranſire manus, vigilumque catervas, Militis et miſeri ſemper amantis opus. Ovid.* Amor. I. El. IX. 27. — ἐργασίη. Vide ad *Philipp.* Ep. XXVIII. T. II. P. II. p. 169. — V. 3. ἡδὺ λαθεῖν. *Incitat et ficti triſtis cuſtodia ſervi, Et nimium duri cura moleſta viri. Quae venit ex tuto minus eſt accepta voluptas. Ovid.* A. A. III. 601. — „Recte in „Buherii et Guieti apographis ἡδὺ λαθεῖν, quod, ut ſen„ſus poſcit, reponendum eſt." *Br.* Hoc jam revocaverat *Toupius* pro λαλεῖν, quod *Reiske* dedit. λαθεῖν perſpicue ſcriptum in Vat. Cod. — πανάγρεια κανθῶν, curioſos et emiſſitios cuſtodum oculos. — V. 4. laudat *Suidas* T. III. p. 629. in φώρια. *Philoſtr.* Epiſt. LVIII. p. 942. οὐ γὰρ οὕτως τὸ φανερὸν εὐφραίνει τῆς ἐξουσίας, ὡς τὸ ἀπόῤῥητον τῆς ἡδονῆς· πᾶν δὲ τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον.

*II.* Vat. Cod. p. 126. Edidit *D. Heinſius* in Carm. gr. p. 140. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 480. nr. 372. De trium puellarum oſculis judicans, eam, de qua jam antea guſtavit, Demo, ceteris praefert. — V. 1. Γαλάτεια. Vat. Cod. μακρὰ φιλεῖν, *longa* dare *oſcula. Tibull.* I. 8. 25. apud eundem v. 58. Marathon artem ſeſe callere ait, *ut nec dent oſcula rapta ſonum*, i. e. ἄψοφα διδόναι φιλήματα. φιλημάτων ψόφους dixit *Sophocles* in depravato fragm. ap. *Athen.* XI. p. 487. D. — μαλθακά. *Liban.* IV. p. 1071. ed. R. ὅσον δὲ εἰκὸς ἦν ἐκ τῶν χειλέων τεκμαί

ρεσθαι, μαλθακὸν ἂν εἶχον ἴσως τὸ φίλημα. — V. 2. „Minus bene Cod. δακτάζει.“ *Br.* ut *Reisk.* et *Heinſ.* — V. 4. „Cod. τρηχαλέων στομάτων exhibet. Salmaſius „emendabat τρυφαλέων, i. e. τρυφερῶν. Hoc an graecum „ſit, jure dubitari poteſt; ſed quo minus recipiatur, „ſyllabarum obſtat modulus. Probabiliter emendantem „Reiskium τριχθαδίων ſecutus ſum. Eadem vox recurrit „infra XXXIV. 7.“ *Br.* — V. 5. ἐπλάχθης. Vat. Cod. pro ἐπλάγχθης. Se ipſum a prius capto conſilio revocat. — V. 6. δροσερῶν στομ. χείλεα δροσόεντα infra Ep. XVII. ſunt ſive tenera, ſive humida, ut Ep. ἀδεσπ. LV. κούρη τίς μ' ἐφίλησεν ὑφέσπερα χείλεσιν ὑγροῖς. — V. 7. τοῖς. Vat. Cod. et R. τοῖςδ' emendatum in Ap. Guy. ἀδέκαστον. δίκαιον. non muneribus emtum, ſed juſto tributum. Vide *Interpr. Heſych.* v. *H. Steph.* Theſaur. T. I. p. 960. A. — Pro ἄλλῃ *Corn. de Pauw* ἄλλοις malebat, ad φιλήματα referendum. — Pro ἔχει, quod eſt in membr., Ap. Lipſ. ἔχεις offert; *Reiske* ἔχε dedit. Hoc vult: Demo mea pro oſculis ſuis merito palmam accipit. — In fin. verſ. Apogr. Lipſ. τις αἴγῃ. — Si cui alius puellae oſcula magis placuerint, illam habeto, mihi mea Demo placebit.

*III.* Vat. Cod. p. 126. Edidit *Reiske* in Miſc. Lipſ. IX. p. 481. nr. 373. Puellae omnia alia tenerrima eſſe, praeter animum, qui duriſſimus. — V. 2. πλέγματα. amplexus. Ep. XXX. ποῖος Ἄρης — τούσδε διακρινέει πλέγματα βαλλομένους. Ep. XXXI. μαλθακὰ πλέγματα συζυγίης. In Ep. VII. 13. amplexus deſcribuntur comparatione ducta a vitibus conjunctis πολυχρονίῳ πλέγματι. Quid in artibus ſit πλέγμα ſive σύμπλεγμα, docet *Plin.* H. N. XXXVI. ſ. 4. 6. et 10. — Oſcula et amplexus, eosque molliſſimos concedebat Sappho, reliqua conſtanter negabat. — V. 2. Pro πάντα in Ap. Ruhnk. et Guy. ταῦτα legitur; in marg. tamen πάντα, quae eſt Cod. lectio, notatum. — V. 3. ψυχὴ ἐξ ἀδάμαντος. Vide ad *Straton.* Ep. XVII. T. II. P. III. p. 65. — ἄχρι οἴων.

non ultra oſcula amor proceſſit. — V. 4. παρθενίη ſuſpicatur *Corn. de Pauw* in not. mſc. — V. 5. Quaedam apogr. θαλάσσας. In Voſſ. ἀλάσσας. Initio verſ. *Pauw* αἲ τίς ὑπ. *heu, quis hoc tulerit?* tentabat. — V. 6. τὴν ταλαίνην. Vat. Cod. Hoc diſtichon, quod Schedae Tryll. omittunt, non huc pertinere, ſed ad Ep. ἀδεσπ. XLVIII. cenſebat *Schneider.* in Per. crit. p. 8. Omiſſio illa orta ex ſententia *Salmaſii*, qui in marg. ap. Guy. hoc diſtichon ſuſpectum eſſe pronuntiat. Optime quidem Epigramma terminaretur in v. 4.; ſed *Paulus* noſter, ut et plurimi iſtius aetatis verſificatores, modum tenere et abundantiam vitare vix noverat. Cf. Ep. XXXIII. 1. 2.

¶. 72.] *IV.* Vat. Cod. p. 126. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 661. nr. 374. *Ruhnk.* Ep. crit. p. 74. Puellae comam poëta, ira concitatus, laniaverat; inde ſimultates ortae et diſſidium, quod ſe ferre poſſe negat. In his dubitari vix poteſt, quin poëta veteres comicos, Menandrum inprimis in τῇ Περικειρομένῃ et Ῥαπιζομένῃ, ante oculos habuerit, de cujus argumento hiſtoriae, in noſtro Epigr. narratae, ſimillimo vide ad *Agath.* Ep. XIV. et *Huſchkium* in Anal. cr. p. 172. ſqq. Comparandus, qui ex eodem fonte hortulos ſuos irrigavit, *Tibullus* I. El. X. 53. — *Veneris tunc bella calent; ſciſſosque capillos Femina perfractas conqueriturque fores. Flet teneras ſubtuſa genas; ſed victor et ipſe Flet ſibi dementes tam valuiſſe manus.* et *Ovidius* III. A. A. 567. ſapienter amantis mores deſcribens: *Nec franget poſtes, nec ſaevis ignibus uret: Nec dominae teneras appetet ungue genas. Nec ſcindet tunicasve ſuas tunicasve puellae: Nec raptus flendi cauſa capillus erit.* coll. L. I. Amor. VII. — V. 2. αὐερύσαι junctim exhibet *Reisk.* Sejunctim *Suidas* in αὖ ἐρύσαι T. I. p. 378. De qua ſcripturae diverſitate disputavit *Vulcanius* ad *Callim.* H. in Dian. 91. — δραξαμένη βόστρυχον. Perfidae Cynthiae poenas minatus *Propertius* L. II. 4. 23. *nec tibi connexos iratus carpere cri-*

*nes, Nec duris auſim laedere pollicibus. Ovidius* I. Amor. VII. 11. ſe ipſum vehementer increpat, quod *digeſtos* Corinnae potuerit *laniare capillos.* — V. 3. laudat *Suidas* in αἴλινος T. I. p. 650. — V. 5. *Suid.* in ἐρασσόμενα T. I. p. 308. ubi pro μέτωπον eſt πρόσωπον· Mſc. tamen Pariſ. habet prius. — In Vat. Cod. tranſpoſita vocabula τὸ μέτωπον μάτην –, quod in marg. emendatum eſt. — V. 6. θέναρ. τὸ κοῖλον τὸ τῆς χειρός. Ὅμηρος (Il. ε. 399.) πρυμνὸν ὑπὲρ θέναρος. *Suid.* — V. 7. laudat *Suid.* in ποινὴ T. III. p. 229. ubi τοίην legitur pro τόσσην, quod ſuavius eſſe judicat *Toup.* Em. in Suid. p. 366. — V. 8. φάσγανον. *Propert.* II. XXV. 13. *Tu mihi vel ferro pectus vel perde veneno.* Lenius *Tibull.* I. El. 6. 73. *Non ego te pulſare velim, ſed venerit iſte Si furor, optarim non habuiſſe manus.*

*V.* Vat. Cod. p. 127. Edidit *D. Heinſius* in Carm. Gr. p. 141. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 669. nr. 376. Et riſum et lacrymas Laïdis ſuae ſuavitatis plenas eſſe.— V. 1. ἡδὺ φιλοι μα [μειδη] τὸ Λ. Sic Vat. Cod. unde fortaſſe ſine ulla mutatione legendum:

ἡδὺ, φίλοι, μείδημα τὸ Λαΐδος –

In nonnullis Apogr. ἡδὺ μέν ἐστι φίλημα – ut *D. Heinſ.* et *R.* dederunt. Nomen puellae in Δαΐδος et Χαΐδος corruperunt nonnulli. — V. 2. δάκρυ χέεις. *D. Heinſ.* — V. 3. Poſt hunc verſum in Vat. Cod. inſeritur vſ. καὶ πολὺ κιχλίζουσα σοβεῖς εὐβόστρυχον αἴγλην, qui eſt *Irenaei Refer.* Ep. III. 3. quod Ep. noſtrum proximo loco ſequitur. Hic tamen error effecit, ut in nonnullis apogr. *Pauli* verſus cum verſu *Irenaei* permutaretur, unde ſenſus peſſime turbatus eſt. — ἐγκλινοδώμῳ. Vat. Cod. — κλινόκωμον. *lectum discubitorium* interpretatur *Salmaſ.* in not. ined. neſcio qua auctoritate. — V. 4. ἡμετέρῳ. Vat. Cod. — V. 7. εἵνεκα. Vat. Cod.

*VI.* Vat. Cod. p. 128. Edidit *Rubnk.* in Ep. crit. p. 75. comparans *M. Argentarii* Ep. IV. cui *Paulus* venuſtiſſima quaeque ſublegit. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 671. nr. 377. Hortatur puellam, ut nuda cum nudo cubet. — V. 2. ἐμπελάσει. Vat. Cod. quod emendavit *Reisk.* In ſched. Tryll. ἐμπελάσσοι. — V. 3. Σεμιράμιδος τεῖχος. Inepta haec comparatio placuit etiam *Syneſio* Ep. IV. παραπέτασμα γὰρ ἡμᾶς (viros a mulieribus) ἀποτείχιζε, καὶ τοῦτο ἐῤῥωμενέστατον, οὐ μάλα διεῤῥωγότος ἱστίου τεμάχιον· σωφρονοῦσι ἀνθρώποις τὸ τεῖχος τῆς Σεμιράμιδος. Quaedam his ſimilia collegimus ad *Agath.* Ep. VIII. 3. Locum *Luciani* in Dial. Mer. XI. τέλος διατειχίσας τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ, δεδιὼς μὴ ψαύσαιμί σου — comparavit Ill. *Heynius* cum *Tibullo* I. El. IX. 56. *Tecum interpoſita languida veſte cubet.* *Propert.* II. El. XII. 3. *Nam modo nudatis mecum eſt luctata papillis, Interdum tunica duxit operta moram.* At quanto hi magis ſobrii! — V. 4. δοκέει, ſic Vat. Cod. In Ap. Lipſ. eſt δοκέω. — V. 5. τε poſt τὰ omittit Vat. Cod. addit margo Ap. Guy. Totum hoc diſtichon ex *M. Argentario* expreſſum. — ἐζεύχθω. *teneros conſeris usque ſinus.* *Tibull.* I. VIII. 36. Hinc graeculus auctor Ep. in Dorotheam ap. *Baudin.* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 335. νῦν δὲ τί ποιήσω; ζεύξω πρὸς χείλεα χείλη, Στήθεα πρὸς στήθη, τῆς ἀπολαυόμενος. — σιγῇ Vat. Cod. — V. 6. κρυπτέω. Sched. Tryll. ex Cod. Vat. Quae lectio, quamvis inſolens, in hoc tamen ſcriptore probanda videtur:

τἆλλα δὲ σιγῇ
κρυπτέω· ἐχθαίρω τὴν ἀθυροστομίην.

Cf. *Schneiderus* in Per. crit. p. 27. κρυπτέτω habet marg. Ap. Guy.

¶. 73.] *VII.* Vat. Cod. p. 128. Edidit *D. Heinſius* in Carm. gr. p. 147. *Reisk.* in M. L. IX. p. 673. nr. 379. Amplexus amantium deſcribuntur. — V. 1. Inprimis

comparandus *Ariſtaenet.* L. I. Ep. XVI. p. 42. τοιγαροῦν ἐκβακχευθεῖσα τῷ ἔρωτι, ἀνέκλασέ τε πρὸς ἑαυτὴν τὸν αὐχένα, καὶ πεφίληκεν οὕτω προσφῦσα μανικῶς, ὥστε μόλις ἀποσπάσαι τὰ χείλη. Cum *furore* quodam ejusmodi oſcula infigi dixit etiam *Propert.* I. El. XIII. 19. *Non ego complexus potui diducere veſtros: Tantus erat demens inter utrosque furor.* — Hunc furorem ἄτλητον, ipſis amantibus fere intolerabilem, appellat *Paulus;* fortaſſe recte. Nondum tamen me poenitet conjecturae, olim propoſitae in Spec. Emendatt. p. 6.:

ὑπ' ἀπληστοιο δὲ λύσσης

cui inprimis favet *Themiſtius* Or. XXII. p. 272. C. ἐγὼ δὲ ὁρῶν καὶ τοὺς πατέρας (l. παιδεραστὰς), ὅτι ἡνίκα ἂν σφόδρα ἀσπάζωνται τὰ παιδάρια, τύπτειν αὐτὰ καὶ δάκνειν ἐξ ἀπλήστου πάθους περιάγονται· ἔοικε γὰρ δὴ πᾶν τὸ τοιοῦτο σημεῖον εἶναι διανοίας ἀθιζομένης ἑνωθῆναι τῇ τοῦ στεργομένου ψυχῇ· διὰ δὲ ἀμηχανίαν τοῦ ξυγκολληθῆναι καθ' ἑαυτόν, ἐπὶ τὸ σῶμα καταντώσης· ὥστε διὰ τοῦτό γε ἐθέλειν ἐμφῦναι. Quo loco nullus eſſe poteſt ad noſtrum magis appoſitus. Noſter Ep. XII. ἐστὲ γὰρ ἀπλήστου Κύπριδος ἐργατῖναι. *Philodem.* Ep. XVI. καὶ πῦρ ἀπλήστῳ τύφετ' ἐνὶ κραδίῃ. *Longus* L. II. p. 40. ἀπλήστως ἐνεφοροῦντο τῆς ἡδονῆς. — V. 3. ἀφ' ἡδέος. Vat. Cod. quod *Salmaſius* inter deſcribendum emendaſſe videtur; in nullo enim apographorum, quae vidi, emendatio notata. ἀφειδέος etiam *Cornelio de Pauw* in mentem venit. — V. 4. ἐς κρ. Vat. Cod. — δύμεναι. *Propert.* l. c. *Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo, Et flere injectis, Galle, diu manibus: Et cupere aptatis animam deponere labris.* Similia dedi ad *Platon.* Ep. II. T. I. P. I. p. 337. quibus adde *Xenoph. Eph.* I. 9. p. 16. τὰ χείλη τοῖς χείλεσι φιλοῦσα συνέῤῥαφει, καὶ ὅσα ἐνενόουν, διὰ τῶν χειλέων ἐκ ψυχῆς εἰς τὴν θατέρου ψυχὴν διὰ τοῦ φιλήματος παρεπέμπετο. *Lucretius* L. IV. 1103. *Adfigunt avide corpus, junguntque ſalivas Oris, et inſpirant, preſſantes dentibus ora, Nequidquam; quoniam nihil inde abradere*

*poſſunt*, *Nec penetrare, et abire in corpus corpore toto: Nam facere interdum velle, et certare videntur; Usque adeo cupide in Veneris compagibus haerent.* — ad quae *Pauli* noſtri verſus adducere non neglexit cl. *Wakefield*. *Petron.* c. 132. *Jam alligata mutuo ambitu corpora animarum quoque mixturam fecerant.* *Claudian.* XIV. 21. *murmur querula blandius alite Linguis aſſidui reddite mutuis, Et labris animam conciliantibus.* — V. 5. ἀμφαδίην dedit *D. H.* et poſt eum *Reisk.* qui in Ap. Lipſ. ἀμφαδίης invenerat. In membr. Vat. eſt ἀμφασίης. ἀνάγκη ἀμφασίης *ſilentium* foret in ſummo amoris affectu, qui quaſi attonitos reddit animos. Melius tamen ἀμφαδίην. ut Ep. XXXI. et ἀμφάδια λέκτρα Ep. I. — ἀνάγκην. ut *Nonn.* Dion. XLII. p. 1092. Κυπριδίην ἄγρυπνον ἑὴν ἀνέφαινεν ἀνάγκην. Multa h. l. inepte molitur *Corn. de Pauw*, quae transſcribere piget. — V. 7. Illi, furoris amatorii leniendi cauſa, veſtes inter ſe commutaverant; unde amator Achilli ſimilis eſt redditus, cum παῖς ἕσσατο φᾶρος et ἐψεύσατο μορφὰν — ἐν κώραις Λυκομηδίσιν, ut eſt ap. *Bion.* Eid. XV. 8. Noſtrum locum cl. *Huſchke* in Epiſt. cr. p. 38. comparavit cum *Propert.* I. XIII. 21. *Non ſic Aemonio Salmonida mixtus Enipeo Taenario facili preſſit amore deus: Nec ſic coeleſtem flagrans amor Herculis Heben Senſit ab Oetaeis gaudia prima jugis.* — V. 9. ἀργυφέης eſt in Vat. Cod. idque reſtituit *Reisk.* pro ἀργυρέης. Cf. *Damochar.* Ep. III. 4. Laudat hoc diſtichon *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Dian. 11. p. 170. ubi Dianae venatricis habitus explicatur. Colorem *Paulus* duxit ex *Apollon. Rh.* III. 874. ubi Medeae comites, Nympharum ſimilitudinem referentes, deſcribuntur: ἂν δὲ χιτῶνας λεπταλέους λευκῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις ἄειρον. Nereïdes ap. eundem IV. 940. αὐτίκ' ἀνασχόμεναι λευκοῖς ἐπὶ γούνασι πέζας — ῥώοντ' ἔνθα καὶ ἔνθα. *Nonn.* in Dion. XLII. p. 1090. πῇ λίπες, ὃν φορέεις ἐπιγουνίδος ἄχρι χιτῶνα; — V. 10. ἀνεπτάσατο. Vat. Cod. et mox γυιοβόρων. Utrum-

que jam ap. *Heinſium* emendatum. — ἠρήρειστο τὰ χείλεα. *colloque infuſus amantis Oſcula per longas jungere preſſa moras.* *Ovid.* Heroid. II. 94. *Propert* II. XI. 7. *Quantum oſcula ſunt labris noſtra morata tuis.* Excitavit hoc diſtichon *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 81. — V. 13. Elegans comparatio, cui haud pauca ſimilia ap. veteres reperiuntur. *Ovid.* Epiſt. V. 47. *Non ſic adpoſitis vincitur vitibus ulmus, Ut tua ſunt collo brachia nexa meo.* *Catull.* LXI. 106. *Lenta qui velut aſſitas Vitis implicat arbores Implicabitur in tuum amplexum.* *Gallien.* in Anthol. Lat. III. 258. p. 684. *Brachia non hederae, non vincant oſcula conchae.* Plura dabit *Barthius* p. 789. ad haec *Claudiani* XIV. 18. *Tam junctis manibus nectite vincula, Quam frondens edera ſtringitur aeſculus, Quam lento premitur palmite populus.* — V. 15. ἀντιπόροισι τ' ἀγοστοῖς Vat. Cod. In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. ἀντιρρόποισιν ἀ., i. e. ἀντιῤῥόποισιν ἀ. Revocanda eſt membranarum ſcriptura. Duo enim in hoc diſticho junguntur, oſcula et amplexus. ἀντίποροι ἀγοστοὶ autem ſunt brachia ἀντίον ἀλλήλων τεινόμενα, quibus illi ſeſe *mutuo* amplectebantur. — V. 17. Cl. editor membr. Vat. lectionem expreſſit. Pro φίλη in marg. ap. Guy. φίλοις legitur; *Corn. de Pauw* φίλῃ tentabat. In contextu ap. Guy. ἐλύχθη, in marg. ἑλίχθη. Putabam olim δεσμοῖς ἐλυγίχθη. Cf. *Theocr.* Eid. I. 98. Sed verum eſt ἑλίχθη. — δεσμοῖσι. Vide ad *Iren.* Ep. I. — V. 18. ἄνδιχα καιόμεθα. *Propert.* I. XIII. 2. *noſtro laetabere caſu, Galle, quod abrepto ſolus amore vacem.*

*VIII.* Vat. Cod. p. 129. Edidit *Reisk.* in Miſc. L. IX. p. 675. nr. 380. In mulierem, annis jam paulo provectiorem, ſed junioribus praeferendam. Cf. *Rufin.* Ep. VIII. — V. 1. „Sic ſcriptus eſt hic verſus ap. *Sui*„*dam* in ὀπὸς T. II. p. 706. At in Buheriano cod. τεὴ „κύπρις ἢ ὀπὸσ' ἥβης πάσης, i. e. Salmaſio interprete, *quam* „*quantum eſt juvencularum.* Huic lectioni non pravae

„qui-

„quidem altera tamen praeferenda. Pauli ingenio „digna eſt oppoſitio inter rugas et ſuccum, quo turgen„te carne, laevis niteſcit cutis. Ultimum tantum diſti„chon exhibet Planud. p. 593.“ *Br.* Sic, ut *Br.* edidit, diſerte legitur in Vat. Cod. eademque lectio notata in marg. Ap. Ruhnk. Pro τοὶ ap *Suidam* vitioſe legitur τε ἤ, quod infeliciter tentavit *Kuſterus*. Vide *Toup.* Em. in Suid. p. 290. — V. 2. ἱμείρων. Vat. Cod. ἱμείρω. marg. Ap. Guy. — V. 3. Laudat hoc diſtichon *Suid.* in κόρυμβοι T. II. p. 352. ubi κορύμβους et μαστὸν legitur. κόρυμβοι hoc loco ſunt papillae in mammis; mammae autem καρηβαρέουσαι, quaſi capitibus gravatis, (cf. *Macedon.* Ep. XXVI.) quae paulo flaccidiores pendent. Opponitur μαζὸς ὄρθιος, *papillae horridulae* ap *Plaut.* Pſeud. I. 1. 66. ubi vide *Taubm.* *Lucillius* ap. *Nonium*: *Hic corpus ſolidum invenias, hic ſtare papillas Pectore marmoreo.* — V. 5. 6. Separatim exhibetur in Plan. p. 457. St. 593. W. ubi ἢ σὸν ἔτι legitur. — Tuus autumnus aliarum vere praeſtantior. Euripides cum Agathonem ἤδη γενειῶντα exoſcularetur, Archelaus, μὴ θαυμάσητε, ait, τῶν γὰρ καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ἐστι. *Plutarch.* T. II. p. 177. A. *Philoſtr.* Epiſt. LXXIII. p. 950. τὸ δὲ σὸν εἶδος ἀεὶ τέθηλεν, ὅθεν ὀφθαλμοῖς ἐμμειδιᾷ καὶ παρειαῖς, οἷόν τι ἔαρ, τὸ μετόπωρον τοῦ κάλλους.

¶. 74.] *IX.* Vat. Cod. p. 129. Edidit *D. Heinſ.* in Carm. Gr. p. 138. *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 74. *Reiske* in M. L. IX. p. 677. nr. 381. Puellam poëta deſcribit ſive nocturnis orgiis, ſive amoris et cupiditatis flamma marceſcentem. Expreſſum ex *Meleagr.* Ep. LX. — V. 1. σεῦ. Vat. Cod. et ſched. Tryll. σει *Reiske.* Mox idem πόθον πνείοντα dedit pro πόθεν, quod eſt in Cod. Nihil membranarum lectione verius. *Simonid.* Ep. LV. χαρίτων πνείοντα μέλη, πνείοντα δ' ἐρώτων. *Nicaenet.* Ep. IV. ἔπνεεν οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ. — Deſcribit *Paulus* oculos, *qui amores ſpirant* (*Horat.* IV. Od, XIII. 19.), ſive, ut *Ap-*

*pulej.* loquitur Metam. L. III. p. 52 *udos ac tremulos ac prona libidine marcidos.* — V. 3. *Meleager* l. c ἔσκυλται δ' ἀκόλαστα πεφυρμένος ἄρτι κίκιννος, Πάντα δ' ὑπ' ἀκρήτου γυῖα σαλευτὰ φορεῖς. — ἀμάρυγμα παρειῆς, idem fere quod μαρμαρυγαί. ἀμάρυγμα χείλεος dixit in loco difficili *Theocrit.* XXIII. 9. Apud *Apoll. Rhod.* L. III. 288. Medea βάλλεν ἐπ' Αἰσονίδην ἀμαρύγματα. (τὰς λαμπάδας τῶν ὀφθαλμῶν. *Schol.*) L. III. 1018. ἀμαρυγὰς ὀφθαλμῶν. — V. 4. ἐκλέλυται. ſolutum eſt et languidum. τὸ ἐκλελυμένον καὶ κεκμηκὸς junxit *Plutarch.* T. II. p. 161. B. Cf. *Alberti* Obſſ. phil. p. 77. — V. 5. παννυχίοισιν. *Heinſ.* — παλαίστραις. *Alciphr.* L. I. 38. p. 178. οὐδ' ἵλεως καὶ εὐμενὴς διανυκτερεύσει τοῖς ἡδίστοις ἐκείνοις παλαίσμασιν (ſic leg. pro κολάσμασιν.) Ancilla Hipparchi Lucium ad Venereos luſus invitans ap. *Lucian.* de Aſin. §. 8. χρή σε νῦν ἐπιδεῖξαι, ait, εἰ γέγονας ἐν τοῖς ἐφήβοις γοργὸς καὶ παλαίσματα πολλὰ ἔμαθές ποτε. Ibid. §. 10. ἐν τοιαύταις ἡδοναῖς καὶ παιδιαῖς παλαισμάτων ἀγωνιζόμενοι νυκτερινοὺς ἀγῶνας ἐστεφανούμεθα. — V. 6. ὄλβου παντός. Vat. Cod. ὄλβῳ emend. in marg. Ap. Guy. et R. ὑπερπέτεται. Vat. Cod. a pr. m. — ὄλβου παντὸς legit etiam *Suid.* in ὄλβος T. II. p. 676. idque probabat *Corn. de Pauw* vertens: *ille ipſam felicitatem ſupervolat.* — περιπλέγδην, ut Ep. VII. 16.

X. Vat. Cod. p. 130. Edidit *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 81. *Reisk.* in M. L. IX. p. 678. Poëta amore marceſcens, ſe viridiorem denuo futurum eſſe auguratur, ſi puella ipſum amore mutuo beaverit. — V. 1. „ὠμογέροντα, quod in Cod. eſt, de homine bene; at de capil„lo caneſcente perperam uſurpatur. ἡμιγέροντα repoſuit „Salmaſius: *Pourquoi me reprocher mes cheveux gris.*" *Br.* Haud aliter judicavit cl. *Schneider.* in Per. cr. p. 30. ubi varietatem lect. enotavit. — ὄμματα δ' ὑγρά. Sched. Tryll. — V. 2. ὑμετέρων πόθων. ὑμέτερος pro ſingulari eſt poſitum. Vid. ad *Agath.* Ep. LXXIV. Sententia bona: talibus ludibriis amor tuus delectari ſolet; lacrymis

ſcilicet et aerumnis amantium. Minus recte haec accepit *Reisk.* qui παιδία in textu poſuit. — V. 3. ἄπρηκτος πόθος, vanus amor, qui finem ipſi propoſitum non aſſequitur. ἄπρηκτοι ἐλπίδες dixit *Agath.* LXXVIII. πόνον ἄπρηκτον et ſimilia illuſtravit *Rubnk.* Ep. cr. p. 194. — V. 4. νυχεγερσίης eſt Cod. lectio. In marg. Ap. Guy. et R. et in Sched. Tryll. νυκτεγερσίης. Emendatione non eſt opus. Illud a νύχα derivatum, ut νυχαυγής. ἔργα νυχεγερσίης, ut ap. *Qu. Maec.* Ep. XI. ἔργον δ' ἤγεο νυκτερίου. — V. 5. „παναώριος male in cod. ſcriptum quod e Sui„da emendatum. Eſt autem vox Homerica. Il. ω. 540. „ἀλλ' ἕνα παῖδα τέκε παναώριον.“ *Br.* In Apogr. Goth. legitur παναώριον, nec ſic in ipſis membranis eſſe dubito. Laudat h. v. *Suid.* in παναώριος T. III. p. 16. Cf. *Toup.* Em. in Suid. p. 318. — V. 6. *Suid.* in λαγαρόν T. II. p. 408. — V. 7. φλογὸς ἄνθεα. *flammae flos, vigor* interpretatur *Salmaſ.* in marg. Ap. Guy. — V. 8. φροντίδι γυιοβόρῳ. Ep. VII. 11. γυιόβορον γὰρ εἶχεν — λιμὸν ἐρωμανίης. *curas edaces* vocat *Horat.* II. Od. 11. 18. Cf. *Rubnk.* Ep. cr. p. 81. — V. 10. Salmaſius malebat θρὶξ ἀναθηλήσει in marg. Ap. Guy. et R. At nihil opus. χρὼς ἀναθάλλων ſpectat ad v. 5. 6. κρὰς μελαινόμενον ad v. 1. Ap. *Meleagrum* Ep. CXXVIII. 6. τῷ γέροντι opponitur is, cui τέθηλε μέλη. *Archilochus* ad vetulam fr. XXV. οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα, κάρφεται γὰρ ἤδη. Si quid mutandum, ſcripſerim:

αὐτίκα γάρ μοι
χρὼς ἅμα θηλήσει κρατὶ μελαινομένῳ.

μελαινομένῳ emendavit *Salmaſius*; vulgo μελαινομένων legitur.

XI. Vat. Cod. p. 132. Edidit *D. Heinſ.* in Carm. Gr. p. 142. *Reiske* M. L. IX. p. 682. nr. 385. De puella omnia praeter concubitum concedente. — V. 1. *Ariſtaen.* II. 7. p. 83. περικρατῶν ὀμφάκια τοῦ στέρνου τὰ

μῆλα καὶ φιλημάτων ἀπέλαυον ἅμα γνησίων. — V. 2. λυσσάων Anal. quod *Br.* in Lect. in λυσσώων mutat. Sic habent membr. V. — βόσκομαι. fere ut *Agath.* Ep. VIII. 15. μαζοὺς μὲν κρατέεσκον· ὑπεθρύφθην δὲ προσώπῳ Μάστακα πιαίνων χείλεος εὐαφίῃ. — ἀργυφέην. *Heinſ.* ἀργυρέην. Vide Ep. VII. 9. — V. 3. Nondum pudicitiae caſtra expugnavi. — κάμνων. Vat. Cod. *Heinſ.* Verum *R.* vidit. — V. 4. ἀμφίεπεν. Vat. Cod. *Heinſ.* Hoc quoque emendavit *R.* — V. 5. τὸ δ' αὖ *Reisk.* contra Cod. fidem. — V. 6. ἀμφοτεράων. Vat. Cod.

¶. 75.] *XII.* Vat. Cod. p. 133. Edidit *Ruhnk.* Ep. cr. p. 72. *Reiskius* in M. L. IX. p. 683. nr. 386. *Toupius* in Addend. ad Theocr. p. 398. *Paulum* profeciſſe putabat *Ruhnken.* ex *Ovidio* Heroid. V. 140. – 144. ubi Oenone de Paride:

*Ille meae ſpolium virginitatis habet.*
*Id quoque luctando: rupi tamen ungue capillos,*
*Oraque ſunt digitis aſpera facta meis.*
*Nec pretium ſtupri gemmas aurumve popoſci:*
*Turpiter ingenuum munera corpus emant.*

Idem Ep. *Huſchkius* in Ep. cr. p. 40. comparavit cum *Propert.* I. El. III. ubi plura occurrunt cum graecis amice conſpirantia. — V. 1. ἔκχυτος ὕπνῳ. Somno per lectum fuſa. *Soſipater* (*Dioscorides*) Ep. II. puella παρέτοις ἐκκέχυται μέλεσιν. — V. 2. πῆχυν ἑλιξαμένη. *Talis viſa mihi mollem ſpirare quietem Cynthia, non certis nixa caput manibus.* *Propert.* l. c. v. 7. — V. 3. τολμήσας. Idem v. 11. *Hanc ego – molliter impreſſo conor adire toro.* — „In cod. ſcriptum κέλευθον, quod a Salmaſio in margine „emendatum." *Br.* Sublegit hoc Noſter *Dioscoridi* l. c. ἢ γὰρ – ἤνυεν ἀκλινέως τὸν Κύπριδος δόλιχον. ubi vide not. T. I. P. II. p. 408. Ap. *Lucretium* L. IV. 1189. mulier *communia quaerens Gaudia, ſollicitat ſpatium decurrere amoris* –. rectiſſime ſcribitur *ſpatium*, nec de *ſtadio* cogi-

tare debebat doctiſſimus *Wakefield.* Cf. vocabuli *ſpatium* ſignificationes docte perſequentem *Huſchkium* in Ep. ad Santen. p. 73. ſqq. — V. 7. ἀνύσσαμεν. Vat. Cod. et *Rubnk.* ἀνύσαμεν *Reisk.* — V. 8. ἀναπιμπλ. *Reisk.* — V. 10. ἀπωσάμεθα exhibuit *Rubnk.* in priore Ep. cr. editione, idque ſecutus eſt *Reiskius,* qui in Cod. Lipſ. ἀπωσαμένην invenit. In Cod. Vat. tamen perſpicue ſcriptum ἀπ᾿ ὠμοσάμην. *Abnui, juravi, nunquam me accepturam.* In hac lectione poſtea etiam *Rubnk.* acquievit. — V. 11. ὑποκόλπιος *Rubnk.* Aeſchinus Theocriteus Eid. XIV. 36. in Cynthiam invectus: ἐμὸν κακὸν, οὔ τοι ἀρέσκω, Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος· ἄλλον ἰοῖσα θάλπε φίλον. *Quint. Maec.* Ep. III. ἐραστὴν ἔχονθ᾿ ὑποκόλπιον ἄλλην. *Philodem.* Ep. XVI. puer αὐτοῦ κατέκειθ᾿ ὑποκόλπιος. In ἑλίξεις haerebat *Salmaſius,* qui in marg. ap. Guy. et R. tentavit ἐνέξεις, i. e. συνέξεις. καθέξεις. Fruſtra. Noſter Ep. XXX. μοῦνον ἐγώ, χαρίεσσα, τεὸν δέμας ἀγκὰς ἑλίξας θελγοίμην ἐπὶ σοῖς ἄψεσι βαλλόμενος. — V. 12. ἐργατίνας. De puellis *Macedon.* Ep. VII. εἰσὶ γὰρ ἄλλαι κρέσσονες εὐλέκτρου Κύπριδος ἐργάτιδες.

*XIII.* Vat. Cod. p. 134. Edidit *Reiske* in M. L. IX. p. 686. nr. 388. De nimis brevi voluptatis fructu. — V. 1. 2. In fine hujus diſtichi delenda interrogandi nota. — V. 1. δάκρυα. lacrymas illa fundebat tenerrimae voluptatis ſenſu commota. Junge ἐπήρατον οἰκτρὰ, *amabili modo miſeranda.* Θεανῶ. vitioſe R. Theano meretriculae nomen in fr. *Antiphan.* ap. *Athen.* VIII. p. 339. B. ubi certa emendatione legendum: Ἀφύας δὲ λεπτὰς τάςδε καὶ τὴν τρυγόνα Χωρὶς Θεανοῖ δεῦρ᾿ ἔθηκ᾿ ἀντιῤῥόπους. Vulgo εἰ εὑρέθη κἀντιῤῥόπους. In eodem fragm., quod obiter moneo, p. 338. F. ſcribendum videtur: τίς ποτε Ὦ Καλλιμέδων, σέ γε κατεδεῖται τῶν φίλων; (pro σε κατεῖδετ᾿ ἄρτι) *quis te amicorum comedet?* Cf. *Timocl.* ap. *Athen.* p. 339. E. — V. 4. νήριπόλας ex Salmaſii emendatione, ut infra XXII. et XXIV. Nam hic in cod. ſcri-

„ptum ἠρικόμης, forte ex ἠριγόνης pro ἠριγενείας deprava-„tum, quae eſt etiam Salmaſii ſuſpicio.“ *Br.* At in Ap. Goth. perſpicue ἠριπόλης ſcriptum. Suum ipſius vitium emendaverat igitur Salmaſius. — V. 6. νύκτας Κιμμερίων. Imitatus eſt *Macedon.* Ep. IX.

*XIV.* Vat. Cod. p. 136. Edidit *Reiskius* M. L. IX. p. 690. nr. 392. De puella, quae poma ipſi porrigens ingentem in ejus pectore flammam incenderat. — V. 1. πολυπτοίητον *ſuſpicax, pavidum, ſollicitum* vertit *Salmaſ.* in marg. Guy. πτοιεῖσθαι proprie idem quod φοβεῖσθαι. Deſcribitur mater, anxie puellam obſervans, ut illa ap. *Agathiam* Ep. VII. et *Diotimum* Ep. I. — V. 2. συζυγίην μήλων, par pomorum; quae amoris ſymbolum putabantur. Vide ad *Platonis* Ep. IV. T. I. P. I. p. 339. ſq. — V. 3. μάγον τάχα πυρσὸν Vat. Cod. quo nihil verius. τινα, quod in ap. Guy. et Ruhnk. legitur, *Salmaſii* oſcitantiae debetur. τάχα ex Ap. Lipſ. exhibuit *Reisk.* — V. 6. Nam mihi haec poma flammam inſpiraverunt tanto minus tolerabilem, quod ipſius puellae compos fieri non poſſum. ἀπρήκτοις παλάμαις. Vide ad Ep. IV. 6.

¶. 76.] *XV.* Vat. Cod. p. 136. Edidit *D. Heinſ.* Carm. Gr. p. 142. *Reisk.* in M. L. IX. p. 689. nr. 391. „Praeponi debuiſſet lemma: εἰς τὸ αὐτό. Factum enim „eſt hoc carmen in eadem mala, quae Paulo dederat „puella, quibus quid ſignificari cupiebat manifeſtum „eſt. Mala haec σύμβολα τῶν μαζῶν dicit, quod ab Hein„ſio intellectum non fuit, vertente: *Tuis detracta pa„pillis Haec das dona mihi.*“ *Br.* — V. 1. εἶπον (μὲν) ἐμοί. Sic Vat. Cod. In marg. Guy. et R. εἰπέ μοι. Vitioſa eſſe haec verba vix dubito et fortaſſe in hunc modum reſtituenda:

Εἰ μὲν ἐμοί, χαρίεσσα, τεῶν τάδε σύμβολα μαζῶν
ὤπασας, ὀλβίζω τὴν χάριν ὡς μεγάλην.

Quod mihi haec mala tanquam ſymbola mammarum tuarum dediſti, magni facio hanc tuam gratiam et laetor ea. εἰ poſt verba affectuum, quaeque judicandi vim habent, pro ὅτι poſitum, illuſtravit *Hoogeveen* de Part. gr. p. 227. ſq. — V. 3. ὅτι *Reisk.* fruſtra in ὄν mutavit. Idem v. 4. recte vidit ἀποσβέσσαι legendum eſſe pro ἀνασβέσσαι, quod *Heinſ.* praebet et Apogr. Lipſ. — V. 5. Τήλεφον ὁ τρώσας. Ad hanc fabulam paſſim reſpiciunt ſcriptores amatorii. Cf. *Macedonii* Ep. VI. 5. *Propertius* L. II. I. 65. de inſanabili amoris, quem tolerabat, vulnere locutus, *Myſus*, ait, *et Haemonia juvenis qua cuſpide vulnus Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.* *Ovidius* Rem. Amor. v. 43. *Diſcite ſanari, per quem didiciſtis amare, Una manus vobis vulnus opemque ferat.* *Claudian.* in Deprecatione ad Hadr. XXXIX. 45. *Quae per te cecidit, per te fortuna reſurgat. Sanus Achillea remeavit Telephus haſta, Cujus pertulerat vires.* Adde *Aelian.* H. A. I. 56. — V. 6. πικροτέρῳ. Durior in me, quam Achilles in hoſtem fuit.

*XVI.* Vat. Cod. p. 120. Plan. p. 453. St. 588. W. Summam in amore vim eſſe pecuniae. Putes, *Paulum*, qui Latinos poëtas cognitos habuiſſe videtur, *Horatium* reſpexiſſe III. Od. XVI. Similiter *Ovidius* II. A. A. 275. *Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur. Dummodo ſit dives, barbarus ipſe placet. Aurea nunc vere ſunt ſecula; plurimus auro Venit honor: auro conciliatur amor.* — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ἅμματα T. I. p. 134. et, ubì proverbium Κασιωτικὸν ἅμμα illuſtrat, in Κάσιον ὄρος T. II. p. 250. ἅμμα κορείας ductum ex *Antip. Sidon.* Ep. LXXXV. ὁ πρὶν ἄθικτα Ἀμετέρας λύσας ἅμματα παρθενίας. et *Meleag.* Ep. CXXV. παρθενίας ἅμματα λυόμενα — ubi ad zonas virginales reſpicitur. Vid. *Spanh.* ad *Callim.* H. in Jov. 83. — κορείης Vat. Cod. a m. ſec. χρύσεος — διαδύς. Ducta ſunt haec ex *Aſclepiad.* Ep. XXVI. Ζεῦ, διὰ χαλκείων χρυσὸς ἔδυς θαλάμων. — V. 2. χαλκελάτους θαλάμους.

Nemo ignorat *Danaës turrem aëneam*, i. e. ſolitariam domum; vide not. ad *Antip. Theſſ.* Ep. LIV. T. II. P. I. p. 333. *Lucian.* T. I. p. 122. ἐν χαλκῷ ἢ σιδηρῷ θαλάμῳ, καθάπερ τὴν Δανάην παρθενεύεσθαι. *Propert.* II. 16. 12. *In te ego et aeratas rumpam, mea vita, catenas, Ferratam Danaës tranſiliamque domum.* — V. 3. χάλκεα. Haec ex antiquo quodam poëta traducta eſſe, vix eſt quod dubites. Ex eodem fortaſſe fonte derivatus *Horatii* locus III. Od. XVI. 9. *Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa potentius Ictu fulmineo;* ubi ſimilia colligens doctiſſimus editor, noſtrum locum praetermiſit. — Pro τείχεα, quod ex Vat. Cod. repoſitum eſt, vulgo legitur δάπεδα, cum hac nota: τὸ δα̃ ἐκτείνεται, ὡς καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Προμηθεῖ' (v. 835.) ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα. — V. 5. ῥητῆρας vitioſe in omnibus edd. legitur, praeter Flor. pr. quae ῥυτῆρας exhibet. Sic habet etiam Vat. Cod et *Suidas* T. III. p. 272. ῥυτῆρες. χαλινοί. ἡνίαι. ἱμάντες. *Schol.* in *Sophocl.* Aj. 241. ῥυτῆρες κυρίως οἱ λῶροι τοῦ χαλινοῦ, οὓς κατέχουσιν οἱ ἱππεύοντες. Cf. *Intrpp. Thomae M.* p. 422. — κληῖδας, *robuſtaeque fores* ap. *Horatium*. *Appul.* Metam. IX. p. 627. *Certusque fragilitatis humanae fidei et quod pecuniae cunctae ſint difficultates perviae, auroque ſoleant adamantinae etiam perfringi fores.* — V. 7. ἐλύγωσεν. ἔκαμψε. *Suid.* T. I. p. 718. ubi hic vſ. excitatur. Vide de v. λυγόω et cognatis *Lennep.* in Etymol. p. 514. — V. 8. Παφίην. Vat. Cod. a m. ſec. et Ed. Flor. pr.

*XVII.* Vat. Cod. p. 130. Plan. p. 458. St. 594. W. Illecebras puellae ſuae ſigillatim recenſet, eamque adſciticio ornatu non egere docet. Plurimum huc facit *Propert.* I. El. II. init.:

*Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?*
*Et tenues Coa veſte movere ſinus?*
*Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?*
*Teque peregrinis vendere muneribus?*

*Naturaeque decus mercato prodere cultu?*
*Nec ſinere in propriis membra nitere bonis?*
*Crede mihi, non ulla tuae eſt medicina figurae,*
*Nudus Amor formae non amat artificem.*

— V. 1. οὐ ῥοδέων στεφάνων ἐπιδεύεαι tentavit *Huetius* p. 45. parum feliciter. Senſus eſt: Sicuti roſa coronâ non indiget, ſic tua forma non eget ornamentis. — V. 2. *Scholion* in marg. Vat. Cod. ὁ λεγόμενος κεκρύφαλος νῦν καλεῖται θετόν. Vocabulo θετὸν augendum *Ducangii* Gloſſarium. — V. 3. 4. ἀπεκτήτου. Vat. Cod. in contextu; ſupra lin. γρ. εὐτέκτου. Voluit εὐπέκτου, quod tamen ipſum minus probandum. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 162. et 165. ἀπεκτήτου (ἀκτενίστου) tuetur *Suidas* T. I. p. 252. ἄπεκτον. ἀπέκτητον. ἄκαρτον. *Heſych.* Cf. *Euſtath.* Il. p. 1481. 14. — V. 5. 6. Ἰνδώη. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1088. μὴ λίθον Ἰνδώην, μὴ μάργαρα χειρὶ τινάξῃς· — εἰς Παφίην γὰρ Ἀμφιέπεις τεὸν εἶδος ἐπάρκιον. *Suidas* hoc diſtichon proferens in λογάδες T. II. p. 453. legit vitioſe: Ἢν δώῃς δ' ὑάκινθον ἔχειν, et vſ. ſequ. πουλύ γ' ἀφ. De voce λογάδες haec notavit *Br.*: „λογάδες. *oculi.* Vide Suidam et He„ſychium hac voce. Quomodo e themate λέγω haec „notio derivari potuerit, non excogito. Salmaſius reſcri„bere jubebat λοχάδων, quod quandam veriſimilis ſpe„ciem habet. Adoleſcentibus *inſidiantur* puellarum „oculi.“ In talibus Grammaticorum auctoritatem ſequi praeſtat, quam vanam etymologiae ſpeciem ſectari. — De hyacintho lapide vide *Martin.* ad *Erneſti* Archaeol. p. 154. — V. 7. χείλεα δροσόεντα. Cf. Ep. II. 6. — V. 8. Vulgatum ἔνθεος ex Vat. Cod. in ἤθεος mutatum. Hoc ſervavit etiam *Suid.* in κεστὸς T. II. p. 302. — V. 10. ἐνδιάει. ἔνεστι. ἐνδιατρίβει. *Suid.* T. I. p. 737. Explicavit hanc vocem, noſtro loco non praetermiſſo, *Ruhnk.* Ep. crit. p. 79.

§. 77.] *XVIII.* Vat. Cod. p. 125. Plan. p. 456. St. 592. W. Se Amoris flamma tantum non conſumtum

eſſe queritur. — V. 2. „ἀλλὰ καταθνήσκω et v. 5. λαφύξῃ „e Vat. membr. quae in v. 6. eadem corruptela infecta, „quae ceteros obſidet libros. φορβῆς ἠπανίῃ emendaverat „jam Salmaſius, et ſic etiam ſcribendum eſſe vidit per„ſpicaciſſimus Toupius in Suidam III. 335. (582.) αὐ„τομάτως membranae et Suidas.“ *Br.* Vulgo ἀλλὰ καταφθινόθω, ψυχόμενος Παφίῃ. Poſtremum hoc eſt etiam in Vat. Cod. — V. 3. δι' ὀστέα. *Theocrit.* Eid. III. 15. Ἔρως, βαρὺς θεός — Ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει. *Ovid.* Heroid. XVI. 276. *Non mea ſunt ſumma leviter diſtricta ſagitta Pectora: deſcendit vulnus ad oſſa meum.* — παμφάγον ἀσθμαίνων. Quod igni proprium, τὸ πάντα φάγειν, ad Amorem translatum eſt. ἀσθμαίνειν de amantibus. Ep. ἀδεσπ. XXXII. παιδείῳ, Θρασύβουλε, σαγηνευθεὶς ὑπ' ἔρωτι Ἀσθμαίνεις. Ipſe Amor ap. *Oppian.* IV. Hal. 14. ἀσθμαίνεις δὲ πυρὸς δριμεῖαν ὁμοκλὴν Παφλάζων ὀδύνῃσι καὶ ἀκρήτοισι μανίαις. — V. 5. λαφύξει. Vulgo. Et ſic ap. *Suidam*, qui hoc diſtichon laudat in ψύχεται· ἀντὶ τοῦ ψυχραίνεται· μαραίνεται. T. III. p. 710. — V. 6. φ. ἡ μανίη. Vulgo, etiam *Suid.* et Vat. Cod. Invenit *Kuſterus* in cod. quodam etiam vitioſius φθονερῇ μανίῃ, et in marg. γρ. τηξιμελεῖ μανίῃ, quod alieniſſimum. *Schol.* in marg. Plan. ὀρφανίῃ tentabat; idque *Brodaeo* in mentem venit et Anon. Bibl. Bodl. *Bentlejus*, a *Kuſtero* conſultus, φορβῆς ἠχανίῃ emendabat, quod graecum eſſe non videtur. Vulgatae patrocinium ſuſcepit *Huetius* p. 44. qui paucos ſibi aſſentientes habebit, praeſertim inventa acutiſſima emendatione, ἠπανίῃ, qua ſenſus ſalvus praeſtatur. ἠπανία. ἀπορία. *Heſych.* οὐδὲ κλυτᾶς φάμας ἔσσεται ἠπανία Epigr. ἀδεσπ. DXXII. Idem φορβῆς χρεία ap. *Sophocl.* Phil. 161. -- αὐτόματος. Vulgo.

*XIX.* Vat. Cod. p. 135. Plan. p. 459. St. 596. W. A puella in convivio coronatus magicis flammis correptus eſſe ſibi videbatur. — V. 1. „συνεψιάουσα dant „membranae, quod conjectura veriſſima aſſecutus fuerat

„elegantiſſimus *Ruhnkenius* Ep. crit. p. 214." *Br.* Vulgo συνεστιάουσα. Veram lectionem ſervavit etiam *Suidas* in συνεψιάζουσα (συμπαίζουσα) T. III. p. 403. Parum enim intereſt inter συνεψιάζουσα et συνεψιάουσα. Eodem modo erratum in Ep. *Platon.* XV. 3. — V. 3. τι εἶχεν. magicam quandam virtutem. Cf. Ep. XIV. 3. — Similiter fabula de Creontis filia utitur *Philoſtr.* Epiſt. XXXVIII. p. 929. τί δὲ τὴν κεφαλὴν στεφανοῖς πυρί; ἐμοὶ γὰρ δοκεῖν, τῆς Κολχίδος ὁ ὅρμος, ὃν τῇ Γλαύκῃ ἔπεμψε, ῥόδα ἦν πεφαρμαγμένα, καὶ διὰ τοῦτο ἐκαύθη λαβοῦσα.

XX. Vat. Cod. p. 131. Plan. p. 457. St. 594. W. Nemini jam Amoris tela et bella extimeſcenda eſſe docet. — V. 1. μηκέτι. Cf. *Archiae* Ep. I. ubi vide not. T. II. P. I. p. 250. *Euſtath.* in Iſm. Amor. L. III. p. 78. ὅλην φαρέτραν ἐξεκένωσέ μου κατὰ τῆς ψυχῆς. Ep. ἀδεσπ. LVII. Εἰς ἐμὲ τὴν φαρέτραν ἐξεκένωσε κόρη. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1094. εἰς ἐμὲ καὶ Διόνυσον Ἔρως ἐκένωσε φαρέτρην. Amor ap. *Statium* I. Sylv. II. 70. *Hunc egomet tota quondam (tibi dulce) pharetra Improbus, et denſa trepidantem cuſpide fixi.* — V. 4. λὰξ ἐπιβάς. Ex *Meleagri* Ep. XXVIII. λὰξ ἐπίβαινε κατ' αὐχένος, ἄγριε Δαῖμον. ubi v. not. p. 49. — V. 5. Vulgatum ἐνέξεται ex Vat. Cod. emendavit *Dorvill.* in Miſc. Obſſ. T. I. p. 436. qui comparavit *Propert.* L. II. IX. 13. *In me tela manent, manet et puerilis imago, Sed certe pennas perdidit ille ſuas. Evolat heu noſtro quoniam de pectore nusquam, Aſſiduusque meo ſanguine bella gerit.* *Plutarch.* ap. *Stob.* T. LXII. p. 403. 27. ὁ Ἔρως οὐ περιέρχεται ταχέως καίπερ εἶναι πτηνὸς λεγόμενος· ἀλλ' ἐξάπτεται μαλακῶς καὶ σχεδὸν οἷον ἐντήκων ἑαυτόν· ἁψάμενος δὲ τῆς ψυχῆς παραμένει πολὺν χρόνον, οὐδ' ἐν γηρῶσιν ἐνίοις ἀναπαυόμενος, ἀλλὰ ἐν πολιαῖς ἀκμάζων ἔτι πρόσφατος καὶ νεαρός. Simili colore idem de Fortuna T. II. p. 318. A. quae διαβαίνουσα τὸν Θύμβριν, ὡς ἔοικεν, ἔθηκε τὰς πτέρυγας, ἐξέβη τῶν πεδίλων, ἀπέλιπε τὴν ἄπιστον καὶ παλίμβολον σφαῖραν· οὕτως εἰσῆλθεν εἰς Ῥώμην

ὡς μενοῦσα. De Amore *Eubulus* Comicus ap. *Athen.* L. XIII. p. 562. D.:

> ἔστιν γὰρ οὔτε κοῦφος, οὔτε ῥᾴδιος
> ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον,
> βαρὺς δὲ κομιδῇ· πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερά;

Talem deſcribit Amorem amicitiae conciliatorem *Themiſt.* Or. XXII. p. 281. C. οὐκ ἔχει οὐδὲ πτερὰ οὐδὲ βέλη· οὔτε γὰρ πέτεσθαι βούλεται καὶ ἀναίμακτον αὐτοῦ τὸ ἔργον· ἀλλ' οἵους ἂν καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς καὶ εὖ προσαρμόζοντας (ſic legerim pro οὕτως ἁρμ.) ἴδῃ, τούτους ξυγκολλᾷ καὶ ξυνδεῖ.

*XXI.* Vat. Cod. p. 130. Plan. p. 457. St. 594. W. In vetulam invehitur, quae ipſi puellae adſpectum invidebat. Cf. *Diotimi* Ep. I. *Agath.* Ep. VII. — V. 2. φθεγγομένων βλεφ. *Ovidius* I. Amor. IV. 19. *Verba ſuperciliis ſine voce loquentia dicam.* Idem II. Amor. V. 15. *Multa ſupercilio vidi vibrante loquentes. Nutibus in veſtris pars bona vocis erat. Non oculi tacuere tui.* — V. 3. ἱστάμενοι. Vulgo et in Vat. Cod. In marg. Wech. ἱσταμένης notatum. Vetulam puellae cuſtodem cum Argo comparat, ut *Propertius* ſe ipſum, inhaerentem illecebris Cynthiae ſuae, L. I. El. III. 19. *Sed ſic intentis haerebam fixus ocellis, Argus ut ignotis cornibus Inachidos.* Haec verba conferens cum Noſtro *Dorvill.* in Miſc. Obſſ. III. p. 433. totum *Pauli* carmen ex illo loco adumbratum eſſe cenſens, haud facile perſuadet. *Joſ. Scaliger* in not. mſc. βουκόλου tentavit, ſine cauſa idonea. Licet enim ſic exiſtat accuratior antitheſis, poëtae tamen in talibus nimis diligentes eſſe noluerunt. Neque quidquam mutat *Suid.* in πολύγληνον T. III. p. 143. πανόπτην appellavit Argum *Sophocles* in Inacho ap. *Schol. Ariſt.* Eccl. v. 81. τὸν μυριωπὸν βούταν *Aeſchyl.* Prom. v. 569. — V. 5. ἦτορ ἀμύσσου. *Theocrit.* Eid. XIII. 71. χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν. — V. 6. ἐπὶ ψυχήν. Vulgo.

ψυχῆς ex Vat. Cod. Utrumque bene, (vide *Locell.* ad *Xenoph. Eph.* p. 206.) ſed alterum elegantius et ob auctoritatem Vat. Cod. praeferendum.

¶. 78.] *XXII.* Plan. p. 455. St. 590. W. A puella excluſus omnibus munditiis renuntiat. — V. 1. laudat *Suidas* in βόστρυχος T. I. p. 443. τίνι πλέξεις. *cui religas comam? Horat.* I. Od. V. 4. Sappho ap. *Ovid.* Heroïd. XV. 77. *Cui colar infelix, aut cui placuiſſe laborem? Ille mei cultus unicus auctor abeſt.* Idem I. A. A. 517. *Sit coma, ſit docta barba reſecta manu. Et nihil emineant, et ſint ſine ſordibus ungues.* Sed plurimum huc facit locus *Tibulli* L. I. El. VIII. 9. quem Noſtrum ante oculos habuiſſe dixeris:

*Quid tibi nunc molles prodeſt coluiſſe capillos?*
*Saepeque mutatas diſpoſuiſſe comas?*
*Quid fuco ſplendente genas oneraſſe? quid ungues*
*Artificis docta ſubſecuiſſe manu?*

— V. 2. „Quum cetera verba in futuro ſint poſita, „πλέξεις, κοσμήσεις, pro φαιδρύνεις, quod vulgo legitur, „repoſui φαιδρυνέεις. Sic infra XXX. διακρινέει dedi pro „διακρίνει." *Br.* — V. 3. ἁλιανθέϊ κόχλῳ, purpura. ἁλιπόρφυρον ap. *Anacr.* Od. VIII. 1. et Fragm. LXXIV. — V. 5. „Operarum errore in Stephani editione et „Wechelianae curatoris imperitia, legitur ὄμμασιν εἰς Ῥ. „quod ſenſum peſſumdat." *Br.* In antiquis edd. omnibus οἷς. Partem hujus verſus cum ſq. laudat *Suidas* in Ἠριπόλης T. II. p. 76.

*XXIII.* Vat. Cod. p. 123. Plan. p. 455. St. 591. W. Poëta puellae crine vinctus, quomodo ſe liberet, non invenit. Natum eſt hoc carmen, quod etiam *Brodaeus* animadvertit, ex proverbiali locutione, ἐκ τριχὸς κρέμαται, ἐπὶ τῶν σφόδρα κινδυνευόντων. *Ariſtaenet.* L. II. 1. p. 70. οὗτος δὲ τῷ σῷ φθείρεται γλυκυτάτῳ πυρὶ καὶ τεθνήξεται θᾶττον ἐκ τριχὸς κρεμάμενος. Noſtrum Epigr. *Berglerus* adhi-

buit *Alciphronis* L. I. Ep. XXXV. μικρὰ δὲ ἔπεστί μοι παραψυχὴ καὶ μαραινόμενον ἤδη παραμύθιον, ὅ μοι ὑπὸ τὴν λυπρὰν τῷ συμποσίῳ μέμψιν προσέῤῥιψας ἀπ' αὐτῶν περισπάσασα τῶν πλοκάμων –, quod tamen non de crine, ſed flore potius accipiendum eſſe docuit *Herelius.* — V. 1. εἰρύσασα. Vat. Cod. et *Suid.* in ἔθειραι T. I. p. 684. — V. 2. „Vetus „membr. ἐμεῦ παλάμας.“ *Br.* Hinc *G. Wakefield* Sylv. crit. T. II. p. 106. corrigit: δορυκτήτου δῆσεν ἐμεῦ π. — V. 3. τὸ πρίν. Vat. Cod. — V. 4. laudat *Suid.* in τινάξαι T. III. p. 477. — V. 8. ἔνθ' ἀνύσῃ conjecit Cl. *Wakefield* l. c. ne odioſa dictionis ſcabies affricetur Epigrammati nitidiſſimo, comparans Theocriteum: ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται. At ἀνύειν pro *ambulare*, *incedere* dictum eſſe, vehementer dubito.

*XXIV.* Vat. Cod. p. 128. Plan. p. 456. St. 592. W. Poëta ſe duodecim dies procul a puella duraturum eſſe juraverat. Quam abſentiam cum perferre non potuiſſet, puellam rogat, ut perjurii veniam a diis petat. Cf. Ep. *Rufini* XXV. et quae Phaedria dicit Terentianus in Eunucho IV. 2. — V. 1. ἀργέτῃ Vat. Cod. Notanda forma ἀργέτις, qua etiam *Nonnus* utitur XVI. p. 444. ἀργέτις ἠώς. unde ap. *Homerum* ἀργέτι δημῷ. Vid. *Heſych.* v. — V. 4. μὰ δέ. Ed. Junt. — V. 5. χαράξαι. Hominum facta in tabulas referre exiſtimabant Jovem; de qua re eximius eſt locus inter fragm. *Euripidis* in Melanippe nr. III. δοκεῖτε, πηδᾷν τἀδικήματ' εἰς θεοὺς Πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτων πτυχαῖς Γράφειν τιν' αὐτά, Ζῆνα δ', εἰσορῶντά νιν, Θνητοῖς δικάζειν – cujus imaginis prima quaſi ſtamina mihi agnoſcere videor in *Aeſchyli* Eum. v. 265. μέγας γὰρ Ἅιδης ἐστὶν εὔθυνος βροτῶν, Ἔνερθεν χθονός, Δελτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί. Alii quomodo eandem varie uſurpaverint, docuit *Valcken.* in Diatr. p. 184. ſq. qui etiam de Jovis διφθέραις nonnulla dedit ad *Herodotum* L. V. p. 400. Nemeſin quoque ſuperbas mortalium voces notare fingit *Callim.* H. in Cer. v. 57. εἶπεν ὁ παῖς,

Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν. ubi vide *Erneſtum.* — V. 7. μάστιξ. ne ſimul a te et a diis cruciatibus afficiar. Pani flagellum tribuit *Auctor* Rheſi v. 37. Πανὸς τρομερᾷ μάστιγι φοβῇ. *Nonn.* Dionyſ. X. 4. μανιώδεϊ Πανὸς ἱμάσθλῃ. Idem XLII. p. 1092. Διόνυσος — Δαιμονίῃ μάστιγι τετυμμένος, ἔνδοθι πέσσων Κρυπτὸν ἀκοιμήτων ὑπὸκάρδιον ἕλκος ἐρώτων. Alia larga manu dedit *Mitſcherl.* ad *Horat.* III. Od. XXVI. 11. *Regina, ſublimi flagello Tange Chloen.* quibus adde *Oppian.* Hal. β. 14. qui ſapientem diis obedire ait, πρὶν χαλεπῇ μάστιγι καὶ οὐκ ἐθέλων ἐλάηται. — V. 8. σεῖο. Vat. Cod. Verbum καταισμύχω inſolentius h. l. uſurpatum pro *petere, verberare.*

¶. 79.] *XXV.* Vat. Cod. p. 128. Plan. p. 456. St. 593. W. Ne contumeliis quidem ſe a puella, quam deperiret, abalienari poſſe conqueritur. — V. 1. Δικλίδας. Quod januarum genus hoc nomine ſignificetur, fuſe docuit *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 651. Galatea januam *Pauli* fronti incuſſerat, quae ingens contumelia. — Pro ἐμοῖς προσώποις *Scaliger* in not. mſc. tentabat ἐμαῖς προσωπαῖς. (*Heſych.* προσωπή. πρόσοψις.) unde quid lucremur, non ſatis perſpicio. — V. 2. ἕσπερος. pro ἑσπέριος. ut infra Ep. XXVIII. *Sophocl.* Oed. T. 128. ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ. — V. 3. ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε. *Euripidis* eſſe notavit *Schottus* ad Proverb. Strom. v. 405. Hunc locum comparavit V. Cl. *Doering* ad *Catull.* LXXII. 7. *quod amantem injuria talis Cogit amare magis, ſed bene velle minus.* — V. 5. ὤμοσα γάρ. Sic codd. et veteres edd. omnes." *Br.* Vulgo ὤμοσα καί.

*XXVI.* Vat. Cod. p. 130. ſq. Planud. p. 457. St. 594. W. Ubique ſe amatae puellae imaginem videre affirmat. — V. 2. θηρείην εἰκόνα. Sic veterum medicorum nonnulli hydrophobiam explicabant eorum, qui rabie canina laborabant. *Theophan. Non.* c. CCLXXI. p. 324. τὸ ὕδωρ φεύγονται ὁρῶντές τε καὶ προσφερόμενοι, ὡς

οἴεσθαι τὸν δακόντα κύνα ἐν τοῖς ὕδασιν εἰκονίζεσθαι. ubi vide *Bernardum*. Simile quid de iis, quos vipera momordit, narrat Alcibiades in *Platonis* Conviv. p. 217. E. — V. 3. πικρὸς Vat. Cod. a pr. m. — ἐνέπηξεν ὀδόντα. ut Ep. VII. 2. — V. 4. μανίαις θυμὸν ἐλήϊσατο. Similiter *Parthenius* ap. Etymol. M. v. ἄρπυς. ὁ Ἔρως. ὡς παρὰ Παρθενίῳ ἐν Κριναγόρᾳ· ἀμφοτέροις ἐπιβὰς ἄρπυς ἐλήϊσατο. παρὰ τὸ ἁρπάζειν τὰς φρένας. — μανίας. Ed. pr. Flor. — V. 5. Edd. omnes ante Steph. recte habent σὴν γὰρ — praeter unam Aſcenſ. quae σὺν offert. Hoc in Steph. et Wechel. propagatum eſt. Antiquam lectionem revocavit *J. Toupius* in Addend. ad Theocr. T. II. p. 393. — καὶ πόντος. Eandem ſententiam ad faſtidium usque perſequitur *Philoſtrat.* Ep. L. p. 938. Vide quaedam ſimilia ad *Meleagr.* Ep. XIX. p. 38. — V. 6. οἰνοχόων. Vat. Cod. idque probabat *Salmaſius*. Mihi vulgata longe videtur exquiſitior.

*XXVII.* Vat. Cod. p. 132. Plan. p. 458. St. 595. W. Inconſtantiam puellae exprobrat eique poenas apud inferos minatur. — V. 1. θρασὺς omiſſum in Vat. Cod. — V. 3. ἀπέπτυσας. *Meleager* Ep. LXVI. βαιὸν ἔχω τό γε λειφθέν, Ἔρως, ἐπὶ χείλεσι πνεῦμα· Εἰ δ' ἐθέλεις, καὶ τοῦτ', εἰπέ, καὶ ἐκπτύσομαι. — V. 4. γραπτὸν τύπον. Iis, quae laudavi ad *Meleagr.* Ep. LIII. p. 70. adde *Themiſt.* Or. XXI. p. 244. A. B. δεῖ καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι ὑπὸ τοιούτοις διδασκάλοις τε καὶ τροφεῦσι, καὶ τὴν ψυχὴν ἀναπλησθῆναι ἔτι νέαν τε καὶ ἁπλῆν· οὕτω γὰρ δὴ μάλιστα ὁ τύπος εἰσίοι καὶ ἐνδύοιτο ἐν τῷ βάθει, καὶ οὐκ ἂν μένοι ἐπιπολῆς. Noſtrum locum cum Anacreontico comparavit *Martinus* in Var. Lect. II. 21. p. 47. — V. 5. Vulgo αἰδοῖ. Cod. Vat. ἀΐδοϊ. *Anonym.* Bibl. Bodl. ᾐοῖ tentavit; rectius *Joſ. Scalig.* in not. mſc. et *Huetius* p. 45. ἀΐδι. — V. 6. Κρῆσσαν. ut Minois contra te ſententiam excitem. Cf. *Agath.* Ep. LXXXVI. 5. 6.

*XXVIII.*

XXVIII. Vat. Cod. p. 133. ſq. I 595. W. Puellam fruſtra exſpectanti preſſum ex *Aſclepiad.* Ep. XIV. — νυμφίος. *Statyll. Flacc.* Ep. III. — ὑπὸ .... lucerna, cujus ellychnium deficit. *Heſych.* ὤκλασεν — ἐπὶ τῶν ἀπειρηκότων ἐν παντὶ πράγματι καὶ μηκέτι ἀντεχόντων. Hoc ſenſu *Muſaeus* v. 325. πολλὸν δέ οἱ ὤκλασεν ὁρμή. ubi vide *Heinrich.* p. 169. — V. 3. συνκατέσβεττο Vat. Cod. — §. 80. ] V. 5. ἕσπερος. Vide Ep. XXV. — „ἕσπερος ἤξειν. „ἐν membr. ubi ſcribae vitio ſcriptum ἦξειν." *Br.* Vulgò ἐλθεῖν. — V. 6. In marg. Wechel. ad φείδεται notatum κήδεται. Hoc *Grotius* expreſſiſſe videtur: *Non homines flocci, non facit illa Deos.*

XXIX. Vat. Cod. p. 134. Plan. p. 458. St. 595 W. Aqua a puella perfuſus vehementiore ſeſe amore inflammari ſenſit. — V. 1. χθιζὰ non bene conſpirat cum verbis v. 3. ἐς τρισσὴν ἀμφιλύκην, *ſub tertiam noctem* ſ. *tertia nocte.* Nam ſi heri illa poëtam perfuderat, nondum bini dies effluxerant. An χθιζὰ non tam ſtricte de heſterno tempore accipiendum, ſed pro πρώην eſt poſitum, fere ut in formula χθὲς καὶ πρώην; de qua vide laudata a V. Cl. *Doering* ad *Catull.* LXI. 37. *Grotius* priorem temporis ſignificationem in verſione praeteriit:

*Hermonaſſa, mero titubans dum limina ſervo*
*Ipſius, et vinctis floribus orno fores,*
*Me cyatho perfudit aquae: turbata repente,*
*Vixque ſibi trina reddita luce coma eſt.*

— V. 5. ἐφλέχθην. Simili acumine neſcio quis in Anth. Lat. III. 218. p. 650. *Me nive candenti petiit modo Julia: rebar Igne carere nivem, nix tamen ignis erat. Quid nive frigidius? Noſtrum tamen urere pectus Nix potuit manibus, Julia, miſſa tuis.* — V. 6. πῦρ γλυκερῶν στομάτων. *Philoſtr.* Epiſt. XXIII. p. 923. εἰ δὲ καὶ ἀποπίοις ποτε, πᾶν τὸ καταλειπόμενον γίνεται θερμότερον τῷ ἄσθματι, ἥδιον δὲ καὶ τοῦ νέκταρος.

XXX. Vat. Cod. p. 135. Plan. p. 459. St. 596. W. Nihil ſe fervidius quam Cleophantidis amplexus cupere. Vetuſtioris cujusdam poëtae, quam *Pauli Silentiarii*, hoc Epigramma eſſe ſuſpicabatur *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 297. ed. Bip. Sine cauſa idonea. Plura ſunt inter haec *Pauli* carmina, de quibus idem eodem jure ſuſpicari poſſis. — V. 1. φράζεο. Male hoc accepit *Opſopoeus*, quaſi *Paulus* puellam interroget, quanta in amore voluptas inſit. Hoc eſſet φράζε. At φράζεσθαι eſt *animadvertere*. Vide *Palmer.* Exercitt. p. 794. *Valcken.* ad *Theocrit.* Eid. II. 69. — V. 2. λαῦρον. Vulgo, ſolemni errore. — ἐπαιγίζων. Ep. ἀδεσπ. X. δισσοί με τρύχουσι καταιγίζοντες ἔρωτες. — V. 3. Nullum neque ferrum, neque timor, neque pudor eos ſejunxerit, cum mutuis amplexibus inhaerent. — *diducere amantes Non queat invitos Jupiter ipſe duos. Propert.* II. El. V. 28. — διακρινέει cl. editor dedit pro διακρίνει. Vide ad Ep. XXII. 2. Mihi nihil mutandum videtur. — βαλλομένοις vitioſe Vat. Cod. — πλέγματα. Vide Ep. VII. 14. — V. 5. Haec adumbrata ſunt ad dicta Mercurii in Odyſſ. Θ. 339. ſqq. unde *Lucianus* D. D. XVII. ἐγὼ μέν τοι, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐφθόνουν τῷ Ἄρει, μὴ μόνον μοιχεύσαντι τὴν καλλίστην θεόν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ᾽ αὐτῆς. *Ovidius* II. A. A. 385. narrato Vulcani dolo: *Hos aliquis ridens, In me, fortiſſime Mavors, Si tibi ſunt oneri, vincula transfer, ait.* Idem IV. Metam. 186. *illi jacuere ligati Turpiter, atque aliquis de Dîs non triſtibus optet Sic fieri turpis.* — V. 7. ἀγκὰς ἑλίξας. Ep. XII. 11. ἀγκὰς ἔχειν dixit *Theocrit.* Eid. VIII. 55. et fortaſſe *Bion* XV. 8. ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀγκὰς ἔχοισα — Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια. — V. 8. βουλόμενος vulgo et in Cod. Vat. βαλλόμενος recepit cl. editor ex *Brodaei* et Scholiaſtae conjectura. *Stephanus* ἄψεσιν ἰλλόμενος ſuſpicabatur. *Apollon. Rhod.* L. I. 129. κάπριον — δεσμοῖς ἰλλόμενον μεγάλων ἀπεθήκατο νώτων. De verbo ἴλλεσθαι disputavit *Valcken.* in

Adon. p. 250. ſq. — V. 9. In membr. Vat. δὴ in δεῖ correctum, ſive potius corruptum.

*XXXI.* Vat. Cod. p. 121. Plan. p. 454. St. 589. W. Furtivi amoris impatiens poëta, palam, licet cum vitae periculo, amare ſtatuit. Initium expreſſum ex *Straton.* Ep. XVI. — V. 1. ὑποκλέπτ. – φώριον. *Muſ.* 289. φιλότητος ὑποκλέπτοντες ἀνάγκην Κρυπταδίῃ τέρποντο μετ' ἀλλήλων Κυθερείῃ. — V. 3. λεκτέον. *Dicere, quo pereas, ſaepe in amore levat. Propert.* I. El. IX. 34. — V. 4. „Huic verſui, „quo non magis offendi debuiſſet monachi pudor, quam „aliis, quae ſervavit, Pauli amatoriis carminibus, alium „ſubſtituit ineptum.“ *Br.* Hunc ſcilicet:

δράσας ἢ ῥέξας ἐχθρὸς ἔρωτος ἀνήρ.

Genuinum Silentiarii noſtri verſum in verſione expreſſit *Grotius:*

*Cura fatenda palam eſt: et nobis dulcia ſi quis*
*Vincla ſoporiferi foederis impediat – –.*

— V. 6. ξυνόν. *mecum moriaris oportet. Hoc eodem ferro ſtillet uterque cruor. Propert.* II. El. VII. 87.

¶. 81.] *XXXII.* Vat. Cod. p. 123. Plan. p. 455. St. 591. W. Expreſſum carmen ex *Meleagr.* Ep. XXXVI. ſq. ubi notatis adde *Propertium* L. II. El. II. 1. *Qui nullam tibi dicebas jam poſſe nocere, Haeſiſti, cecidit ſpiritus ille tuus. Vix unum potes infelix requieſcere menſem, Et turpis de te jam liber alter erit.* — V. 1. ὑπὸ φρεσίν. Vat. Cod. quod revocandum. — V. 3. Hunc vſ. reſpiciens *Suidas:* ἀνέμβατος· δυσχερῶς δεχόμενος. T. I. p. 195. — V. 4. αὐχένα σοι κλίνω. *Vidi – Veneris vinclis ſubdere colla ſenem. Tibull.* I. El. II. 90. θρασὺν αὐχένα κάμψον ἀνικήτῳ Κυθερείῃ. *Nonn.* Dion. XXXV. p. 874. — V. 5. σοφὴν Παλλάδα. Similiter in Ep. ἀδεσπ. CXVI [b]. puella a lanificio ad vitam meretriciam transiens: εἶπεν Ἀθηναίῃ· τῶν Κύπριδος ἅψομαι ἔργων, Τὴν Πάριδος κατὰ σοῦ ψῆφον ἐνεγκαμένη.

*XXXIII.* Vat. Cod. p. 124. Planud. p. 456. St. 592. W. Tantalo ſe graviora pati poëta affirmat, ab amatae puellae amplexibus prohibitus. Cf. Ep. III. 4. 5. Nota paroemia de Ταντaλείοις τιμωρίαις. — V. 4. ῥοδέων. *Achill. Tat.* L. I. 4. p. 14. τὸ στόμα ῥόδων ἄνθος ἦν, ὅταν ἄρχηται τὸ ῥόδον ἀνοίγειν τῶν φύλλων τὰ χείλη. *Alciphr.* L. III. 1. τὰ χείλη, τὰ ῥόδα τῆς Ἀφροδίτης ἀποσυλήσας τῶν κόλπων, διήνθισται. — V. 5. ἀκριτόδακρυς. i. e. πολύδακρυς. Formatum vocabulum ad analogiam τοῦ ἀκριτόμυθος. ὁ πολύλογος. ὡς καὶ ἄκριτα φῦλα καὶ δυσδιάκριτα διὰ πληθισμόν. *Euſtath.* ad Il. p. 161. 40. ἀκριτόφυλλον. πολύφυλλον. σύνδενδρον. Il. β. 868. — ὑπερτέλλοντα πέτρον. Vide not. ad *Archilochi* Fr. XLIII. T. I. P. I. p. 176. ſq. et *Porſon.* V. Cl. ad *Euripid.* Oreſt. v. 6. p. 4. ſq. — V. 8. ἐκ δ' ὀλιγ. Et nunc vix vivo ſpiroque, et mox amoris flamina conſumtus peribo.

*XXXIV.* Vat. Cod. p. 129. Plan. p. 457. St. 593. W. Obſequitur poëta in hoc carmine praeceptis *Ovidii* L. II. A. A. 295. *Sed te, cuicunque eſt retinendae cura puellae, Attonitum forma fac putet eſſe ſua. Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus — Adſtiterit tunicata: Moves incendia, clama.* Similia dedit *Tibullus* IV. El. II. 9. *Seu ſolvit crines, fuſis decet eſſe capillis; Seu comſit, comtis eſt veneranda comis.* *Propert.* II. El. I. 5.

*Sive illam Cois fulgentem incedere totis,*
*Hoc totum e Coa veſte volumen erit.*
*Seu vidi ad frontem ſparſos errare capillos,*
*Gaudet laudatis ire ſuperba comis.*
*Sive lyrae carmen digitis percurrit eburnis*
*Miramur, faciles ut premat arte manus.*

— V. 1. laudat *Suidas* in κεκρύφαλοι T. II. p. 292. — V. 2. δείκελον. ἄγαλμα ἢ ὁμοίωμα. *Suid.* T. I. p. 529. qui h. v. laudat in πυργοφόρος T. III. p. 242. — V. 3. Vulgatum ξανθίσματι ex membr. Vat. emendatum. Compa-

vavit haec noviſſimus *Horatii* interpres ad IV. Od. IX. 13. *Non ſola comtos arſit adulteri Crines — Helene Lacaena.* *Ariſtoph.* Eccl. 950. πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων. — V. 4. laudat *Suidas* in ἐξισόβυσα T. I. p. 768. Mentem excuſſit pectori, ſive, ut *Catullus* loquitur, *miſero quod eripit Omnes ſenſus mihi.* LI. 6. *Archilochus* Fr. XXIV. ἔρως — πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε κλέψας ἐκ στηθέων ἁπαλὰς φρένας. Verbo ἐκσοβῆσαι ſic uſus eſt, quod plures viderunt, *Hermeſianax* Eleg. v. 91. ubi de Socrate:

> οὐδὲ βαθείης
> ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεσόβησ' ἀνίας,
> εἶκ' ἐς 'Ασπασίης πωλεύμενος.

Sic legendum ſuſpicor, ἐκ δὲ in οὐδὲ mutato: *Neque Socrates mentem, licet ſapientiae plenam, a lenioribus illis, quae amantes exagitant, curis liberare potuit.* Quid ſint ἀνίαι κουφότεραι, praeclare docuit *Ruhnk.* Ep. cr. p. 298. — Similiter *Panyaſis:* οἶνος — πάσας ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει. ap. *Athen.* L. II. p. 37. B. Vinum, ubi pectus intravit, τὰ καὶ κεκρυμμένα φαίνει Βυσσόθεν, ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον, ſecundum *Eratoſthenem* fr. 1. Frequentius in tali re veteres uſurparunt vocem ἐκπλήττειν et ἐκκρούειν. Vide *Intrpp. Thom. M.* p. 287. — V. 5. κατήορα, crines defluentes, non comtos, παρήορα. Conf. *Toupium* in Epiſt. cr. p. 43. ſq. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1082. πλόκαμοι ξυπόωντες ἀκοσμήτοιο καρήνου 'Αβρότεροι γεγάασιν, ὅτ' ἀπλεκέες καὶ ἀλῆται Χιονέῳ στιχόωσι παρήοροι ἀμφὶ προσώπῳ. Notanda forma τὸ βόστρυχον. Ep. XLI. 3. — V. 7. μορφὴν τριχθαλίην. triplicem hunc crinium ornatum. Ductus fortaſſe color ex *Meleagri* Ep. LXXXVI. ἐπεί σοι αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρεῖς ἔδοσαν χάριτας.

¶. 82.] XXXV. Vat. Cod. p. 139. Plan. p. 459. St. 596. W. Referendum hoc carmen, ut bene obſervatum in lemmate, ad Ep. *Agathiae* XXII. quod in membranis

praecedit. Cf. *Meleag.* XXXVI. XXXVII. — V. 1. ὀφρύας εἰς ἓν ἀγείρων. ὁ σκυθρωπός. *Themiſt.* Or. II. p. 27. A. τὸν μὲν ἐξογκούμενόν τε καὶ ἀγείροντα τὴν ὀφρύν. — Ceterum color, ut in *Nonni* Dion. XLII. p. 1086. ὢ μέγα θαῦμα· Παρθένον ἔτρεμε Βάκχος, ὃν ἔτρεμε φῦλα Γιγάντων, Γηγενέων ὀλετῆρα φόβος νίκησεν ἐρώτων. — V. 3. Qui ſe ſuperbia puellam ſubjugare poſſe putabat. ὑπέρβασις. ὕβρις. ὑπερηφανία. — ὑπερβασίης. ἀδικίας. ὑπερηφανίας. *Heſych.* — χαλέπτην. Vat. Cod. a pr. m. — V. 4. ἐκτὸς ἔβη. ut *Theognis* v. 946. γνώμης πολλὸν ἄρ' ἐκτὸς ἔβην. *Euripid.* Ion. 926. ἔξω δ' ἐγενόμην γνώμης ἐμῆς. Herc. fur. 771. δοκημάτων ἐκτὸς ἦλθεν ἐλπίς. — V. 6. ἔχοι. Vat. Cod. a pr. m. — V. 7. „αἶθες. Vat. membr. recte: cui oppo„nitur vſ. ſequ. σβέσσον." *Br.* Vulgo ἔσχες. Quamvis juſtas iraſcendi cauſas habeas, extingue tamen irae flammam, ne te Nemeſis, quae ſuperbis inſidiatur, corripiat. αἴθειν χόλον, verbo transitiva vi inſtructo, cum ſimilibus nuper explicuit cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 32. Ut hîc σβέσσον ἀγηνορίην, ſic Ep. ἀδεσπ. CLIX. δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν. Ep. CCCLXXXVI. αὐξομένην ἔσβεσεν εὐφροσύνην.

*XXXVI.* Vat. Cod. p. 139. Planud. p. 459. St. 597. W. Piſcem puellae mittit. Prior hujus carminis pars cum poſteriore non bene cohaeret. — V. 1. Conf. *Straton.* Ep. XLIV. — ἴχνος ἐρείσεις. ſi incedes, ambulabis. *Meleag.* Ep. XIX. ἐπὶ γαῖαν — ἴχνος ἐρειδόμενον. — V. 2. Inſigni varietate Vat. Cod. πτηνὸς Ἔρως πτηνὸν κεῖσέ με ὥστε φέρειν. in qua lectione aliud quid latet, quam quod *Planudes* extudit. Fortaſſe *Paulus* ſcripſerat:

πτηνὸς Ἔρως πτηνὸν κεῖσέ με, ἴσθι, φέρει.

— V. 3. ὀμόχροον. cujus tu colorem refers. — V. 4. πεζός. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. LXXX. p. 96. — V. 6. θαλασσαίη Παφίη. Venus *marina* ap. *Horat.* III. Od. XXVI. 5. *Nonn.* Dion. VI. 308. — V. 7. ἱμερόεντος ex Vat. Cod. pro ἱμερόεντι.

*XXXVII.* Vat. Cod. p. 122. Planud. p. 460. St. 597. W. In oculos invehitur, nimis carioſos pulchritudinis ſpeculatores. Conf. *Meleagr.* Ep. IV. et *Polyſtrati* Ep. I. — V. 1. Inepte exornata ſententia. κάλλεος ἀκρήτου. pulchritudinem incontinenter, haud ſecus ac merum, potantes. Similiter Ep. ἀδεσπ. XXV. ἄκρητον μανίην ἔπιον. *Plaut.* in Trucul. I. 1. 22. *Si ſemel amoris poculum accepit mere, Eaque intra pectus ſe penetravit potio.* κάλλος ἄκρατον fortaſſe ſcripſit *Themiſt.* Or. XIII. p. 168. D. ἀδελφοῦ δὲ βλάστην ἐρασμιωτέραν φύσαντος, ὃ μάτην ἔτι ἐμάστευον, αὐτίκα (ſic lego pro εἴ μοι δοίητε μαστεύειν, καὶ) ἐξεῦρον, καὶ ἰδοὺ ἔχω, καὶ ἰδοὺ προσορῶ τὸ κάλλος ἄκρατον (vulgo ἄγριον) καὶ λαμπρόν. — V. 3. ὅπου. Vulgo. — ἐν γαλήνῃ. cum amoris fluctus effugerim. Paſſim hac allegoria uſi ſunt veteres, nemo facile elegantius *Horatio* I. Od. V. 6–16. — V. 4. νηφάλιοι θυσίαι· ἐν αἷς οἶνος οὐ σπένδεται, ἀλλὰ ὕδωρ μελίκρατον. *Suid.* νηφάλια μειλίγματα appellabantur inprimis ſacra Furiis facta. *Aeſchyl.* Eum. 107. Verum aliis quoque diis et Veneri Uraniae ejusmodi fiebant ſacrificia, teſte *Polemone* ἐν τῷ πρὸς Τίμαιον ap. *Schol. Soph.* Oedip. Col. 100. *Paulus* ſe νηφάλια libaturum eſſe pollicetur, quando reſipuerit, priſtina Amoris ebrietate diſcuſſa. — Venus Μειλιχίη, placida, tempeſtatum moderatrix, templum habebat ad fretum Thracicum. — V. 5. καὶ κεῖθι. κεῖθι referendum ad τῆλε. Quod ſi fruſtra aufugero, nec in remotioribus terris liber fuero ab Amoris ſpiculis, vos, oculi, lacrymis expiabitis crimen. — ¶. 83.] V. 7. 8. laudat *Suidas* T. II. p. 725. ὀτλήσοντες, ὑπομενοῦντες. κακοπαθήσοντες. — ἔνδικον. Cf. not. ad *Meleagr.* p. 20. — V. 8. πυρὸς ἐργασίην. *Plato* Ep. VI. ὦ δειλοί, δι' ὅσης ἤλθετε πυρκαϊῆς.

*XXXVIII.* Vat. Cod. p. 123. Planud. p. 460. St. 597. W. Mulier inconſtantis animi ſe, uno viro non contentam, ab alio ad alium tranſire dicit. Epigramma inprimis elegans, quod ex antiquioris poëtae fontibus

derivatum eſſe, nullus equidem dubito. — V. 1. νόον. Sic illa ap. *Libanium* T. IV. p. 1044. 6. ἔτι περιπλεκομένη τὸν δεῖνα, τὸν πλησίον ἐθήρευον, ἀπέσκωπον (num καὶ ἴλλωπτον) τῷ γείτονι ψιθυρίζουσα. — V. 5. τὸν ἐν παλάμῃσιν ἀναίνομαι. Similiter *Callimach.* Ep. XI. χοὐμὸς Ἔρως τοιόσδε· τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν Οἶδε· τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρπέταται. — V. 7. ἀφνειὴν Κυθέρειαν. Male haec accepit *Brodaeus:* quia unus non facile meretricios ſumtus ſuſtinere poſſit. Agitur ſimpliciter de amantium multitudine, nullo ad eorum divitias reſpectu habito. πενίη οἰόγαμος, amantium paucitas; conditio mulieris μονολεχοῦς καὶ φιλάνδρου (*Plut* T. II. p. 57. D.), quae uno viro contenta eſt, ſive, ut *Plautus* loquitur in Moſtell. I. 3. 33. *unum amantem inſervit*, quod ille *matronae*, *non meretricium* eſſe ait.

XXXIX. Vat. Cod. p. 125. *Paulo* noſtro vindicat; in Planud. p. 461. St. 600. W. *Agathiae* inſcribitur. Cauſas poëta indicat, cur puellam nequeat relinquere. — V. 1. σώζεο. Vale tibi dicturus. — ἀνασειράζω. ἀνθέλκω. ἀνατρέπω. *Suid.* et iterum ἀναχαλινῶ. ἀνακόπτω. *Suid.* qui noſtrum verſum laudat T. I. p. 180. et iterum in ἄψ p. 406. — V. 3. δασπλῆτα διάστασιν. Tumorem Byzantini poëtae agnoſcis. δασπλῆς de rebus μεγάλων κακῶν ἀναπιμπλαμέναις interpretatur *Heſych.* ut de Orci faucibus in fr. *Simonidis* III. ubi v. not. p. 204. Noſtrum diſtichon laudans *Suid.* T. I. p. 510. δασπλῆτα, τὴν ἐπὶ κακῷ προσπελάζουσαν explicat. — V. 4. καταπτήσω. Vat. Cod. — V. 5. Satis haec inepta: Tua praeſentia diei ſimilis eſt: at dies mutus, tu ſuaviter facunda. — V. 7. Σειρῆνας — καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· καὶ τὸ λάλημα κεῖνο τὸ τῶν Σειρήνων γλυκύτερον. *Suid.* T. III. p. 304. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 33. p. 235. ed. *Wagn.* — V. 8. ἐλπίδες ἐκκρεμέες. *Qu. Maecius* Ep. I[a]. (T. III. p. 232. Anal.) οὐκέτι δ' ἡμεῖς Οἱ πάρος· ἀλλ' ἑτέρης ἐλπίδος ἐκκρέμαται. ubi vide not. T. II. P. II. p. 112.

*XL.* Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 176. St. 258. W. Bacchi ſacra celebraturus poëta, panem, carnem et piſces abeſſe jubet. Idem argumentum ſimili modo exornavit *Macedonius* Ep. XIX. — V. 1. σπείσαμεν et v. ſq. ἄσαμεν. Vat. Cod. Ibidem ἀνδροφόνων. Praeferenda vulgata ἀνδροφόνον φροντίδα. *verecundum Bacchum Sanguineis prohibete rixis. Horat.* I. Od. XXVII. 3. Cf. L. III. VIII. 13. ſqq. — V. 3. Cereris muneribus agricolam veſci decet: ἄλλοισι μελέτω Τριπτολέμοιο γέρα, Ἦχι βόες. *Macedon.* l. c. — μελαμπέπλου. μελάμπεπλοι Εὐμενίδες ſunt ap. *Antip. Sidon.* Ep. LXXVIII. ubi vide not. T. II. P. I. p. 73. — Περσεφόνης. Vat. Cod. a pr. man. — V. 5. γαυροφόνων. edd. quaedam antiquae. — αἱμαλέα fuiſſe videtur in Cod. Vat. — ¶. 84.] V. 7. ὀστέα γὰρ ν. Vat. Cod. vitioſe. ὀστέα νεπόδων ſunt ſpinae piſcium, edentibus periculum minantes; hinc illas faceſſere jubet ad eos, οἷς Ἀΐδης φίλτερος ἠελίου, qui ſe in manifeſtum vitae periculum conjicere non verentur. Junge: εἰξάτω χείλεσι φωτῶν, pro ἀπίτω πρὸς τὰ χείλεα τούτων, οἷς –. — V. 9. ἐστιν et v. ſq. ἐθέλει. Vat. Cod. — Vinum nobis pro cibo et potu eſt, neque ambroſiam deſideramus.

*XLI.* Vat. Cod. p. 154. Plan. p. 422. St. 557. W. Anaxagorae ad Laïdis limina comiſſantis verba. Illuſtribus nominis carmen ornare ſtuduit poëta; ne quis eum hiſtoriam quandam antiquitatis ſpectaſſe exiſtimet. — V. 1. Vivida ſane deſcriptio. Coronas discerptas, pocula fracta, faces ambuſtas et ſimilia juvenes comiſſantes ad meretricum januas relinquere ſolebant. διαπίλματα. In his irae et deſperationis ſignificatio. Caprarius ap. *Theocritum* Eid. III. 21. puellam flecti poſſe deſperans: τὸν στέφανον τιλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς. — V. 2. „κλαστά. exhibet Vat. membr. e correctione tamen; nam „primo ſcriptum fuerat πλακτά.“ *Br.* Vulgo πλαστά. Membranarum lectionem expreſſit *Grotius*: *Turbantiſque animum pocula fracta meri.* — V. 5. παρὰ περ-

θύρεις. Meretrix ap. *Ariſtaen.* II. 20. p. 104. ὅτε μὲν γὰρ αὐταὶ ποθεῖτε, ἀστρώτους καὶ χαμαιπετεῖς κοιμήσεις ἐπὶ θύραις ποιεῖσθε, καὶ λιπαρῶς ἱκετεύετε μόνου ῥήματος τυχεῖν ἀξιοῦντες. Amor ap. *Themiſt.* Or. XIII. p. 162. D. καὶ θυραυλῶν ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὑπαίθρῳ τὰ πολλὰ [κοιμώμενος]; hoc enim verbum mutilo loco addendum puto ex *Platon.* Conv. p. 293. D. — V. 7. οὐκ ἔπος. Color fortaſſe ductus ex *Theocrit.* Eid. XXIII. 6. πάντα δὲ κἂν μύθοισι καὶ ἐν προσόδοισιν ἀπειρὴς — Οὐ λόγος, οὐχὶ φίλαμα τὸ κουφίζον τὸν ἔρωτα. — V. 8. ὑβριστήν. ne verbum quidem, quamvis falſum et mendax, quod ſpem ſaltem excitare poſſet. — Difficilem acceſſum ad Laïdem fuiſſe omnes narrant. Unde *Epicrates* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. D. ὁππότ' ἦν νεοττὸς καὶ νέα Ὑπὸ τῶν στατήρων ἦν ἀπηγριωμένη, Εἶδες δ' ἂν αὐτῆς Φαρνάβαζον θᾶττον ἄν. Hinc fuerunt, qui de difficillimo ad hanc meretricem acceſſu interpretarentur proverbium, οὐ πάντος ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς, *non cuivis homini contingit adire Corinthum.* (*Horat.* I. Epiſt. XVII. 36.) Vide *Gellium* N. A. I. 8. Facete illud ad vitam paraſiticam transtulit *Nicolaus* in *Stobaei* Flor. XIV. p. 148. οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τράπεζαν ἔσθ' ὁ πλοῦς —, ubi obiter corrigendum: ἅπαντα κατατρίψαντες οὐδὲ νῦν ἔτι, pro πάντα, quo metrum evertitur. — V. 10. ἀστρέπτου Vat. Cod. a pr. man. et θηλυτέρης. utrumque habet *Suidas* in γυῖα T. I. p. 499.

*XLII.* Vat. Cod. p. 137. cum lemmate: Παυλ. Σιλ. ἀντίγραφον ἐπὶ τῇ αὐτῇ ὑποθέσει πρὸς τὸν φίλον Ἀγαθίαν. Praecedit ibi Ep. *Agathiae* XXV. quo ille ſe legibus a puellae conſuetudine prohiberi conqueritur. Reſpondet *Paulus*, verum amorem nullas ejusmodi leges curare. Plan. p. 464. St. 604. W. — V. 4. σοι omittit Vat. Cod. — V. 6. ὑμετέρης. Vide *Agath.* LXXIV. — V. 8. ἐννυχίου κύματος, undae noctu trajiciendae. — V. 9. θαμίζειν Vat. Cod. a man. ſec. — T. 85.] V. 11. Legibus Minerva praeeſt, amori Venus; utrique deae operari

nemo poteſt. In ἀνὴρ prior ſyllaba hoc loco producitur, eamque communem eſſe contendit *Valcken.* ad Phoen. p. 554. cujus ſententiam impugnat *Brunckius* ad *Soph.* Oedip. Col. 630. et 1486. Apud Atticos certe nunquam producitur. Vide *Porſon.* ad Phoen. v. 1670.

*XLIII.* Vat. Cod. p. 435. Plan. p. 36. St. 54. W. Legitur ap. *Stob.* T. LXI. 390. 53. Geſn. 259. Grot. ubi *Grotius* tertium diſtichon, tanquam peculiare carmen, a praecedentibus ſejunxit. — V. 1. Παφίη. Vat. Cod. — Nunquam pectus Veneri aperias eique ſedem ibi concedas. — Notabilis hic uſus verbi κοιλαίνειν, quem ex hoc uno loco cognitum habuit *Stephanus* in Theſ. Gr. L. — ἀντιτύπου κραδίης. a pectore firmiore, reſiſtente primo conatui. ἀντιτύπους ἀνθρώπους. σκληροὺς καὶ ἀνενδότους. μεταφορικῶς ἀπὸ τοῦ ἄκμονος καὶ τῆς σφύρας. *Suidas.* ἀντιτυπῆσαι. ἐναντιωθῆναι, ἀντειπεῖν. *Heſych.* *Plutarch.* T. II. p. 701. C. junxit τὸ ἀντίτυπον, δυσμετάβλητον καὶ τὸ ἀτέραμνον. — V. 2. In verbo ἀποθρώσκει continuatur metaphora: reſilit Amor a duriore pectore, ceu lapis lapidi illiſus. — V. 3. οἰστὸς emendavit *Caſaubon.* in not. mſc. quod minime probandum. — ὀλισθήεσσαν ἔχει φύσιν. *Muſ.* v. 94. ἀπ᾽ ὀφθαλμοῖο βολάων ἕλκος ὀλισθαίνει. καταῤῥεῖ in eadem ſententia dixit *Achilles Tat.* I. 4. p. 14. — φλεγεροῦ. Cod. Vat. De *igneis* amoris *ſagittis* exempla collegit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 204. — V. 5. ἐλπίδι μαχλάδι, (μαχάδι Vat. Cod.) blandienti et fallenti. Ad ſenſum facit *Alciphron* II. Ep. I. p. 71. ὀξύς ἐστιν ἔρως καὶ ἐλθεῖν καὶ ἀποπτῆναι· ἐλπίσας πτεροῦται, καὶ ἀπελπίσας ταχὺ πτεροῤῥυεῖν εἴωθεν ἀπογνωσθείς. Spes blandimentis ſuis animum demulcens dicitur σαίνειν et ὑποσαίνειν τὸν θυμόν, ut ap. *Aeſchyl.* Choëph. 192. σαίνομαι ὑπ᾽ ἐλπίδος· fortaſſe etiam in Agamemn. v. 101. ποτὲ δ᾽ ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ σαίνουσ᾽ ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ᾽ ἄπληστον —, quod mihi quidem vulgato φαίνουσ᾽ et elegantius et expeditius eſſe videtur. *Oppian.* Hal. I. 36. ἐλπὶς δ᾽ οὐ στιβαρὴ σαίνει φρένας.

Quantum malorum ſaepe ex ſpe, temere concepta, oriatur, indicavit *Antiphon* ap. *Stob.* in Flor. T. XX. p. 175. cujus paulo plura adſcribam verba, ut eorum emendationem proferam: καὶ ἐν μὲν τῷ γεγενῆσθαι οὐκ ἔνεστιν (fort. νοῦς οὐκ ἔ.), ἐν δὲ τῷ μέλλειν ἐνδέχεται γενέσθαι· ὅστις δὲ δράσειν μὲν οἴεται τοὺς πέλας κακῶς, πείσεσθαι δὲ οὔ, (vulgo δι' ἃ) οὐ σωφρονεῖ. ἐλπίδες δὲ οὐ πανταχοῦ ἀγαθόν, πολλοὺς γὰρ τοιαῦται ἐλπίδες κατέβαλον εἰς ἀνηκέστους συμφοράς. — γυιοκόρον. Cod. Vat. Vid. Ep. VII. 11. — V. 6. ὑποριπίζει. Vat. Cod. *Alciphr.* L. III. 47. τοσοῦτον ῥιπίζομαι ταῖς ἐλπίσιν. Mater filiam monens, ne amorem animo conceptum foveat, ap. Eund. L. III. 2. μὴ κατὰ σεαυτὴν ῥίπιζε τὸ κακόν.

*XLIV.* Vat. Cod. p. 170. Edidit hoc Epigramma *Kuſter.* ad *Suid.* in ἀθώπευτον T. I. p. 73. ubi ultimus verſus excitatur. Anthol. Reisk. nr. 445. p. 17. Venator apri, ad fluminis ripas excepti, exuvias Pani dedicat. — V. 1. „βοτρυίνων. ante Kuſterum Salmaſius „emendaverat pro βοτρύων. a βότρυς, βότρυος, βοτρύϊνος, „ut δρῦς, δρύϊνος; quae nota in codicis margine ſcripta „eſt, multoque hoc praeſtat Reiskii conjecturae ſcribentis εὐβοτρύων.“ *Br.* In vitioſa lectione βοτρύων cum cod. conſpirat *Suidas*, qui h. v. laudat in ἀκάμαντα T. I. p. 77. et iterum in λωβητῆρα T. II. p. 462. In marg. Lipſ. βοτρυέων notatur. — V. 2. *Suidas* in ἐνναέται T. I. p. 733. ubi ἐνναέτην legitur. (Delendum colon poſt ὑψικόμων in ed. Lipſ.) — δονάκων. In locis paluſtribus et arundinetis latere ſolent apri. *Apollon. Rhod.* L. II. 818.:

κεῖτο γὰρ εἰαμενῇ δονακώδεος ἐν ποταμοῖο
ψυχόμενος λαγόνας τε καὶ ἄσπετον ἰλύϊ νηδὺν
κάπριος ἀργιόδων, ὀλοὸν τέρας, ὅν ῥα καὶ αὐταὶ
Νύμφαι ἑλειονόμοι ὑπεδείδισαν· οὐδέ τις ἀνδρῶν
ᾔδει· οἶος δὲ κατὰ πλατὺ βόσκετο τῖφος.

— V. 3. ἀκμαῖσιν ὀδόντων. Ap. *Statium* XI. Theb. 530. aper *ſtrictis – erexit pectora ſetis; Igne tremunt oculi,*

*lunataque dentibus uncis Ora ſonant.* — V. 5. παρφαίνοντα χαίτας. Vide ad *Archiae* Ep. XII. T. II. P. I. p. 256. — V. 6. καὶ ἐκλιπόντα βάθος ὕλας. *Theocrit.* VIII. 49. ὦ βάθος ὕλας μύριον. — V. 7. „Scr. Ξεινόφιλος, ut in membranis ſcriptum eſt, teſte Salmaſio, cui tamen Ξεινόφιλος placuit. In lemmate etiam ἀνάθημα παρὰ Ξενοφίλου.“ *Br. Reiskius Salmaſii* emendationem exhibet. — Pro φηγῷ in marg. ap. Guy. et R. φηγοῦ emendatur.

*XLV.* Vat. Cod. p. 155. „Epigramma hoc, quo „caret Apogr. Buherianum, habeo ex Wechelianae „exemplari, quo uſus eſt Salmaſius, in cujus calce de„ſcriptum eſt cum quibusdam aliis viri magni manu. „Ediderat jam Erneſti in not. ad Callimachum p. 47.“ *Br.* Androclus, peritus venator, Apollini arcum dedicat. — V. 1. Ἄνδροκλος. Illuſtre nomen conditoris Epheſi, (vide ad *Antip. Sidon.* Ep. XXXVI. T. II. P. I. p. 42.) qualia *Paulus* Epigrammatis ſuis intexere ſolet. — ᾧ ἔπι. arcum, quo felicem venationem exercuit. — εὔσκοπον τύχην ἄγρας. Proprie ipſe venator εὔσκοπος. Ad arcum hoc epitheton transtulit *Aeſchyl.* in Choëph. 688. τόξοις πρόσωθεν εὐστόχοις χειρουμένη. Eodem ſenſu εὔστοχον πέτρον dixit *Euripid.* in Helen. 75. — V. 3. nunquam fruſtra (ἐπ' ἠλεμάτῳ ἐκηβολίῃ, i. e. ἠλεμάτως, μάτην) ſagitta nervum fugit. — V. 5. πανάγρετος. Vat. Cod. quod recte emendatum videtur; niſi forte fuit:

πανάγρέτις ἴσχε νευρά.

φιλαγρέτις Ἄρτεμις infra occurrit Ep. LXXII. — V. 7. Λύκτιον. Vide ad *Leonid. Alex.* Ep. XI. μείλιον. munus. Vide *Apollon. Rhod.* III. 135. 146. *Alberti* ad *Heſych.* v. ἐπιμείλια. — ἀμφιδέαι h. l. ſunt lamellae, arcus extrema ambientes et veſtientes. Circulos ſive annulos interpretatur *Caſaubon.* ad *Athen.* p. 323. 53.

¶. 86.] *XLVI.* Vat. Cod. p. 156. Plan. p. 442. St. 575. W. Lyſimachus, annorum onere gravatus, arma

cum baculo commutat illaque Marti dedicat. — V. 2. cum parte praeced. laudat *Suidas* in ἐγχεία T. I. p. 676. et iterum in χολάδων T. III. p. 677. — V. 3. *Suidas* in ἀλεξιβέλεμνον T. I. p. 106. χιτών, thorax, uſu Homerico. Il. β. 416. Ἑκτόρεον δὲ χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι. *Oppian.* Hal. II. 24. χάλκειοί τε περὶ μελέεσσι χιτῶνες. — V. 5. 6. laudat *Suidas* in βάκτρον T. I. p. 411. — Similiter *Macedon.* Ep. XXIV. ἀντὶ δὲ πλήκτρου Σκηπανίῳ τρομερὰς χεῖρας ἐρεισόμεθα.

*XLVII.* Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 434. St. 567. W. Teucer Arabs Pani leonis exuvias dedicat. — V. 2. ἀκροχανές. oris rictum late patentem ſignificat. — φοινῷ. Vat. Cod. Vulgo φονίῳ. Revocanda eſt membranarum lectio. *Homer.* Il. π. 159. πᾶσιν δὲ παρήϊον αἵματι φοινόν. φοινόν. πυῤῥόν. *Heſych.* — V. 3. 4. Laudatur hoc diſtichon a *Suida* in Ἀγρότας T. I. p. 39. et αἰγανέα (ἀκόντιον ὁλοσίδηρον) T. I. p. 640. denique in καὐτὴν T. II. p. 284. Falſam eſſe interpretationem vocis αἰγανέα, quam Lexicographus offert, ex hoc loco apparet. αἰγανέαι περιαγέες ſunt ap. *Meleagr.* Ep. CXV. Reddendum fortaſſe h. v. *Libanio* T. IV. p. 1020. ed. R. καὶ χεῖρες ἐν ἔργῳ· αἰγανέαι (vulgo γενναῖα) καὶ βέλη προσομιλοῦσι σώμασι κ. τ. λ. Pro ἀγρότιν haud ſcio an ἀγρέτιν ſit legendum. Cf. XLV. 5. — V. 5. Impreſſa haſtae dentium veſtigia. — V. 6. ᾧ ἔπι. Vat. Cod. (ſic ſaltem Ap. Goth.) „Vat. membr. Doriſmos in hoc carmine habet, 4. καὐτὰν ἀγρ. αἰγανέαν. „6. ᾇ ἔπι βρυχητάν. 7. χορείαν. 8. στᾶσαν. Sicne an altero modo ſcribatur, parum intereſt; ſed ab optimo „codice, cujus maxima debet eſſe auctoritas, nihil cauſae erat, cur diſcederem.“ *Br.* — βρυχητὰν χόλον. τὸ βρύχειν leoni proprium. Vid. *Euſtath.* ad Il. p. 912. 42. βρύχειν τοὺς ὀδόντας. *Thom. M.* p. 172. — V. 7. Νύμφαι. Ductum hoc videtur ex *Apollon. Rhod.* cujus verſus laudavi ad Ep. XLIV.

*XLVIII.* Vat. Cod. p. 150. Planud. p. 496. St. 570. W. Hiſtoria de certamine muſico, in quo cicada alteri certantium opem tulerat. Cf. Ep. ἀδεσπ. CLXXV. — V. 1. Λοκρικέ. Vat. Cod. Λυκωρεὺς vocatur Apollo ab urbe Lycorea. *Schol. Apoll. Rh.* IV. 1490. Λυκωρείοις Ἀπόλλωνος· ἀντὶ τοῦ Δελφικοῦ. οἱ γὰρ Δελφοὶ τὸ πρῶτον Λυκωρεῖς ἐκαλοῦντο. cum quibus comparanda ſunt, quae *Strabo* de antiquo Delphorum ſitu tradidit L. IX. p. 418. Cf. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Apoll. 19. p. 91. — V. 3. „Πάρθις. In Planudea Πάρθυς. Apud Suidam πάρθης legitur aut πάρθη. In Vat. cod. πάρθης et ſupra γρ. σπάρτας. Vera ſcriptura eſt Πάρθις; nomen e Παρθένιος derivatum. In alio, quo eadem fabula celebratur, carmine, infra p. 185. Πάρθις itidem repoſui, ubi Planudea habet Σπάρτις. Timaeus, e quo hiſtoriam hanc retulerunt Strabo p. 260. et Antigonus Car. c. 1. citharistarum alterum, cui patria Rhegium, Ariſtonem vocat, cum quo Eunomus Locrus contendit.“ *Br.* De ſcriptoribus, qui hanc fabulam narraverunt, et de nominum diverſitate vide *Niclaſium* et *Beckmannum* ad *Antig. Car.* c. I. p. 2. 4. *Kanne* ad *Cononis* Narr. V. p. 77. ſq. — V. 3. ἀγών. In certamine muſico, quod Delphis celebrabatur. Adſcribam narrationem *Clementis Alex.* in Protrept. p. 2. quae ad noſtrum carmen illuſtrandum inprimis facit: Πανήγυρις Ἑλληνικὴ ἐπὶ νεκρῷ δράκοντι συνεκροτεῖτο Πυθοῖ, ἐπιτάφιον ἑρπετοῦ ᾄδοντος Εὐνόμου· ὕμνος ἢ θρῆνος ὄφεως ἦν ἡ ᾠδή, οὐκ ἔχω λέγειν· ἀγὼν δὲ ἦν καὶ ἐκιθάριζεν ὥρᾳ καύματος Εὔνομος, ὁπηνίκα οἱ τέττιγες ὑπὸ τοῖς πετάλοις ᾖδον ἀνὰ τὰ ὄρη, θερόμενοι ἡλίῳ. — ῥήγνυται χορδὴ τῷ Λοκρῷ· ἐφίπταται ὁ τέττιξ τῷ ζυγῷ· ἐτερέτιζεν ὡς ἐπὶ κλάδῳ, τῷ ὀργάνῳ· καὶ τοῦ τέττιγος τῷ ᾄσματι ἁρμοσάμενος ὁ ᾠδός, τὴν λείπουσαν ἀνεπλήρωσε χορδήν· οὐκοῦν ᾠδῇ τῇ Εὐνόμου ἄγεται ὁ τέττιξ, ὡς ὁ μῦθος βούλεται, χαλκοῦν ἀναστήσας Πυθοῖ τὸν Εὔνομον, αὐτῇ τῇ κιθάρᾳ καὶ τὸν συναγωνιστὴν τοῦ Λοκροῦ. — V. 4. laudat *Suid.* in κρέκω T. II.

p. 372. ἤκρεξε. reſonuit; ſignific. neutra. — V. 5. τεθρηγυῖα. Vulgo et in Vat. Cod. Noſtrum eſt ap. Suidam, qui h. l. profert in ἀπεκόμπασε T. I. p. 252. Conf. not. ad *Agath.* Ep. LXVIII. Pro βραγχὸν (vide *Agath.* Ep. LXIX.) vett. *Suidae* edd. βρόχον et βρόγχον legunt. — ἀπεκόμπασε. Hoc verbum cum adjecto βραγχὸν ex vulgaribus lexicis laudans *H. Stephan.* in Theſ. T. II p. 371. D. loci in Anthologia non meminerat, ut apparet ex interpretatione, quae haeſitabundus addit. Ut κόμπος omnino graviorem ſtrepitum indicat, etiam ſine inſolentiae notione; ſic κομπάζειν eſt ſonitum edere, et ἀποκομπάζειν, cum ſonitu rumpi, diſſilire. — V. 6. ἁρμονίας. Vat. Cod. — μέλος. Per enallagen haec videntur explicanda: πρὶν σκάζειν ἁρμονίην μέλεος, niſi genitivum a σκάζειν (tanquam verbo *privandi*) pendere putandum eſt. Prius praefero. — ἁρμονίη εὔπους, εὔρυθμος. — V. 7. ὕπερ ἔζετο. Vat. Cod. et *Suidas* in ἁβρὸς T. I. p. 13. — φθόγγον ὑπῆλθε. ſubiit in locum chordae disruptae. ἐξεπλήρωσε τὸν φθόγγον dixit *Strabo* p. 260. — V. 9. 10. *Suidas* in λαλαγεῦσαν T. II. p. 411. Cicada vocem ad lyrae numeros accommodavit. Auctor Ep. ἀδεσπ. CLXXV. 11. πρὸς γὰρ ἐμὰν μελέταν ὁ μεσαμβρινὸς οὔρεσιν ᾠδὸς Τῆνο τὸ ποιμενικὸν φθέγμα μεθηρμόσατο. Haec loca ſi quis comparaverit cum verbis *Clementis* ſupra adſcriptis, facile in eam ſuſpicionem delabetur, ut corruptelam traxiſſe exiſtimet haec: καὶ τοῦ τέττιγος τῷ ᾄσματι ἁρμοσάμενος ὁ ᾠδός, τὴν λείπουσαν ἀνεπλήρωσε χορδήν· nam non Eunomus deficientem chordam implevit, ſed cicada; quam ab erudito Patre, cui hîc quoque poëtarum loca obverſabantur, ᾠδὸν appellatam eſſe, vix dubito. Aut delenda ſunt verba τοῦ τέττιγος, aut cum Εὐνόμου nomine permutanda; quo facto omnia optime procedent: Muſica cicada (ὁ ᾠδός) Eunomi ſeſe cantui accommodans, deficientem chordam adimplevit. Huic interpretationi favet quoque *Euſtath.* ad Dion. Periegeſ. v. 365. — ¶. 87.] V. 11.

Λητωΐς.

Λητώϊε. Vat. Cod. — τεῷ τέττιγι. Apollini ſacro, ob muſicam facultatem. Ipſum Apollinem, ſub cicadae ſpecie, Eunomum adjuviſſe affirmat *Julian.* Epiſt. XLI. p. 421. — V. 12. ὑπὲρ κιθάρας. *Strabo* l. c. ἐδείκνυτο δ' ἀνδριὰς ἐν τοῖς Λοκροῖς Εὐνόμου τοῦ Λοκροῦ τοῦ κιθαρῳδοῦ τέττιγα ἐπὶ τὴν κιθάραν καθήμενον ἔχων. Statua, quam Geographus Locris fuiſſe ait, Delphis poſitam tradit lemma Ep. ἀδεσπ. ſupra laudati. Hinc in utroque loco Eunomi ſtatuam fuiſſe ſuſpicatur Cl. *Kanne*, quia victoribus domi, et ubi certamina habita eſſent, iidem honores haberi ſolerent.

*XLIX.* Vat. Cod. p. 156. Plan. p. 442. St. 575. W. Nicagoras quidam ſcutum, multo uſu attritum, Jovi dedicat. — V. 1. *Suidas* in ὀμφαλὸς T. II. p. 694. ὀμφάλιον τρύφος. τὸ μεσαίτατον. — V. 3. ἰσάριθμος. Vat. Cod. Haec *Paulus* derivaſſe videtur ex *Mnaſalca* Ep. IV. in ſcutum: καίπερ τηλεβόλους ἰοὺς καὶ χερμάδι' αἰνὰ Μυρία καὶ δολιχὰς δεξαμένα κάμακας, Οὐδέποτε Κλείτοιο λιπεῖν περιμάκεα πᾶχυν φαμί. — χαλάζῃ. *Agathias* L. III. p. 97. ed. *Vulc.* in pugnae deſcriptione: εἴκασεν ἄν τις τὸ χρῆμα νιφετῷ μεγάλῳ ἢ χαλάζῃ πολλῇ ξὺν βιαίῳ πνεύματι καταῤῥαγείσῃ. — V. 5. χειρὶ μεναίχμου emendavit *Scaliger* in not. mſc. quod mihi vulgatae praeferendum non videtur. Sed fortaſſe recipienda Cod. Vat. lectio:

σώζετο Νικαγόρα.

— V. 7. Spartae legem circa illud ſcutum bene ſervatam dicit Nicagoras, reſpectu habito ad eam legem, quae ceteris Graecis cum Spartanis communis erat, ne quis ſcutum in pugna abjiceret. (Vide *Spanb.* ad Nubes 352.) *Paulus* fortaſſe cogitabat de Lacaenarum quarundam praeceptis, quibus filios impertirent, cum illis clypeum traderent. Vide *Plutarch.* Lacon. Inſt. T. II. p. 241. F.

*L.* Vat. Cod. p. 152. Planud. p. 445. St. 578. W. Scriba inſtrumenta artis Mercurio dedicat. Plura hujus

argumenti carmina illuſtravimus. Vide inprimis ad *Phan.* Ep. III. T. II. P. I. p. 161. *Philipp.* Ep. XVII. *Jul. Aeg.* Ep. X. *Damocharis* Ep. II. — V. 1. laudat *Suidas* in γυρὸς T. I. p. 504. — V. 2. ἀκόνην τρηχ. pumicem, quo calamus acuebatur. — V. 3. μεσσοσχιδέων. Vet. Cod. — δονακήων a δονακεύς, quam formam ex *Homero* (Il. σ. 576.) profert *Heſychius* in δονακῆα. — V. 4. ταμίης. Vat. Cod. — V. 6. γλυφίδες καλάμων, ipſum eſt calami roſtrum, atramento imbutum. Proprie hoc vocabulum de ſagittarum crenis uſurpari conſtat. Vide *Schol. Homer.* Il. δ. 122. Cultellus, quo fiſſurae fiunt, γλυπτὴρ appellatur ap. *Julian. Aeg.* Ep. XI. Non igitur accedo *Salmaſio*, qui γλυπτῆρα et γλυφίδα nihil inter ſe differre pronuntiat ad *Solin.* p. 735. A. — V. 8. ῥυσόν. Vat. Cod. Poſtrema haec verba ſic vertit *Grotius*: *cui gravis aetas Rugoſa texit lumina pellicula*; de cataracta, ut videtur, cogitans. Huic interpretationi ſavent Epigrammata, quae in eodem argumento verſantur. Ex ipſis tamen poëtae verbis hic ſenſus emergit: palpebram, ut in ſenibus fieri ſolet, deſcendentem oculos tantum non texiſſe eosque obumbraſſe.

*LI.* Vat. Cod. p. 152. Plan. p. 445. St. 587. W. *Paulo* hoc carmen vindicant membranae; vulgo ſine auctoris nomine proſtat. — V. 1. μόλυβδον. Vat. Cod. — V. 2. regulam radit plumbum, dum eam ſequitur. — V. 3. *Suidas* in χάλυβες T. III. p. 852. — V. 5. 6. *Suidas* in ἀκριβέες T. II. p. 676. — ¶. 88.] V. 7. 8. Τρίτωνος. Ποσειδῶνος. Θαλάσσης. *Suid.* T. III. p. 507. ubi totum diſtichon excitatur. Spongia ſcribae utebantur ad delenda, quae perperam ſcripta eſſent. Hinc *ſpongiam deletilem* vocat *Varro* ap. *Non.* II. 212. et Auguſtus Ajacem ſuum *in ſpongiam incubuiſſe* facete dictitabat, teſte *Sueton.* V. Aug. c. 85. Proverbium eodem referendum, *Spongia medebitur*, illuſtravit *Rader.* ad *Martial.* IV. Ep. X. Utebantur ad hanc rem ſpongiis

marinis, unde Ep. ſq. σπόγγον, ἁλὸς βλάστημα, χυτῆς λειμῶνα θαλάσσης. Has Tritonem ſibi ſubſternere ait Noſter. Ad ſimilem poëtae cujusdam imaginem reſpicere videtur *Alciphron* in loco obſcuro et depravato L. I. Ep. II. σπόγγους ἡμῖν ἐπέταττε καὶ τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἔρια, ἃ φύεται ἐπιεικῶς ἐν Εὐρυνόμης ΕΙϹ ΛΗΜΝΟΝ. Depravationem in poſtremis verbis ineſſe, mihi perſuaſum habeo. Putabam: ἐν Εὐρυνόμης λειμῶνι — quibus verbis maris fundus ſignificari potuit, Eurynomae Nymphae ſacer, ſicuti diis ſuperis ſacra erant prata, ut Ἥρας, Ἀρτέμιδος λειμὼν, et alia paſſim. Sed ſortaſſe tutius fuerit, ejusmodi locum prorſus non attigiſſe. De ſpongiis marinis, (πόντια ῥάκη eas, ex poëta procul dubio, appellat *Heſychius*,) et de urinatoribus, qui eas ex mari protrahebant, σπογγοκολυμβηταί, σπογγοτόμοι appellantur, vide *Oppian.* V. Hal. 612. ſqq. et *Schneiderum* in Eclog. Phyſ. T. II. p. 59. ſqq. — V. 8. ἀκεστορίης. Vat. Cod. a pr. m. — V. 9. πολύωπα. vaſculum perforatum, quod, praeter atramentum, etiam ad calamos aliaque inſtrumenta tenenda ſerviebat. — V. 11. Junge χεῖρα, ὑπὸ γήρως τρομερὴν, ὄκνῳ καθαρμόζων. manui prae ſenio trepidae poſt diuturnos labores otium conceſſit.

*LII.* Vat. Cod. p. 153. *Paulo* etiam hoc Epigr. inſcribit, quod in Plan. p. 446. St. 578. W. ἄδηλον eſt. — V. 2. ἁρμονίῃ. Vat. Cod. Linea, quam plumbum deſignat, literarum ordines tanquam fundamento nituntur. — V. 3. μολύβδου. Vat. Cod. — V. 4. τρητή· τετρημένη· ὀπὰς ἔχουσα. Καὶ λιθ. etc. τὴν κίσσηριν λέγει. *Suid.* T. III. p. 499. — V. 7. σπόγγον. Mire ſpongia, quae in fundo maris quaſi prata efficit, ipſa vocatur λειμών. — V. 10. Vulgo κεκμηκώς, quod etiam *Suidas* tuetur v. T. II. p. 290. ubi φιλομήδεσιν et παλάμας legitur. — Vide *Damochar.* Ep. II. 9.

*LIII.* Vat. Cod. p. 156. *Paulo* vindicat; in Planud. p. 441. St. 574. W. eſt ἀδέσποτον. In Cod. *Bandini*

p. 102. inſcribitur Ἀνύτης, mero errore; nam ſequitur Epigr. *Anytes*, cui in eodem Cod. adſcriptum ἀδέσποτον. Verborum in hoc diſticho ſenſus ſatis eſt perſpicuus, acumen nondum ſatis aſſequor. Meniſcus Pani fiſtulam dedicat: hic ſe illud munus accepturum eſſe negat, quod arundines (Syrinx) ipſum amoris flamma incenderint. Memoriam priſtini amoris igitur deus refugit. Ad poſtrema verba *Brodaeus* adſcripſit: *fiſtularum amorem depoſui;* quae ſi pro verſione dedit, peſſima ſunt; ſed eum conſequentiam potius eorum, quae poëta dixit, voluiſſe puto. ἐπεσπασάμην dictum eſt, ut ap. *Pallad.* Ep. XVI. πολλῶν γὰρ μωρῶν ἔχθραν ἐπεσπασάμην. et ap. *Antip. Theſſ.* Ep. LII. ubi puella τὴν Ἕλλης μοῖραν ἐπεσπάσατο.

*LIV.* In primis paginis poſt titulum Vat. Cod. Plan. p. 349. St. 488. W. — V. 1. μόλις. Eximiam tuam pulchritudinem vix tandem, magno cum labore, expreſſit pictor. Cf. Ep. LIX. 1. — V. 2. προσώπου. κάλλους. et pulchritudine tua et arte aeque delectaremur.

¶. 89.] *LV.* Vat. Cod. eodem loco, quo praecedens, cum lemmate: Εἰς εἰκόνα Μαρίης τῆς κιθαρῳδοῦ. Plan. p. 349. St. 488. W. In imagine, quae hoc Epigr. deſcribitur, Maria tenebat citharam et plectrum. Hinc acumen petivit auctor ſatis ineptum, cum eam amoris πλῆκτρον tenere dicit. Solent autem rei muſicae vocabula ad rem amatoriam aliaque ingenioſe traduci, ut ap. *Straton.* Ep. XXIX. et *Lucillium* Ep. XVIII. Facetus in hoc genere locus eſt *Machaonis* ap. *Athen.* VIII. p. 346. A. B. ubi coquus, artem ſuam commendans, comparationibus e muſica petitis utitur. Adſcribam eum, ut mihi emendandus videtur:

Ὀψοφάγος εἰμί· τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς τέχνης
Θεμέλιος ἡμῖν· προσπεπονθέναι τι δεῖ
τὸν μὴ τὰ προστεθέντα λυμανούμενον·
πεφροντικὼς αὐτοῦ γὰρ οὐκ ἔσται κακός.

ἔπειτ᾽ ἐὰν ᾖ καθαρὰ ταἰσθητήρια,
οὐκ ἂν διαμάρτοις· ὄψε καὶ γεύου πυκνά.
ἅλας οὐκ ἔχει· προσένεγκ᾽, ἔτ᾽ ἐπιδεῖταί τινος·
πάλιν τε γεύου, συμμετρίαν ὡς ἁρμόσῃ·
ὥσπερ λύραν ἐπίτειν᾽ ἀεί γ᾽, ἔσθ᾽ ἡδὺς ᾖ.
εἶθ᾽ ὁπόταν ἤδη πάντα συμφωνεῖν δοκῇ,
εἴσαγε διὰ πασῶν Νικολαΐδας Μυκονίους.

Is, qui loquitur, ſe ipſum guloſum eſſe et helluonem fatetur, idque ad artem coquinariam probe exercendam inprimis neceſſarium eſſe contendit. Nam niſi coquus amore quodam ciborum, quos paret, affectus ſit, vix fieri poſſe, quin eos perdat; qui autem ſui rationem habeat (τεφροντικὼς ἑαυτοῦ), illum non malum coquum fore. Reliqua interpretatione non egent. Civitatem cum lyra comparat *Diotogenes* ap. *Stob.* T. XLVI. p. 331. 2. ubi ſcribendum: ὅθεν ὡς λύραν καὶ πόλιν εὐνομουμένην δεῖ συνηρμόσασθαι βασιλέα, ὅρον δικαιότατον καὶ νόμω τάξιν ἐν αὐτῷ πρᾶτον καταστησόμενον. — V. 3. ἄγναπτον. marg. Vat. Cod. οἶσπ ἀγν. Vulgo, nec hoc male. ᾧ δ᾽ ἐπινεύσει. cui illa faverit, haud minus ille beatus erit Anchiſe et Adonide. Ut hîc Maria Veneri aequiparatur, cujus amore Adonis fruebatur, ſic juvenes eximie amati et formoſi Adonides appellabantur. *Alciphron* L. I. Ep. XXXIX. σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες – et paulo infra: ὅπως δ᾽ ἥξεις φέρουσα κήτιον καὶ κοράλλιον καὶ τὸν σὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις· in quibus verbis vehementer exercuerunt interpretes vocabula κήτιον καὶ κοράλλιον. In praecedentibus meretrix ſcripſerat, amicam quandam ſuam Adonia celebraturam eſſe: τὸν γὰρ τῆς Ἀφροδίτης ἐρώμενον ἡ Θεττάλη στέλλει. et diſertius: τοῖς Ἀδωνίοις (ſic enim cum *Pierſono* legendum pro Ἁλώοις) ἑστιώμεθα παρὰ τῷ Θεττάλης ἐραστῇ. Hinc corrupto loco lux videtur affulgere. Scripſerim equidem: Add 98.
φέρουσα κήτιον καὶ κεράμιον. *Hortulum et teſtam* illam afferre jubet, quorum in Adoniis uſus erat. *Plutarch.* de

S. N. V. p. 67. ed. *Wytt.* ὥσπερ αἱ τοὺς Ἀδώνιδος κήπους ἐπ᾽ ὀστράκοις τισὶ τιθηνούμεναι καὶ θεραπεύουσαι γυναῖκες. ubi vide cl. *Wyttenbach.* p. 79. Recte autem κήπιον, ut in *Arriani* Diſſ. IV. 8. p. 642. ἀτελές ἐστιν ἐκ κηπίου Ἀδωνικοῦ. Κεράμιον idem, quod ὄστρακον ſive ὀστράκιον, quod haud ſcio an reſtituendum ſit *Philoſtrato* in V. Apoll. VII. 32. p. 311. ἡ δὲ αὐλὴ ἀνθέων ἐτεθήλει κήποις, οὓς Ἀδώνιδι Ἀσσύριοι ποιοῦνται ὑπὲρ ὀστρακίων. Vulgo ὀργίων. Huic correctioni favet *Julian.* in Caeſar. p. 329. C. ubi Silenus Conſtantino roganti, quid ſint κῆποι Ἀδώνιδος, reſpondet: αἱ γυναῖκες τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀνδρὶ φυτεύουσιν ὀστρακίοις ἐπαμησάμεναι γῆν λαχανίαν. Ne quis autem κεράμια in hac re tanquam inuſitatum repudiet, conferat *Zenob.* in Proverb. Cent. I. 49. p. 17. οἱ κῆποι τοῦ Ἀδώνιδος εἰς ἀγγεῖα κεραμεῖα σπειρόμενοι· unde reſtituendum mutilum Scholion ad *Theocr.* Eid. XV. 112. εἰώθασι γὰρ ἐν τοῖς Ἀδωνίοις πυροὺς καὶ κριθὰς σπείρειν ἔν τισι κεραμείοις ἀγγείοις, ubi vulgo τισι προαστείοις legitur. Hanc vocem in ἀγγείοις mutabat, deleta ſyllaba προ, *Valcken.* ad Adon. p. 396. B.

*LVI.* Vat. Cod. p. 483. Planud. p. 382. St. 520. W. In ſolarium ex aqua, de quibus vide *Erneſt.* in Opuſc. phil. T. II. p. 26. ſqq. et ad *Antiphili* Ep. XVII. T. II. P. II. p. 50. — V. 1. Vitioſe expreſſum Φαετοντίδος pro Φαεθοντίδος. — V. 2. ἀμφιδυοδεκ. junctim Ed. pr. δύο. Ald. 1. δωδεκάδι. Vat. Cod. Diem, i. e. temporis ſpatium ab ortu ſolis usque ad occaſum, ap. veteres in duodecim horas diviſum. Cui inſtituto quomodo horologia accommodata fuerint, docuit *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 449. et *Erneſtus* de Solariis in Opuſc. l. c. — V. 4. ἐς πόλον. mentis vim e terra ad coelum extollunt. Haud ſcio, an *Paulus* ad mentem humanam transferre voluerit illud Homericum de Eride Il. δ. 443. οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

*LVII.* Vat. Cod. p. 492. Plan. p. 77. St. 112. W. Argumentum a multis tractatum. Cf. *Leonid. Tar.* Ep. LVII. — V. 1. μεμυκότα κόλπον. Ver maris ſinum Zephyris pandit. μεμυκότα per prolepſin. Expreſſit noſter *Satyr. Thyill.* Ep. V. ἤδη μὲν λειμῶνες ὑπὲρ πετάλων ἐχέαντο Ἄνθεα, καὶ τρηχὺς σῖγα μέμυκε πόρος. — V. 2. Pro εἴαρος Vat. Cod. ἴλλος. et in marg. αἰ. Veram lectionem ſervavit Planudea. εὐλείμων χάρις, ob pratorum, vernis floribus pictorum, amoenitatem. — V. 2. κυλίνδροις. Nihil his ſimilius loco *Horatii*, quem comparavit *Mitſcherlich.* I. Carm. IV. init. *Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni, Trahuntque ſiccas machinae carinas.* — V. 4. ἀπ' eſt in Vat. Cod. et in omnibus edd. ante Steph. idque revocat *Huetius* p. 10. — V. 6. ἐς φόρτον, ad merces commutandas. Hoc negotium cum placidum ſit et jucundum, πρηῢ vocatur. — V. 7. Cauſam Priapus affert, cur nautis ſit propitius. Gratiam ſe Thetidi referre, quod Bacchum, patrem ſuum, in fuga receperit. Vide *Homer.* Il. ζ. 130. Priapum Dionyſi filium eſſe, plures tradiderunt. *Pauſan.* L. IX. 31. p. 771. *Schol. Theocrit.* Eid. I. 21.

*LVIII.* Planud. p. 296. St. 436. W. In eandem fortaſſe Bacchae ſtatuam Ep. ἀδεσπ. CCLXXVIII. Color ductus ex *Simonid.* Ep. LXXXI. ubi Scopas Baccham ἐκμῆναι dicitur. — ἐγκατέμιξε. *Calliſtrat.* Stat. II. p. 892. in deſcriptione Bacchae: ὅσα φέρει μανίας οἰστρῶσα ψυχή, τοσαῦτα πάθους διέλαμπε τὰ τεκμήρια ὑπὸ τῆς τέχνης, ἀῤῥήτῳ λόγῳ κραθέντα.

¶. 90.] *LIX.* Planud. p. 300. St. 440. W. Epigramma in eandem puellam legitur inter ἀδεσπ. CCCLII. quod etiam *Pauli* noſtri eſſe ſuſpicor. — V. 1. μόλις, ut Ep. LIV. 1. — οὔτε χαίτην. velamento enim capilli tecti erant, ut ex altero Epigrammate apparet. — V. 3. Scr. Φαεθοντίδα.

*LX.* Planud. p. 313. St. 453. W. In Cynegirum. Vide ad *Longini* Ep. II. T. II. P. II. p. 110. — V. 1. κορύμβου. *Herodotus* in narratione hujus facinoris L. VI. 114. p. 491. ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηὸς, τὴν χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκεϊ. Pro ἀπορνυμένης *Joſ. Scaliger* in not. mſc. tentabat μαρναμένας· fortaſſe quod ſupervacaneum putabat, bis moneri, navem illam fugituram fuiſſe. Sed talia in hisce poëtis nos magnopere movere non debent. — V. 4. εὔναια. αἱ ἄγκυραι. ἀπὸ τοῦ εὐνάζεσθαι αὐτάς. *Heſych.* quum navis aufugiens tuis manibus haud aliter atque anchorâ teneretur. Vulgo σᾶς παλάμας, quod ab ἀπὸ pendens fortaſſe immutari non debebat. Saepe enim fieri ſolet, ut praepoſitio, alteri membro inſerta, vim ſuam in vocabulum prioris enuntiationis exerceat. Vide *Valcken.* in *Callimachi* Fr. p. 178. ſq. *Bentlej.* ad *Horat.* III. Od. XXV. 3. — V. 6. ὠμάρτευν. Simili acumine *Himer.* Or. II. 21. p. 402. Ὁ δὲ τοῖς φεύγουσιν ἐπιδραμὼν εἰς τὴν θάλασσαν, Φοινίσσης νεὼς λαμβάνεται, κρείττονα δεξιὰν ἔχειν τριήρους ὅλης οἰόμενος. Δείσαντες δὲ ὑπὲρ τῆς τριήρους οἱ βάρβαροι, μὴ δεξιᾶς Ἀττικῆς γένηται λάφυρον, πελέκει τὴν χεῖρα μερίζουσιν. Ὁ δὲ πληγεὶς ἔκειτο, τῆς μὲν χειρὸς ἀφαιρεθεὶς, τῆς δὲ τριήρους ἐχόμενος.

*LXI.* Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 347. St. 486. W. In hortos palatii Juſtinianei ſcriptum videtur, ut et ſq. Epigr. Vide ad *Agath.* Ep. XLVI. — V. 1. ἄπλωτα. Vulgo et in Vat. Cod. Antitheſeos leges prorſus contrarium requirere intellexit *Brodaeus*, cujus emendationem, a *Brunckio* receptam, expreſſit *Grotius:*

*Tellurem vada ſalſa lavant, dorſoque madente*
*Aequoreas ſilvas pervia portat humus.*

θαλασσαῖα ἄλσεα, ſilvae inter medias undas ſatae, ex ipſis quaſi fluctibus emergentes. *Nemora alta citatis Incubuere vadis, fallax reſponſat imago Frondibus, et longas eadem fugit umbra per undas.* *Statius* I. Sylv. III. 17. —

V. 4. Ναϊάδων. Naïadum ſontibus dulcis aquae. Νηρεΐδων. ipſum mare, quo horti alluebantur. *Agathias* l. c. ἐνθάδε γὰρ Νύμφαι δενδρίτιδες, αἵ τ' ἐπὶ πόντῳ Νηρεΐδες ξυνὴν θέντο συνηλυσίην. Cf. *Leonid. Tar.* Ep. XCIV. 4.

*LXII.* Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 347. St. 486. W. — V. 1. ἔπλετο χ. Vulgo. — V. 2. „Corrupte vulgo „legitur νηϊάδες, ἀδρυάδες, aut, ut in Florentina, ἀδριάδες." *Br.* In Vat. membr. νηρεῖς ἀδρυάδες. Quam lect. profert *Dorvill.* ad *Charit.* p. 181. *Brunckius* recepit conjecturam *Huetii* p. 33. cui calculum adjecit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 163. Νύμφας Δρυάδας et Ναΐδας junxit *Alciphron* L. III. Ep. XI. ubi vide *Bergler. Statius* I. Sylv. III. 62. *forſan vel lubrica Naïs, Vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.*

¶. 91.] *LXIII.* Vat. Cod. p. 462. Plan. p. 353. St. 492. W. Argumentum indicat lemma. Iisdem plerumque balneis et viros et mulieres uſos fuiſſe, apparet ex *Clem. Alex.* Protr. III. 5. p. 272. κοινὰ δὲ ἀνέῳκται ἀνδράσιν ὁμοῦ καὶ γυναιξὶν τὰ βαλανεῖα· κἀντεῦθεν ἐπὶ τὴν ἀκρασίαν ἀποδύονται· (*ad intemperantiam ſeſe parant*) ἐκ τοῦ γὰρ εἰσορᾷν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾷν. — αἱ δὲ μὴ ἐς τοσοῦτον ἀπερυθριάσασαι, τοὺς μὲν ὀθνείους ἀποκλείουσιν, ἰδίοις δὲ οἰκέταις συλλούονται καὶ δούλοις ἀποδύονται γυμναί. Non multum itaque *Hadriani* lex, quae λούεσθαι χωρὶς ἀλλήλων προσέταξεν, (*Dio Caſſ.* LXIX. 8. T. II. p. 1156. ubi vide *Reimarum*) valuiſſe videtur ad tollendam illam conſuetudinem. Cf. *Caſaub.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 174. — V. 2. ἦρξε. Vat. Cod. — τὴν μεγάλην ὀλίγῃ. In talibus ὀλίγος ponitur pro μικρός, ut paſſim obſervatum eſt. Hinc haud ſcio, an ſcribendum ſit ap. *Liban.* Decl. T. IV. p. 203. ed. R. καὶ ἀξιῶ γε κερδαίνειν οὐκ ἀπὸ τῶν μεγάλων (vulgo τῶν ἄλλων) μόνων, ἀλλὰ καὶ ῥόδων ὀλίγων καὶ ἴων καὶ κρίνων — certe ὀλίγων non cum *Reiskio* delendum eſt. — V. 3. ποθοβλήτοις ἐπ' ἔργοις. in iis, quae ad amorem ſpectant.

*LXIV.* Vat. Cod. p. 466. Plan. p. 358. St. 498. W. Altam ſuiſſe domum, quam hoc carmen illuſtrat, lemmatis auctori credere debemus; ex ipſis verſibus hoc tantum emergit, illam domum in ora maris, fortaſſe in procurrente litoris tractu, exſtructam fuiſſe, ita ut a tribus partibus proſpectum in mare haberet. — V. 2. ἰμχτίῳ. Vat. Cod. — V. 3. Ἠὼς ipſa dies eſſe videtur, quam, illius domus adſpectu captam, diu circa illam morari dicit.

*LXV.* Vat. Cod. p. 468. Plan. p. 360. St. 499. W. Conf. not. ad *Theaeteti Schol.* Ep. V. T. II. P. III. p. 407. — V. 1. Juſtinus, univerſum terrarum orbem a ſordibus purgans, etiam Juſtitiae templum novo ſplendore illuſtravit. Uſus eſt ad eam rem Domnini opera, qui noctem et tenebras (κατηφέα νύκτα) inde dispuliſſe dicitur. In v. 3. puſilla menda haerere videtur. Scribendum enim:

σοῖς δὲ πόνοις, Δομνῖνε, κατηφέα νύκτα διώκει.

ut haec omnia ad Juſtinum referantur. Levem hanc mutationem ad carminis elegantiam reſtituendam prorſus neceſſariam eſſe cenſeo. — V. 4. In not. ad Ep. LXXV. *Brunckius* dubium non eſſe ſcribit, quin h. l. corrigendum ſit: ἐκ Θέμιδος μεγάρων, ἐκ μερόπων βιοτῆς. Sic certe gratior ſonus. Sed optimis quoque poëtis rhythmicos verſus excidiſſe multis exemplis conſtat, qualia collegit *Caſaub.* ad *Perſii* Sat. I. p. 78. ſq. *Burmann.* ad Anth. L. T. II. p. 250.

*LXVI.* Vat. Cod. p. 480. Plan. p. 377. St. 515. W. Conf. ad *Agathiae* Ep. LXXIII. — ¶. 92.] V. 3. Homines amplector eosque a muſcarum morſibus defendo. τέχνη. ipſum conopeum. — V. 5. ἀβρῶτα. ſine vulneribus. Notanda haec forma. — Sequ. vſ. conopeum cum muro urbem muniente comparatur. Cf. ad *Agath.* Ep. VIII. 3. — V. 8. ἄγω. παρέχω. — De μυιοσόβος vide

not. ad *Ammiani* Ep. XXI. T. II. P. III. p. 144. — Servis muſcarum abigendarum operam adimo. ἀτμενίη h. l. negotium moleſtum, qualia ſervis imponi ſolent. ἀτμεύειν ap. *Nicandr.* Alex. 172. δουλεύειν. ὑποκεῖσθαι. ἀτμένες γὰρ οἱ δοῦλοι. Cf. *Euſtath.* ad Od. p. 531. 1. Noſtrum locum attigit, ubi de diſcrimine inter δουλείαν, λατρείαν et ἀτμενίαν diſputat, *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 100. et *Toup.* in Em. ad Heſych. T. III. p. 63.

*LXVII.* Vat. Cod. p. 480. ſq. Planud. l. c. — V. 1. καλλιγ. λέκτρ. Toro geniali et uſus et ornamenti cauſa conopeum circumdatum eſſe videtur. — V. 2. οὐ Φοίβης. quia non ad feras venandas adhibebatur. Παφίης. quia amantes tegit. Ad platanum *Thallus Mil.* Ep. IV. χλωρὰ δ' ἀπὸ σεῖο φυλλὰς ἀεὶ κεύθοι τοὺς Παφίης ἑτάρους, ſive, ut mihi quidem perſuadeo legendum eſſe, ὀάρους.

*LXVIII.* Vat. Cod. p. 481. hoc et ſequentia duo carmina refert ad *Agathiam.* In Planud. p. 377. St. 516. W. praecedit Epigr. *Agathiae* LXXIII. cum lemmate: ἄδηλον. Tum noſtro praefixa verba: τοῦ αὐτοῦ εἰς τάβλαν. unde apparet, illud ἄδ. (ſic enim ſcribebatur in Codd. pro ἄδηλον) ex ἀγ. (ἀγαθίου) depravatum eſſe. Haec igitur in nova Anthologiae editione ſuo auctori reddentur. Clariſſimum verſionis Grotianae editorem *Brunckius* in errorem induxit, ut his carminibus *Pauli* nomen praefigeret. — V. 3. Hunc aequum animum in Theodorico laudat *Sidon. Apoll.* I. Epiſt. I. p. 6. *in bonis jactibus tacet, in malis ridet, in neutris iraſcitur, in utrisque philoſophatur.* — V. 4. βολίδα. teſſeram ne reprehendas, neque ei maledicas. βολίδες. ψῆφοι. βόλια. Vide *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 746. — V. 5. Haec aut ad artem ſpectant, fortunae vitia corrigentem aut favore ejus recte utentem, ſicut eſt in Ep. in Tabulam:

*Hic proprium faciunt ars et fortuna periclum:*
*Haec cavet adverſis caſibus, illa favet.*

aut ad tranquillitatem animi bonamque mentem, quae in minimis quoque rebus cernitur.

*LXIX.* Vat. Cod. l. c. εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ. Plan. l. c. Eleganter hoc Epigrammate tabulae luſus cum vita humana comparatur, ut eſt apud *Terentium* IV. Adelph. 7. 20. ubi Micio ſe ea, quae mutari non poſſunt, aequo animo ferre ait: *Ita vita eſt hominum, quaſi ſi ludas teſſeris. Si illud, quod maxime opus eſt jactu, non cadit, Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.* quae ſua fecit Auctor Epigr. in Anthol. Lat. L. III. 77. p. 520. — V. 6. μέτρον ἐφηρμόσατο. Ex *Lucillii* Ep. XXVIII.

¶. 93.] *LXX.* Vat. Cod. p. 481. εἰς αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ. Plan. p. 378. St. 516. W. — V. 1. πρηΰνθοις Vat. Cod. quod reponendum. *Julian. Aeg.* Ep. LXXI. πρηΰνθου κραδίης μέγα δεῖγμα. Nam, ut Grammaticus quidam praecipit in Anth. Lat. III. LXXV. p. 518. flectendi ſunt *truces animi, ut vere ludere poſſis.* — λύσσα καὶ ἀμπλακίη. Alius ibidem de Alea p. 524. *Multa viri nequidquam inter ſe vulnera jactant, Et tenues rumpunt tunicas, coecique furore Hic metuunt cupiuntque.* — V. 3. ὕστατος ἔργων. id quod in praecedente eſt carmine ἀπολειπόμενος, victus. — V. 4. ῥινοβόλῳ πατάγῳ. per parodiam a pugnae deſcriptione traductum, ubi πάταγος ῥινοβόλος ſcutorum eſſe debet ſtrepitus. δοράτων καὶ ξιφέων πάταγος eſt ap. *Archiam* Ep. XVIII. ἐν σακέων πατάγῳ. *Diotim.* Ep. VIII. πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός. *Aeſch.* VII. c. Theb. 99. *Sophocl.* Trach. 517. Vocabulum ῥινοβόλος autem, quo ad formam τοῦ ῥινοτόρος ab ῥινὸς, *pellis,* ficto epicus fortaſſe poëta ad ſtrepitum telorum et ſaxorum in ſcutis coriaceis ſignificandum uſus erat, *Agathias* ludibundus longe diverſa ſignificatione uſurpavit de *ſpiritu coacto et ſtridente,* (*Seneca* de Ira I. 1.) quem irati per nares (ῥῖνας) efflant. Similiter ante eum neſcio quis luſit in eodem vocabulo, qui ῥινοβόλους ἀνέμους de *ventris* uſur-

pavit *crepitu*, teſte *Heſychio* T. II. p. 1115. ubi vide Intrpp. Tumorem orationis auget verbum ἀναῤῥοιβδεῖν, quo *Homerus* de Charybdi utitur Od. μ. 104. ſq. — Vertit *Grotius*, non tota vi graecorum verborum expreſſa: *nec verba profare Impia, nec tortis naribus ede ſonum.* — V. 5. παίζειν ἐν σπουδῇ. *Cato* ap. *Stob.* Tit. VI. p. 82. 20. Κάτων τοὺς σπουδάζοντας ἐν τοῖς γελοίοις ἔλεγε (lege ἔλεγεν ἐν ex *Plutarch.* T. II. p. 199. A.) τοῖς σπουδαίοις γίγνεσθαι καταγελάστους. Mutata formula vulgari *Plutarch.* T. II. p. 16. D. τί παίζουσα τὰς ὀφρῦς συνάγεις; γέλωτα καὶ σπουδὴν junxit *Meleag.* CXXVIII. et *Damippus* Pythagor. ap. *Stob.* T. III. p. 41. 50. in loco, poſt palmariam *Valckenarii* emendationem ad *Herodot.* p. 621. 58. ſic facile reſtituendo: ὁ δὲ αὐτὸς τρόπος τᾶς ἐφ' ὅλω καὶ τᾶς ἐπὶ τῶ οἴκω συναρμογᾶς συντάσσει τε καὶ συντίθησιν σπουδὰς καὶ παιδιὰς εἰς τὸ αὐτὸ συνδραμοίσας. Vulgo συντάσσεται. Similibus vitiis paſſim inquinatus eſt *Stobaei* textus.

*LXXI.* Vat. Cod. p. 500. *Stobaei* Flor. I. p. 2. 38. Gesn. p. 9. Gr. Plan. p. 12. St. 21. W. Aequum in omni vita animum conſervandum eſſe docet. — V. 1. τύχη; ῥοίζῳ. idem quod ὁρμή. Ep. LXIX. et ῥιπὴ τύχης ap. *Lucian.* Ep. XXXVIII. Secunda fortunae aura (πνευμάτων ῥοῖζον dixit *Plutarch.* T. II. p. 18. C.) ne te ſuperbum reddat, nec curae animum liberum et ingenuum deprimant. — V. 3. „πελεμίζεται. ſic unus Planud. codd. „et Stob. in Flor. Grot. p. 9." *Br.* In Stob. Gesneri ἀγαθέεσσι β. πολεμίζεται. Etiam Vat. Cod. πολεμίζεται. In alterum ſponte incidit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. *Macedon.* Ep. III. κραδίης βυθὸς πελεμίζεται οἴστρῳ. — V. 4. καὶ τῇ καὶ τῇ δαμιναῖς. Vat. Cod. — V. 5. Idem ſententiarum contextus ap. *Horat.* III. Od. XXIX. 53. de Fortuna: *Si celeris quatit pennas,* (hîc habes τὸν ῥοῖζον τύχης,) *reſigno quae dedit, et mea Virtute me involvo — Tum me, biremis praeſidio ſcaphae Tutum, per Aegaeos tumultus Aura feret*

*geminusque Pollux.* Multum huc facit etiam *Clinias* ap. *Stob.* T. I. p. 8. 23. ἐκ τῶνδε γὰρ φανερὸν ἂν εἴη, ὅτι πᾶν ἔργον ἀνθρώπινον καὶ βίος ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας μεθέξει, ἅμ᾽ ὀρθοπλοεῖ. quae ſic videntur emendanda: ὅτι πᾶν ἔργον ἀ. αἴκα ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας μεθέξῃ, ἁμῖν ὀρθοπλοεῖ. Initio ejusdem fragmenti ſcribendum ſuſpicor: πρᾶτον δ᾽ ἐκ τῶ θυμῶ τὰς αἰτίας ἀναιρὲν δεῖ, δι᾽ ἃς ἀδικὲν πέφυκεν ἄνθρωπος.

*LXXII.* Vat. Cod. p. 426. Plan. p. 84. St. 124. W. Hiſtoria paſſim in Anthol. exornata. Vid. ad *Antip. Sid.* T. II. P. I. p. 59. — V. 2. συγκίχλῃ. Vat. Cod. — V. 4. ᾠδός. avis canora. Vide ad Ep. XLVIII. 8. et Ep. ἀδεσπ. CLXXV. 11. ὁ μεσαμβρινὸς οὔρεσιν ᾠδός. — „ἐρη-„μοφίλας. Sic veteres libri tam calamo quam typis ex-„preſſi, quod conſultone an operarum errore in Stepha-„ni editione mutatum fuerit, dicere nequeo. ἐρημοφί-„λας eſt etiam in Ep. incerti auct. CCXXXVI. Sic apud „Theocritum γυναικοφίλας. Augendus hac voce Stephani „Theſaurus, in quo non magis comparet altera forma „ἐρημοφίλος.“ *Br.* Depravata lectio cum plurimis aliis erroribus ex ed. Aſcenſiana in Stephan. propagata eſt. — V. 5. Diana in Apollinis fortaſſe gratiam canoram avem liberavit. — „εὐμόλπω genitivus eſt doricus. Hoc e „vat. membr. repoſui.“ *Br.* At haec forma ab hoc carmine prorſus aliena eſt, quippe quâ ſeriores hi poëtae non magis uſi ſunt, quam τῶ τῆνος, τίν, γα, et ſimilibus. Aut εὐμόλπου revocandum eſt, aut εὐμόλπῳ ſcribendum.

*LXXIII.* Vat. Cod. p. 435. auctoritate ad *Eratoſthenem Scholaſticum* referri debet. *Paulo* tribuit Planud. p. 20. St. 31. W. et *Stobaeus* Tit. V. p. 64. 28. Gesn. p. 39. Gr. Ad juſtum matrimonium hortatur poëta. Vide, quomodo idem argumentum exornaverit *Liban.* in Decl. T. IV. p. 1060. ed. R. — V. 2. ὤλεσ᾽ ἐν πᾶσι, Vat. Cod. — φυλασσομένῃ. Ibid.

¶. 94.] *LXXIV.* „De hoc carmine videndus Fabri- „cius Bibl. Gr. T. II. p. 722. et praeſertim notarum li- „bellus, quo illud illuſtravit flos Epiſcoporum Huetius. „Denuo ante tres annos editum eſt a viro politiſſimi in- „genii, qui literas patrias praeclare ornat, cl. Leſſing, „in Anecdotorum faſciculo e Bibliotheca Sereniſſimi „Ducis Brunsvicenſis Wolfenbutteliana, cui praefectus „eſt, cum ſcholiis graecis veteribus, melioribusque et „uberioribus ipſius editoris animadverſionibus, prae- „miſſa critica carminis et illius editionum hiſtoria, quae „omnia lectu digniſſima doleo iis ſolis eſſe ſcripta, qui „germanice loquuntur. Prodiit autem hoc carmen pri- „mum in Appendice, qua Aldus Manutius Anthologiam „auxit a ſe editam anno 1503. unde in caeteras, quae „ſubſecutae ſunt, receptum eſt. Quid in editione Jun- „tina, qua careo, commiſſum fuerit, neſcio. Ridiculi „erroris, quo mirifice perturbatus adeo verſuum ordo, „ut viri doctiſſimi nihil in eo intellexerint, primus „auctor eſt Aſcenſius, in cujus editione anni 1531. „carmen hoc non geminis in eadem pagina columnis „diſtributum eſt, ſed continua ſerie eodem expreſſum „eſt modo, quem poſt imitati ſunt H. Stephanus et „Wechelii heredes. Typographi Itali, qui poſt Aſcen- „ſium et Frobenium Anthologiam ediderunt, Aldo me- „liorem, quem ſequerentur, ducem non quaeſiverunt; „proinde carmen hoc in Nicolinorum editione Veneta „1550. et ea, quae anno poſt ſubſecuta eſt, filiorum „Aldi, legentibus, res facile procedit.“ *Br.* Vide *Leſſingium in den Beyträgen zur Geſch. und Literatur.* 1773. Faſc. I. p. 137. quem excerpſit cl. *Harleſius* in *Fabr.* B. Gr. T. IV. p. 488. ſq. Verſuum ordinem in hoc carmine prima turbavit Edit. Juntina Flor. 1519. quam ſecuta eſt Aſcenſiana; hanc H. Stephanus. Plures poſtea, antiquiores editiones ſecuti, verum ordinem reſtituerunt, qui tamen Wechelianos non impe-

diverunt, quominus veterem errorem propagarent. Tandem inventus eſt *Huetius*, (v. eum in Comment. de Rebus ad ſe pertinentibus. L. III. p. 144.) qui, *Bocharto* inſtigante, omnia in ſuam ſedem revocaret. *Leſſingius* hoc carmen edidit ex Cod. Mſ. olim Gudiano, nunc Guelpherb. ubi inter excerpta Anthol. Planudeae Epigrammata legitur.

Scriptum eſt carmen εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμά. Has thermas *Claudius Ancantherus* medicus, qui verſionem latinam carminis edidit Venet. 1586. in urbe Pytho Apollini ſacras fuiſſe perperam ſtatuit. Verum earum ſitum indicavit *Brodaeus* ad Anth. L. IV. 26. p. 503. ad Ep. ἀδεσπ. CXCV. *Stephan. Byz.* Θερμά. ἔστι καὶ Βιθυνίας θερμά, τὰ μὲν Πύθια, τὰ δὲ ἐν Προύσῃ βασιλικὰ λεγόμενα. ubi *Berkelius*, poſt *Brodaeum*, excitavit locum *Procopii* de Aedif. Juſtin. V. 3. p. 98. Πηγαὶ δὲ θερμῶν φύσει ἐν Βιθυνοῖς ὑδάτων ἀναβλυστάνουσιν ἐν χώρῳ, ὃν ἐπονομάζουσι Πύθια. Ταύτας ἔχουσι παραψυχὴν ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ διαφερόντως Βυζάντιοι, ἄλλως τε ὅσοις νοσώδεσι συμβαίνει εἶναι. Ἔνθα δὲ πολυτέλειαν ἐπιδέδεικται βασιλεῖ πρέπουσαν. Βασίλειά τε γὰρ ᾠκοδομήσατο οὐ πρότερον ὄντα, καὶ λουτρῶνα ἐν δημοσίῳ τῶν ἐκεῖ φυομένων θερμῶν ὑδάτων πεποίηται. Πηγὰς δὲ ποτίμων ὑδάτων ὡς ἑκάστῳ ἀποβλυζούσας ἐς τόνδε τὸν χῶρον ὀχεταγωγίᾳ διακομίσας, τὸν πρότερον ἐνταῦθα ἐπιχωριάζοντα περιεῖλεν αὐχμόν. Ἀλλὰ δὲ τοῦ ἀρχαγγέλου τὸ τέμενος, καὶ τὸ τῶν νοσούντων ἀναπαυστήριον, μείζω τε καὶ καταπολὺ ἐπιφανέστερον κατεστήσατο. — In Cod. Bibl. Laurent. ap. *Bandinium* T. II. p. 256. hoc carmen extat cum lemmate: Πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Κωνσταντῖνον Πορφυρογέννητον. Deinde ſequuntur hi verſus:

Βούλει μαθεῖν, Αὔγουστε,
Κωνσταντῖνε κράτιστε,
θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα.

quibus nonnulli in errorem inducti exiſtimaverunt, auctorem carminis longe diverſum fuiſſe a *Paulo* illo, qui

qui, Juſtiniano imperante, Silentiariorum primicerius fuit. At hos verſus, quos nullus Cod. praeter Florentinum agnoſcit, ab inepto interpolatore profectos eſſe, ſtatuit *Leſſingius*, qui inter alia argumenta, quae h. l. non repetimus, etiam hoc habet, quod verſus ſecundus in metrum peccet. At in Κωνσταντῖνος Juſtinianei aevi ſcriptores penultimam pro lubitu modo producunt, modo corripiunt. Vide Ep. in Aurig. Stat. LII. 1. LIII. 1. — Ceterum thermas Pythicas *Leſſingius* easdem eſſe ſuſpicatur, quas *Paulus Lucas* deſcripſit in Itiner. T. I. p. 103. Amſtelod. 1714. Eas ultra montem Olympum in Bithynia fuiſſe poſitas, docet *Conſtant. Porphyrogen.* ap. *Bandur.* Imp. Orient. T. I. p. 113. Ibi nunc magnificarum aedium ruinae viſuntur.

V. 1. – 12. Promittit poëta, ſe cauſas et originem thermarum explicaturum, tam ſecundum phyſicorum opiniones, quam ad ipſius naturae et experientiae ductum. In primis verſſ. verba ſic jungenda: βούλει μαθεῖν, πῶς καὶ πόθεν τὸ θερμῶν ῥεῦμα νασοῦσι φανὸν πρόκειται. — ἄτεχνον, non arte, ſed natura comparatum. Comparat *Huetius Gregor. Naz.* Od. II. p. 184. ἁ γῆ φίλη δίδωσιν Ἄτεχνα δῶρα πᾶσιν, et ad proxima eundem: ποτὸν μέθης ἄποιον Ἀκλήματον γένυσμα. — V. 5. αὐτάργυρον. Aldinae tres et Aſc. ἀνάργυρον etiam Cod. Gud. — Hae thermae munus ſunt naturae inemtum. *Claudian* de aquis Apon. XLIX. 70. *praeſens numen, inemta ſalus.* — V. 6. γένυσμα. Cod. Gud. — V. 9. σοφοί. phyſicorum ſententias. Collegit veterum de aquarum e terra prorumpentium calore opiniones *Andreas Baccius* de Thermis L. I. c. XVII. — V. 13. Erant qui ſub terra tenues canales eſſe putarent, per quos aqua acta et compreſſa calorem inſolitum contraheret. — Pro σύραγγας *Vulcanius*, qui hoc carmen edidit Lugd. Bat. 1591., σύριγγας dedit; non male. — V. 16. πιλεῖσθαι. *Nemeſius* de H. N. V. p. 118. ὕδωρ πυκνωθὲν καὶ πιλωθέν. Cf. *Bernard.* ad *Theoph. Non.*

T. I. p. 58. — V. 19.–25. Alteram hanc cauſam caloris aquarum affert *Seneca* Nat. Qu. III. 24. *Quidam exiſtimant, per loca ſulphure plena exeuntes vel introeuntes aquas calorem beneficio materiae, per quam fluunt, trahere; quod ipſo odore guſtuque teſtantur.* Cf. *Vitruv.* L. VIII. 3. — V. 19. 20. 21. abſunt a Cod. Gud. una ſcil. deficiente linea, quarum unaquaeque tres vſſ. continet. — V. 25. τρέχει. Vulgo. — ¶. 95.] V. 26. Recte *Leſſingius* poſt δέχῃ interrogandi ſignum poſuit. — *Paulus* alteram ſententiam amplectitur, propter odorem aquarum ſulphureum. — V. 31. τρανόν. i. e. σαφῶς. manifeſte huic explicationi patrocinatur. — V. 32. τὸ θερμ. Sic igitur calidi hi fontes originem ceperunt. Hos fontes propter vim medicam *Paulus Hippocratem non ſpirantem, Galenum arte non eruditum* appellat. *Plin.* L. XXXI. 2. p. 546. *Alibi tepidae egelidaeque auxilia morborum profitentes.* — V. 36. Novo argumento ſuam ſententiam firmat, flammas terris contineri docens Vulcanis in Sicilia, Media aliisque regionibus. Νῆσος, Sicilia, inſula per excellentiam appellata. — V. 41. Τιτανία Μηδίας. Sic Aldin. tres, Aſcenſ. Cod. Gud. et Regius. Alii Μηδείας. De Medea cogitabat doctiſſimus *Huetius*, Colchidem *Titaniam tellurem* nuncupari ap. *Valer. Flacc.* V. 464. videns. Cf. *Apollon. Rh.* IV. 131. At eum poſtea ab hac ſententia dimovit locus *Pſeudo-Ariſtotelis* de Mir. Auſc. c. 33. ἔστι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ καὶ ἐν Ψιττακίνῃ τῆς Περσίδος πυρὰ καιόμενα – et c. 34. p. 76. ed. *Beckm.* φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀτιτανίαν, πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Ἀπολλωνιάτιδος εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ᾿ αὐτὴν, ἐκφλογοῦται. Hinc emendandum cenſebat:

εἶδεν φέρειν τοιαῦτ᾿ Ἀ-
τιτανία, Μηδία –

quod probabile eſt. Nam ſi Τιτανίαν *Brunckius* eandem regionem putavit, quam *Ariſtoteles* et alii (vide *Stephan.*

*Byz.* in Ἀτιντανία) Atitaniam appellarunt, illa non in Media fuit, ſed in Macedonia. — V. 42. Πιττάκη. *Flagrat in Medis et Sittacene, confinio Perſidis*, *Plin.* N. H. II. 110. p. 122. ubi *Harduinus Pſittacenen* intelligendam eſſe vidit. Eandem regionem Noſtrum Πιττάκης nomine ſignificare voluiſſe, dubitari nequit. Ψιττακὴ appellatur ap. *Steph. Byz.* V. — V. 43. Λυδία. *Ariſtotel.* Mir. Auſc. c. 39. p. 81. λέγεται δὲ καὶ περὶ Λυδίαν ἀναφέρεσθαι πῦρ πάμπληθες, καὶ καίεσθαι ἐφ᾽ ἡμέρας ἑπτά. ubi *Beckm.* noſtri loci non memor Λυκίαν tentabat. Sic et ap. Noſtrum corrigebat *Leſſingius*, quod montes ignivomi eſſent in Lydia nulli, in Lycia contra frequentes. At primum idem vocabulum ap. utrumque ſcriptorem depravatum eſſe, parum probabile; deinde epitheta πλουτοῦσα et v. ſq. μεταλλόχρυσος nos dubitare non ſinunt, quin Lydiam ſignificare voluerit Noſter. Adde quod veteres eam regionem, quae ἡ κατακεκαυμένη vocatur, modo cum Myſia, modo cum Maeonia, quae Lydiae pars eſt, conjungebant. Cf. *Caſaub.* ad *Strab.* T. II. p. 931. — V. 43. recte diſtinctionem ſuſtulit *Leſſingius* poſt πλουτοῦσα, quod arcte cum γαῖαν jungendum eſt. Solum Lydiae auro abundat, unde Pactolus κατέφερε τὸ παλαιὸν χρυσοῦ ψῆγμα πολύ. *Strabo* XIII. p. 928. C. Hic ſi Cod. offerret νᾶμα pro γαῖαν, id lubens amplecterer. — V. 45. Ἡρακλέων στηλῶν. *Ariſtotel.* l. c. XXXV. p. 77. λέγεται δὲ καὶ τὰ ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων καίεσθαι, τὰ μὲν διὰ παντός, τὰ δὲ νύκτωρ μόνον, ὡς Ἄννωνος περίπλους ἱστορεῖ. Locus *Hannonis* eſt in Geogr. Min. T. I. p. 4. — πλεῖστα, referendum ad τὰ τοιαῦτα v. 40. — V. 47. Πιθηκ. *Ariſtotel.* l. c. XXXVI. p. 79. εἶναι δὲ καὶ ἐν Πιθηκούσαις φασὶ πυρῶδες μὲν καὶ θερμὸν ἐκτόπως, οὐ μὴν καιόμενον. De Lipara v. eundem p. 77. ibique *Beckmannum*. *Theocrit.* Eid. II. 134. Ἔρως δ᾽ ἄρα καὶ Λιπαραίου Πολλάκις Ἁφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει. Ad ſequentia plurimum facit locus *Calliae* de Reb. Agath. ap. *Schol. Apoll. Rh.* III. 41.

quem *Huetius* aptè comparavit: κρατῆρές εἰσι δύο, ὧν ὁ ἕτερός ἐστι τὴν περίμετρον τριστάδιος, ἐξ οὗ πολὺ φέρεται φέγγος· ὥστε ἐπὶ πολὺν τόπον διήκειν τὸν φωτισμόν. ἔπειτα ἐκ τοῦ χάσματος ἀναφέρονται διάπυροι λίθοι ἀπλετομεγέθεις, καὶ τηλικοῦτος βρόμος γίνεται, καθ᾽ ὃν καιρὸν συμβαίνει ἐργάζεσθαι τὸν Ἥφαιστον, ὥστε ἐπὶ πεντακόσια στάδια ἀκούεσθαι τὸν ἦχον — οἱ δὲ ἐκ τοῦ ἀναφυσήματος ἀναῤῥιπτούμενοι μύδροι διὰ τὴν ἐκπύρωσιν πάντοθεν ἰώδεις εἰσὶ καὶ διακεκαυμένοι τὴν ὄψιν, καὶ τὴν δύναμιν καθ᾽ ἥλιον ἔχουσι. νύκτωρ μὲν οὖν πάντα τὰ περὶ τὴν ἐργασίαν τοῦ θεοῦ γινόμενα καλῶς δηλοῦται, μεθ᾽ ἡμέραν δὲ ἐκ τῆς κορυφῆς, ὅθεν ἡ φλὸξ ἀνίησιν, ὥσπερ νέφος ὑπερκείμενον ὁρᾶται. — V. 49. ἆσθμα, flammae erumpentes. λάβρον ἐπ᾽ ἆσθμα πυρός. *Antip. Sidon.* Ep. LXIII. — ¶. 96.] V. 56. Ad varia fontium miracula enarranda pergit. Primum commemorat fontem oblivionis, deinde alium ebrietatis cauſam. *Leſſingii* conjectura ad h. l., ἄλλη δὲ ποιεῖ μνήμην, antitheſin efficit ſatis elegantem, et firmari poſſit loco *Plinii* L. XXXI. 2. p. 548. *In Boeotia ad Trophonium Deum juxta flumen Orchomenon duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert, inde nominibus inventis.* At praeterire non poterat *Paulus* eos fontes, qui inebriare putabantur, quales multi commemorantur ap. veteres. Vide *Huetium* p. 59. Hodie ſatis obſervata plurimorum fontium aquae acidae virtus, potantes vertigine afficiens. Quocum *Plinii* conſpirat narratio L. II. p. 121. *Lynceſtis aqua, quae vocatur acidula, vini modo temulentos facit.* De hoc flumine *Ovid.* XV. Met. 329. *Huic fluit effectu dispar Lynceſtius amnis, Quem quicunque parum moderato gutture traxit, Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet.* — V. 58. ἔλαιον βλύζει. *Athen.* L. II. p. 42. F. ἐν τῇ Καρχηδονίων δὲ ἐπικρατείᾳ κρήνη ἐστίν, ᾗ τὸ ἐφιστάμενον ἐλαίῳ ἐστὶν ὅμοιον. — καὶ παρ᾽ ἄλλοις δ᾽ εἰσὶ λίπος ἔχουσαι τοιοῦτον, ὡς ἡ ἐν Ἀσίᾳ, ὑπὲρ ἧς Ἀλέξανδρος ἐπέστειλεν, ὡς ἐλαίου κρήνην εὑρηκώς. Alia laudat *Huetius* p. 59. ſq. *Beckm.* ad *Ariſt.*

M. Auſc. c. 123. p. 253. — V. 59. γάλα. Quae *Huetius* ad h. v. attulit, parum ſunt appoſita. *Pauſan.* L. IX. 34. p. 778. apud Coroneam fontes eſſe dicit, papillis ſimiles, unde ὅμοιον γάλακτι ὕδωρ ἀνιέναι. — V. 61. πτηνῶν. Cod. Vulcan. πτηνόν, ut ſit ταχεῖα θεραπεία· eadem lectio eſt in Cod. Gud. Vulgatae veritatem arguit metrum et *Ariſtotel.* Mir. Auſc. c. XXVIII. p. 62. περὶ Σικελίαν δέ φασιν εἶναι ὕδατος συστρεμμάτιον, εἰς ὃ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων ὅταν ἀποβαφῇ, πάλιν ἀναβιοῖ. — ubi συστρεμμάτιον aut vortex eſt, aut lacus rotundus. Ad utrumque vox τροχάζει accommodata. — V. 62. ποθοῦσιν. Male *Bochartus* ποτοῦσιν tentabat. — V. 63. μισητρόν. τὸ μῖσος ἐμποιοῦν. φίλτρον δὲ τὸ φιλίαν ἐμποιοῦν· κατὰ ταῦτα λέγεται καὶ θέλγητρον τὸ ἐμποιοῦν τέρψιν· καὶ φόβητρον τὸ ἐμποιοῦν φόβον καὶ ἕτερα. *Schol.* in Cod. Gud. *Gruterus* margini adſcripſerat μισγητόν, infeliciter. Spectant haec verba fontem Clitorium, de quo *Athen.* L. II. p. 43. F. Φύλαρχος δέ φησιν ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην, ἀφ' ἧς τοὺς πιόντας οὐκ ἔτ' ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν. Vide Ep. ἀδεσπ. CXCVIII. — V. 64. μέσης ſuſpicabatur *Vulcanius*, ſine cauſa idonea. — Hoc miraculum commemorat *Lucret.* L. VI. 891. *Quod genus endo mari Aradio fons dulcis aquai, Qui ſcatit, et ſalſas circum ſe dimovet undas. Et multeis alieis praebet regionibus aequor Utilitatem opportunam ſitientibu' nauteis, Quod dulceis inter ſalſas intervomit undas.* *Plin.* L. XXXI. 2. p. 546. *Vaporant* (aquae calidae) *et in mari ipſo, quae Licinii Craſſi fuere; mediosque inter fluctus exſiſtit aliquid valetudini ſalutare.* Anth. Lat. L. III. Ep. XXXI. p. 479.:

*Alpheum fama eſt dulcem per Thetidos arva*
*Currere, nec laedi gurgitibus pelagi.*
*Dant ſimile exemplum noſtri miracula fontis:*
*Vicinum patitur, nec ſapit unda ſalum.*

— V. 66. Antra et ſpiracula, quae vapores μαντικοὺς exhalabant, plurima commemorat *Huetius* p. 62. Qui

inter recentiores de antris, unde flatus oriuntur, ſcripſerint, vide ap. *Beckm.* ad *Antig. Caryſt.* c. CXXXIX. p. 189. — V. 68. ἄσφαλτον. Notus lacus Aſphaltites, de quo *Strabo* L. XVI. p. 1107. *Diodor. Sic.* L. XIX. 98. Alia multa vide ap. *Vitruv.* L. VIII. 3. Cf. *Beckm.* ad *Ariſtot.* Mir. Auſc. c. CXXXIX. p. 282. ſq. — V. 70. Longe majus miraculum, quod fons quidam vituperatus turbabatur, laudatus ſplendebat. Hujusmodi fontis alibi commemorati ſe non meminiſſe fatetur *Huetius*, qui vulgatum δολοῦται cum *Vulcanio* et Codd. reg. in θολοῦται mutavit. Sic habet etiam Cod. Gud. — ψόφῳ *Vulc.* Huc traxeris *Solin.* c. 5. *In Haleſina regione fons alias quietus et tranquillus, cum ſiletur; ſi inſonent tibiae, exultabundus ad cantus elevatur, et, quaſi miretur vocis dulcedinem, ultra margines intumeſcit.* *Priſcian.* Periegeſ. v. 499. *Hic et Haleſinus fons eſt, mitiſſimus undis: Tibia quem extollit, cantu ſaltare putatur Muſicus, et ripis laetus excurrere plenis.* Alius fons erat, in quo ſimile miraculum celebrat *Claudian.* de VI. Conſ. Honor. 508. *Nec te miracula fontis Praetereunt, tacito paſſu quem ſi quis adiret, Lentus erat; ſi voce gradum majore citaſſet, Commiſtis fervebat aquis.* — V. 74. κρυπτοὺς δόλους. Reſpexit fortaſſe fontem Siciliae, quem perjuria prodere narrat *Ariſtot.* M. Auſc. c. LVIII. p. 115. Simile quid de Sardiniae fonte *Priſcian.* Perieg. v. 468. et *Solinus* c. IV. Prope oppidum Tyana Jovis ὁρκίου aqua erat, cui eandem vim tribuebat ſuperſtitioſa antiquitas: τοῦτο (τὸ ὕδωρ) εὐόρκοις μὲν ἡδύ τε καὶ ἵλεων, ἐπιόρκοις δὲ παρὰ πόδας ἡ δίκη· ἀποσκήπτει γὰρ καὶ εἰς ὀφθαλμοὺς καὶ εἰς χεῖρας καὶ εἰς πόδας. — quae ducta ſunt ex *Philoſtr.* Vit. Apoll. L. I. 6. p. 7. De alio fonte, qui pudicitiam arguebat, vide *Solin.* c. V. *Priſcian.* Perieg. 489. ſq. — V. 75. Virtus acidarum aquarum in purgandis humoribus ſatis ſpectata. — V. 77. Duos hos verſus primus in Cod. invenit *Vulcanius*, neque tamen

eos in textum recepit. Id primus fecit *Leſſingius*, qui eosdem in Mſc. Gudiana reperit. — χαῦνον. παρκλελυμένον ἤτοι ἐκλελυμένον, ἐναντίον τῷ συνεστηκότι καὶ συνεσφιγμένῳ. *Schol. Vulc.* Vocem χαῦνος illuſtratam dedit *Foeſius* in Oec. Hippocr. V. — V. 79. Quosdam fontes ſolis aeſtus amaros reddit, qui noctis frigore dulces redduntur. — Contrarium quendam effectum tradit *Plin.* H. N. II. 106. p. 120. *In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, circa diem maxime frigidus, mox paulatim tepeſcens ad noctis media, fervore et amaritudine infeſtatur.* — V. 83. ὄλβος πηγῆς per periphraſin de fonte mirabili quadam facultate praedito. Non de uno autem, ſed de diverſis fontibus agi, monuit *Huetius*. In aliis vult nihil mergi, nihil fluitare in aliis, ſed omnia deorſum ferri. ὡς ἄχνην *Leſſingius* recepit ex emendat. *Huetii. Senec.* N. Qu. III. 25. *Eſt adhuc in Syria ſtagnum, in quo natant lateres, et mergi projecta non poſſunt, etſi gravia ſunt. Plin.* H. N. XXXI. 18. p. 549. *Cteſias tradit, Siden vocari ſtagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur. Caelius apud nos in Averno ait etiam folia ſubſidere. — Contra in Africae lacu Apuſcidamo omnia fluitant, nihil mergitur. Item in Siciliae fonte Phinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque Saturni.* Fontem in Aethiopia, cui ne leviſſimae quidem res innatent, commemorat *Herodot.* L. III. 23. p. 205. Plura dedit *Huetius*. Cf. *Beckm.* ad *Ariſtot.* M. Auſc. p. 219. — Pro κούφην Cod. Gud. κούφην exhibet. — ¶. 97.] V. 87. Ducta ſunt haec ex *Ariſtotel.* c. CXXVII. p. 261. Ἐν δὲ Σκοτούσαις τῆς Θετταλίας φασὶν εἶναι κρηνίδιόν τι μικρόν, ἐξ οὗ καὶ ῥεῖ (fort. καταῤῥεῖ) τοιοῦτον ὕδωρ, ὃ τὰ μὲν ἕλκη καὶ θλάσματα ταχέως ὑγιεινὰ ποιεῖ καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑποζυγίων. Idem et alii tradiderunt, quos laudat *Beckmann.* Haereo in voce στρέφει, quod contrarium ejus ſignificare videtur, quod *Paulus* dicere voluit. Vide *Foeſii* Oecon. Hipp. v. στρέμμα.

Cod. Gud. habet τρέφει· in quo cum vulgatis edd. conſpirat. Hoc ſenſum efficit ſatis idoneum. Aqua illa fracta oſſa conglutinat, et praeterea corpus nutrit ac pingue reddit. — V. 93. Haec iterum ex *Ariſtotele* traducta ſunt, c. CL. p. 310. de fonte in Illyriis Ardiaeis: ὃ ὕδωρ λαμβάνοντες, τὰς μὲν ἡμέρας ἐν τῷ στεγνῷ φυλάττουσι, τὰς δὲ νύκτας εἰς τὴν αἰθρίαν τιθέασι· καὶ πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας τοῦτο ποιησάντων αὐτῶν, πήγνυται τὸ ὕδωρ καὶ γίνεται κάλλιστον ἅλας. — Pro εἰ νυξίν, *Vulcanius* in Schol. ἐν νυξὶν legit, quod explicat ἐν ἀσκέπτῳ τόπῳ. Eum ἀσκέπτῳ ſcribere voluiſſe, eamque gloſſam ad αἰθριάζοις pertinere, recte exiſtimat *Leſſingius*. — V. 96. Eſt alius fons, qui potaturos et verſus eum ſeſe inclinantes fugere videtur. Vulgatum βλέπει *Leſſingius* cum *Huetio* mutavit in βλέπεις. Alii aliter. Doctiſſimus hujus carminis interpres comparavit *Sotionem:* ἐν δὲ Ἀλιφάνῳ τῆς Ἰταλίας φρεάτιόν ἐστι βαθύ, οὗ τὸ μὲν ὕδωρ βλέπεται, ἡλίκον δ' ἂν τις χαλάσῃ σχοινίον, οὐκ ἐφάπτεται τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ἀπὸ θείου τινὸς κωλύεται. — V. 100. De fontibus res injectas cruſta lapidea inducentibus *Seneca* Qu. N. III. 20. laudato *Ovidio* Met. XV. 314. *Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.* De Silaro, Campaniae fluvio, *Sil. Ital.* L. VIII. 583.:

*Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt*
*Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis.*

Cf. *Harduin.* ad *Plin.* L. II. p. 120. *Beckm.* ad *Ariſtot.* c. 98. p. 200. ad *Antig. Caryſt.* c. 151. p. 198. — V. 104. Derivata ſunt haec ex *Ariſtot.* c. LVII. p. 114. ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Συρακούσας κρήνη ἐστὶν ἐν λειμῶνι οὔτε μεγάλη, οὔτε ὕδωρ ἔχουσα πολύ· συναπαντήσαντος δὲ εἰς τὸν τόπον ὄχλου πολλοῦ, παρέσχεν ὕδωρ ἄφθονον. — V. 108. *In agro Pitinate trans Apenninum fluvius Novanus omnibus ſolſtitiis torrens, bruma ſiccatur. Plin.* L. II. p. 121. Idem de fontibus circa Aſcanium lacum tradit *Ariſtot.* c. 55. p. 112. τοῦ χειμῶνος ἀναξηραίνεται πάντα τὰ φρέατα, ὥστε

μὴ ἐνδέχεσθαι βάψαι τὸ ἀγγεῖον· τοῦ δὲ θέρους πληροῦται ἕως τοῦ στόματος. Cf. *Antig. Caryſt.* c. 178. p. 220. Ad utrumque locum conſ. *Beckmannus.* — V. 112. De lacu Aſcanio haec tradit *Plin.* L. XXXI. 46. p. 564. *Mirum in lacu Aſcanio et quibusdam circa Chalcida fontibus, ſummas aquas dulces eſſe potarique, inferiores nitroſas.* *Ariſtotel.* l. c. c. LIV. p. 110. Ἐν τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ οὕτω νιτρῶδές ἐστι τὸ ὕδωρ, ὥστε τὰ ἱμάτια οὐδενὸς ἑτέρου ῥύμματος προσδεῖσθαι. Comparavit cl. editor *Strabon.* L. XI. p. 801. — ¶. 98.] V. 116. *Ariſtotel.* c. LXXXII. p. 161. ἔτι δὲ λίμνη ἔοικε πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ὕδωρ ἔχουσα θερμόν· ὀσμὴ δ' ἀπ' αὐτῆς βαρεῖα, καὶ χαλεπὸν ἀποπνεῖ· καὶ οὔτε ζῶον οὐδὲν πίνει ἐξ αὐτῆς, οὔτε ὄρνεον ὑπερίπταται, ἀλλὰ πίπτει καὶ ἀποθνήσκει. Cf. *Apoll. Rhod.* L. IV. 597. ſqq. 621. ſq. *Cluver.* Ital. L. III. p. 148. — V. 121. In eadem regione populi dicuntur naſci, unde electrum deſtillat. Hoc quoque derivatum ex *Ariſtotel.* p. 161. εἶναι δ' ἐν αὐτῇ αἰγείρους πολλάς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. εἰ δὲ λέγουσιν ὅμοιον εἶναι κόμμι, διὰ τὸ ἀποσκληρύνεσθαι ὡσανεὶ λίθον, καὶ συλλεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφέρεσθαι εἰς τοὺς Ἕλληνας. *Apoll. Rhod.* L. IV. 603.

— ἀμφὶ δὲ κοῦραι
Ἡλιάδες, ταναῇσιν ἐλιγμέναι αἰγείροισι,
μύρονται κινυρὸν μέλεαι γόον· ἐκ δὲ φαεινὰς
ἠλέκτρου λιβάδας βλεφάρων προχέουσιν ἔραζε.
αἱ μέν τ' ἠελίῳ ψαμάθοις ἔπι τερσαίνονται·
εὖτ' ἂν δὲ κλύζῃσι κελαινῆς οἴδματι λίμνης
ἠϊόνας πνοιὴ πολυηχέος ἐξ ἀνέμοιο,
δὴ τότ' ἐς Ἠριδανὸν προκυλίνδεται ἀθρόα πάντα
κυμαίνοντι ῥόῳ.

φυτῶν jungendum cum ἐξαγούσας. Exſpectaſſes κλάδων vel φλόων, vel ſimile quid. φυτῶν tamen a *Paulo* ſcriptum eſſe puto. — V. 124. πίπτει eſt ex emend. *Huetii*, pro τίκτει, quod non habet, quo referatur; πίπτειν confirmat locus *Ariſtotelis* modo commemoratus. — V. 127.

ὠ τοῦ. *Gruterus* margini adſcripſerat ὠχροῦ. inepte. — V. 128. Sequentibus lucem accendit *Ariſtoteles* c. CXXII. p. 249. qui ex *Polycrito*, rerum Sicularum ſcriptore, haec narrat: εἶναι — λίμνιόν τι ἔχον ὅσον ἀσπίδος τὸ περίμετρον· τοῦτο δ' ἔχειν ὕδωρ διαυγὲς μέν, μικρῷ δὲ θολερώτερον. εἰς τοῦτ' οὖν ἐάν τις εἰσβῇ, λούσασθαι χρείαν ἔχων, αὔξεσθαι εἰς εὖρος· ἐὰν δὲ καὶ δεύτερος, μᾶλλον πλατύνεσθαι· τὸ δὲ πέρας, ἕως εἰς πεντήκοντα ἀνδρῶν ὑποδοχὴν μεῖζον γενόμενον διευρύνεσθαι· ἐπειδὰν δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν λάβῃ, ἐκ βάθους πάλιν ἀνοιδοῦν, ἐκβάλλειν μετέωρα τὰ σώματα τῶν λουομένων ἔξω ἐπὶ τὸ ἔδαφος. Similes fabulas comparaverunt *Beckm.* et *Hueſius*. — V. 140. κρύπτων τὸ καῖον. edd. Aldin. verſu mutilo. κρυπτὸν ἔχων τὸ κ. *Stephan.* et ſic *Vulc.* in Schol. τὸ καῖον· τὴν καυστικὴν δύναμιν. *Leſſing.* ex Cod. Gud. κρύπτον ἔσω τὸ κ. edidit, in notis autem κρύπτων praefert. Quod ad rem ipſam attinet, *Paulus* ſequitur auctorem *Ariſtotelem* c. XXXIV. p. 76. φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀττανίαν — εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ' αὐτήν, ἐκφλογοῦται. De cauſis hujus miraculi vide *Beckm.* ad cap. 139. p. 283. — V. 143. Alius eſt lapis ardens, cujus flamma oleo reſtinguitur. De gagate lapide *Plinius* L. XXXVI. 34. p. 749. *Cum uritur, odorem ſulphureum reddit; mirumque, accenditur aqua, oleo reſtinguitur.* ubi vid. *Harduin.* et *Beckm.* ad *Ariſtot.* p. 259. — V. 142. στάζεις. Cod. Gud. *Vulcan.* in Scholiis: γρ. ἐκ παλαιοῦ ἀντιγράφου· ἔλαιον ὑπερστάξας, quod metrum jugulat. — ¶. 99.] V. 147. δέλτοι. Phyſicorum ſive Geographorum libri. Habet et hoc ex *Ariſtotele* c. CXXIV. p. 254. qui poſtquam quaedam tradidit de fonte oleum fundente in agro Carthaginienſium, addit haec: φασὶν καὶ ταύτης τῆς κρήνης πλησίον εἶναί τινα πέτραν, αὐτοφυᾶ, μεγάλην τῷ μεγέθει. ταύτης οὖν λέγουσιν, ἐπειδὰν μὲν ᾖ θέρος, φλόγα ἀνάπτειν πυρός· χειμῶνος δὲ γενομένου ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου κρουνὸν ὕδατος ἀναῤῥαίνειν, οὕτω ψυχροῦ, ὥστε χιόνι συμβαλλόμενον, μηδὲν

διαφέρειν. Plura ejusmodi fontium, naphthâ, aquae innatante, ardentium, exempla profert ad illum locum *Beckm.* — V. 151. Fons quidam deſcribitur, cui lapides inſint ardentes. Rem narrat *Ariſtotel.* c. 125. p. 257. qui in Thracia fluvium eſſe ait, Ponti nomine, ἐν ᾧ καταφέρεσθαί τινας λίθους, οἳ καίονται, καὶ τοὐναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἄνθραξι. ῥιπιζόμενοι γὰρ σβέννυνται ταχέως, ὕδατι δὲ ῥαινόμενοι, ἀναλάμπουσι καὶ ἀνάπτουσι κάλλιον. Cf. *Antig. Caryſt.* c. 151. p. 198. Haec exſcribentem *Paulum* pro ὕδατι legiſſe αἵματι cenſebat *Huetius.* — V. 151. In Aldin. legitur ἅπτοντας αἰείδαμας. Vitioſius etiam *B. Vulcanius:* ἅπτοντες ἀείδαμας. In Schol. autem profert lectionem, ut ex Msto derivatam, ὡσεὶ δᾳδάς. *Leſſingius* αἰεὶ δᾷδας exhibuit, probante Viro D. in Bibl. Philol. T. II. 2. p. 167. qui v. 155. ſuſpicatur *Paulum* dediſſe: εἰ νᾶμα ῥαίνων σκεδάσειε, quo hic locus cum *Ariſtotele* conciliatur. — V. 157. Fontem, in quo aqua cum igne commiſta ſit, commemorat *Achilles Tat.* L. II. p. 95.: τὸ γοῦν τῆς Σικελικῆς πηγῆς ὕδωρ κεκερασμένον ἔχει πῦρ, καὶ φλόγα μὲν ὄψει κάτωθεν ἀπ' αὐτῆς ἀλλομένην ἄνωθεν· θίγοντι δέ σοι τὸ ὕδωρ ψυχρόν ἐστιν οἷόν περ χιών. quem locum comparavit *Huetius.* — V. 158. μίγδην. ex Cod. Gud. Vulgo σμίγδην, quod recentioris eſt graecitatis. Vide *Ducange* Gloſſ. p. 1404. et *Bernardum* ad *Theoph. Non.* T. I. p. 223. — V. 160. τετρακτύος πιστοῦται. „Optime Scholiaſtes: τουτέστι, τὴν τῶν τεττάρων στοιχείων „μίξιν βεβαιοῖ. Notanda τετρακτὺς et τετρὰς Pythagoreo„rum, quam et Gnoſtici deliriis ſuis inſeruerunt: radix, „principium, cauſa, vinculum rerum omnium. Prae„cipue vero quatuor elementorum connexionem ſigni„ficabat. Haec autem φιλεχθρος μίξις elementorum ſex „notat Empedoclis principia: paſſiva quatuor, ipſa ni„mirum elementa; duo activa, amicitiam et diſſidium " *Huet.* Notus locus in Aureis Carm. v. 47. ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν, παγὰν ἀενάου φύσεως.

de quo diſſerit *Cudworth* in Syſt. Intell. T. I. p. 575. ſqq. ubi *Moshem.* not. *q.* p. 578. Vid. eundem de quatuor Empedoclis principiis p. 23. ſqq. Loca veterum de ejusdem opinione de φιλίᾳ et ἔχθρᾳ elementorum collegit *Menag.* ad *Diogen. Laërt.* VIII. 76. p. 384. et *Meiners* Hiſt. de Vero Deo p. 354. — V. 164. *Aldus* κρινῶν. *Vulcan.* κρίνων. In marg. exempli Gruteri quidam notaverat κυρνῶν ἢ κρηνῶν. Vera lectio eſt ap. *Stephan.* et in Cod. Gud. — V. 168. Hortatur poëta homines, ut deum ſibi mente fingant, nulla ejus imagine facta. Imaginum cultus Juſtiniani aevo paſſim introductus videtur, quia eum ad inflammandum pietate animum vim quandam habere exiſtimabant. Vide *Agathiae* Ep. XXXVIII. Dei tamen ſimulacrum fieri Nicenum quoque concilium, quod imaginum venerationem ſanciebat, vetuit. — V. 174. »ἀναρχοφωτόμυστον. Luce lucens »aeterna et arcana. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς »ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, ait Paulus I. ad Timoth. »VI. 16. Gregor. Naz. Od. III. Χριστέ μου, λόγε Θεοῦ, φῶς »ἐκ φωτὸς ἀνάρχου. Joannes Damaſc. Or. de Transf. Dom. »οὕτω καὶ ὁ Χριστός, φῶς ἐκ φωτὸς ἄναρχον καὶ ἀπρόσιτον.« *Huetius.* — ¶. 100.] V. 175. ἀῤῥητολεπτόπνευστον. Ad ſpiritum dei omnia mirabili et ineffabili modo permeantem hoc referendum eſt. — V. 176. φέρον pro *regens* et *moderans* poſitum illuſtrat doctiſſimus Praeſul. τὸ φέρον pro τὸ πεπρωμένον dixit *Pallad.* Ep. CI[b]. ubi vid. not. T. II. P. III. p. 247. — V. 177. τὸ πάνσοφον χωρίον eſt mundus ipſe ſumma cum ſapientia deſcriptus et ſervatus. — V. 179. οὕτως. Cod. Gud. Idem v. 181. ξυνῆξε. — V. 182. πίστις. rebus obſcuris res manifeſtae fidem faciunt, magnis parvae. i. e. ex rebus oculis noſtris ſubjectis deus cognoſcitur, quo nihil majus nec fieri nec cogitari poteſt. Harum igitur rerum adſpectu commotus, triplicem illam lucem etiam magis cupies intelligere. ἡ τρισσόφωτος φαῦσις eſt Trinitas. — V. 189. θεό-

σεις. Cod. Gud. — τὸ κρεῖττον, mentem, meliorem tui partem, ad divinae naturae perfectionem attolles. μετουσίᾳ *Leſſingius* interpretatur τῇ μεταλήψει τῆς εὐχαριστίας argutius, ni fallor, quam verius. Appoſite laudavit *Huetius Agapetum* in Paraen. c. 3. ὁ γὰρ ἑαυτὸν γνοὺς, γνώσεται θεόν· θεὸν δ᾽ ὁ γνοὺς ὁμοιωθήσεται θεῷ· ὁμοιωθήσεται δὲ θεῷ, ἄξιος γενόμενος θεοῦ. et *Nicolaum Methon.* τῆς τελετῆς τέλος μετουσία Χριστοῦ καὶ ζωὴ αἰώνιος· ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, τῶν μετεχόντων ἐκθέωσις.

*LXXV.* Vat. Cod. p. 501. *Stobaei* Flor. III. p. 51. 34. Gesn. 25. Gr. Plan. p. 108. St. 158. W. Ab una ſapientia omnem vitae beatae ſpem pendere docet. — V. 1. Non vita per ſe, ſed vita ſine moleſtiis et aerumnis jucunda eſt. — V. 2. τὰς πολιοκροτάφους. γῆρας πολιοκρόταφον *Bacchyl.* Fr. XVIII. Curae canitiem ante tempus adducunt. — V. 3. ἡ περισσή. nimia divitiarum cupiditas. Comparavit haec *Mitſcherl.* ad *Horat.* III. Od. XVI. 17. *Creſcentem ſequitur cura pecuniam, Majorumque fames.* *Ovid.* Faſt. I. 211. *Creverunt et opes, et opum furioſa cupido: Et cum poſſideant plurima, plura volunt.* Nota avari comparatio cum hydropico, cujus auctor fuiſſe videtur Diogenes. Vide *Stob.* Flor. X. p. 131. — V. 6. „καὶ βιότου θάνατον. elegantius quam vulgo καὶ θάνατον βιότου. Sic Vat. membr. et Planud. ut e codd. manifeſtum eſt.“ *Br.* In Vat. Cod. tamen vitioſe καὶ βίοτον θανάτου. — V. 8. μίαν ὀρθῶν. Vat. Cod.

*LXXVI.* Vat. Cod. p. 296. Plan. p. 220. St. 320. W. „Lemma in Vatic. ineptiſſimum εἰς ζωγράφον τινὰ καλούμενον Χρυσόμαλλον. Erat autem homo ille pantomimus, „qui, ut videtur, tragicam ſaltabat, cujus argumenta „erant priſcorum heroum caſus, ἀρχεγόνων μερόπων.“ *Br.* — V. 1. Χρυσεόμαλλε. Vulgo. — τὸ χάλκεον. ſecundum Homericum τὸν χάλκεον ὕπνον ἰαύειν. Ludere videtur poëta in verbis Χρυσεόμαλλε et χάλκεον. — ¶. 101.] V. 3.

νεύμασιν ἄφθ. Nutibus et digitis, non lingua, loquebantur pantomimi. Vide not. ad *Antip. Theſſ.* Ep. XXVII. T. II. P. I. p. 309. — σιωπή. Illud ſilentium, quo nos oblectabas olim, nunc, cum tibi a morte ſit impoſitum, triſte et odioſum videtur.

*LXXVII.* Bis legitur in Vat. Cod. poſt titulum et p. 252. ubi *Paulo* tribuitur. In Plan. p. 206. St. 300. W. ἄδηλον eſt. Hunc luſum, quo nihil poſt mortem ad nos pertinere et ne famam quidem rerum in vita actarum noſtram eſſe docet, comparavit *Gatacker.* ad haec *M. Antonini* L. IV. 19. p. 104. ὑπόθου δ', ὅτι καὶ ἀθάνατοι μὲν οἱ μεμνησόμενοι, ἀθάνατος δ' ἡ μνήμη. τί οὖν τοῦτο πρὸς σέ; καὶ οὐδὲν λέγω, ὅτι πρὸς τὸν τεθνηκότα· ἀλλὰ πρὸς τὸν ζῶντα τί ὁ ἔπαινος; *Boëthius* de Conſol. II. 7. *Quid eſt quod ad praecipuos etiam viros, qui virtute gloriam petunt, de fama poſt reſolutum morte ſuprema corpus attineat? nam ſi, quod noſtrae rationes credi vetant, toti moriuntur, nulla eſt omnino gloria: cum is, cujus ea eſſe dicitur, non exſtet omnino.* — V. 1. τί δὲ τοῦτο. Vulgo et in Vat. Cod. utroque loco. — εἴς τι. Vat. Cod. — V. 4. τινί. Vat. Cod.

*LXXVIII.* Vat. Cod. p. 303. Edidit *Valeſius* in not. ad Socratem p. 375. ed. Cantabr. p. 70. ed. Pariſ. *Jenſius* nr. 91. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 77. *Reisk.* Anthol. nr. 742. p. 152. *Toup.* in Epiſt. de Syrac. p. 335. In Cod. lemma eſt: εἰς τάφον Ἀττικοῦ τινος ζῶντος ἑαυτοῦ κατασκευάσαντος. Atticum Epiſcopum ex Sozomeno commemorat *Suidas* v. Ἀττικός· eumque vitae ſuae finem praeſenſiſſe narrat *Socrat.* L. VII. 26. Sed quoniam Atticus ille ſub Honorio et Theodoſio juniore vixit, et ſatis diu ante *Paulum* noſtrum, a. p. Chr. 425. obiit, de auctore carminis dubitarunt *Valeſius* et *Reiskius.* Et hic quidem ſuſpicatus eſt, illud ſcriptum eſſe a Calliopio, Attici amico, apud Nicaeam presbytero. Haec con-

jectura admodum infirmo nititur tibicine. Primum nihil eſt, quod evincat, Atticum illum, cujus ſapientiam Noſter celebrat, et Atticum Epiſcopum, quem illi commemorant, eundem fuiſſe hominem; deinde, licet hoc certum ſit, non tamen propterea de auctore Epigrammatis dubitandum aut incertiſſimis cum *Reiskio* indulgendum ſuſpicionibus. Paſſim enim Epigrammatarii ſtilum exercuerunt in laudibus hominum, qui diu ante eos obierant. — V. 1. Sepulcrum loquitur, ut Ep. ἀδεσπ. DCXXXIV. — παναγρέοις Vat. Cod. quod *Salm.* emendaſſe videtur. A corruptelae ſuſpicione, quam *Jenſius* movit, verba παναγρεὺς μοῖρα vindicat *Dorvilius.* Parcam ſibi poëta finxit venatricem et omnia retibus ſuis includentem. πάναγρα. πανάγρια. (λίνα) ἐν οἷς τὰ λεπτὰ καὶ ἁδρὰ θηρεύεται. et πανάγρου· τοῦ πάντα θηρεύοντος. *Heſych.* Ap. *Aeſchyl.* Agam. 358. nemo Trojanorum dicitur effugiſſe μέγα δουλείας γάγγαμον, ἄτης παναλώτου. Ibid. 1040. μόρσιμα ἀγρεύματα, retia fatalia, i. e. fati, mortis, occurrunt. Neque in παναγρεὺς quisquam haerere debet, cum poëtae ſaepenumero adjectiva maſculae terminationis, a ſubſtantivis derivata, cum femininis conjungere ſoleant. Hujus generis ſunt Ἐριννύες λωβητῆρες in *Soph. Antig.* 1087. ubi vid. Schol. Multa ſimilia collegit *Abreſch.* ad *Aeſch.* T. I. p. 93. — V. 3. παίζων. Virtute mortis timorem pellens et contemnens. — V. 4. ἥλιος. Metaphorica ſignificatione de iis, qui pulchritudine, gloria, virtute ſplendent, paſſim obvium. Vid. not. ad *Meleagr.* Ep. XXXV. T. I. P. I. p. 55. *Horat.* I. Serm. VII. 24. *Solem Aſiae Brutum appellat ſtellasque ſalubres Appellat comites.* *Himer.* Ecl. XIII. 35. p. 236. ver nobis adducet αὐτὸν τὸν ταῖς χρυσαῖς ἀκτῖσι καταυγάζειν μέλλοντα τὴν Ἰωνίαν ἥλιον.

*LXXIX.* Vat. Cod. p. 302. ſq. Planud. p. 193. St. 281. W. In ſervum haec ſcripta eſſe, temere ſibi perſuadebat *Brodaeus* ex verbis ἐλευθερίην ἐπιειμένος, quibus

libertas indicatur, quam mens, vinculis rerum terrenarum ſoluta, morte nanciſcitur. — ἐπιειμένος dictum ad *Homeri* imitationem Il. α. 149. ὤ μοι ἀναιδείην ἐπιειμένη. Il. η. 164. ἐπιειμένοι ἀλκήν. — V. 3. κρέσσονι. Vat. Cod.

*LXXX.* Vat. Cod. p. 208. Plan. p. 269. St. 387. W. Expreſſum ex *Antip. Sidonii* Ep. LXIX. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in ἀγχιάλεια T. I. p. 43. — V. 3. ὀλίγη. *Ovid.* III. Amor. XV. 11. *Atque aliquis ſpectans hoſpes Sulmonis aquoſi Moenia, quae campi jugera pauca tenent; Quae tantum, dicet, potuiſtis ferre poëtam, Quantulacunque eſtis, vos ego magna voco.* — V. 6. ὠδίων. Vat. Cod. ἐπ' Plan. — Delus Apollinem a matris ſinu accepit.

¶. 102.] *LXXXI.* Vat. Cod. p. 300. Bis extat in Planud. p. 213. 281. St. 310. 407. W. „Lemma in „Vat. Cod. εἰς Δαμόχαριν τὸν γραμματικὸν τὸν Κῶϊον τὸν „φίλον καὶ μαθητὴν Ἀγαθίου. Hinc cognoſcitur hujus poë„tae patria.“ *Br.* — V. 1. ὑπεδύσατο γαῖαν. Plan. altero loco. — V. 3. laudat *Suidas* in ἀμφιρύτη T. I. p. 154. ubi pravam diſtinctionem emendavit *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 28. — In hoc verſu tentabat *Caſaub.* in not. mſc. κρουματικῆς i. β. citra neceſſitatem. Grammatici epitheto ornatur *Damocharis* in membr. Multos hanc profeſſionem cum poëſi conjunxiſſe neminem fugit. — V. 4. Similis color in Moſchi Eid. III. 71.

*LXXXII.* Vat. Cod. p. 295. Plan. p. 262. St. 378. W. ubi integrum legitur. Iterum, ſed omiſſo primo diſticho, p. 258. St. 373. W. cum not. marg. περιττόν· ἐν γὰρ τοῖς ἑξῆς ὁλοσχερέως γέγραπται. Scriptum in Leontium, juvenem, qui in peregrina terra procul a parentibus obierat. — V. 1. ξείνοις. Vulgo. — V. 3. φλεφάρων. Vat. Cod. — χύθη. ed. Flor. pr. — V. 5. ἔπλεο. Vat. Cod. Ald. 2. ex Lectt. Aldi et Steph. Aliae ἔπλετο. — Priore loco in Plan. ſine varietate ἔπλετο legitur.

*LXXXIII.* Vat. Cod. p. 202. Plan. p. 259. St. 375. W. „Lemma in Vat. Cod. εἰς κόρην τινὰ Μακεδονίαν, „δωδεκέτιν τελευτήσασαν, ἦν δὲ θυγάτηρ αὐτοῦ τοῦ Παύλου ἢ „Μακεδονία. Sic enim legendum videbatur Salmaſio. „Equidem in Cod. ſcriptum ἢ Μακεδονίου, unde ſuſpicari „quis poſſit, ſcribi debuiſſe ἢ Μακεδονίου, quo ſignificare„tur, puellam illam filiam fuiſſe ipſius Pauli aut Mace„donii. Hujus filiam hoc nomine vocatam fuiſſe veriſi„milius eſt. Praeterea hoc carmen, quod ceteroqui „non invenuſtum eſt, nil habet paterni affectus.“ *Br.* In Apogr. Goth. ἢ Μακεδονίου legitur. — V. 3. ἀμπλακίαις. Vat. Cod. male. — γόων νέφος. Triſtitia cum caligine et tenebris comparari ſolet. Cf. *Aeſchyl.* Agam. 132. Perſ. 535. 667. Notum νέφος ὀφρύων de fronte triſti et turbida. Vide *Valck.* ad Hippol. p. 183. — V. 5. „Ridiculum in modum corruperunt librarii aut ipſe „Planudes.“ *Br.* Vulgo enim habetur: δωδεκέτιν γὰρ ἄρουρα μακηδονική σε καλύπτει.

Add. 99.

---

## LEONTII SCHOLASTICI
### EPIGRAMMATA.

---

¶. 103.] *I.* Vat. Cod. p. 138. Plan. p. 467. St. 607. W. Ad poculum dulciſſimo amicae ori admotum. — V. 1. ἄμελγε, τὸ μέλι τοῦ στόματος ſcil. *Apollonid.* Ep. VI. κηρῶν μέλι πολλὸν ἀμέλξας. *Schol. Ariſt.* Aves 498. ἀπέβλισε. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κυρίων ἢ ἀπὸ τῶν γάλα ἀμελγόντων. — οὐ φθονέω. Solemnis formula. cum aliorum bona et fortunam laudamus. Huc referendus *Theocrit.* Eid. I. 62. κοὔτοι τι φθονέω. Vide not. ad *Straton.* Ep. L. T. II. Vol. III. p. 94. — V. 2. laudat *Suidas* in αἶσα T. I. p. 658. ubi δ' omittitur. In fine Vat. Cod. τύχειν (ſic); correctum ἔχειν.

*II.* Planud. p. 291. St. 430. W. ubi in lemmate ὑπάρχου habetur. Saepe haec vocabula permutantur. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 407. ſq. ἔπαρχος h. l. idem, qui πτολίαρχος, *praefectus Urbis.* Cf. *Valeſius* ad *Euſeb.* Hiſt. Eccl. IV. p. 239. Hunc noſtrum *Gabrielem* tamen ὕπαρχον dicit *Suidas* in Ἰωάννης Φιλαδελφεύς, Λυδός. — προσομιλεῖ δὲ ταῦτα Γαβριήλῳ τινι ὑπάρχῳ. quem locum Epigrammati noſtro admovit *J. Rutgerſius* in Var. Lect. L. III. p. 290. probante *Pearſono* ad *Suidam.* — V. 1. Quemadmodum pictores, ait, cum Solis imaginem repraeſentare inſtituunt, radios ejus et ſplendorem non exprimunt; ſic qui Gabrielem pinxit, ejus virtutes glorioſosque labores exprimere non potuit. *Martial.* X. Ep. 32. *Ars utinam mores, animumque effingere poſſet, Pulchrior in terris nulla tabella foret.*

*III.* Plan. p. 291. St. 430. W. Scriptum in imaginem Callinici, ſacri cubiculi cuſtodis. Ludit poëta in nomine hominis, quem non ſolum corporis, ſed mentis quoque pulchritudine illo nomine dignum eſſe ait. — V. 4. μειλιχίην. jucundo ſermone Imperatorem oblectas.

*IV.* Plan. p. 292. St. 431. W. cum lemmate: Λεοντίου Σχολ. τοῦ Μινωταύρου εἰς στήλην. Minotauri nomen unde *Leontio* adhaeſerit, non conſtat. Scriptum Epigr., ut videtur, in Petrum Syrum, cui cognomen Barſames, de cujus ap. Juſtinianum auctoritate turpique avaritia multa ſunt ap. *Procopium* Hiſt. Arc. c. XXII. p. 63. ſqq. unde ſua derivavit *Suidas* in Δεξιὸς Tom. I. p. 523. et in Πέτρος T. III. p. 104. Cf. *Bandur.* Antiqq. CP. I. 56. p. 590. — V. 2. ἀρχαί. Regiones, quibus praefuerat Petrus, in illa imagine expreſſae fuiſſe videntur, tanquam teſtes laborum ipſi adſtantes. — ἀμοιβαίων πόνων. dignitates ſeſe invicem excipientes: bis enim fuerat Praefectus Praetorio Orientis; bis Comes ſacrarum largitionum. — V. 3. πάντολίης. i. e.

„τῆς ἐπαρχίας τῶν ἱερῶν τῆς ἔω πραιτωρίων.“ *Br.* Cf. *Zoſimi* Hiſtor. II. 33. p. 156. quaeque ibi ex *Panciroli* Notit. Imperii attulit *Reitemeier* p. 555. ſq. — V. 4. „Κό„χλου πορφυρέου. i. e. conſulatus. qui jus purpurae dabat, „cujus inſigne erat purpura. Ridiculus eſt in his expli„candis Brodaeus. Male eum habuit corrupta lectio „Κόλχου πορφυρέης, quae ex Ald. edit. in alias derivata „eſt; nam in Florent., ut in ſcriptis libris, recte legitur „κόχλου. πορφυρέης eſt in tribus Codd. πορφυρέου recepi „ex cod. Jan. Laſcaris.“ *Br.* Κόχλου ſcripſit *Huetius* p. 29. ſed bonam lectionem male interpretatur.

¶. 104.] *V.* Plan. p. 362. St. 501. W. Muſis et Gratiis Rhodocleam aequat, imo anteponit. — V. 1. „Ῥοδόκλεια. ſic Vat. membr. Planudes Καράμαλλε. Vide „Orvillium in Vann. crit. p. 204.“ *Br.* Illuſtris fuit Caramallus pantomimus, quem laudat *Ariſtaenet.* I. Ep. XXVI. p. 63. et *Apollinaris Sidonius* c. XXIII. v. 267. Floruit ſub Zenone imperatore, ut apparet ex *Malala* Chron. T. II. p. 98. ubi vide *Hodium.* Verum cum vix tolerabile ſit, virum vocari quartam Gratiarum, decimam Muſarum, praeferenda videtur membr. lectio Ῥοδόκλεια. Minime enim audiendus *Corn. de Pauw*, qui ſaltatricem laudari eamque figurate *Caramallum* appellari cenſebat, quod, quaſi alter Caramallus, praeſtantiſſimi hujus pantomimi artem accurate referret. — V. 2. ἄστεος. Conſtantinopolis. — V. 3. ὄμματά σοι eſt in Plan. ὄμμα δέ σοι. Vat. βήματά σοι tentabat *Pauw* ad *Ariſtaen.* p. 124. ὄμματά σοι λάλα, ταρσὰ π. *Toup.* Emend. in Heſych. P. III. p. 5. *oculos argutos* interpretatus. Vide *Bentlej.* ad Tuſc. Quaeſt. III. 9. Sic vero auctor potius, non lectio emendatur. — σοφὰ χειρῶν ὁ. *Lucian.* de Salt. 69. T. V. p. 161. Λεσβῶναξ ὁ Μιτυληναῖος, ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθός, χειρισόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει. Vide not. ad *Antip. Theſſ.* Ep. XXVII. T. II. P. I. p. 309. — καὶ Μουσῶν. ſic Plan. et Vat. *Li-*

*banius* T. IV. p. 1071. 2. ed. R. ἐκείνη γὰρ ὑπερενίκα τὰς Χάριτας, καὶ Μοῦσα μᾶλλον ἦν τῶν Μουσῶν.

*VI.* Plan. p. 362. St. 501. W. In Helladiae ſaltatricis imaginem, in *Soſthenio* poſitam. Soſthenium recentiores appellant ſinum Leoſthenium in Bosporo. Conf. *P. Gyllium* de Bosp. Thrac. LII. 15. et *Harduin.* ad *Plin.* T. I. p. 205. 28. ubi noſtrum quoque Epigramma excitatur. Templum ibi Soſthenium ab Argonautis exſtructum et a Conſtantino M. inſtauratum narrat *Malala* in Chron. T. I. p. 96. — V. 2. Hic, ubi populus choreas agit verno tempore. In Imperatorum honorem choreae agebantur, (*Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 427.) factionibus non in circo tantum, ſed in aliis quoque locis publicis ſaltantibus. Vide *Reisk.* ad *Conſtant.* de Cerem. p. 95. — V. 3. ὁππόθι πορθμῷ γαῖα μερίζεται. ad Bosporum. De CPoli *Himerius* in Ecl. XIII. 25. p. 226. τὴν πόλιν ἐκείνην, ἣν ἀπὸ Γαδείρων Εὐρώπη λήγουσα πορθμῷ θαλάσσης πρὸς τὴν Ἀσίαν μερίζεται. — ἀμφότεραι ἄντυγες. uterque coeli axis, i. e. et Aſia et Europa. ἄντυξ de coelo paſſim obvium. Ep. ἀδεσπ. Byz. XXXIII. ἄντυγος οὐρανίης ἀειδίνητον ἀνάγκην. Ep. ἀδεσπ. DCLXXXIV. εἰς οὐρανοῦ ἄντυγας ἦλθε. *Euſtath.* ad *Homer.* Il. γ. p. 483. 12. ἡ μεταφορὰ καὶ οὐρανοῦ ἄντυγα ἐγύρωσεν, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ ἐξ ἀντύγων οὐρανίων.

*VII.* Plan. p. 362. St. 502. W. Jejunum Epigramma in eandem Helladiam, quae ſaltationis artem ad ſummum faſtigium adduxiſſe dicitur. — V. 2. Μοῦσα. Polyhymniam interpretatur *Mercerus* ad *Ariſtaen.* I. 26. p. 169. Haec enim Muſa *clamoſum* orcheſtarum *ſilentium*, ut *Caſſiodorus* ait, inveniſſe traditur. In Muſar. Imag. T. II. p. 521. *Polyhymnia:* Σιγῶ· φθεγγομένη παλάμης θελξίφρονι παλμῷ, Νεύματι φωνήεσσαν ἀπαγγέλλουσα σιωπήν. ubi vide not. T. II. P. III. p. 417.

*VIII.* Plan. p. 363. St. 502. W. In eandem Helladiam, quae Hectorem ſaltabat. — V. 1. Ἕκτορα. car-

men de Hectore. Vide *Valcken.* ad Adon. p. 389. A. B. Alius igitur canebat carmen, quod Helladia ſaltando exprimebat. Hectorem inter argumenta pantomimorum fuiſſe, apparet ex facete dicto Antiochenſium ap. *Lucian.* T. V. p. 166. μικροῦ μὲν γὰρ ὀρχηστοῦ εἰσελθόντος καὶ τὸν Ἕκτορα ὀρχουμένου, μιᾷ φωνῇ πάντες ἀνεβόησαν, ὡς Ἀστυάναξ· Ἕκτωρ δὲ ποῦ; — V. 2. χλαῖνα, veſtis militaris, *ſagum.* *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 385. et paſſim cum *chlamyde* confunditur, ut ap. *Anton. Liber.* c. XXIII. ubi utrumque vocabulum promiſcue ponitur. Cf. *Markland.* Epiſt. ad *Fr. Hare* p. 87. — πρὸς μέλος ἠντίασεν. cum carmine certabat, aemulabatur, verba geſtibus accurate exprimere ſtudens. *Alc. Meſſ.* Ep. X. οὕνεκα Φοίβῳ, Θνατὸς ἐών, θείαν εἰς ἔριν ἠντίασας. — V. 3. Simul deſiderio et amore, ſimul terrore implebantur ſpectatores. — ὀρχηθμοὶ Ἐνυοῦς. Inceſſus pugnantium cum ſaltatione paſſim comparatur. Hinc Mars ap. *Lycophr.* v. 249. vocatur ὀρχηστής. et Meriones in Il. π. 616. Simile eſt Euripideum in Phoen. 797. Ἄρης — κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις.

¶. 105.] *IX.* Plan. p. 362. St. 502. W. In membr. lemma: Εἰς εἰκόνα κιθαριστρίας διάχρυσον. Hoc quoque Epigramma vehementer eſt frigidum. Non homines, ait, Anthuſam inauraverunt, ſed Jupiter ipſe, aurea pluvia deſcendens, ipſam auro circumdedit. Noluit tamen ipſius puellae corpus tangere, veritus, ne forte Muſam, (filiam itaque ſuam ac virginem) comprimeret. — V. 4. In marg. Wech. εὑρίσκεται καὶ γεγραμμένον· μίσγετ' ἀλλ' οὐκ ἐθέλων. Sic habet Ed. Flor. pr.

X. In Vat. in primis foliis. Plan. p. 363. St. 502. W. Libaniam pantomimam cum venuſtiſſimis diis comparat. — V. 1. Nomen ipſum venuſtum quid indicat. Reſpicitur ad montem Libanon, ubi Venus colebatur *Libanitis,* cujus mentionem facit *Lucian.* adv. Indoct. §. 3.

T. VIII. p. 3. ed. Bip. ubi vide *Gesner*. Unice huc facit locus Anonymi, quem *Godofredus* edidit in Exegeſi totius Mundi §. 10. Ἡλιόπολις, ἣ πλησιάζει τῷ Λιβάνῳ ὄρει, γυναῖκας εὐμόρφους βόσκει, αἳ παρὰ πάντων ὀνομάζονται Λιβανώτιδες, ὅπου τὴν Κύπριν μεγαλύνως σέβουσι· φασὶ γὰρ αὐτὴν ἐκεῖ οἰκεῖν καὶ ταῖς γυναιξὶ τὴν χάριτα τῆς εὐμορφίας διδόναι. Vide ad Ep. ἀδέσπ. CCLIII. — V. 3. ἅτε κοῦφος vulgo. In membr. obſcurum eſt, utrum κοῦρος an κοῦφος ſcriptum ſit. Equidem poſterius hoc non ſpreverim. — V. 4. Comparavit haec *Mercerus* ad *Ariſtaenet*. I. 26. p. 175. ubi etiam de ſaltatrice: Εὐδαίμονες οὖν οἱ Παναρέτην εὐτυχοῦντες, οὕτως ὑπερφέρουσαν καὶ τέχνῃ καὶ κάλλει.

*XI*. Vat. Cod. p. 466. Plan. p. 358. St. 497. W. In domum inter Zeuxippum et circum ſitam. — V. 1. De Zeuxippo, balneo magnificentiſſimo, vide ad *Chriſtodori* Ecphr. T. II. P. III. p. 302. Hujus balnei et hippodromi prima aedificia exſtruxit Severus Imperator, ſecundum *Cedrenum* p. 252. Haec admodum vicina fuiſſe, apparet ex *Heſychio Mileſio*: καὶ τὸν τῷ Ζευξίππῳ πλησιάζοντα χῶρον τῆς Ἱπποδρομίας, τοῖς τοῦ Διὸς ἀνακειμένον κούροις. *Suidas* in v. Σεβῆρος T. III. p. 297. καὶ Ἱπποδρόμιον ᾠκοδόμησεν — συζεύξας αὐτῷ καὶ λουτρὸν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διός, ὅπερ ἐκαλεῖτο Ζεύξιππον. Cf. *Ducang*. CPol. Chr. L. I. 27. p. 89. — V. 3. Curruum decurſionibus matutinis ſpectatis, poſt balneum, huc veni coenatum. Hinc juſto tempore ad hippodromum redire poteris. Ludorum celebratio a mane usque ad veſperam produci ſolebat, ita ut plerumque mane quaterni utriusque factionis decurſus fierent, totidem veſpera. Vide *Onuphr. Panv.* de Circ. L. II. 14. p. 113. Diverſus tamen diverſis temporibus decurſionum numerus. Cf. *Petav.* ad *Julian.* Miſop. p. 340. A. et *Reisk.* ad *Conſtant.* de Cerem. p. 98.

*XII*. Plan. p. 403. St. 539. W. Expreſſum eſt ex Ep. III. in Statuas Athletarum, niſi forte utrumque carmen ejusdem auctoris eſt.

¶. 106.] *XIII.* Planud. p. 340. St. 479. W. In Satyri graviter dolentis ſtatuam. „Qua de cauſa doleat, „non addit. Suſpicor, ſpinâ pedi infixâ eum doluiſſe, „qua ſpecie Faunum in gemmis videmus, et Fauno ſpi-„nam evellentem Satyrum Muſeum Pio-Clementinum „ſervat. T. I. Tab. XLIX.“ Verba ſunt *Heynii* in Comm. Soc. Reg. T. X. p. 89. — V. 1. expreſſus ex *Bionis* Fragm. in Hyacinthum: ἀμφασία τὸν Φοῖβον ἕλεν τόσον ἄλγος ἔχοντα. — V. 3. Ne ſic quidem ejus dolor ceſſare videtur. Similis color in Ep. *Glauci* V. T. II. p. 348. in Philoctetem: ζωογράφων ὦ λῷστε, σὺ μὲν σοφὸς, ἀλλ' ἀνεπαύσῃ Ἄνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει. — καὶ λίθος ὤν. Cf. ad *Antip. Sidon.* Ep. XXXI. T. II. P. I. p. 39.

*XIV.* Plan. p. 346. St. 485. W. Jamblichi, medici et philoſophi, abſtinentia a Venere et lucro laudatur. Diverſus hic Jamblichus ab illo, quem Vita Pythagorae illuſtravit, ſecundum *Jonſium* Script. Hiſt. Phil. III. c. 16. p. 90. et *Fabric.* Bibl. Gr. T. V. p. 773. ed. Harl. et T. XIII. p. 252. — V. 2. Κυπριδίων ὀάρων. Vide ad *Thall. Mileſ.* Ep. IV. T. II. P. II. p. 30. — V. 4. Ne juſto quidem lucro manus ſuppoſuit. Socratis igitur exemplum ſecutus gratis docebat.

*XV.* Vat. Cod. p. 461. Plan. p. 352. St. 491. W. Hoc et ſequ. Ep. in idem balneum videtur ſcriptum *Ducangio* in CP. Chr. T. I. p. 91. qui hujus diſtichi vellem interpretationem dediſſet. Parvum balneum, prope Zeuxippum exſtructum, iram hujus magnificentiſſimi balnei deprecatur. Hoc perſpicuum; at in altero verſu haeremus, cui nec *Grotii* verſio lucem accendit: *Sic et parvus Amor magnum decet aſſecla currum*; nec *Brodaei* commentarius. ἐρωτύλος ap. *Theocrit.* Eid. III. 7. τὸν ἐραστὴν ſignificat ὑποκοριστικῶς· apud Noſtrum ipſum Amorem ſignificari, vix eſt quod dubites. Sed ubi,

quaeſo, Amor apparebat juxta magnum currum? An cogitandum de illo curru, quem Conſtantinus in hippodromo collocavit? Cf. *Suidam* in Μίλιον. et *Codin.* Or. CPol. p. 20. Juxta hunc forte Amoris ſtatua fuit poſita. Commemoratur etiam Ἔρως, tanquam cubiculi nomen, quod initio armarium fuiſſe apparet ex *Contin Theoph.* p. 88. Cf. *Reisk.* ad *Conſtant.* p. 81. Jam alius fuit CPoli locus Ἅρμα appellatus, ubi arma aurigarum circenſium fuiſſe videntur. *Reisk.* Ibid. p. 104. Haec fortaſſe inter ſe comparantur. Cf. Ep. ἀδεσπ. CCCXXXIII.

*XVI.* Vat. Cod. p. 462. Plan. p. 354. St. 493. W. In idem balneum. — V. 1. ξυνοῖο λοετροῦ. Zeuxippi, λουτροῦ δημοσίου. Vide *Ducange* CP. Chr. I. p. 89. — V. 2. „εἵνεκεν. Sic e Vat. membr. cujus niſi ſuaſiſſet „auctoritas, vulgatum οὕνεκα non mutaſſem, quum id „pro ἕνεκα apud ſcriptores atticos ſaepe occurrat. Ma„tron in Coen. v. 54. κεχολωμένη οὕνεκα τευχέων αἰρομε„νων.“ *Br.* οὐκ ἔριδος, non ut cum incomparabili Zeuxippo contenderet, ſed officii et amicitiae cauſa. Male *Brodaeus* verbum ἔριδος interpretatur: *lavantium turbae.* — V. 4. προχοαί. aqua ex fiſtulis prorumpens. μύρα. Lavantes etiam ungebantur. In Hippiae balneo ap. *Lucian.* T. VII. p. 299. erat οἶκος, εὖ μάλα φαιδρός, ἀλείψασθαι προσηνῶς παρεχόμενος. Ap. *Plin.* II. Epiſt. XVII. 11. *Inde balinei cella frigidaria – Adjacet unctorium.* *Plaut.* in Poen. III. 3. 89. *faciam, ubi tu laveris, Ibi ut balneator faciat unguentariam.* — χάριτας intelligo de omnibus iis rebus, quae ad luxum faciebant. In deſcriptione balnei Hippiae commemorantur ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένα οἰκήματα – χαρίεσσαι καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσεις, ap. *Lucian.* T. VII. p. 298.

¶. 107.] *XVII.* Vat. Cod. p. 463. Plan. p. 355. St. 495. W. De thermis Baſilicis *Ducangio* nihil aliunde innotuit, CP. Chriſt. L. I. p. 94. Eas hoc nomen

magnificentia accepiſſe, fere ut ſplendidas illas porticus, quae Baſilicae appellabantur, ex hoc Epigrammate apparet. Reliqua aenigmatice elata. Naturali calore aqua in hoc balineo tepebat, et quidem ita temperata, ut frigidam aſſundere neceſſe non eſſet. — V. 5. ποτιδεύεται. Vulgo et in Vat. Cod. In quibusdam libris etiam ψυχρὸν legi notavit Schol. Wech. In Ed. Flor. eſt ψυχράν.

*XVIII.* Vat. Cod. p. 298. Planud. p. 285ª. St. 412. W. Scriptum eſt in Petrum rhetorem, qui Dionyſia ſpectans cum pluribus de tecto decidit. Commemoratur Petrus rhetor ap. *Suidam* T. III. p. 103. legati munere ap. Chosroën regem functus. Hujus olim hiſtoria extitit, ex qua Excerpta ſervata leguntur in *Hoeſchelii* Eclog. Legat. p. 23. ſqq. ed. *Labbe.* Ejusdem mentio injicitur ap. *Procopium* L. I. Gothic. p. 170. et in aliis locis, quos diligenter commemorat *Valeſius* ad Excerpt. de Lègg. p. 204. ſq. Ejusdem meminit *Stephan. Byz.* in Ἀκόνμι. unde apparet, *Stephanum* ante exitum ſeculi VI. non vixiſſe. Poſt multa enim inter Juſtinianum et Chosroën transacta, pax convenit a. Chr. 561. — V. 5. ὅσον ἤρκεσε. quantum ſatis erat ad res ſuas ordinandas, ut equidem h. l. intelligo. — τοῦτον. ejusmodi mortem qui ſaevam vocaverint, falluntur; naturalis potius mors prae eâ ſaeva putanda eſt. *Tacitus* Annal. IV. 62. in deſcriptione ruinae amphitheatri, quod Fidenae exſtructum erat: *immenſam vim mortalium – praeceps trahit atque operit. Et illi quidem, quos principium ſtragis in mortem afflixerat, ut tali ſorte, cruciatum effugere.*

*XIX.* Vat. Cod. p. 297. Plan. p. 284ª. St. 412. W. Chiredius rhetor ob inſignem eloquentiam et probitatem laudatur. — V. 2. τῆς προτέρης δεκάδος. Eadem laude oratorem ornat *Lucianus* in Scytha §. 10. Tom. I.

p. 870. ed. R. παιδείᾳ δὲ καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ δεκάδι παραβάλλοις ἄν. Antiquiſſimorum igitur oratorum laudem aemulatus eſſe dicitur Chiredius; nam ἡ προτέρη δεκὰς comprehendit eos, quos Ariſtarchus et Ariſtophanes Grammatici, reliquis excluſis, in ordinem redegerant. Vide *Ruhnken.* in Hiſt. Crit. Orat. Gr. p. XCV. ſqq. Inſequenti tempore inter recentiores oratores denuo dilectus eſt factus et novus canon inſtitutus, in quem iterum, ut in priorem illum, decem redacti ſunt. Hujus alterius δεκάδος mentionem fecit *Suid.* in Νικόστρατος· ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπὶ δευτέροις δέκα ῥήτορσι. Eodem ſenſu, quo *Leontius* Chiredium inter oratores τῆς προτέρης δεκάδος refert, Herodem Atticum quoque aequales ejus ἕνα τῶν δέκα appellabant. *Philoſtrat.* Vit. Soph. L. II. I. 14. p. 564. cujus laudis praeſtantiam vehementer imminues, ſi, quod *Bredaeus* feciſſe videtur, de altera ſeriorum ſophiſtarum δεκάδι cogitaveris. — V. 3. Cum cauſae patronus eſſet, facile judici, quidquid vellet, perſuadebat; ubi ipſe judicis munere fungebatur, ne minimum quidem a recta decedebat via.

*XX.* Vat. Cod. p. 228. Plan. p. 238. St. 345. W. In Ajacem Telamonium, ſua ipſius manu peremtum. — V. 1. 2. laudantur a *Suida* in ὀπάσας T. II. p. 703. — V. 3. 4. ibid. in αὐτοφόνῳ T. I. p. 389. Ductum eſt acumen ex Ep. *Archiae* XVIII. in eundem Ajacem: Μοιράων βουλῇσι τάδ᾽ ἤμπλακεν, ὡς ἂν ὑπ᾽ ἐχθρῶν Μή τινος, ἀλλὰ σὺ σῇ πότμον ἕλῃς παλάμῃ. Cf. Ep. ἀδεσπ. DCXVIII.

¶. 108.] *XXI.* Vat. Cod. p. 228. Plan. p. 238. St. 345. W. In eundem Ajacem, non hoſtibus, ſed belli ſociis et amicis mortem ſuam exprobrantem.

*XXII.* Vat. Cod. p. 297. Plan. p. 241. St. 351. W. In Platonem citharoedum, aliunde vix notum. — V. 1. Orpheo defuncto, aliqua ſaltem Muſarum ſuperſtes

fuit; te mortuo, omnis muſica periit. *Moſch.* in Bion. Epit. 66. *πάντα τοι, ὦ βώτα, ξυγκάτθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν.* — V. 3. *ὀλίγη τις ἀποῤῥώξ.* Fortaſſe ductum ex *Meleagri* I. 38. *Ἀρχιλόχου μικρὰς στράγγας ἀπ᾽ ὠκεανοῦ.* Similiter *Julian.* Epiſt. XXXIV. p. 406. D. *τῷ γὰρ ὄντι τοῦ παλαιοῦ κόμματος, ἡμῖν οἱονεὶ σπινθήρ τις ἱερὸς ἀληθοῦς καὶ γονίμου παιδεύσεως, ὑπὸ σοὶ μόνῳ ζωπυρεῖται.* quod cum ſimilibus ductum ex *Platon.* III. Legg. p. 585. C. Vide *Rahnk.* ad *Tim.* p. 189. — V. 4. *παλάμαις.* De tibicine *Hedylus* ap. *Athen.* IV. p. 176. C. *τοῦτο δ᾽ ἔθηκε τὰν παλαμᾶν ἀρετὰν τοὔνομα σημαίνων.* Si recte h. l. emendavimus. T. I. P. II. p. 342.

*XXIII.* Vat. Cod. p. 298. Plan. p. 230. St. 334. W. Lemma in Analectis ductum eſt ex Vat. membr. unde apparet, erraſſe *Huetium* p. 22. qui v. 2. *πόλιν* de Beryto interpretatur, ubi leges floruiſſe conſtat. At Byzantii quoque idem ſtudium floruit. Vid. *Menag.* Amoen. c. 24. p. 133. — V. 3. Gemellus Juris Romani Profeſſor fuiſſe videtur. Certe verba, *ὃς εὐνομίης ἔδμονα θῆκε πόλιν,* vix aliter quam de Anteceſſore accipi poſſunt. — V. 6. *ζώην.* Edit. Flor. pr.

## ARABII SCHOLASTICI

### EPIGRAMMATA.

---

T. 109.] *I.* Plan. p. 292. St. 431. W. cum lemmate: *εἰς εἰκόνα Λογγίνου ὑπάρχου ἐν Βυζαντίῳ.* Longinus, quem hoc Epigr. celebrat, is eſſe videtur, qui poſt Narſem a Juſtino juniore Ravennam miſſus eſt. Eum plurimis legationibus functum eſſe, ex hoc carmine apparet. — V. 1. *Ἴβηρ.* Accipiendum de Iberia, quae inter Pontum Euxinum et mare Caſpium jacet. Vide *Strabon.*

XI. p. 500. — V. 3. ζώοντα. Edd. Aldinae. ζείοντα reſtituit *Brod.* — Ἀγαρηνῶν. Quem populum ſignificaverit, obſcurum. Fuit urbs Ἄγρα (ſive Ἄγαρα) in Arabia Felici, quam ab Aelio Gallo oppugnatam tradit *Strabo* XVI. p. 781. Hinc fortaſſe Agareni pro Arabibus poſiti. Agareni etiam commemorantur ap. *Dion. Caſſ.* LXVIII. 31. p. 1145. μετὰ δὲ ταῦτα ἐς τὴν Ἀραβίαν ἦλθε καὶ τοῖς Ἀγαρηνοῖς — ἐπεχείρησεν. At hoc loco *Reimarus* Ἀτρηνοῖς in textu poſuit. Numeroſum populum eſſe, intelligitur ex epitheto πολυσπερέων. Cf. *Homer.* Il. β. 804. *Heſiod.* Theog. 365. Ὠκεανῖναι πολυσπερέες. Eundem populum in calidiſſimis regionibus habitaſſe, apparet ex verbis πεδία ζείοντα, quae maxime Arabiae conveniunt. — V. 6. εἰρήνην κευθομένην. inter belli tumultum quaſi latentem pacem. Ad quam potiſſimum hiſtoriam haec referri debeant, non conſtat.

*II.* Plan. p. 376. St. 514. W. In ſtatuam ejusdem Longini ex aere, ut videtur. Quod urbs aeneam potius quam auream ſtatuam ei poſuerit, ita interpretatur poëta, ut Longinum, hominem incorruptiſſimum, auri munera reſpuiſſe dicat. Reſpondet ad haec *Macedon.* Epigr. XXXVIII.

*III.* Plan. p. 319. St. 458. W. Utrum picta tabula deſcribatur, an ſtatua, non apparet ex hoc carmine; nec magis, utrum Hippomenes ſolus, an Atalanta ſimul cum eo effecta fuerit. — V. 3. δρμῆς εἶργεν. impedivit Atalantam, quominus Hippomenem curſu anteverteret. — σύμβολον Παφίης. ut omnino mala amorem ſignificare putabantur, (vide ad *Platon.* Ep. IV. T. I. P. I. p. 339. ſq.) ita Hippomenis malis, quae a Venere acceperat, etiam vis quaedam animi deliniendi indita fuiſſe traditur. *Theocrit.* Eid. III. 41. μᾶλ᾽ ἐνὶ χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυεν· ἁ δ᾽ Ἀταλάντα Ὡς ἴδεν, ὣς ἐμάνη, ὣς ἐς βαθὺν ἅλλετ᾽ ἔρωτα. *Scholiaſt.* ad Eid. II. 118. τὰ ὑπὸ Ἀφροδίτης διδό-

μενα τῷ Ἱππομένει μῆλα ἐκ Διονύσου — εἰς ἔρωτα τὴν Ἀταλάντην ἐκίνησεν, ὥς φησι Φιλητᾶς. *Philetae* verſus huc pertinentes vide T. I. P. I. p. 394. — Quod autem Noſter illa mala ἔδνα γάμων appellat, in eo conſentientem habet *Nonn.* Dionyſ. XLVIII. p. 1258.

> Καὶ πέλε τοῖος ἄεθλος ὁμοίϊος, ὡς ὅτε κούρην
> Χρυσοφαῆ προπάροιθε γαμήλια δῶρα κυλίνδων
> Ἱππομένης νίκησεν ἐπειγομένην Ἀταλάντην.

¶. 110.] *IV.* Plan. p. 319. St. 459. W. In imaginem Andromedae rupibus affixae, prope quas bellua marina conſpiciebatur. Aliud ejusdem hiſtoriae momentum expreſſit is, cujus opus commemorat *Antiphilus* Ep. XIII. ubi vide not. — Picta fuit tabula, ut ex v. ζωγράφος intelligitur; nec audiendus *Bandur.* in Antiq. CP. T. II. p. 846. qui ſtatuam illam Andromedae deſcribi exiſtimat, quae, Conſtantino M. imperante, unâ cum Perſeo CPolin advecta eſt. — V. 3. γναμπτῇσι χαρ. Vulgo. γναμπταὶ σπιλάδες rupes eſſe videntur acutae et fluctibus imminentes. Conſpiciebatur cetos, ut haec verba declarare videntur, in ipſo litore, ſive quod ex undis eſcenderat, (κῆτος πεζεῦον ἐπὶ τὰς ἀγέλας καὶ τοὺς ἐν τῇ γῇ ἀνθρώπους, verba ſunt *Philoſtrati* I. Imag. XXIX. p. 806. Andromedam periculo ereptam deſcribentis) ſive quod, certamine finito, in litus projectum jacebat. *Philoſtrat.* l. c. τετέλεσται ἤδη ὁ ἆθλος, καὶ τὸ μὲν κῆτος ἔῤῥιπται πρὸ τῆς ἠϊόνος. — V. 6. καὶ βλεφαρ. praeclarum artificem fuiſſe oportet eum, qui hac imagine et oculos et mentem fefellerit.

*V.* Plan. p. 320. St. 459. W. Jejunum Epigramma.

*VI.* Plan. p. 335. St. 474. W. In Panis ſtatuam, fiſtulam ori admotam tenentis. — V. 2. ἐγκατέμιξε. *Chriſtodor.* in Ecphr. v. 48. de Simonide: ὤφελεν ὁ πλάσσας σε — χαλκῷ συγκεράσαι μέλος ἡδύ. *Calliſtr.* Stat. VIII. p. 900. ὥσπερ, οἶμαι, τοῦ Πραξιτέλους καὶ τὸ Βάκχειον

ἐγκαταμίξαι δυνηθέντος. Idem IX. p. 901. πέτρῃν ἀνέμιξεν ἀλγεινῷ. *Tullius Gem.* Ep. IV. Lyſippus χαλκῷ ἐγκατέμιξ' ὀδύνην. *Paul. Silent.* Ep. LVIII. ἡ τέχνη — μανίην ἐγκατέμιξε λίθῳ. — V. 3. Fiſtulam inflare recuſat, quod Echo, quam deperit, aufugientem videt. Amabat ille Nympham, dum ipſa Satyri amore flagrabat. *Moſch.* Eid. VI. ἤρα Πὰν Ἀχοῦς τᾶς γείτονος· ἤρατο δ' Ἀχὼ Σκιρτητᾶ Σατύρω. *Nonn.* Dion. XVI. p. 457. Fuerunt tamen, qui ex his amoribus Iÿnga natam traderent. Cf. *Tzetza* ad Lycophr. 316. — ἀμήχανος. neſcius, quomodo voti compos fiat. idem fere, quod δυσέρως, quod junxit *Theocr.* Eid. I. 85. ἆ δυσέρως τις ἄγαν καὶ ἀμήχανος ἐσσί. — ἄστατος. Idem Echûs epitheton apud *Nonnum* Dion. XXXII. p. 816. ubi de Pane e pugna fugiente, σιγαλέοις, ait, πόδεσσιν ἐδύσατο δάσκιον ὕλην, Μή μιν ἴδῃ φεύγοντα δι' οὔρεος ἄστατος Ἠχώ, Καί οἱ ἐπεγγελάσειε καὶ ἀδρανέοντα καλέσσῃ. — V. 4. πηκτὶς fiſtula h. l. ut paſſim. Cf. ad *Comet.* Epigr. III. p. 15.

*VII.* Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 374. St. 513. W. Fortaſſe hoc quoque carmen ſcriptum eſt in Heraei hortos, de quibus vid. not. ad *Agath.* Ep. XLVI. et *Paul. Silent.* LXI. et LXII.

## MACEDONII CONSULIS
### EPIGRAMMATA.

---

¶. 111.] *I.* Vat. Cod. p. 122. Primus edidit *Wolf.* in Fragm. Sapph. p. 227. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. T. IX. p. 475. nr. 367. Comparat auctor puellam, quam deperit, cum vite, ſe ipſum cum vindemiatore. — V. 2. τοὺς ἕλικας. ſarmenta ſunt ſive palmites aridi. De palmitibus ſimpliciter *Simonid.* Ep. LIV. 2. *Nonn.* Dion. XVI. p. 454. ἡμερίδων γὰρ Αὐτοφυὴς μίτρωσεν ἕλιξ εὐάμπελον

αὐτήν. Ad hederae palmites translatum ap. *Theocrit.* Eid. I. 31. quem locum, male vulgo intellectum, explicuit operum antiquitatis elegantiſſimus ſpectator in *Vaſengemählden* T. I. P. I. p. 82. — V. 3. „In cod. „ſcriptum ἐμῆς ἀνάθημα μερίμνης. Salmaſii emendationem „recepi.“ *Br.* Sic *Meleag.* Ep. CXII. ἀκρὶς ἐμῶν ἀπάτημα πόθων. Cod. ſcripturam ſervavit *Reiskius*, ad quam illuſtrandam *Schneiderus* in Peric. crit. p. 55. attulit *Polemon. Soph.* Epit. in Callimachum p. 27. ὦ σεμνὸν ἀνάθημα πολέμου, ὦ καλὸν Ἄρεος ἄγαλμα. Pro ornamento uſurpavit *Euripides* in Meleagro Fr. XIII. παῖδες δὲ χρηστοὶ — δώμασι Καλὸν τὸ θησαύρισμα, τοῖς τεκοῦσί τε Ἀνάθημα βιότου. *Heſych.* ἀνάθημα· κόσμημα. Hinc apparet, ἀνάθημα parum diverſum eſſe ab ἄγαλμα, cum quo jungitur ap. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1088. βάρβιτα χειρὶ λίγαινε τεῆς ἀναθήματα Ῥείης, Κύπριδος ἁβρὸν ἄγαλμα παροίνιον. Quare ſi quis Cod. lectioni inhaerere velit, μερίμνης ἀνάθημα explicari poſſit per *oblectamentum amoris* i. e. amantis, voluptas mea. Sic haec lectio accepta haud ſcio an magis etiam conveniat calamiſtrato *Macedonii* ſcribendi generi. — V. 4. ἐνὶ πλέξας. Vat. Cod. quod verum videtur, modo ἐνιπλέξας ſcribas. Pro ἅμματι *Reiskius* σώματι dedit, citra neceſſitatem. Idem eſt ἅμμα et δεσμός, ſed utrumque junctum copiae oſtentandae cauſa, fere ut ap. *Aeſchyl.* Prom. 6. ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις. Ad ſenſum comp. *Paulus Silent.* Ep. VII. 15. ὑπ᾽ ἀντιπόροισιν ἀγοστοῖς Ὑγρὰ περιπλέγδην ἅψεα δησαμένους. — V. 5. τρυγόω τὸν ἐρ. Vat. Cod. Sic emendavit etiam *Wolfius*, cum in Apogr. eſſet τρυγόωσιν. τρυγᾷν pro *decerpere* poſitum illuſtravimus ad *Meleagr.* Ep. II. p. 15. Ad rem amatoriam hoc verbum tranſtulit *Ariſtaenet.* L. II. 1. p. 72. οὐ δεῖ τηρεῖν ὀπώραν. δίδου ταῖς σαῖς ὀπωρώναις τὴν ὥραν τρυγᾷν· μετ᾽ ὀλίγον ἔσῃ γεράνδρυον. *Euſtath.* de Amor. Iſm. IX. p. 418. ἐν τοῖς τούτοις χείλεσι καὶ ὅσοις ἄλλοις τρυγᾶται βότρυς ἐρωτικός. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1096. παρθένε, σύγγονος ἦλθέ ποτε,

Add. 99.

τρυγόωμεν ὀπώρην, Σὸς στάχυς ἠέξητο. — V. 6. „Cod. οἶδα „μένειν. Recte Salmaſ. οὐκ οἶδα νέμειν. habere, poſſidere „neſcio, i. e. nolo. Tum cod. ἔτι μοι. Quod etiam a „Salmaſio emendatum." Br. νέμειν θέρος, ἔαρ, idem fere h. l. quod τρυγᾷν. nulla eſt puella neque vernantibus annis, neque paulo provectior aetate, quam habere malim. οἶδα periphraſi inſervit. Cf. Abreſch. ad Ariſtaen. p. 336. — V. 7. „In membranis, et perſpicue in ap. „Buheriano ἠβήσειας, quod conjecerat Reiskius, ſed „quum verſus modulo congruum eſſet, recipere noluit „et praetulit ἀκμάσειας, ne ſemel metricis legibus pa„ruiſſe videretur. Tum Cod. εἰ δέ τις ἔλθῃ. In margine „cod. Lipſ. emendatum ἔλθοι, judice Reiskio, absque „neceſſitate. At ἔλθῃ cum εἰ ſoloecum eſt, quod ignoraſſe „mirum, qui tot graecos auctores edidit. Scribendum „erat ἢν δέ τις ἔλθῃ, aut εἰ δέ τις ἔλθοι." Br. At ſecundum Reiskium judicabat vir doctiſſimus Locella, qui εἰ cum conj. aor. 2. jungi poſſe cenſet ad Xenoph. Epheſ. p. 186. — Pro ἠβήσειας quaedam Apogr. ἡμύσειας. — V. 8. λοξὸς ἕλιξ. reſpicitur v. 2. — Pro τλήσομαι, quod Reisk. dedit, in Ap. Lipſ. eſt πλήσομαι, ap. Wolf. κνήσομαι. Totum hoc diſtichon Vir Doct. in marg. Apogr. Guy. et Ruhnk. addititium eſſe putabat. Temere. Nihil his verſſ. magis genuinum.

*II.* Cod. Vat. p. 123. Edidit *Reisk.* Miſc. Lipſ. IX. p. 476. nr. 368. Hinc protulit *Toup.* in Cur. Nov. p. 168. Eſt colloquium viri cum muliere, amantes promiſſis lactante. Antiquiorem quendam poëtam expreſſiſſe noſtrum, ſatis veriſimile eſt. — V. 2. laudat *Suid.* v. ἀμβολία T. I. p. 136. — V. 3. ταῦτα. Vana haec promiſſa, nihil amplius mihi gratificaris. — V. 5. „Diſtinctis perſonis, quae interloquuntur, facile intel„ligitur carmen, et palam eſt, v. 5. ἑσπερίη, non ἑσπερίην, „ut in Cod. perperam ſcriptum eſt, legendum eſſe." *Br.* In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. ἑσπερίην. i. e. *vetulam,* tarde

*tarde te videbo*. *Heſych*. ἑσπέριον ξένον, τὸν ἑσπέρας ἥκοντα. Nec *Dorvillius*, qui hoc diſtichon profert ad *Charit*. p. 156. vitium intellexit, quod ſublatum debemus *Toupio* l. c. Eſt ambiguitas in his verbis, quae alio ſenſu a muliere dicuntur, alio ab amante accipiuntur. Dixit illa: Ad veſperam te viſum ibo. Jam cum ἑσπερίη translata ſignificatione etiam de aetate ad ſenectutem vergente uſurpetur, ille reſpondit: Quid, quaeſo, veſpera eſt mulierum, niſi rugarum plena ſenectus? — Huc facit *Ariſtotel*. Poët. c. XXI. ὁμοίως ἔχει ἑσπέρα πρὸς ἡμέραν καὶ γῆρας πρὸς βίον. ἐρεῖ τοίνυν τὴν ἑσπέραν γῆρας ἡμέρας, καὶ τὸ γῆρας ἑσπέραν· ἢ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, δυσμὰς βίου. — V. 6. ἀμετρήτῳ ῥυτίδι. Sic Vat. Cod. et *Dorv*. ἀμετρήτων ῥυτίδων. *Reiske* et *Toup*. Verbum πλήθεσθαι utrumque caſum adſciſcit. Vide, qui multa collegit, *Abreſch*. ad Aeſch. II. p. 187. ſq.

¶. 112.] *III*. Vat. Cod. p. 124. *Reisk*. Miſc. Lipſ. IX. p. 477. nr. 389. Animum ob inopinatum puellae adventum vehementi gaudio perculſum ſignificat auctor. — V. 1. 2. laudat *Suid*. in ἐξεσάλαξας T. I. p. 767. ὅλην φαντασίην, *omnem imaginandi vim excuſſiſti*, vertit *Reiskius*. Dubito an recte. Sunt potius ea, quae menti obverſabantur poëtae, ſive cogitationes, quibus tum occupatus tenebatur, cum puella intraret. — ἐξεσάλαξας. ut *Paul. Silent*. XXXIV. ἔκχυτον ἐκ στέρνων ἐξεσόβησα νόον. — V. 3. „Scriptum in cod. κραδίη δὲ βυθῷ πελεμίζεται οἴστρον, „quod partim a Salmaſio emendatum. At v. ſq. pro κινυμένης reponenda eſt codicis lectio πνιγομένης, quam „temere immutavi." *Br*. *Reiskius* ſervavit lect. Cod. vertens: *cor profunda oeſtri voragine aeſtuat*; quod ſenſum non habet. κραδίης βυθός, ut *Paul. Sil*. Ep. XXVII. ἡμετέρης θερμῷ βένθεϊ σῆς κραδίης. — οἴστρῳ πελεμίζεται. Haud aliter *Nonn*. Dion. XV. p. 424. νομῆα Οἴστρῳ λαβροτέρῳ δεδονημένον. XLII. p. 1084. πόθου δεδονημένον οἴστρῳ. — V. 4. πνίγεσθαι de iis, qui in undis laborant, pro-

prium illuſtravit *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 75. qui vſ. ſeq. φθάνοντα corrigit pro φανέντα. ſine neceſſitate. — κῦμα Κυπρίδιον ductum ex *Meleagr.* Ep. XIX. 7. — V. 5. ναυηγόν. Vide notata ad *Poſidippi* Ep. VI. T. II. P. I. p. 137. ubi v. 1. legendum: σήν, Παφίη Κυθέρεια, παρ' ᾐόνι εἶδε —, non παρ' ἠϊόν' εἶδε, quod minus elegans. — V. 6. λιμένων. Dum in allegoria pergit et otium ſibi a tempeſtatibus precari videtur, rem obſcoenam tecte ſignificat. Hac imagine uſus in re perquam gravi *Sophocl.* Oedip. Tyr. 1208. ὦ μέγας λιμὴν ὡὑτὸς ἤρκεσε Παιδὶ καὶ πατρὶ θαλαμηπόλῳ πεσεῖν. Allegoriae auctor fuiſſe videtur *Empedocles* ſecundum *Schol.* Eurip. Phoen. v. 18. Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικὸς ἀλληγορῶν φησί· σχιστοὺς λιμένας Ἀφροδίτης, ἐν οἷς ἡ τῶν παίδων γένεσίς ἐστιν. ubi vide *Valcken.* p. 600.

*IV.* Vat. Cod. p. 125. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 324. *Reisk.* Miſc. Lipſ. IX. p. 479. nr. 371. Quum ſibi per quietem puellam amplecti videretur, invidioſus Amor omnem illam felicitatem, ſomno excuſſo, turbavit. — V. 1. ὄνειρον. *Reisk.* contra Cod. fidem. — V. 3. πείθετό μοι. Cod. Vat. et Dorv. Ad rem confer Ep. ἀδεσπ. LVI. — οὐκ ἀλέγιζεν. facile patiebatur, me varia Venere corpus ejus tractare. — V. 5. „Male Dorvillius „καὶ νύκτα pro κατὰ νύκτα. quod perſpicue in Cod. ſcri„ptum eſt." *Br.* Hoc quoque loco Apographa cl. editori fraudi fuerunt. In membr. eſt καὶ νύκτα, idque verius et gravius puto quam emendationem *Salmaſii*, in marg. apogr. Ruhnk. notatam. Amor non contentus interdiu me ludere, noctem *quoque* obſervans voluptate me privavit. Talem Amorem ſibi finxit *Crinagoras* Ep. III. in dormientem Cupidinem: ἀλλὰ καὶ ὥς σε δέδοικα — μὴ κἠν ὕπνῳ πικρὸν ὄνειρον ἴδῃς. et hinc *Statyll. Flacc.* Ep. VII. ἐγὼ δ', ἀγέρωχε, δέδοικα Μή μοι καὶ κνώσσων πικρὸν ὄνειρον ἴδῃς. — V. 6. ἐξέχεεν. Vat. Cod. — V. 7. ὧδέ μοι. Sic mihi Amor vel in ſomniis voluptatem ex fur-

tivis amoribus percipiendam invidet. *γάμος*, *concubitus*, hoc ſenſu paſſim obvium. *Dorvillius* comparat *Ovid.* L. VIII. Metam. 850. *qui raptae praemia* (*κέρδεα*) *nobis Virginitatis habes.*

*V.* Vat. Cod. p. 132. Edidit *Salmaſ.* ad Solin. p. 539. C. D. *Reiske* Miſc. Lipſ. IX. p. 680. nr. 384. In meretriculam, olim formoſam et ſuperbam, nunc, annorum flore deperdito, ab amantibus relictam. Expreſſum ex *Rufini* Ep. XXXVII. — V. 1. βακχεύουσαν. Eodem ſenſu *Agath.* Ep. XIII. ἡ πάρος ἀγλαΐησι μετάρσιος — καὶ σοβαρευομένη. De quovis vehementiore impetu βακχεύειν uſurpatur; ut ap. *Agath.* Ep. XXVII. Κύπριδι βακχεύειν μᾶλλον ἐπειγομένη. Cf. *Cuperi* Obſſ. L. III. p. 310. Hinc βακχεύουσα ἐν εἴδει mulier eſſe poſſit pulchritudine ſua inſigniter ferociens. Sed ſic θηλυτεράων nimis otioſum videtur. Emendando ſuccurrere conati ſunt Viri doctiſſimi, quorum unus in marg. apogr. Ruhnk.: *Leg.*: ἀν' ἤθεα. *Homer.*: ἀν' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων. *placet. Vel ex lectione Gaulminii Cod.* ἐν εἴδεσι θ. ἐν ἤθεσι. ἐν εἴδεσι praebent Schedae Tryll. *Cornel. de Pauw* in Apogr. ſuo ἐν εἴδεσι θηλυτεράων pro periphraſi habet: ἐν θηλυτέραις. Nihil horum eximie placet. Fortaſſe legendum:

ἐν εἴαρι θηλυτεράων

*in vere mulierum*, i. e. in aetatis et pulchritudinis flore. Vide not. ad *Rufin.* Ep. VIII. T. II. P. III. p. 159. — V. 2. χρυσεοκροτάλῳ et σπατάλην Vat. Cod. Poſterius vocabulum initiali majore ſcriptum pro nomine proprio habebat *Reiskius*, qui initio verſus χρυσέῳ κροτάλῳ exhibuit. Neutrum horum admitti poteſt. *Rufinus*, quem Noſter expreſſit: σοβαρῶν ταρσῶν χρυσοφόρος σπατάλη. ubi vide not. σπατάλη autem ob praecedentem accuſativum in σπατάλην depravatum eſſe, noli dubitare. Nihil enim hoc erroris genere in Vat. Cod. frequentius. χρυσοκρόταλος dicitur ornatus aureus ob inanem, quem efficit,

ſtrepitum, ita ut de *crotalis* ne cogitandum ſit quidem. κρόταλον ad res ſtreperas translatum illuſtravit *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Nub. 259. — σειομένην. de inceſſu ſuperbiore accipio, eodem fere ſenſu, quo σοβεῖν, de quo *Bergl.* ad *Alciphr.* p. 142. et *Pierſ.* ad *Moer.* p. 341. Haec mihi interpretatio contextui aptiſſima videtur. Quae ſi cui non ſatis placeat, is haec verba de ſaltatrice accipiat, *corpus movente* (σειομένη) *ad* σπατάλην χρυσέων κροτάλων, *ad aureorum crotalorum delicias.* Sic adjectiva pro genitivis paſſim uſurpantur, ap. Tragicos praeſertim. *Cornel. de Pauw* cogitabat de κατάγῃ. — V. 3. *Suidas* T. III. p. 600. φιληταί. — οἱ φιλοῦντες· οἱ δὲ φιληταί, οἳ ποτε θρυλλήστως ἐναντίον ἐ. ν. μ. π. Amantes, qui olim cum precibus et ſupplicationibus ad eam accedebant. — τὸ αὐξοσέληνον. *luna plena.* *Salmaſius* l. c. bonam et plenam puellae habitudinem (*l'embonpoint*) interpretatur. Mihi omnino opulentior puellae conditio indicari videtur, quam poëta initio carminis deſcripſit. In σύνοδος iterum eſt luſus ex ambiguitate. Significatur primum *interlunium*, ubi luna vetus non amplius conſpicitur, nec nova apparet; deinde concubitus, congreſſus, frequentia amantium. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 739. Hoc igitur *Macedonius* voluit: Ille priſtinus puellae ſplendor, illae divitiae et munditiae ceſſarunt, cum amantes ei obviam fieri et ſumtus porrigere nolint. — V. 6. ἐξέλιπεν et μὴ κέτι. Vat. Cod.

¶. 113.] *VI.* Vat. Cod. p. 122. Plan. p. 454. St. 590. W. De vulneribus ab Amore ſibi inflictis ſatis inepte conqueritur. — V. 3. κακότητος. Dolor vulneris me tam graviter afficit, ut conſilium reperire nequeam. De ἀμήχανος vide ad *Arabii* Ep. VI. 3. — V. 3. „πάσσαι. Vulgo πάσσει. Legendum credo ἤπιά κεν πάσσαι, et „ſic excudi volebam." *Br.* Vulgatam πάσσει confirmat Vat. Cod. nec emendatione opus eſſe videtur. Reſpicitur locus Il. δ. 218. ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς Πάσσε, τά οἵ

ποτὲ πατρὶ φίλα φρονέων πόρε Χείρων. — V. 5. Τήλεφος. Cf. not. ad *Paul. Sil.* Ep. XV.

*VII.* Vat. Cod. p. 126. Plan. p. 461. St. 598. W. Ad puellam, quae, priſtina ſeveritate depoſita, blanditiis eum fruſtra allicere et irretire conabatur. — V. 1. κιχλίζεις. laſcivo riſu me ad furtivam voluptatem invitas. Κιχλίζειν. τὸ γελᾷν ἀτάκτως. *Suid.* T. II. p. 320. ubi noſtrum vſ. excitat. Multa de hoc vocabulo dedit *Brodaeus* ad h. l. Plurimum huc facit *Clem. Alex.* II. Paed. p. 196. 25. riſus immodicus, εἰ μὲν ἐπὶ γυναικῶν γένοιτο, κιχλισμὸς προσαγορεύεται, γέλως δέ ἐστι πορνικός· εἰ δὲ ἐπὶ ἀνδρῶν, καγχασμός· γέλως δέ ἐστιν οὗτος μνηστηριώδης. — Eodem redit χρεμέτισμα, quod equis proprium, praecipue ubi coitum deſiderant. *Claudian.* de Nupt. Hon. et Mar. v. 289. *Sonipes – quem primus amoris Sollicitavit odor – Pharſalia rura Pervolat, et notos hinnitu flagitat ignes.* — προκέλευθον. *Nonn.* Dion. L. III. p. 106. ἐσσομένων προκέλευθον ὑπέρτερον ἐλπίδα βόσκω. — V. 3. τρισὶν ὤμοσα πέτραις. Jusjurandum ſanctiſſimum indicari ſponte apparet; in cauſa locutionis inveſtiganda laboramus. *Brodaeus* quidem haud pauca aliena attulit; ut quae de ſaxo μύδρῳ) fluctibus immiſſo profert. (Vide *Intrpp. Herodoti* L. I. 165. p. 78. et ad *Horat.* XVI. Epod. 25.) Unice huc facit *Harpocration* v. λίθος· Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος· τῶν τε παρόντων καθ' ἕνα ἡμῶν οὑτωσὶ πρὸς τὸν λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες· ἐοίκασιν οὖν Ἀθηναῖοι πρός τινι λίθῳ τοὺς ὅρκους ποιεῖσθαι, ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Φιλόχορος ὑποδηλοῦσι. Similem conſuetudinem, ſed in imprecationibus, usque ad ſua tempora duraſſe notavit *Scholiaſt.* ed. Wechel. Quum tamen et hic ritus, et ille, quem *Harpocration* commemorat, nonnihil diverſus ſit ab eo, cujus *Macedonius* mentionem injecit, Vir ingenioſus in Specim. Quaeſt. Philol. p. 75. legendum propoſuit:

ὤμοσα τὴν δυσέρωτα Κόρην, τρισὶν ὤμοσ' ἀδελφαῖς,
μήποτε μειλιχίοις σ' ὄμμασιν εἰσιδέειν.

*Proſerpinam in amore infelicem et Parcas juravi.* τρεῖς κασίγνηται Parcae appellantur ap. *Homer.* H. in Mercur. 549. nec non apud Latinos poëtas *tres ſorores* paſſim obviae. *Propert.* II. X. 44. *quaevis de tribus una ſoror.* *Ovid.* XV. Metam. 807. *Sola inſuperabile fatum, Nata, movere paras? intres licet ipſa ſororum Tecta trium.* *Horat.* II. Od. III. 15. *Dum res et aetas et Sororum Fila trium patiuntur atra;* ubi vide *Mitſcherl.* et *Wakker* Amoen. litt. c. XII. p. 111. — Nolim tamen ingenioſae huic conjecturae nimium tribui. Ne enim diverſos caſus eidem verbo additos urgeam, certe δυσέρως de Proſerpina otioſum videri debet; nec cauſam video ſatis gravem, cur δυσέρως κόρη non de ipſa meretrice (*in libidinem nimis effuſa*, et vere δυσέρωτι) accipiatur; praeſertim cum ſic elegantiſſima ſit verborum collocatio. Etiam hoc, quod poëta a ſecunda perſona ad tertiam delabitur, elegantiam ſuam habet et ſcenicum ἦθος. Ipſe cl. *Eichſtaedt* in literis ad me datis aliam tentavit emendandi viam:

> ὤμοσα τὴν δυσέρωτα Κόρην, τρὶς ἐπώμοσ', ἑταίρην
> μήποτε μειλιχίοις ὄμμασιν εἰσιδέειν.

Equidem vulgatae inhaerere malim, ritum ex amantium religione, nobis, ut multa hujus generis, non ſatis cognitum ſignificari exiſtimans. Hoc quoque *Grotio* viſum eſſe, ex ipſius verſione apparet:

> *Juravi, manibus capiens tria ſaxa, procacem*
> *Luminibus placidis nec ſemel adſpicere.*

— V. 5. πόππυζε σεαυτῇ. tibi ipſi illis ποππύσμασι blandire. *Suidas*, hunc verſum laudans, T. III. p. 155. πόππυζε. — ἀντὶ τοῦ κολακεύει, κήλει. ποππύσματα· κολακεῖαι εἰς τοὺς ἀδαμάστους ἵππους. Illuſtravit h. v. de blandientibus aliosque allicere ſtudentibus *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 93. 64. Hoc loco ſimul ad ſonum compreſſorum labiorum reſpicitur. — V. 6. χείλεσι

γυμνοτάτοις. ſequentibus illuſtratur. Cl. *Eichſtaedt* malit ὑγροτάτοις. — V. 7. 8. a Planude omiſſos *Brunckius* ex Vat. Cod. addidit. — ἐργάτιδες. Vide not. ad *Philippi* Ep. XXVIII. T. II. P. II. p. 168. ſq. *Paul. Silent.* XII. 12.

*VIII.* Vat. Cod. p. 122. Plan. p. 454. St. 590. W. Cf. *Archiae* Ep. II. — ἥπατος. ubi amoris et cupiditatum ſedes. ἔρωτος ὁ πυρσὸς καὶ μέχρι τοῦ ἥπατος διελήλυθεν αἰσχυνῖς. *Ariſtaen.* L. II. Ep. V. p. 79. Hoc expertus erat Polyphemus ille Theocriteus, cui Κύπρις ἥπατι πᾶξε βέλεμνον. Eid. XI. 16. et Hercules ap. eundem Eid. XIII. 71. χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν. Illuſtravit hunc morbum *Hepatarium Plauti* in Curcul. II. Sc. I. *Toupius* ad Longin. π. ὕ. p. 302. — V. 2. „κατάβα. Sic cod. „Ja. Laſcaris. Vulgo μετάβα." *Br.* Vulgatum exhibet etiam Vat. Cod.

*IX.* Vat. Cod. p. 121. Plan. p. 454. St. 590. W. Poëta, diu exoptatam noctem denique nactus, Luciferum rogat, ut aliquamdiu morari noctemque extendere velit. Cf. *Meleagr.* Ep. LXXXI. ſq. — V. 2. Ἀρεῖ γείτονέων. Martis ſidus triſtia minari et omnino ſaevioris indolis eſſe putabatur; hinc poëta veretur, ne vicinitate ſua aliquid hujus indolis cum Lucifero communicet. — V. 3. Κλυμένης. Nota fabula de Solis et Clymenes amoribus vel ex *Ovid.* I. Metam. 756. Fuiſſe, qui noctem tum a Sole protractam eſſe fingerent, ex hoc loco apparet; an alibi idem occurrat, ignoro. *Nonnus* Dion. XXXVIII. p. 972. ubi Clymenes cum Sole nuptias deſcribit, Luciferum carmen nuptiale cantaſſe, Lunam face praeluxiſſe narrat. — V. 6. Κιμμερίοις. Ex *Pauli Sil.* Ep. XIII. εἴ τις Ἐρώτων λάτρις, νύκτας ἔχειν ὤφελε Κιμμερίων.

¶. 114.] X. Vat. Cod. p. 122. Plan. p. 455. St. 591. W. De duro puellae animo conqueſtus ſe ipſum

et puellam cum Niobe comparat. Hoc carmen, quod *Opſopoeus* feſtivum eſſe dicit, mihi quidem ineptiſſimum eſſe videtur. — V. 1. τὴν Νιόβην. Putabatur lacrymas fundere Niobe in ſaxum mutata, ſecundum *Homer.* Il. ω. 617. ἔνθα λίθος περ ἐοῦσα θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει. unde *Antip. Sid.* Ep. XLIII. πέτρος ἔσῃ, Νιόβα, κᾄδεϊ τειρομένα. *Ovid.* Met. VI. 309. *intra quoque viſcera ſaxum eſt. Flet tamen, et validi circumdata turbine venti In patriam rapta eſt; ubi fixa cacumine montis Liquitur, et lacrymas etiamnum marmora manant.* Cf. *Senec.* Agam. 371. *Callimach.* H. in Apoll. 22. et *Ruhnk.* Epiſt. cr. II. p. 131. — βουκόλος ἀνήρ. Niſi dixeris, *Macedonium* ruſticum hunc hominem, Niobes lacrymas mirantem, ſine ulla cauſa adduxiſſe, veriſimile eſt, veteris cujusdam poëtae locum ei obverſatum eſſe. Fuit is fortaſſe *Philemon* Comicus, cujus verſus ſervavit Schol. ad *Homeri* Il. ω. 617.:

Ἐγὼ λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς,
Οὐδέποτ' ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι,
Ὡς τοῦτ' ἐγένετο, καὶ κήδεα πέσσει [λίθος].

Sic legendi videntur hi verſus, quos in *Philemonis* Comoedia ruſticum quendam pronuntiaſſe ſuſpicor. — V. 3. τόσην. Vulgo et in Vat. Cod. τόσης, quod Brunckianae lectioni praefero. — V. 4. ἔμπνοος λίθος. quamvis viva, quovis tamen ſaxo durior.

*XI.* Vat. Cod. p. 123. Plan. p. 460. St. 598. W. Multiplices puellae illecebras enumerat; fere ut *Liban.* in Ecphr. Pulchrit. T. IV. p. 1070. ed. R. ἐπ' ἐκεῖνο τὸ πρόσωπον περιεχόρευον αἱ Χάριτες — αἱ Μοῦσαι περὶ τὴν κόρην ἐμήριζον, καὶ τι λέγειν τοῦ κάλλους ἐπάξιον οὐκ εἶχον. Ἔρως εὐτύχει (fort. εἱστήκει) παρ' αὐτῇ τὰ τόξα τείνων καὶ πικρὸν ἐπαλείφων τοῖς βέλεσι φάρμακον, καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἐκείνης ὀμμάτων ἐμπιστεύων τὴν τόξευσιν. — V. 1. πρόσωπα τὰ δ' Vat. Cod. De forma προσώπατον vide *Rittersbuſ.* ad Op-

*pian.* Cyneg. I. 418. III. 91. — In fine verſus membr. βάλλει. „θάλλεις. Sic omnino legendum, non, ut vulgo, „βάλλεις: membr. βάλλει, e quibus v. 3. συλεύεις recepi. *Br.* Illud fortaſſe in mente habebat magnus *Grotius*, cum verteret: *Ora lepor, frontem florum tibi circulus ornat;* qui de florum corona cogitaſſe videtur; ſed coloris florem, lilia cum roſis in puellae ore commixta, intelligi voluit. — V. 3. σκυλεύεις. Vulgo. *Ariſtaen.* L. II. 1. p. 71. σὺ δὲ ὀφθεῖσα φλέγεις καὶ ἀκουσθεῖσα (ſic *Toup.* Ep. crit. p. 110.) τιτρώσκεις.

*XII.* Vat. Cod. p. 124. Plan. p. 460. St. 598. W. Quare nudum enſem gerat, poëta docet hoc Epigrammate, quod omnibus *Macedonii* carminibus facile praetulerim. — V. 1. τὸ ξίφος. *Apollon. Rh.* L. III. 1381. γυμνὸν δ' ἐκ κολεοῖο φέρε ξίφος. — In fine vſ. κούρα Vat. — V. 3. ἀζαλέον. ἄγαν ζέον. θερμόν. *Heſych.* Hujus ſignificationis nullum in Lexicis exemplum proſtat. Notandus igitur *Macedonii* locus. — V. 5. In his color fortaſſe ductus ex Scolio *Hybriae Cretenſis* XXII. T. I. p. 159. — In fin. vſ. κάτοπτρον Vat. C. — Verba οὗτος ἐμοὶ ποθέοντι male vertit *Opſopoeus: Hic mihi amanti eſt conſcius;* pro; *hic me amantem comitatur.* — V. 7. καὶ καλός. Idem interpres haec verba ad enſem refert, parum apte. Melius *Grotius: In hoc videor pulcher et ipſe mihi, Quantum ſivit amor.* Amor enim pulchritudini nocet, pallorem genis obducens. — ἀπ' ἐμεῖο λαθῆναι. Vat. Cod. in qua lectione fortaſſe aliud quid latet, quam quod Planudes ſubſtituit.

*XIII.* Vat. Cod. p. 126. Plan. p. 461. St. 599. W. De inconſtanti puellae Parmenidis animo conqueritur. — V. 1. Παρμενίς. luſus in nomine ex παρὰ et μένειν compoſito. — V. 3. Ducta ſunt haec ex *Theocrit.* Eid. VIII. 17. unde eadem ad Nicaeam transtulit *Nonnus* Dion. XVI. p. 297. Iis, quae notavimus ad *Callim.* Ep.

XI. T. I. P. II. p. 264. adde *Ovid.* I. A. A. 717. *Quod refugit, multae fugiunt: odere, quod inſtat.* — ¶. 115.] V. 5. „Ultimum diſtichon omiſit Planu„des, quod ita a me emendatum e membranis addidi, „in quibus depravata ſcriptura. Nam in hexametro κεν„τρομανὲς et in pentam. fine χείλους ἐκρέμεθα exhibent.“ *Br.* De prioris vocabuli ſinceritate non dubitabat *Grotius*, qui hoc diſtichon, quod ex Cod. Vat. cognitum habebat, ſic vertit:

*Hamus ſed furians os eſt tibi; morſus ab illo*
*Attamen a labris pendeo purpureis.*

Et ſane κεντρομανὲς huic loco unice aptum. Eſt hamus, cujus aculeus, ceu oeſtrus quidam, furore animum percellit; proprie, *qui aculeo furit*, ut δορυμανής, *haſta furens*, θηλυμανὴς πόθος, Cupido ad muliebrem amorem incitans, ap. *Meleagr.* Ep. LIV. et ſimilia. Ad rem cf. *Plaut.* in Truc. I. Sc. I. 21. *interim ille hamum vorat, Si ſemel Amoris poculum accepit mere.* — Ceterum dubitare poſſis, an hoc diſtichon ad noſtrum carmen pertineat. Nexus certe tenuiſſimus; niſi forte haec fuit auctoris ſententia: Leviſſima quidem es et me inconſtantia tua excrucias; nec tamen me ex laqueis, quibus me irretitum tenes, expedire poſſum.

*XIV.* Vat. Cod. p. 125. Plan. p. 461. St. 598. W. Non ſcorti avari verba, ut *Brodaeus* exiſtimabat, ſed amantis, qui ſe veram ad amorem viam inveniſſe affirmat. Cf. *Antipatr. Theſſal.* Ep. II. III. — V. 1. οὐ γὰρ ἀρότρῳ. Senſus eſt: Ut aliis inſtrumentis opus eſt ad agriculturam, aliis ad mellificandum, ita amor quoque propria ſibi et peculiaria inſtrumenta habet. In antitheſi verborum ἀρότρῳ et ἔαρι δροσερῷ poëtae judicium deſideras; expectabatur ἀλλὰ ἄνθεσιν ἠαρινοῖς. — V. 2. σκαπάνη. Vat. Cod.

*XV.* Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 141. St. 205. W. Ad mulierem facie fucata. — V. 1. Recepit *Br.* lectionem a *Stephano* metri cauſa in textum invectam, ἐγὼ δὲ πάλιν σου ἐλ. cum in omnibus edd. et in membr. quoque legatur, ἐγὼ δέ σε πάλιν ἐ. in quibus verbis latens ulcus aut ſanandum aut certe non celandum erat. *Joſ. Scaliger* in not. mſc. tentabat: ἐγὼ δέ σ' ἔπηλυν ἐλέγξω — pulchritudinem tuam non nativam, ſed alienam *et quaſi advenam* monſtrabo. Elegans conjectura, ſed ingenioſior fortaſſe quam verior. Num fuit

ἐγὼ δέ σ' ἐπαυτίκ' ἐλέγξω —

quod a vulgatae ductibus proxime abeſſe fatebuntur, qui codd. perluſtrarunt. — V. 2. νοθοκαλλοσύνη, *facies interpolata*, καπηλικῶς ἔχουσα. *Ariſtoph.* in Plut. 1664. νῦν καπηλικῶς ἔχει. (νόθον ἔχουσα χρῶμα *Schol.*) Εἰ δ' ἐκπλυνεῖται τοῦτο τὸ ψιμύθιον, Ὄψει κατάδηλα τοῦ προσώπου τὰ ῥάκη. *Claudian.* II. p. 447. ψευδόμενον δ' ἐρύθημα κατέγραφεν ἄχροος αἰδώς, Ἀγλαΐῃ στέψασα νόθῃ κεκαλυμμένα μῆλα. Facit huc *Alciphr.* III. Ep. XI. φύκει γὰρ καὶ ψιμυθίῳ καὶ παιδέρωτι δευσοποιοῦσι τὰς παρειὰς ὑπὲρ τοὺς δεινοὺς τῶν ζωγράφων. Σὺ δὲ ἦν ὑγιαίνῃς, ὁποίαν σε τὸ ὕδωρ ἢ τὸ ῥύμμα τὸ πρὶν ἐκάθηρεν, τοιαύτη διαμενεῖς. — V. 3. τοῦτο καὶ ἡ. δέ ποτε Πίνδαρος ἐλέγχων. Ed. Flor. pr. Aldin. pr. Aſcenſ. Reliquae Aldinae exhibent, quod in Aldinae pr. lectionibus reperitur: τ. κ. ἡ. ποτε Π. αὐτὸς ἐλ. idque *Stephan.* recepit. In Vat. Cod. verſus non integrior, quam in antiquis edd. quippe ubi nec δέ, nec αὐτὸς legitur. — αἶσχος ἐλέγχων *Brunckius* aſſumſit ex marg. Edit. Wechel. quid in regiis Planudeae codd. repererit, non indicans.

*XVI.* Vat. Cod. p. 559. Plan. p. 135. St. 195. W. Hoc quoque ſcriptum in mulierem ex illis, *quae ſe unguentis unctitant, interpolibus, vetulis, edentulis, quae vitia corporis fuco occulant*; ut *Plautus* loquitur Moſtell. I. 3. 117. — V. 1. τῷ abeſt a membr. — τεῦνε παρ.

*Antiphilus* in Epigr. quod edidimus ad *Luciani* Ep. VI. T. II. P. II. p. 412. κἢν τείνῃς ῥικνεῦντα πολυτμήτοιο παρειῆς χρῶτα. — V. 2. Λαοδίκη. luſus in puellae nomine, quam τοῖς λαοῖς, populo et juvenibus inprimis, qui eam olim amaverant, poenas dare ait. Temere haec lectio ſuſpecta fuit Viro Doct. in Sched. Bibl. Bodl. qui in λαοῖς haerebat. — V. 3. μήποτε. ne os tamen aperias cave. Comparandus *Horat.* IV. Od. XIII. 9. ad Lycen vetulam: *Amor – transvolat aridas* (αὐχμηρῷ καρφομένας θέρει) *quercus, et refugit Te, quia luridi Dentes, te quia rugae turpant et capitis nives.* — ὀδόντων ὄρχατον. δίστοιχος ὄγμος ὀδόντων. Epigr. ἀδεσπ. CCLXXII. — φαρμακόεντα δόλον fucum appellat, quia homines fallit et decipit. Jam hoc dicit: Faciem licet fuco interpoles; quis autem reperietur fucus, qui dentium tuorum ordinem tibi reparet? Non tamen ignorabant veteres artem dentium inſerendorum. *Lucian.* in Rhet. Pr. 24. T. II. p. 245. γυναικὸς ἑβδομηκοντούτιδος, τέτταρας ἔτι λοιποὺς ὀδόντας ἐχούσης, χρυσίῳ καὶ τούτους ἐνδεδεμένους. Cf. *Boettiger in den Vaſengem.* T. I. Faſc. I. p. 63. — V. 5. ἐξέῤῥευσας. omnis tibi effluxit venuſtas, qua olim fuiſti conſpicua. Verbum ἐκρεῖν transitiva poteſtate gaudet, ut προῤῥεῖν. Vide *Ruhnk.* Ep. crit. p. 264. et not. ad *Archilochi* fr. XVIII. T. I. P. I. p. 163. — In fine vſ. οὐκ ἀπὸ γαίης vulgo legitur et in Vat. Cod. in qua lectione explicanda trepidant interpretes. *Huetius* p. 14. vitium non eo, quo latet, loco quaerens ἀέναος legit; quod ipſum jam *Brodaeo* in mentem venerat. Suam emendationem, οὐκ ἀπὸ πηγῆς, unde acceperit, non indicavit clariſſ. editor. Sed ſic emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc.: *Pulchritudo non hauritur ex fonte perenni.* Notus eſt ille *Juventutis fons,* (*La fontaine de Jouvence*) cujus apud Romanenſes poëtas medii aevi crebra fit mentio. — V. 7. Conf. *Straton.* Ep. XXXVII. 5. — γήραος καρφομένη θέρει. Ductum ex *Archilochi* fr. XXVII. De ſenili aetate *Aeſchyl.* in Agam. 79.

τὸ δ' ὑπεργήρων φυλλάδος ἤδη καταχαρφομένης τρίποδας μὲν ὀδοὺς στείχει. quem locum commode admovit *Mitſcherl.* ad *Horat.* I. Carm. XV. 15. *Laeta quod pubes hedera virenti Gaudeat pulla magis atque myrto: Aridas frondes Hiemis ſodali Dedicet Euro.*

*XVII.* Vat. Cod. p. 513. „In Planud. p. 180. St. „264. W. diſtichon hoc adeſpoton eſt; in membran. „praefixum habet nomen Μακηδονίου Θεσσαλονικέως. Cujas „Macedonius fuerit, ignoro: forte eſt librarii error, „et pro Μακηδονίου ſcribere debebat Ἀντιπάτρου. Pro„fecto Epigramma hoc argutum eſt et lepidum, et me„liori aevo dignum." *Br.* Senſum Schol. ſic explicant: poëtam, compotatores excitantem, ut majoribus ſeſe poculis invitent, mulierem dicere heſternae compotationi interfuiſſe, parum pudicam eamque ſagam, quae his minoribus poculis uſa ſit. Jam cum periculum eſſet, ne haec pocula incantaverit, eum hortari pueros, ut illa frangant. Eadem fere *Brodaeus* attulit. Verum quidem eſt, veteres, incantationis avertendae cauſa, ova ſorpta, cochleas, aliaque his ſimilia fregiſſe; ſed vereor, ut haec conſuetudo noſtro loco magnopere congruat. Verba, περὶ ἧς λόγος ἔρρει οὐχ ὑγιής, eo ſpectare videntur, ut puellam impuri oris fuiſſe ſignificent. Hanc impuritatem cum averſetur poëta, pueros pocula frangere jubet. Unice huc facit *Martial.* XII. 75. vitreos calices amico commendans:

*Hoc quoque non nihil eſt, quod propinabis in iſtis,*
*Frangendus fuerit ſi tibi, Flacce, calix.*

Ad quem locum *Heraldus Macedonii* diſtichon admovit p. 234. hac explicatione addita: „His ſcyphis poteris „propinare et eosdem absque magno damno frangere, „ſi impuri oris homini propinaveris. Sic enim ſolebant."

¶. 116.] *XVIII.* Vat. Cod. p. 515. ſq. Planud. p. 176. St. 257. W. Elegans Epigramma ſtrenui pota-

toris, nec divitias, nec honores petentis, dum ipſi in amicorum coetu bibere liceat. Color fortaſſe ductus ex *Anacr.* Od. XV. — V. 2. οὐδ' ὅσα. Ducta ſunt haec ex oratione Achillis Il. ι. 381. ubi ſe Agamemnonis conditiones accepturum eſſe negat, quamvis ipſi dederit, ὅσα Θήβας Αἰγυπτίας (προτινίσσεται), ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται, Αἵ θ' ἑκατόμπυλοί εἰσιν. — V. 3. βλύσσειε. Poculum mihi nunquam non ſpumante vino ſcaturiat. *Dioscorid.* Ep. XXIV. κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἄκρητον. In his βλύζειν parum diſtat ab ἀφρίζειν et ὑπεραφρίζειν, quod legendum videtur in *Alexidis* verſu ap. *Athen.* L. XI. p. 471. F. μεστὴν ἀκράτου Θηρίκλειον ἔσπασε Κοίλην, ὑπεραφρίζουσαν. (vulgo ὕπερ θύουσαν.) ut ap. *Eubulum* ibid. ἄρτι μὲν μάλ' ἀνδρικὴν Τῶν Θηρικλείδων ὑπεραφρίζουσαν. *Ariſtophan.* in Philon. p. 472. D. εὐκύκλωτον ἀσπίδα Ὑπεραφρίζοντα. — V. 4. χείλεος. De calicis ora accepit *Brodaeus*; aptius *Grotius* de potatoris labiis: *Et mea perpetuus proluat ora liquor.* — V. 5. λάλος χορός. Vat. Cod. quod revocandum. — οἱ δὲ περισσοί. Nonnunquam in malam partem accipitur περισσός. Hoc loco ſunt homines, quos in hilari convivio eſſe nolis, ſeveri et ſuperciliosi. Hos poëta ad vineae culturam amandat, ut ibi operam dent vitibus, dum hilariores vitium latice fruantur. Hoc diſplicuiſſe videtur ſummo *Grotio*, qui longe diverſam expreſſit lectionem: *Qui volet in craſſa ſudet ephemeride.* Legit itaque junctim ἐφημερίσιν. Ingenioſe ſane! *Dum nos bibimus, triſtiores expenſorum rationes ducant et calculis inſudent.* Ἐφημερὶς non ſolum eſt, ut *Suidas* interpretatur, τῶν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας συμπιπτόντων ἀπογραφή, ſed etiam impenſarum recenſio. *Propert.* L. III. El. XXII. 19. *Me miſerum, bis aliquis rationem ſcribit avarus, Et ponit duras inter ephemerides.* Fieri tamen poſſit, ut ad aſtrologicas rationes haec referri voluerit Vir ſummus; nam de his quoque *ephemerides* uſurpantur. Jam apud veteres fuiſſe conſtat, qui

ne coenare quidem auderent, niſi ſtellas conſuluiſſent; *Ammian. Marcell.* L. XXVIII. 1. *nec in publico prodeunt, nec prandent, nec lavari arbitrantur ſe cautius poſſe, antequam ephemeride ſcrupuloſe ſciſcitata didicerint, ubi ſit v. g. ſignum Mercurii.* Cf. *Salmaſ.* de Ann. Clim. p. 837. — V. 8. τῶν χρυσέων ὑπάτων. Dubitabat *Brodaeus*, num ὑπάτων de conſulibus, an de *magnis poculis* accipiendum ſit. *Conſulatum* intelligi debere, nullus equidem dubito. Anonym. Bibl. Bodlej. κυάθων adſcripſit margini.

*XIX.* Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 176. St. 257. W. Ad vinum bibendum, Cereris muneribus neglectis, hortatur compotatores. Conf. *Paul. Silent.* Ep. XL. — V. 1. χανδοπόται. χανδὸν πιεῖν. κεχηνότως καὶ ἀθρόως πιεῖν ὅλῳ στόματι. *Heſych.* Hinc χανδὴ κύλιξ, majoris menſurae ſcyphus, in Epigr. ap. *Athen.* X. p. 436. C. χανδοχάρυβδιν, eodem ſenſu, quo χανδοπότης, poſitum, emendavit in *Hipponacte* (ap. *Athen.* XV. p. 698.) *Mitſcherl.* ad *Horat.* I. Carm. XXVII. p. 258. Significatione translata *Philoſtratus* II. Icon. XXIII. p. 847. de Hercule ſomno oppreſſo, χανδὸν ἐμπιμπλάμενος τοῦ ὕπνου. — V. 2. ἔργα εἰλαπίνης dictum, ut ἔργα μάχης et ſimilia, de quibus v. *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 44. — Intelliguntur certamina de poculorum multitudine, ad certas leges (*inſanas* appellat *Horat.* II. Serm. VI. 68.) ſiccandorum. — V. 3. σπεύδοντες. Vat. Cod. — Ἰκαρίου Λυκίου. epitheton aut ab Icaro, cui Bacchum utrem vini dediſſe conſtat, ductum, aut vinum Icarium ſive Pramnium intelligitur, de quo vid. *Athen.* L. I. p. 30. D. — V. 5. ἔχει. Cereris munera cum multis laboribus conjuncta eſſe declarantur, eademque triſtium rerum, ut Proſerpinae raptus, memoriam injicere animis. — καὶ ante ἐχέτλῃ omittit Vat. Cod. — De ἐχέτλῃ vide ad *Agath.* Ep. XXX.

*XX.* Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 177. St. 258. W. Poëta medicum, qui eum vino abstinere jubet, Homeri

auctoritate refutat. Profert hoc carmen *Bandin.* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 382. ubi v. 2. ἀπειπόμενος et v. 3. οὐδὲ διδάχθῃ habetur. — Reſpicitur *Homer.* Il. ζ. 261. ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει. et Il. ι. 702. τεταρπόμενοι φίλον ἦτορ Σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή. *Horat.* III. Carm. 21. 15. *Tu ſpem reducis mentibus anxiis Viresque.*

*XXI.* Vat. Cod. p. 516. ſq. Plan. p. 177. St. 259. W. Vini vires laudat, quippe quod pauperibus divitias, timidis fortitudinem addat. — V. 2. τὴν πενίην. Appoſite ad h. l. *Horatius* III. Carm. XXI. 24. in vini laudibus: *addis cornua pauperi, Poſt te neque iratos trementi Regum apices neque militum arma.* Cf. I. Epiſt. V. 20. et not. ad *Bacchyl.* fr. XI. T. I. P. I. p. 285. — ¶. 117.] V. 3. Ecce tibi ſtrenuum potatorem, qui cratere pro poculo utitur, nec cadum vini, ſed totum torculare prope appoſitum habet! Optime Vat. Cod. ἄγχι δὲ ληνὸς Ἀντὶ πίθου — quod futurus Anthologiae editor in textum revocabit. — Torculare, in quo vinum, laetitiae quaſi ſedes, ἔνδιον εὐφροσύνης. Excitavit h. l. clar. *Mitſcherl.* ad *Horat.* l. c. ubi Lyricus de amphora: *Seu tu querelas, ſive geris jocos, Seu rixam et inſanos amores, Seu facilem, pia teſta, ſomnum.* — V. 6. „μαρνάμεναι pro μάρνασθαι. „Male vulgo μαρναμένειν. In optimo Planudeae codice „μαρναμένην.“ *Br.* Hoc notavit etiam Aldus in Lectt. μαρνάμεναι emendavit *Joſ. Scalig.* in not. mſc. In membr. Vat. Καναστρέοις μαρναμένην ἔθελης. Canaſtraei Thraces ſunt aut Macedones, de quibus inprimis cf. *Waſſe* ad *Thucyd.* IV. p. 465. ed. Bip. Suſpiceris, hoc carmen ſcriptum eſſe eo tempore, quo Thraces cum Beliſario bellum gerebant. Vide *Procop.* de Bell. p. 134. B. p. 138. D. Sed veriſimilius eſt, poëtam doctius vocabulum poſuiſſe pro Gigantibus. Sic enim *Lycophr.* v. 526. καίπερ πρὸ πύργων τὸν Καναστραῖον μέγαν Γίγαντα. ubi Schol.: Κάναστρα, ἀκρωτήριον μεθόριον Μακεδονίας καὶ Θρᾴκης, οὗ πλησίον

σίον ᾤκησαν οἱ Γίγαντες. Aliter *Huetius* p. 14. „Canaſtraei „ſunt Thraces, quorum eſſe queritur Horatius pugnare „natis in uſum laetitiae ſcyphis.“ Hoc vix probaverim.

*XXII.* Vat. Cod. p. 154. Plan. p. 439. St. 572. W. Hoc et ſq. carmine Crantus Neptuno navem dedicat. „In hoc et ſq. Epigr. in membr. dedicantis nomen eſt „Κράντας, quod doricum eſt pro Κράντης. Hocne an Κράν„τος verum ſit, parum intereſt.“ *Br.* — V. 2. πέζα. τὸ ἄκρον ἢ τὸ ἀπολῆγον τοῦ χιτῶνος, ὃ ἡμεῖς ὤαν λέγομεν· — καὶ ἐν Ἐπιγρ. ἔμπεδον εἰς κείνου πέζαν ἐρεισάμενος. etc. *Suid.* T. III p. 70. Neptuni templum in monte poſitum ſibi fingit *Toup.* ad *Suid.* p. 333. ita ut Crantus naviculam ſuam ad montis radices ſubduxerit. — V. 4. εὐρὺς ἀνακλινθείς. humi ſtratus, quam fieri poteſt commodiſſime. ἄτρομον ὕπνον. ſecurum ſomnum, non, ut in navi, ſollicitudinis plenum.

*XXIII.* Vat. Cod. p. 154. Plan. l. c. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in τέγγειν Tom. III. p. 440. — V. 3. Comparavit *Doeringius* Vir clariſſ. haec ad *Catull.* IV. 4. ubi phaſelus ſe omnes naves celeritate ſuperaſſe gloriatur, *Sive palmulis opus foret volare ſive linteo.* Navibus paſſim tribuuntur alae a poëtis, qui modo vela, modo remos intelligunt. Vide *Drakenb.* ad *Silium* L. XII. 98. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 104. Sed diverſa ratione *Macedonius* navem ipſam ἀνέμων πτερὸν, *ventorum alam*, appellat, ſive potius *avem* et *volucrem*, ventis impulſam. πτερὸν propter celeritatem, ut eſt ap. *Homer.* Od. H. 36. τῶν νέες ὠκεῖαι, ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα. Quum *Heſych.* πτερὸν per σκηνὴν explicet, *Brodaeus* hoc loco navem *ventorum manſionem*, *tabernaculum* interpretatur, quod nemo facile probabit. — V. 4. εἰς ἅλαδ' Ἀΐδη. Vat. Cod. — In navigatione ὀλίγον διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει ſecundum *Aratum* v. 300. Cf. *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 3. p. 17. *Victor.* in Var. Lectt. XXIX. 18. et *Ritterſhuſ.* ad *Oppian.* I. Hal. 41. 354. Ad illum *Arati* locum reſpicere videtur etiam *Liban.*

T. IV. p. 992. ed. R. οἱ πλωτῆρες δέ, ἐπειδὴ λύσαντες παραμείψωσι τῶν λιμένων τὰ στόματα, πλησίον ἔχοντες τὸν θάνατον πλέουσι, λεπτὴν ἔχοντες εἰς σωτηρίαν ἐλπίδα, τὰ ξύλα ἐφ' ὧν φέρονται. — V. 5. πόρον, ἀέλλης. Vat. Cod. — V. 6. ἱδρασάμην. Ibid. ἥδρασα. ἐθεμελίωσα. ἐστήριξα. ἔπηξα. *Heſych.*

*XXIV.* Vat. Cod. p. 156. Plan. p. 437. St. 570. W. Eumolpus citharoedus Apollini citharam dedicat, quam ipſe trepidis manibus non amplius impellere valet. Fortaſſe *Macedonius* intelligi voluit Eumolpum illum, Muſaei filium, quem Πυθιονίκην in muſico certamine antiquitas tradidit. Vide *Suid.* v. Εὔμολπος. — V. 4. φέρων Vat. Cod. a pr. man. ἐμμελέτημα idem quod μελέτημα. Meditationum et exercitationum laborem, quem muſica poſtulat, non amplius ſuſcipiam. — V. 6. ἐρεισάμεθα. Vat. Cod. quod vulgatae fortaſſe praeferendum. Vulgatam tamen tuetur *Suid.* qui v. 5. 6. laudat in βάκτρον T. I. p. 411.

¶. 118.] *XXV.* Vat. Cod. p. 154. Plan. p. 441. St. 574. W. „Foede in Planudea corruptum eſt hoc Epigr. „quod e Vat. membr. emendatum dedi, prolatum etiam „a Dorvillio in Siculis p. 32." *Br.* Daphnis, ſenectute confectus, Pani clavam dedicat. Celeberrimum inter Siculos paſtores nomen eligens *Macedonius*, vix tamen illum Daphnidem intelligi voluit, quem primum *Theocriti* Eidyllion celebrat. Ille enim flore aetatis periit. — V. 1. τρομερῷ περ γ. Vulgo vitioſe. In Edd. ante Stephan. περὶ habetur; ἐπὶ emendavit V. D. ap. *Huetium* p. 42. περὶ praebet etiam *Suidas*, qui tres priores verſus profert T. I. p. 59. ſq. in ἀεργηλή. ἀργή. ἄπρακτος. — συρικτάς, non συριγκτάς, ut Lexicographus dedit. Cf. *Theocrit.* Eid. VII. 28. VIII. 9. 34. In uno horum locorum tamen Codd. nonnulli etiam συριγκτὰς offerunt, cujus formae patrocinium ſuscepit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 660. — V. 2. τᾶςδε βαρυνομέναν. Vulgo. τάνδε Ed. pr. Flor.

*Suid.* Vir D. ap. *Huet.* l. c. Hi omnes non offenderunt in βαρυνομένων, cujus emendationem membr. obtulerunt; qua admiſſa non opus eſt cum *Kuſtero* χεῖρας ἀεργηλὰς legere. — V. 3. ἀνέθηκε. Sic editi et Vat. Cod. etiam *Suid.* Nec mutatione opus eſſe videtur, quamvis ex v. 5. ſqq. ipſum Daphnidem loqui apparet. Sic enim tertiam perſonam, prima ſequitur in *Agath.* Ep. XXX. *Julian. Aeg.* Ep. IV. et alibi. — κορύνῃ. Mediam modo corripit, modo producit. Utriusque uſus exempla collegit *Arnald.* Lect. Gr. p. 194. — V. 5. μελίσδομαι ex Vat. Cod. Vulgo μελίσδεται. — V. 7. σύνοις. Ed. Flor. — Laudat h. v. cum ſequ. *Suidas* in σίντης T. III. p. 318. — ἀδρανίῃ. Vide ad *Leonid. Tar.* XII. T. I. P. II. p. 75.

*XXVI.* Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 417. St. 552. W. Satyri imago, Baccho a vindemiatore poſita, deſcribitur. — V. 1. „In membr. κισσοκόμαν. Satyrus capite hedera „redimito fictus erat, ut e v. 3. patet. Nulla ratio eſt, „cur antiqua haec lectio non reſtituatur." *Br.* Cf. *Calliſtrat.* Stat. I. p. 891. σεσαλαγμένον οἴνῳ. Ductum ex *Leonid. Tar.* Ep. XXXVII. 1. — V. 2. λιναγόρας. Vat. Cod. — V. 3. Tam egregie ebrietas in Satyro expreſſa erat, ut non ipſe tantum, ſed pellis quoque, qua indutus erat, hedera, quae tempora cingebat, crines denique et uva (ὀπώρη), quam manu tenuiſſe videtur, ebrietatis et temulentiae participes eſſe viderentur. — V. 5. φύσιν. *Calliſtr.* Stat. VI. p. 897. καιρὸς ἦν ἐς ἄγαλμα τετυπωμένος ἐκ χαλκοῦ, πρὸς τὴν φύσιν ἁμιλλωμένης τῆς τέχνης. — V. 6. Materiae natura arti cedebat; quod de Daedalo dicit idem ſcriptor Stat. IX. p. 901. ὅτι δύναμιν εἶχεν ἡ ἐκείνου τέχνη ἐξιστάναι — τὰς ὕλας.

*XXVII.* Vat. Cod. p. 171. Plan. p. 411. St. 546. W. In canis imaginem, tanta arte elaboratam, ut latrare videretur. — V. 3. ὡς δ' ἴδ'. Ab his inde verbis usque ad finem *Macedonii* verſus laudat *Suidas* in κλοιὸς

T. II. p. 332. — V. 4. κλοιός. Vide ad *Antip. Sid.* Ep. XVII. T. II. P. I. p. 25. — V. 6. „πεῖθε. *Latrantis* „*enim ſimulacrum canis perſuadebat illi, ſe etiam incedere* „*poſſe.* Graecorum verborum, qualia leguntur, hic mihi „videtur eſſe ſenſus, quem non exprimit Grotii verſio: „*Jam dic age, Leucon, Currat, ait: latrans nam tua* „*juſſa manet.*" *Br.* Male vertitur ap. *Suidam: juberet etiam canem ingredi et latrare.* — Pro Λεύκωνι, quod ex membr. et *Suid.* receptum eſt, vulgo Λεύκωνα legitur.

*XXVIII.* Vat. Cod. p. 146. Plan. p. 414. St. 549. W. ubi plura hujus argumenti carmina leguntur. — V. 1. ἀκρόμβολυβδον. Vat. Cod. paſſim hanc ſcripturae diverſitatem notavimus. — ἀμφὶ τριαίνῃ θῆκε. Dubitari poteſt, utrum circa ipſius tridentem, (nam piſcatores quoque τριαίνῃ utebantur,) an Neptuni. Hoc potius exiſtimaſſe videtur is, qui margini Vat. Cod. adſcripſit γρ. θῆκε. — ¶. 119.] V. 4. ἀπὸ σπ. et φλεφάρων. V. C. — κακοῦ. Cum ſenectute, malo jam per ſe ſatis gravi, conjunctum eſt aliud, quod non magis depellere poſſum, paupertas. ἡβάσκει propter antitheſin poſuit. ἡβάσκει. ἀκμάζει. *Suid.* Vocabuli poteſtatem explicuit *Pierſon.* ad *Moer.* p. 181. Male igitur *Brodaeus: ἢ βάσκει, quae accedit, properat.* — ἄλυτος *Suidas*, qui hos vſſ. laudat T. I. p. 128. idque *Huetio* quoque verum videbatur. — V. 7. 8. *Suid.* in ἐπαίρει T. III. p. 362. ſenem aliquid adhuc ſpiritus et vitae habentem. — „Vulgo ὡς ἐθέλεις. Recta ſcribendi „norma verbum requirit in ſubjunctivo; ſubauditur „enim ἄν. At necdum ſic placet. Jubente ſenſu ſcri„bendum videtur, ὡς δύνασαι, *ut facile potes*, ſiquidem „et terrae et maris potens es, in terra et in mari im„perium exerces. Nam ut Homerus ait: γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ „πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος." *Br.* ἐθέλεις habent etiam membr. Mihi in mentem venit:

ὡς θέμις, ὦ μεδέων καὶ χθονὶ καὶ πελάγει.

*ex terra me nutrias, ut te facere fas eſt, qui terra mari-*

*que imperas.* Verba ὡς θέμις ſic paſſim interponunt Epigrammatarii. *Leonid. Tar.* XXV. ὁ γριπεὺς Διόφαντος ἐνάκτορι θήκατο τέχνας, Ὡς θέμις, ἀρχαίας λείψανα τεχνοσύνας. Idem XVIII. 5. *Meleager* Ep. XIV. 9.

¶. 332.] *XXVIII*ᵇ. Vat. Cod. p. 147. ſq. „Hoc „Epigramma, quod a nemine, quod ſciam, fuit editum, „non eſt in cod. Buheriano: deſcripſit illud Salmaſius „in calce exemplaris ed. Wechel. quod ad membranas „contulit. Ultimum diſtichon habet Suidas in Κορινθι„κόν.“ *Br.* Agricola Cereri binos boves ex farina dedicat. Ejusmodi hoſtias Pythagorei ſolebant afferre diis. Vide *Menag.* ad *Diogen. Laert.* L. VIII. 53. p. 379. et *Olearium* ad *Philoſtr.* V. Apoll. I. 1. p. 3. not. 19. Idem pauperiores nonnunquam feciſſe conſtat. Cyziceni, cum taurus niger ipſis aliquando deeſſet, σταιτίνην πλάσαντες τῷ βωμῷ παρέστησαν, ap. *Plutarch.* Vit. Lucull. p. 498. quem excitat *Weſſeling.* ad *Herodot.* II. 47. p. 127. οἱ δὲ πένητες αὐτῶν ὑπ' ἀσθενείης βίου σταιτίνας πλάσαντες ὗς καὶ ὀπτήσαντες ταύτας, θύουσι. — V. 1. οἱ τόνδε τεῦ. Sic membr. Sed ſupra ſcriptum σῖτον. unde *Grotius* (in Mantiſſa tertia, T. III. p. 434.) σίτου fecit, vertitque: *Ecce boves factos de frugibus: accipe quos non Dat ſtabulum, ſed dat noſtra polenta, Ceres.* Sed ſincera eſt Cod. lectio:

σῖτον δὲ τετεύχατον

in quibus δὲ cauſam reddit, cur boves ad Cereris aram afferat, nec tamen veros, ſed fictos. Boves enim immolare, qui agrum coluiſſent, nefas putabatur. Vide not. ad *Addaei* Ep. III. T. II. P. II. p. 232. Codicis lectioni patrocinatur etiam Vir doctiſſ. *Chardon de la R.* in libro menſtruo *Magaz. Encycl.* an VI. T. I. nr. 3. — V. 3. ἐτύμω βόε. fictis opponuntur. πλῆσον ἀρούρας. Vide not. ad *Moſchi* Ep. T. I. P. II. p. 210. — V. 5. ὀκτώδεος. octoginta quatuor annos natus. — V. 6. laudat haec

*Suidas* T. II. p. 350. nulla tamen interpretatione addita, quam *Kuſterus* adjecit: nec divitem fuiſſe hunc hominem, nec pauperem, ſed mediocri ſorte contentum vixiſſe. Nam τὸ ἀμῆσαι Κορινθικὸν de larga meſſe accipiendum eſſe, ſecundum proverbium: εἴη μοι τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος, quod ſic interpretatur *Zenobius* III. Cent. 57. p. 66. ἐπὶ τῶν κάλλιστα καὶ λυσιτελέστατα ἑαυτοῖς εὐχομένων· ἐπεὶ γάρ ἐστι τὰ μεταξὺ τούτων τῶν πόλεων εὐφορώτατα χωρία. ad h. l. vide *Schottum*. — V. 8. ἀφιλοσταχύου. De hac forma vide *Br.* ad *Crinag.* Ep. V. 1. T. II. P. I. p. 381.

¶. 119.] *XXIX.* Planud. p. 295. St. 434. W. In ſtatuam Thyonichi, athletae, qui in certamine pueros, juvenes et viros ſuperaverat. — V. 1. τὸν παῖδα. juvenis adhuc erat Thyonichus, cum ſtatua ornaretur; quod notandum, ne *Brodaeus* nos in errorem abripiat. — Junge οὐχ ἵνα λεύσσῃς ἐν ἀγλαΐῃ τῇδε μνάματος, non, ut hoc tam pulchrum monimentum ipſius pueri pulchritudinem vobis oſtendat. — V. 4. μανίας. bono ſenſu, nobile gloriae ſtudium. — τὰς αὐτάς. Ed. Flor. pr. ἔοι edd. antiquae plures. — V. 5. οὗτος ὁ. *Ecce illum, qui* —. Sic *Pindar.* Ol. IV. 37. οὗτος ἐγώ. *ecce me.* Multa hujus generis collegit *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. II. p. 195. — μὴ κλίνας πόδα. nunquam viribus deficientibus concidit. — ἅλικα. ephebos puta vicerat is, qui vix ipſe ex ephebis egreſſus fuerat, ita ut etiam pueris annumerari poſſet; hinc factum, ut et cum pueris, qui per ὁπλότερον ſignificantur, et cum athletis ipſo vetuſtioribus, προτέροις, certamine aemularetur.

XXX. Vat. Cod. p. 462. ſq. Plan. p. 354. St. 493. W. Lemma vulgo: εἰς ἕτερον (δημόσιον) ἐν λυκίῳ. unde *Brodaeus* ἐν Λυκείῳ (gymnaſio.) In membr. ἐν Λύκῳ. — Amoenum hoc balneum ubi ſitum fuerit, parum refert. Ita ejus amoenitatem poëta laudat, ut Naïades, Gratias et Ve-

nerem in eo lavare dicat. — V. 1. πυλαυρὸς. Vat. Cod. — V. 2. κρίνων, qui lavaturis opportunum intrandi tempus diligenter indicet. — V. 3. ἐπὶ χ. Vulgo. — V. 4. ἤδη. Ed. Flor. ἴδει Vat. Cod. — V. 5. οὐκ ἐθέλων. Expreſſa ſunt haec ex *Callim.* H. in Lavacr. Pall. 78. ubi Tireſias ad fontem accedens, quo Minerva lavabat: ποτὶ ῥόον ἤλυθε κράνας Σχέτλιος· οὐκ ἐθέλων δ' εἶδε τὰ μὴ θέμιτ' ἦς. (vide *G. Koen.* ad *Gregor.* p. 118.) — Quae ſequuntur verba ſunt *Homeri* ex Il. υ. 131. quem *Pauſan.* reſpexit L. X. 32. p. 881. τὸ ἔπος οὖν ἀληθεύειν ἔοικε τοῦ Ὁμήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι. Hinc ap. *Lucan.* III. 424. in deſcriptione horrendi luci: *pavet ipſe ſacerdos Acceſſus, dominumque timet deprendere luci;* et fontium ſacerdos ad Herculem in loco *Propertii*, qui plurimum huc facit, L. IV. El. XI. 53. *Parce oculis, hoſpes, lucoque abscede verendo, Cede, agedum, et tuta limina linque fuga — Magno Tireſias adſpexit Pallada vates, Fortia dum poſita Gorgone membra lavat. Dî tibi dent alios fontes: haec lympha puellis Avia ſecreti limitis una fluit.*

XXXI. Vat. Cod. p. 466. Plan. p. 358. St. 497. W. *Macedonius* in domum ſuam Cibyrae, quae urbs Aſiae haud procul ab Antiochia minore. Vide *Conſtant. Porph.* de Themat. Imper. Or. I. 44. *Banduri* T. II. p. 15. ſq. In eandem domum ſcriptum eſt Epigr. inter ἀδέσπ. CCCLVII. — V. 1. θεμείθλου. Vat. Cod. — ¶. 120.] V. 3. ληΐστορι χαλκῷ. vi et rapina belli divitias ſibi comparans. — V. 5. λιπερνήτης, ſive λιπερνὴς, *pauper.* Vide *Interpp. Heſych.* v. p. 386. — λιπερνίτης et vſ. ſq. μισθλεῦ. Ed. Flor. pr. — V. 7. Deos rogat, ut hanc ſibi conſervent domum, in qua poſt laborioſae vitae moleſtias requiem inveniat. ἄμπαυμα πόνων. ipſe quietis locus, ut ap. *Pindar.* Nem. I. 1. ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ — Ὀρτυγία. niſi pro recreatione a laboribus accipere velis, ut ap. eundem poëtam Olymp. VIII. 9. τῶν μόχθων ἀμπνοάν.

P 4

*XXXII.* Vat. Cod. p. 465. Plan. p. 373. St. 511. W. Sardium laudes. — V. 1. ὑπ᾽ ἠνεμόεντι. Vulgo. At in membr. eſt ἀνθεμόεντι, quod egregie convenit cum *Euripid.* Bacch. 462. τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον οἶσθά που κλύων. Cf. *Virgilii* Georg. I. 56. ibique Intrpp. ἠνεμόεντα Τμῶλον occurrit ap. *Nonn.* Dion. XXVII. p. 712. νιφόεντι Τμώλῳ in verſu Homeri, quem nonnulli Il. β. poſt vſ. 866. inferendum cenſebant. Altum, hoc enim eſt ἠνεμόεις, deſcribit *Ovid.* Metam. XI. 150. *freta proſpiciens, late riget arduus alto Tmolus in adſcenſu, clivoque extentus utroque Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis.* — Μαίονος Ἑρμοῦ. *Nonn.* Dion. XII. 334. Λυδοῖο ῥόος δονακώδεος Ἑρμοῦ. Lydos Homerus appellat Μῄονας, recentiores Μαίονας. *Strabo* L. XIII. p. 928. B. — V. 2. Σαρδαλέη. Vulgo. θαρσαλέη. Ed. pr. Flor. Noſtrum eſt in membr. — V. 3. Matrem deûm, quam et Cybelen et Rheam appellatam eſſe conſtat, Sardium incolae indigenam ſibi eſſe autumabant, tradente *Herodoto* V. 102. p. 429. ubi *Weſſelingius* apte comparat *Sophocl.* Philoct. 390. ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ, Μᾶτερ αὐτοῦ Διός, Ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις. ubi *Schol.* Πακτωλὸς ποταμὸς Λυδίας, ἔνθα ἡ Ῥέα τιμᾶται. Numus Sardianorum cum Cybeles capite profertur a *Begero* in Theſ. Brand. p. 502. Jam ex noſtro carmine apparet, fuiſſe, qui Jovem Sardibus, fortaſſe in ipſo Tmolo, natum eſſe traderent, haud ſecus ac Bacchum, eumque ibi celatum fuiſſe. οὐ γὰρ ἐλέγχειν. nolebam enim prodere furtivum Rheae noſtrae filium. — V. 5. Βρομίῳ. Cf. *Eurip.* Bacch. 462. *Arrian.* Exped. Alex. V. 1. 2. οὐ γὰρ ἔχω συμβαλεῖν, εἰ ὁ Θηβαῖος Διόνυσος (ὅ ἐκ Θηβῶν ἢ καὶ ἐκ Τμώλου τοῦ Λυδίου ὁρμηθεὶς) ἐπ᾽ Ἰνδοὺς ἧκε στρατιὰν ἄγων. — ἐν δὲ κεραυνῷ. Haec ad Bacchi natales referenda ſunt, quem Semele peperit λοχευθεῖσ᾽ ἀστραπηφόρῳ πυρί. *Eurip.* Bacch. v. 3. Hinc eum οὐρανίῳ πυρὶ γυῖα λελουμένον dicit *Nonn.* Dion. VIII. p. 248. — V. 6. εὐρυτέρῳ τὸ φ. Vat. Cod. ſyllaba φω a

praecedente ϱω abſorpta. — V. 7. In montibus (ὀργάσιν) circa Sardes primas vites natas eſſe, tumidis verbis poëta dicit. οἰνὰς ὀπώρη eſt ἄμπελος. At quam inſolenter vites dicuntur *mulxiſſe muſtum ex uvarum uberibus!* Putabam, *Macedonium* fortaſſe ſcripſiſſe:

> πρώταις δ' ἡμετέρῃσιν ἐν ὀργάσιν ΟἸΝΙΑΣ ὭΡΗ
> εὔθατος ἐκ βοτρύων ξανθὸν ἄμελξε γάνος.

Horae hoc muſti exprimendi negotium tribui poterat, quod certo anni tempore debebat peragi. οἰνιὰς idem quod οἰνάς, ſecundum *Polluc.* VI. 22. Nam licet *Pollux* huic vocabulo ſignificationem ab noſtro loco alienam tribuat, intelligitur tamen, formam οἰνιὰς in uſu fuiſſe. Ceterum *Macedonio* obverſabatur *Ion Chi.* fr. I. 4. 9. ubi vid. not. T. I. P. I. p. 313. — V. 10. πολὺς αἰών. In longo temporis lapſu opulentiſſimae mihi urbes felicitatem inviderunt. Saepius enim Sardes expugnatae ſunt. Antiquiſſimis temporibus, Ardye regnante, Cimmerii expugnaverunt, *Herodot.* I. 15. p. 8. deinde Cyrus; ibid. I. 84. p. 42. denique ab Ionibus capta et concremata eſt urbs; ibid. V. 101. p. 428. Cf. *Strabon.* L. XIII. p. 930. C.

*XXXIII.* Vat. Cod. p. 511. „Edidit in notis ad „Stephanum Holſtenius p. 308. ubi mendoſe legitur. „Duo prima diſticha emendatiora exhibet Harduinus „ad Plin. T. II. p. 722. Vaſa fictilia alia ſunt viliſſima, „quae pauperioris plebeculae in uſum cedunt; alia pretioſiora divitum luxui reſervata. Hic eſt ultimi diſtichi „ſenſus, cujus verſionem a Grotio concinnatam lectori „ſuo non invidiſſet Harduinus, ſi a ſummo viro conver„ſum etiam hoc fuiſſet. Sed probabile eſt, illi duo prima „tantum nota fuiſſe diſticha, quae profert Salmaſius „in Plinian. p. 58. tanquam integrum Epigr." *Br.* Vide Mantiſſ. Quart. Anthol. Grot. T. III. p. 430. ubi nonniſi duo diſticha leguntur; totidem profert *Bur-*

*mann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 702. — V. 1. Συῤῥέντου. Vat. Cod. Agitur de vaſis fictilibus, quorum fabrica fuit inprimis celebris Surrenti et Pollentiae. *Plin.* H. Nat. L. XXXV. 12, 46. *Major pars hominum terrenis utitur vaſis. Samia etiamnum in eſculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem et Arretium in Italia; et calicum tantum Surrentum, Aſta, Pollentia, in Hiſpania Saguntum, in Aſia Pergamum. Martial.* XIV. Ep. 98. vaſa Aretina celebrat; et de calicibus Surrentinis idem Ep. CII.:

*Accipe non vili calices de pulvere natos,*
*Sed Surrentinae leve toreuma rotae.*

non vili de pulvere, ſed pretioſo, Συῤῥέντου μυρισπνόῳ κονίῃ. Idem poëta Surrentinum vinum ex Surrentinis calicibus bibendum commendat L. XIII. Ep. CX.:

*Surrentina bibis, nec myrrhina picta, nec aurum*
*Sume, dabunt calices haec tibi vina ſuos.*

τρηχεῖα κονίη non peculiare pulveris Surrentini epitheton eſſe videtur, ſed ſolemne, pulveri in univerſum conveniens; idem αὐχμηρός. — μυρίπνοι. *unguentum redolens.* quod Surrentinae terrae aut naturale erat, aut arte comparatum. *Terram, quae unguenta ſapiat,* optimam eſſe dicit Plin. H.N. XVII. 5. Solebat etiam terra, fictilibus adhibenda, aromatibus miſceri, ut apparet ex *Athen.* L. XI. p. 464. B. qui vaſa fictilia ἐκ τῆς Κόπτου καταγόμενα commemorat, ἃ μετὰ ἀρωμάτων συμφυραθείσης τῆς γῆς ὀπτᾶται. — V. 2. Πολλεντίνων. *Martial.* L. XIV. Ep. CLVII. *Non tantum pullo lugentes vellere lanas, Sed ſolet et calices haec dare terra ſuos.* — V. 3. *Br.* hunc vſ. edidit ex emendat. *Salmaſii.* In membr. enim corrupte legitur αἷς ταὶ θ' αἱ τρ. ἀφῆς. quod etiam *L. Holſtenius* exhibuit, cujus conjectura Ἀσταί θ' αἱ — minime ſpernenda. Agitur enim de *Aſta* ſive *Aſtis,* urbe Italiae, ſupra inter eas commemorata, quas calicum fabrica nobilitavit. Sic igitur in poſterum hic locus exhibebitur:

Ἀσταί θ' αἱ τριπόθητοι, ἀφ' ἧς — —

*Matthaeus Sladus* Ἄστης δ' ἡ περιπόθητος tentabat, monente *Cornelio de Pauw*, qui mſtas illius notas habebat, ipſe Apographi ſui lectionem ἐστὶ γὰρ αἱ unice probans. — βρομιώδης πηλός, propter calicum uſum in compotationibus; iidem a Gratiis dicuntur ficti propter elegantiam. Cf. not. ad *Meleagr.* I. 9. T. I. p. 5. — V. 5. τρυφῆς χρῆσι. elegantior et ad luxum comparata ſuppellex. περισσὸς de re eximia, pulchra, illuſtravit *Valcken.* ad Hippol. p. 266. B. *Tyrwhitt.* ad *Ariſtot.* Poët. p. 194.

¶. 121.] *XXXIV.* Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 185. St. 269. W. et ap. *Stob.* Tit. X. p. 126. 44. Gesn. 73. Grot. „Opſopoeus: *de quodam Euclione, qui ſtertens conſpecto „theſauro mori voluit. Plana ſunt omnia.* At mi bone, „nihil minus planum, imo hîc aſpera ſalebra eſt. Nam „avarus, ſi quando theſaurum ſuum amiſit, vitam odit „et mori vult; at invento theſauro gaudet, et vitam, „ſine qua theſauro ſuo invigilare non poteſt, amat. „Hoc epigrammate nihil ineptius legi poteſt, ſervata „corrupta lectione, quam v. 2. invexit ſocors quidam „librarius, ἤθελ' ἀποθνήσκειν. Miror hîc Grotio nihil „ſuboluiſſe, cujus verſionem vide in Stobaei Flor. p. 72. „Scripſi ἀποθρώσκειν, qua emendatione nihil certius. In „cod. Jani Laſcaris orae adſcripta haec nota: τοῦτ' οὐχ „ὑγιὲς ἴσως τὸ ἀποθνήσκειν.“ *Br.* Etiam hac emendatione admiſſa, quae mihi non tam certa videtur, quam cl. ejus auctori, multum obſcuritatis in hoc Epigrammate remanet. Certe exitus hiſtoriae minime reſpondet exſpectationi, quam prius diſtichon excitavit. Quod enim poëta dicit, illum hominem, quum ſpem ſuam deluſam vidiſſet, iterum obdormiviſſe, id non tam avari eſt, quam tranquilli et probi hominis, qui paupertate ſua contentus vivit, nec majora deſiderat. Haec igitur bene inter ſe cohaererent, ſi de homine ageretur, qui, ut Cynicus ille ap. *Horatium* (I. Epiſt. XVII. 30.) Mi-

leti textam chlamydem, ſic *aurum cane pejus et angue timeret*, ita ut *divite ſomnio* conſpecto *aufugere* (ἀποδράσκειν) aut etiam *mori* (ἀποθνήσκειν) mallet, quam divitias illas contrectare, neque antea tranquillum animi ſtatum recuperaret, quam apertis oculis et bene vigil ſe pauperem eſſe intellexiſſet. At de *avaro* agitur! Hic ſi per quietem ſibi viſus eſt impenſam facere, non mirum, ſi ſibi ipſe infeſtus mori voluit. Nec dubito, quin *Macedonius* hunc ipſum ſenſum efficere voluerit. ἀφόων θησαυρὸν non eſt *theſaurum inveniens*, ſed *divitias ſuas tangens, contrectans*, ut inde ſumeret aliquid eoque uteretur. Verbum ἀφᾷν igitur eo fere ſenſu uſurpatum h. l. quo ἅπτεσθαί τινος, *guſtare*; vid. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 134. ſq. Hinc apparet, ἀποθνήσκειν non ſollicitandum eſſe. Sic enim *Lucill.* Ep. CIII. ποιήσας δαπάνην ἐν ὕπνοις ὁ φιλάργυρος Ἕρμων Ἐκ περιωδυνίας αὑτὸν ἀπηγχόνισεν. — V. 3. κέρδος ὀνείρου. ſomnium, unde nonnihil commodi ad ipſum avarum redundare videbatur. — Hoc ſatis ridiculum, illum mori voluiſſe, cum ſibi bene eſſet; contra, cum vigilans priſtinam illam vitae miſeriam circa ſe videret, turbas illas animi ſubſediſſe, eumque beatiorem ſibi viſum eſſe in ſordibus, quam in lautitiis. — V. 4. ἀντικάθευδε. Vulgo.

*XXXV.* Vat. Cod. p. 499. cum lemmate: Μακηδ. ὑπάτου ἐν ὀνείρῳ. quod quid ſibi velit, non video. Plan. p. 70. St. 102. W. Hoc quoque diſtichon male accepit *Opſopoeus.* Tantum enim abeſt, ut Memoriae et Oblivionis bona extenuet auctor, ut potius illam laudet, quod bona vitae quodammodo perpetua reddat, hanc, quod malis quaſi umbram inducat. Similiter Oreſtes ap. *Euripid.* v. 213. ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφός, Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν εὐκταία θεός.

*XXXVI.* Vat. Cod. p. 402. Μακεδονίου. Planud. p. 96. St. 141. W. Μακέδονος. In Codrum venatorem,

qui aprum in terra, cervum in fluctibus ceperat. — V. 1. ἔκτανεν. Vat. Cod. — V. 3. „οὐδ' ἂν ἐν αἴθρῃ. ſic „e Vat. membr. in qua perperam ſcriptum αἴθρι. Cum „veteribus editionibus variant hic multum Planudeae „codices, in quorum nullo vera lectio reperitur. In hoc „conſentiunt omnes, quod αἰθέρα in fine verſus pro „αἴθρην habeant. Similis fere error Oppiani verſum „Cyn. II. 414. inſidebat, ubi recte hodie legitur: ἤλυ„θες εἰς αἴθρην, οἶδεν δέ σε μακρὸς Ὄλυμπος." *Br.* οὐδ' ἂν αἰθέρα. Ed. Flor. Ald. 1. Aſcenſ. οὐδ' ἂν ἀν' αἰθέρα. Lectt. Ald. αἴθρην exhibet Steph. ex emend. *Brodaei.* ἐν αἴθρῃ emendavit *Joſ. Scalig.* in not. mſc.

*XXXVII.* Vat. Cod. p. 559. Plan. p. 24. St. 38. W. Stabat ad tumulum poëta, de conjugis morte cogitans, eamque tacitis precibus exoptans; ubi cum ſternutaſſet, ſe voti damnatum iri ſperavit. Jam illa ſpe ſe deluſum eſſe conqueritur. — V. 1. ἔπταρον. De ſternutationis praeſagio vide *Brod.* ad h. l. et *Doeringium* ad *Catull.* XLV. 8. — ἤθελον. auditurus eram conjugis mortem, ut equidem ſperabam. θέλειν apud ſeriores Graecos fere eandem vim habet ac μέλλειν, obſervante *Reiskio* ad *Conſtantin.* Cerem. p. 96. qui hunc verſum excitans εὖθε ἀκοῦσαι legit, quod mihi quoque vulgatâ videtur verius. Eodem ſenſu emendaveram equidem: αὐτίκ' ἀκοῦσαι. — V. 3. εἰς ἀνέμους. De re irrita *Theocr.* Eid. XXII. 167. τὰ δ' ἐς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα Πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο. Idem XXIX. 35. αἱ δὲ ταῦτά γε φέρειν ἀνέμοισιν ἐπιτρέπεις. *Catull.* LXIV. 140. *Mihi non hoc miſerae ſperare jubebas: Sed connubia laeta, ſed optatos hymenaeos: Quae cuncta aërii discerpunt omnia venti.* Cf. *Fiſcher.* ad *Anacr.* Od. XXXIX. 7. *Mitſcherl.* ad *Horat.* I. Carm. XXVI. 2. — V. 4. „In membr. ſcriptum λύτρον ἐν ἀνθρώποις, quod „Salmaſius probabat; poſitum eſt pro λύσιον, *nihil quod* „*me ab ea liberet.* Sed alterum in Planudea vulgatum

„praeferendum mihi videbatur.“ *Br.* Utravis lectione admiſſa jejunus Epigrammatis exitus.

*XXXVIII.* Vat. Cod. p. 560. Planud. p. 165. St. 240. W. Juſtitia aurum puris manibus allatum non ſpernit. Cf. Ep. *Arabii Schol.* II. — V. 1. Δίκη. *Heſiod.* Ἔ. κ. Ἡ. 255. ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα. πολήων. Δίκαν βάθρον πολήων dixit *Pindar.* XIII. Ol. 7. Similia collegit *Rittersb.* ad *Oppian.* II. Hal. 680. — V. 2. αὐτὸν ἐν. Vat. Cod. — V. 3. Reſpicitur locus *Homeri* Il. θ. 69. — νόμον βιότου. vitae leges, τὸ πεπρωμένον. — V. 6. χαρίτων, *carminum.* Vide not. ad *Noſſid.* Ep. XI. T. I. P. I. p. 420.

¶. 122.] *XXXIX.* Vat. Cod. p. 500. Plan. p. 33. St. 50. W. De ſpei ludibriis ſe, hominem et mortalem, minime conqueri. — V. 1. Si ſpes me deludit, facile id patiar, cum mortalis ſim. παίζουσιν. Vide ad *Pallad.* Ep. CXL. T. II. P. III. p. 264. — V. 2. ἀμβολάδην. Spes omnia quidem promittit, ſed ipſum bonorum fructum in futura tempora ſemper remittit. — V. 4. δολιχὸς. Vat. Cod. — Dum me ſpei deludendum praebeo, laetor errore meo. δολιχαῖς. *longas ſpes* vocat *Horat.* I. Carm. 15. ubi ſimilia comparat noviſſimus editor. — V. 6. εἰς κρίσιν. neque ſeverus mei ipſius cenſor eſſe velim. Ἀριστοτέλης pro quovis philoſopho ſeverioris indolis accipiendus videtur. *Opſopoeus* tamen ad locum quendam *Ariſtotelis* reſpici putat, quo duos eſſe dicit vitae tyrannos, timorem et ſpem; his exactis hominem plane liberum fore. — V. 8. „Reſpicit Anacreontis „haec verba in Ode XLI. τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν.“ *Br.*

*XL.* Vat. Cod. p. 500. Plan. p. 34. St. 51. W. In notum Pandorae facinus poëta commentatur. — V. 1. γελῶ. Vat. Cod. — οὐδέ. non tam Pandora vituperanda, quam hoc dolendum eſt, quod bona, in ipſius pyxide incluſa, alis inſtructa aufugerunt. Apud *Heſiodum* Ἔ.

καὶ Ἡ. 95. Pandorae pyxis mala continet, quae operculo ſublato in omnes terrarum regiones diſperſa ſunt. Sed alii fuiſſe videntur, qui munera illa, quibus dii Pandoram exornaſſent, pyxide aperta auſugiſſe traderent. Sic ſaltem *Macedonius* fabulam illam interpretatur. Cf. etiam *Nonn.* Dion. VII. p. 204. 15. — V. 3. ἐπ' Οὐλύμποιο. Vulgo et in Cod. Vat. Hujus diſtichi ſenſus mihi minime perſpicuus eſt. Si enim bona illa, ab Olympo et diis derivata, per omnes terrae regiones vagantur, non opus eſt voto, ut in terram delabantur. *Grotius* vertit: *Sicut enim coelo ſublimia dona feruntur, Sic utinam ſaltem pars cecidiſſet humi.* Servaverim equidem: ἐπ' Οὐλύμποιο, ſcil. δώματα. μετὰ χθονὸς ἦθεα autem explico: poſtquam omni terra relicta ad Olympum avolaverunt. — V. 3. ἡ δὲ γυνή. Pandora, quae pro muliebris ſexus ſymbolo habenda eſt, pyxidis operculo deducto expalluit, et omnem ornamentorum ſuorum copiam perdidit. Hinc factum, ut mulieres facile ſeneſcant. Poſtremum hoc ductum ex *Heſiod.* l. c. qui mala, ex Pandorae adventu orta, recenſens, Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον, ait, ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο, Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵ τ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν· Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. Idem omnem mulierum calamitatem a Pandora derivat in Deor. Gen. 589. — Ceterum hoc Epigramma *Palladae* potius quam *Macedonii* ingenio dignum.

*XLI.* Vat. Cod. p. 296. Plan. p. 221. St. 322. W. Tumuli inſcriptio de vanitate rerum humanarum. — V. 1. Εἰλείθυια. Vulgo. — V. 2. ἀμφοτέρας. Vat. Cod. ſupra ſcriptum αις, ut in Plan. habetur. Durum eſt, Terrae et Ilithyiae ſtadium tribui hominibus percurrendum. Putaverim:

χαίρετον ἀμφότεραι· ἤνυσα τὸ στάδιον.

ubi ſyllaba αι in hiatu ante vocalem producta vix offen-

ſioni erit. At in ejusmodi poëtis non ſine periculo ſententiarum emendatio tentatur. — V. 3. νίσομαι. Vat. Cod. — »Foede çorruptum vulgo legitur ultimum diſtichon. »Nam primum pro εἰμὶ *ſum*, ſcribendum εἶμι *vado*. Ce»terorum ordo eſt: οὐ γὰρ οἶδα, τίς ἢ τίνος ὤν, ἢ πόθεν »(ἐρχόμενος) μετέβην εἰς ὑμᾶς. Quae ſic conſtructa in Pla»nudea leguntur: οὐδὲ γὰρ ὑμέας ἢ τίνος ἢ τίς ἐών, οἶδα »πόθεν μετέβην.« *Br.* In Vat. Cod. ſic legitur, ut in Plan. Quod ſententiam attinet, comparandum Ep. inter ἀδέσπ. LXXX.

Praeter haec Epigrammata Vat. Cod. *Macedonio* tribuit Ep. Incert. CCCLVII.

## ERATOSTHENIS SCHOLASTICI
### EPIGRAMMATA.

---

¶. 123.] *I.* Vat. Cod. p. 133. Plan. p. 466. St. 607. W. Se pueros prae mulierum amore ſpernere. — V. 1. εἰς χρονίην. Metaphora a fructibus ducta, quorum alii cito marceſcunt, alii in futurum uſum reponuntur, docente *Toupio* Em. in Suid. p. 157. qui comparat *Strabon.* L. III. p. 233. A. — V. 3. Laudat hoc diſtichon *Suidas* in ἡβητὴρ T. II. p. 40. ubi φθονερὴν omittit. — *Invidos pilos* illuſtravimus ad *Straton.* Ep. XIII. T. II. P. III. p. 62.

*II.* Vat. Cod. p. 125. qui *Eratoſtheni* hoc carmen vindicat, quod in Plan. p. 605. W. (in Stephan. et aliis antiquis edd. omiſſum) *Agathiae* tribuitur. Latinam ejus verſionem dedit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 478. Tecte moechus mulieri, coram marito, impudici amoris vota ſignificat. — V. 1. ἀκοίτη κείνη. Vulgo. ἀκοίτῃ κείνῃ. Vat. Cod. Literam, quae in fine verſus exciderat, reſtituit cl. Editor. Initium vſ. laudat

*Suidas*

*Suidas* in ὄχεος T. II. p. 774. — V. 3. 4. profert et illuſtrat *Salmaſ.* ad *Plin.* p. 652. C. qui δικλίδα non de janua, ſed de clave Laconica accipiendum eſſe contendit. ἡ βάλανος clavis dens eſt, qui clauſtris injicitur ad ſuccutienda repagula. *Aratus* in Phaenom. v. 192. οἴη δὲ κληῗ δι θύρην ἔντοσθ' ἀραρυῖαν Δικλίδ' ἐπιπλήσσοντες ἀνακρούουσιν ὀχῆες. *Reiskius* ὑμετέρης (i. e. σῆς) emendandum cenſebat, ſic vertens: *Licetne tui portulis vectes regerere, laxata valvarum tuarum glande.* Et certe βάλανος etiam μοχλὸν ſignificat. Vide not. ad *Hedyl.* Ep. III. T. I. P. II. p. 328. At βάλανος etiam aliam ſignificationem habet apud medicos, quae locum fecit ambigue dicto Demetrii regis ap. *Athen.* L. XIII. p. 477. F. Hac ſignificatione nihil ad h. l. aptius; quare ἡμετέρης ſervandum cenſeo. — V. 4. χαλάσαι. Vulgo; et βάλανον. — V. 5. δισσῶν. Duplices januae valvas habere ſolent. πλαδαρὴ κρηπὶς vero non eſt *mobilis crepido*, ut *Reiskius* vertit, ſed *humida.* Vid. ad *Agath.* Ep. L. — V. 6. ἄκρον ἐπιβλῆτος. ſummum peſſulum in media parte figens. Interiores januae peſſulo, exteriores vecte ligneo transverſo claudebantur. ἐπιβλής. ὁ μοχλός. *Heſych.* Similis eſt ἀμφιβολία in voce ἔμβολον, quam notavit idem Lexicographus: ἔμβολον. τὸ αἰδοῖον. *Ariſtoph.* ap. *Athen.* L. I. p. 29. A. οὐδ' ἄλλον, ὅστις ἐπεγείρει τὸν ἔμβολον. — V. 7. „ἀνέρα λοξὸν „ἰδοῦσα. Sic recte membr. quod vulgatur ἀνέρι, graecum „non eſt. V. 8. μὴ σκεῦὴν ὀλέσῃς. Ita jam emendaverat „Salmaſius. In membr. μὴ σκαφίην ὀλέσεις. Ultima haec „illuſtrat doctiſſimus Toup. ad Suid. II. 192. (p. 303.) „ubi integrum prolatum hoc carmen." *Br.* Hîc iterum apographa interpolata fucum fecerunt eruditiſſimo editori. Vulgo legitur μὴ κεφαλὴν ὀλέσεις. In marg. Wechel. ὀλέσῃς, ἢ ἀντὶ τοῦ μὴ γραπτέον ἤ. In membr. autem habetur μὴ σκευὴν ὀλέσῃ, quod cum in metrum peccare exiſtimaret *Salmaſius*, σκαφιὴν correxit in not. inedit. quas ex libro Lennepiano excerpſi. σκεῦὴν invenit etiam

*Reiskius* in Apogr. Lipſ. — σκευὴ eſt apparatus, arma, quibus quis inſtructus eſt. Hoc loco eam partem, qua viri ſumus, tecte ſignificat. Priapus ap. *Antiſtium* Ep. II. ἐπὴν γελάσῃς, ἐσιδών με, Τοῦ σκεύους.

*III.* Vat. Cod. p. 155. Edidit *Kuſter.* ad *Suidam* T. I. p. 88. *Reiske* in Anthol. p. 3. nr. 401. Daphnis, mulierum amator, Pani, eodem morbo laboranti, munera quaedam dedicat. — V. 1. vehementer depravatum profert *Suidas* in ἀκοστήσας· τὼς τρητὼς δόνακας καὶ ἀκοστὰν σεῖο κορύναν, Ὦ Πὰν, δέχνυσο δῶρα τὰ Δάφνιδος. — τόδε in Vat. Cod. lineae ſuperſcriptum. — V. 2. pro ἄνθετο, quae Cod. eſt lectio, ἄνθεσο emendavit *T. Hemſterb.* qui hoc carmen protulit ex *Kuſteri* not. ad *Lucian.* T. I. p. 138. Idem *Salmaſ.* tentavit in marg. ap. Guy. et Ruhnk. ἄνθεο *Reiskius* dedit ex ſua conjectura. — Δάφνι, ſuperſcripto σ, Vat. Cod. — γυναικοφίλας. *Theocr.* Eid. VIII. 60. — V. 4. „Hic verſus in ſolo Lipſienſi „codice ex emendatione viri docti recte ſcriptus eſt.“ *Br.* καὶ μολπὰν exhibet apogr. Gothan. In apogr. Guy. Ruhnk. et ap. *Kuſter.* μοι πᾶν. In marg. tamen illorum codd. μολπὰν notatum invenio.

*IV.* Vat. Cod. p. 155. Plan. p. 438. St. 571. W. Vinoſus homo Baccho cadum exſiccatum dedicat. — V. 1. Βάκχε. Vat. Cod. — V. 2. ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχει. Cf. *Lucian.* Ep. XV.

## MICHAELII GRAMMATICI

### EPIGRAMMA.

---

¶. 124.] Planud. p. 376. St. 514. W. In imagines Agathiae, fratris ejus, et utriusque patris Memnonii. — V. 2. δίζυγος. duplex eloquentiae genus, quod in carminibus et in hiſtoria exhibuit. — V. 4. σοφίης. ſe de

hominum rebus bene geſtis recte judicare poſſe docuit.

## THOMAE PATRICII
### EPIGRAMMA.

Planud. p. 408. St. 543. W. Anaſtaſium aurigam tot victorias in Circenſibus reportaſſe dicit, quot alii certamina viderint. — V. 3. In marg. Wech. γϱ. καὶ ὃς τόσσους στεφάνους ἀνεδήσατο πρίν.

## THOMAE SCHOLASTICI
### EPIGRAMMA.

¶. 125.] Planud. p. 376. St. 514. W. In laudem Ariſtidis rhetoris, qui cum Demoſthene et Thucydide inter praeſtantiſſimos eloquentiae antiſtites numeratur. Eſt hic ſine dubio Aelius Ariſtides, quem, ut alterum ab Homero Smyrnae ornamentum, laudat Auctor Ep. inter ἀδέσπ. DLXXX.

## SOPHRONII PATRIARCHAE
### EPIGRAMMATA.

*I.* Vat. Cod. p. 484. Plan. p. 357. St. 497. W. Xenodocheum, Alexandriae, ut videtur, conditum, peregrinantes ad ſe invitat. — V. 2. ἀπ' ὁδοιπορίης. Vat. Cod. — V. 3. „Veram hujus verſus lectionem dedit unus „Planudeae regiorum codd. cujus ſine ulla discrepantia „ſcripturam repraeſentavi. In Vat. membr. στῆσον, ξεῖνε,

„πόδα. Alter Planudeae: στῆσον, ξένε, σὸν πόδα. imper„fecto utrobique verſu. Salmaſius conjiciebat: στῆσον, „πόδα, ξεῖνε, πλανήτην. Sed jam conjecturis non indige„mus.“ *Br.* Vulgo legitur στῆσον, ξένε, τὸν σέο πόδα. *Brodaeus* conjiciebat τὸν πόδα σεῖο. — V. 4. ἔχων. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 5. ἀνακρινέεις. Vulgo. Noſtrum eſt in membran. Illud equidem h. l. praetulerim. — πολιῆτα Vat. Cod. — Eulogius Epiſcopus fuit Alexandriae ſecundum *Theophan.* Chron. p. 211. Ejus ſcripta quaedam recenſet *Photius* in Bibl. cod. CCVIII. CCLXXX. Cf. *Fabricii* Bibl. Gr. T. IX. p. 437.

*II.* Vat. Cod. p. 314. Plan. p. 194. St. 282. W. Lemma eſt in membr. τοῦ ἁγίου Σωφρονίου πατριάρχου. εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν πάπαν Ἀλεξανδρείας τὸν ἐλεήμονα. — V. 1. „Prava diſtinctione vulgo laborat hic verſus et „male inſerta particula δέ. Veteres enim libri exhibent „ἦν δ᾽ ἔτι. aut δέ τι.“ *Br.* Vat. Cod. ἦν δ᾽ ἔτι παῖς; et ſic Ed. Flor. pr. δέ τι tres Aldd. ἦν καὶ τί ex Aſcenſ. edidit Steph. — In fine vſ. ὄλβου Vat. Cod. — V. 2. νεκρός. Vulgo et in Vat. Cod. νεκροῦ ex ingenio emendavit cl. Editor. Idem placuit *Joſ. Scaligero* in not. mſc. Junge: ἔννεπε ἔργα καὶ ὄλβον νεκροῦ. — ¶. 126.] V. 5. „ὅλων pro πάντων, ut infra in Leonis Ep. III. et Incerti „Poët. XCVI. quod a probatorum ſcriptorum uſu rece„dit.“ *Br.* Hunc uſum vocis ὅλος, qua ſequioris aevi ſcriptores usque ad faſtidium utuntur, illuſtravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 370. qui membr. lectiones in hoc carmine indicat. ὄλβων πλέον Vat. Cod. Vulgo κτήματα, unde *Joſ. Scaliger* πλέον ἔχων emendabat. κτήμασι eſt in Cod. Senſus eſt: Joannem divitiis a majoribus ipſi traditis, ſanctisque operibus paratis, omnes Cypri cives ſuperaſſe. — V. 9. στομάτων. nemo facile verbis eloquatur. — V. 10. φαεινοτάταις. Vat. Cod. et in Plan. — V. 12. „Scribendum cenſeo ἀρειοτάτης. In membr.

„ἱερειοτάτας." *Br.* Hoc probabat etiam *Salmaſ.* in not. inſc.

*III.* Vat. Cod. p. 314. Plan. p. 194. St. 282. W. — V. 1. ἱερείων. Vulgo. ἱερήων. Ed. Flor. et tres Aldd. Poſt ſtadium ſanctiſſimarum virtutum decurſum. — V. 3. ἄφθιτον ἔξει. Vat. Cod. et v. 4. ibid. κατὰ χθόνας ῥέξεν. „πρήξεις τε. otioſa eſt hîc copula. Scribendum γε, „aut, quod melius eſſet, in ſuperiori verſu, θνητὸν γὰρ „λάχε σῶμα, βίον δ' εἴθ' ἄφθιτον ἔσχεν. *Utinam vero im-„mortalis fuiſſet et* — ſic bene adhibetur copula." *Br.* At ſic extenuaſſet viri laudes. Debebat potius dicere, mortalem quidem fuiſſe genitum illum, ſed immortalia facta edidiſſe. Idque ipſum *Sophronii* mentem fuiſſe, vehementer ſuſpicor. Quare vide, an legi debeat:

θνητὸν γὰρ λάχε σῶμα, καὶ οὐ βίον ἄφθιτον ἔσχεν,
ἀθανάτους πρήξεις γε κατὰ χθόνα ῥέξεν ἀπείρους.

*Si ipſi immortalis vita conceſſa non fuit, immortalia ſaltem facta in terris peregit innumerabilia.*

# COSMAE MONACHI
## DISTICHON.

¶. 127.] Plan. p. 313. St. 453. W. cum lemmate Κοσμᾶ μηχανικοῦ. In imagine ſacrificii Polyxenae conſpiciebatur Pyrrhus puellam immolaturus. Polyxena autem Minervam invocare videbatur, quod vituperat Pyrrhus; impudentis enim eſſe, preces facere ad deam, quam frater Paris tam graviter laeſerit. Haec quo referenda ſint, haud facile dixeris. Fortaſſe in tabula picta ſignum Minervae conſpiciebatur, ad quod virgo oculos manusque protendebat. Malim tamen exiſtimare, de ſtatuis agi, quales deſcribuntur Pyrrhi et Polyxenae in *Chriſtodori* Ecphr. v. 192. ſqq. in quarum vicinia for-

taſſe eſſet Minervae ſimulacrum. Ad hanc deam cum forte converſa eſſet Polyxena, *Coſmas* hoc de precibus ad illam factis interpretatur.

## MICHAELIS PSELLI
### EPIGRAMMA.

Edidit *Cangius* in Additamentis ad CPolin Chriſt. in calce Zonarae p. 151. Scriptum eſt in equum ex aere, pede ſublato fictum. Multi in Hippodromo equi fuerunt poſiti, quos recenſet cl. *Heynius* in Comment. Soc. Reg. T. XI. p. 36. — V. 2. φριμάξεται. Hoc vocabulum etiam de equorum hinnitu uſurpari docent Grammatici, quorum loca vide ap. *Valcken.* ad Ammon. p. 226. — V. 4. παρέλθῃς. *Cang.* „Pravam lectionem „minori mutatione emendare debuiſſem, ſcribendo εἰ „παρέλθοις.“ *Br.* In Anal. exhibitum ἢν παρέλθῃς. — V. 5. δραμεῖν. Similiter de equo Domitiani *Statius* I. Sylv. I. 46.

*At ſonipes, habitus animosque imitatus equeſtres,*
*Acrius attollit vultus, curſumque minatur:*
*Cui rigidis ſtant colla jubis, vivusque per armos*
*Impetus, et tantis calcaribus ilia late*
*Suffectura patent.*

— V. 6. τὸ τοῦ λόγου. Ne id, quod hi verſus tibi timendum eſſe dicunt, vere experiaris.

## LEONTIS PHILOSOPHI
### EPIGRAMMATA.

¶. 128.] *I.* Vat. Cod. p. 388. Edidit *Reisk.* Anth. nr. 753. p. 155. inter Jenſiana nr. 102. In Quirini

librum mechanicum, Marcelli, fratris, ope elaboratum. Suſpicatur *Reiskius* p. 242. hunc Quirinum et Marcellum nihil diverſos eſſe ab iis, quos *Libanius*, ut homines ſui aevi, commemorat Epiſt. 362. ed. Wolf. p. 177. ubi Quirinus Marcelli, medici dexterrimi, opera in morbo filii uſus eſſe dicitur. Quirinum illum a profeſſione ſophiſtae ad illuſtres dignitates adſcendiſſe, conſtat ex ejusdem *Libanii* Epiſt. 369. p. 182. — V. 2. γνωτοῖσι. *Jenſ.* quod *Reisk.* emendavit, conſentiente Cod. Vat.

*II.* Vat. Cod. p. 388. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 754. p. 155. inter Jenſ. nr. 103. Protulit etiam *Dorvillius* ad *Charit.* p. 370. Deſignari videtur hoc carmine Paulus ille Alexandrinus, qui Isagogen apoteleſmaticam ſive de viribus aſtrorum compoſuit, editam ab *Andr. Schotto*, Viteberg. 1586. Hujus viri, qui ſcripſit anno p. Chr. 387. mentionem fecit *Suidas*: Παῦλος φιλόσοφος. Εἰσαγωγὴν ἀστρολογίας καὶ ἀποτελεσματικά. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. IV. p. 140. ed. *Harl.* — V. 1. Liber ipſe loquitur, myſteria artis aſtrologicae ſibi a Paulo commendata eſſe glorians. — Μαντέος conjecit *Jenſ.* male. μαντείης corr. *Corn. de Pauw*, in cujus Apogr. ex Guyeti cod. deſcripto notatum in marg. fort. θησαυρίδος et θεσμήδεος. — V. 2. μ' ἐδιδάξατο eſt in membr. *Dorville* με διδάσκετο, *Reiskius* μ' ἐδιδάσκετο exhibuit.

*III.* Vat. Cod. p. 388. *Reiske* in Anthol. nr. 755. p. 155. in Jenſian. nr. 104. De Theonis et Procli operibus aſtronomicis conſule *Fabric.* in Bibl. Gr. T. VIII. p. 211. et 516. — V. 1. βίβλοι notavit *Salmaſ.* in marg. Apogr. Guy. et ſq. verſu Πρόκλος (Πρόκλου ſcribendum videtur), utrumque absque neceſſitate. Complectebatur unum volumen Procli et Theonis opera, quorum ille terram, hic coelum metiri docebat. Quum v. 2. – 4. eadem res ter inepte repetatur, *Reisk.* v. 3. omittendum eſſe putabat. — V. 4. excitavit *Salmaſ.* ad *Solin.*

p. 579. — V. 5. ἐπ' ἴσῃς. *Reisk.* Idem v. ſequ. τῷ λόγῳ edidit, contra membr. fidem. τετεύχατε Vat. Cod. Tertia perſona huic loco aptior. *Corn. de Pauw* in Not. mſc. τετεύχατον tentabat. „Commendat poëta eorum „operas invicem ſibi ſcribendo praeſtitas ita, ut Proclus „argumentum, de quo Theo librum ediderat, illuſtran„dum ſibi ſumſerit, h. e. geometriam, et viciſſim Theo „ſumſerit Procli de motibus coeleſtibus edita volumina „ſibi exponenda.“ *Reiskii* verba ſunt. — V. 8. τοὺς δόμους. *Reisk.* quod etiam in Apogr. Guyeti legitur. In marg. δρόμους, quae eſt membr. lectio. — V. 9. Proclus Theonis demonſtrationibus uſus ſua themata reſolvit et nova problemata format. προβάλλειν enim verbum proprium de iis, qui ἐρωτήματα, ζητήσεις, ἀπορίας proponunt. Vide *Bud.* Comm. Gr. L. p. 975. 35. — ¶. 129.] V. 11. ξυνωρί. par ſapientum! Dicendi uſum illuſtravit *Weſſeling.* Obſſ. I. c. 27. p. 115. *Valcken.* ad Phoen. p. 116. In multis exemplis vocabuli ξυνωρὶς figurate adhibiti nullum reperio, unde defendi poſſit lectio ap. *Aeſchyl.* Choëph. v. 971. in deſcriptione peſtiferi illius veſtimenti, quo Clytaemneſtra conjugem irretiverat: δεσμὸν ἀθλίῳ πατρί, Πέδας τε χειροῖν καὶ ποδοῖν ξυνωρίδα. ubi ſi ξυνωρίδι ſcripſeris, nihil difficultatis ſupererit. — V. 13. πυκάζων, *ornans*, ni fallor. *Suidas:* πύκασεν. ἐκόσμησεν. Idem: πυκάζεται. κοσμεῖται. — V. 14. 15. protulit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 370. qui ſe olim τοῖς Σόλοις ſcripſiſſe narrat, pro τοῖς ὅλοις. Levis profecto conjectura, quod ipſum *Dorvillium* non fugit. In marg. Cod. Guy. τοῖς λόγοις notatur. *Corn. de Pauw* τοῖς πόλοις tentabat, codicis tamen lectionem cuivis conjecturae praeferens. Sed ipſe hanc lectionem minus recte interpretatur per τῷ ὅλῳ, i. e. τῷ κόσμῳ. *per totum univerſum.* — τοῖς ὅλοις, πᾶσι. Vide ad *Sophronii* Ep. II. 5. Proclus, Sarpedonis genus, i. e. Lycius, apud omnes ſumma auctoritate florebat.

*IV.* Vat. Cod. p. 389. cum lemmate: Φωτίου Πατριάρχου Κωνσταντ. et ſic *Reisk.* nr. 683. p. 126. in Jenſ. nr. 32. „Editum eſt a Salmaſio in fronte librorum „Tatii amatoriorum. — Quidem Ep. hoc Photio Pa„triarchae tribuunt, quibus non ſuffragatur Fabric. Bibl. „Gr. T. IX. p. 402. Eſt Leonis Imperatoris, vel alte„rius Leonis, Mich. Pſelli diſcipuli, de quo Leo Alla„tius in Diatr. de Pſellis, initio: non autem Leontii „Athenienſis, patris Eudoxiae, Theodoſii junioris con„jugis, quae Reiskii opinio nihil aliud eſt, quam febri„citantis ſomnium. Leontius ille, qui ante annum 421. „e vivis exceſſerat, de Clitophontis et Leucippes amori„bus non magis audire potuit, quam de Boyardi Or„lando: quo tempore mortuus eſt, annum aetatis ſuae „VIII. aut IX. agebat Proclus Lycius, ita ut Leontio „cognoſci non potuerit, qui proinde auctor non eſt „Ep. III. quod, praeter chronologicas rationes, ab„unde ſatis monſtrat horum carminum ſtilus." *Br.* — V. 1. „σωφρόνων βίον. Hoc dedi e Salmaſii emendatione „in codicis ora; nam quod vulgo legitur σώφρονα in me„trum peccat. Melius emendaretur ſcribendo ἀλλὰ „βιοτὴν σώφρονα." *Br.* Minori mutatione, una ſyllaba inſerta, legendum:

ἀλλὰ σώφρονα βίοτον.

— V. 2. „ubi Codex exhibet ὁ Κλειτοφ. ὥσπερ ἐμφαίνει λ. „recte conſtituit Reiskius, qui in ceteris nugatur. Nam „v. 3. σωφρονέστατος ipſiſſima eſt membranarum ſcriptu„ra, in quibus etiam v. 7. recte εἴπερ δέ, ut metri lex, „quam perfringere non didicerat ſapiens ille Leo, „poſcit. Ibi autem in fine φίλε ſcribatur an φίλος, perin„de eſt; illud magis probo, quod etiam Salmaſio pla„cuit, quem hodie a quibusdam in Germania magiſtel„lis valde contemni video." *Br.* Pro ὥσπερ ἐμφαίνει minori mutatione legeris

εὖ παρεμφαίνει —

μὲν autem in talibus non deſideratur. — V. 3. In nomine proprio Λευκίππης poëta mediam pro lubitu corripuit. σωφρονέστατος eſt in membr. Ap. Jenſ. et R. σωφρονέστερος. — V. 5. ἐξίστησι. omnes in admirationem ſui rapit. — Sequitur recenſus malorum, quae Leucippe in Achillis hiſtoria patitur. — κατηχρειωμένη. Verbum ἀχρειόω recentioris eſt uſus. *Peſſimo modo habitam* ſignificare videtur compoſitum, quo Lexica carent. — V. 7. θέλῃς φίλος. Vat. Cod. φίλε dedit *Salm.* — V. 8. πάρεργον proprie de iis rebus, quae ornatus cauſa adduntur et minori tractantur diligentia, quam reliquum opus; quam ſignificationem cum derivatis diligenter explicavit *Budaeus* in Comm. L. Gr. p. 1180. ſq. Hoc loco adverbialiter poſitum pro παρέργως, ἐν παρέργῳ. At τὴν alieno loco eſſe videtur. Malim:

μή τοι πάρεργον τῆς γραφῆς σκόπει θέαν.

*ne obiter et oſcitanter bujus tabulae hiſtoriam ſpecta.* — V. 9. „non discrepat a codicis ſcriptura. Salmaſius edi„dit πρὸς τὴν συνδρομήν; peſſime Reiskius πρὸς τὶ συνδρο„μήν.“ *Br.* In membr. contextu legitur προς την. ſupra ſcriptum πρῶτα. In marg. Apogr. Guy. notatur πρόσθε. — συνδρομὴ hiſtoriae eſt finis, quo omnes ejus partes tendunt. — V. 10. „νυμφοστολεῖ γάρ. Cod. δέ, quod recte „Salmaſius emendavit.“ *Br.* In Apogr. Goth. non δέ, ſed γὰρ exhibetur.

*V.* Vat. Cod. p. 390. Εἰς τὸν φιλολοφον (φιλόσοφον) Πορφύριον. In Plan. p. 118. St. 171. W. auctoris nomine caret. Ludit poëta in Porphyrii nomine, cujus orationem cum purpura comparat propter praeſtantiam: Labia tua tingis orationis tuae purpura, eademque mentem tamquam veſte inſtruis. Is eſt procul dubio Porphyrius, qui magnum inter Pythagoreos nomen habuit.

*VI.* Vat. Cod. p. 416. ſq. Edidit *Reisk.* Anth. nr. 796. p. 172. in Jenſian. nr. 145. — V. 1. μῆτερ. Ma-

trem tibi iratam finge, quod filiam vitiatam deprehenderit. Ductus eſt verſ. ex Odyſſ. ψ. 97. — V. 2. ex Il. ε. 361. — V. 3. ex Il. κ. 83. — V. 4. ex Il. φ. 50. — ¶. 130.] V. 5. πᾶν δ' ἐπεῤῥάνθη. *Reisk.* contra codic. fidem. *Homer.* Il. π. 333. πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι. Eadem vocabula repetuntur Il. υ. 476. — V. 6. ex Odyſſ. ε. 268. ubi accentu diverſo et diverſo adeo ſenſu οὖρον legitur. In apogr. Guy. et Kuhnk. etiam οὖρον habetur, ſed in marg. ὀῤῥὸν notatum, i. e. *liquorem.*

*VII.* Vat. Cod. p. 456. ſine auctoris nomine, quod nec Planud. indicat p. 124. St. 187. W. Cl. editor monere neglexit, quibus cauſis commotus hoc carmen *Leonti* tribuerit. Ceterum cf. ſimile carmen T. II. p. 519. — V. 1. ὑπάτων πρῶτος, ὃ δὲ δ. Vulgo et in membr. Vat. — αὔλακα τέμνει. *Palladius* in Februario L. III. 1. *Locis tepidis – colles pingues vel hoc menſe proſcinde. – Nunc ager, qui accepturus eſt medicam, iterandus eſt, et purgatus lapidibus diligenter occandus.* — V. 2. ἐπὶ μῶλον. quia tertius menſis Marti ſacer, et tum plerumque exercitus ex hibernis ad bellum prorumpunt. — V. 3. ῥοδοδάκτυλον, ex Ald. 2. et Aſc. recepit *Stephan.* In Flor. Ald. 1. 3. eſt ῥοδοδάκτυλος. Illud habet etiam Vat. Cod. Sed praeferenda eſt forma inſolentior, de qua vide not. ad *Crinagor.* Ep. V. 1. T. II. P. I. p. 381. Tuetur eam *Reiskius* ad *Conſtant. Porphyr.* Cerem. p. 115. — V. 5. τὰ δ' ἐμὰ πτερά. Venti ſunt, qui Aegypti inundationem efficere putabantur. Eteſiarum flatu Nilum intumeſcere, Thales ſuſpicatus eſſe dicitur. Vide *Diogen. Laërt.* I. 37. et *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* I. 38. p. 46. — Pro ἐγείρει *Brodaeus* ἀγείρει tentabat, perperam. — V. 6. ἀριστοφύλῳ πεφιλημένος (ον in Wech.). ἐριστοφύλῳ corr. *Huetius* p. 13. et ſic Vat. Cod. — V. 8. δαῖτα. De olivis explicat *Brodaeus,* quae cum aliis id genus eſcis mitti ſolebant amicis die natali. Pro εἰς οὖνομα idem εἰς ὃν δέμα legendum ſuſpicatur.

Menſem Novembrem ab olivis deſignat etiam auctor Carminis in Menſes v. 22. Εἴ τοι Ἀθηναίης πέλει ἔργα, ὥριον ἤδη Καρπὸν ἀποθλίβειν, μνῆστιν ἔχειν καμάτων. Solebant olivae initium et finem epularum facere, ſecundum *Martialem* L. XIII. 35. *Haec, quae Picenis venit ſubducta trapetis, Incboat atque eadem finit oliva dapes.* Sed haec ad noſtrum locum illuſtrandum non ſufficiunt, in quo verba ἐς οὔνομα φωτὸς ἑκάστου Oedipum ſuum quaerunt. — V. 9. φορμίζειν. Haec ad Saturnaliorum feſtivitatem referenda videntur.

*VIII.* Vat. Cod. p. 455. cum lemmate: εἰς τὰ κωνικὰ Ἀπολλωνίου, quod non omittendum erat. — V. 1. Senſus eſt: χαρακτὴρ τῶν (λόγων), ὧν ἥδε βίβλος (ἐγὼ) ἔνδον ὠδίνω, i. e. ἔχω, βαθύς —. Liber ipſe loquitur, res alte reconditas nec ſine magna mentis intentione percipiendas ſeſe continere glorians. ὠδίνω. Vide ad *Chriſtodor.* Ecphr. v. 277. βαθὺς χαρακτήρ opponitur iis, quae in ſuperficie ſunt poſita. φροντὶς βαθεῖα dixit *Aeſcb.* Suppl. 408. βάθος ψυχῆς de ingenii altitudine illuſtravit *Lennep.* ad *Phal.* p. 6. *Weſſel.* ad *Diodor.* T. I. p. 552. Idem, ſed tragica audacia, extulit *Aeſcb.* VII. c. Th. 595. de Amphiarao: βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενῶν καρπούμενος. Apud eundem in Choëph. v. 444. fortaſſe legendum: δι' ὤτων δὲ συντέτραινε μῦθον ἡσύχῳ φρενῶν βάθει (pro βάσει), *in tranquilla mentis altitudine.* — περισκελής. σκληρός. δυσχερής. *Heſych.* περισκελεῖς φρένες ſunt ap. *Sophocl.* in Aj. 649. σίδηρον περισκελῆ Antig. 475. — V. 3. κολυμβητοῦ Δηλίου. *Suidas:* Δηλίου κολυμβητοῦ· ἐπὶ τῶν ἄκρως νηχομένων. Σωκράτει γὰρ δόντος τοῦ Εὐριπίδου Ἡρακλείτου τοῦ σκοτεινοῦ σύγγραμμα, ἐρέσθαι, τί δοκεῖ; τὸν δὲ φάναι, ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα· οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα. πλὴν Δηλίου δεῖται κολυμβητοῦ, εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ. Cf. *Diogen. Laërt.* II. 22. — V. 4. εἰ δ' αὖ. Vat. Cod. In quibusdam apogr. εἰς omittitur. — V. 6. γέρα. primum honorificum geometrae nomen obtinebit, deinde omnibus

conſentientibus philoſophus appellabitur, vel Platone ſpondente, qui mathematicam philoſophiae viam munire cenſebat. — V. 7. εἰσκριθήσεται. Vat. Cod. Verbum κριθήσεται revocandum.

*IX.* Vat. Cod. p. 455. τοῦ αὐτοῦ. Εἰς κηρύκιον. Edidit *Dorville* in Sicul. T. I. p. 163. — V. 1. κηρύκιον ſive κηρυκεῖον (ſic etiam quaedam Apogr.), σκῆπτρον. *Heſych.* ubi vide Intrpp. Hoc *ſceptrum* antiquiſſimorum virorum σχῆμα, i. e. *ornamentum*, appellat poëta. Vide *Musgr.* ad *Eurip.* Androm. v. 1. De forma *caducei* vide quos laudat *Boettigerus* in *Vaſengem.* I. 2. p. 107. multa ibi de origine caducei docte et acute diſputans.— V. 2. Θριδακίης. Vat. Cod. Huic lectioni patrocinatur *Corn. de Pauw* in not. mſc. excitans *Euſtath.* ad *Dionyſ.* Perieg. v. 467. ubi haec habentur: ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι Θρινακία λέγεται, διὰ τὸ ἐοικέναι θρίδακι. ex quibus verbis hoc tantum intelligitur, fuiſſe, qui Thrinaciae ſive Thrinacriae nomen inepte derivarent, non item, Θριδακίη fuiſſe ſcriptum. — οἰκιστὰ Κορίνθου. Syracuſani ſunt a Corinthiis oriundi. Cf. *Theocrit.* Eid. XV. 91. *Scaliger* in Euſeb. Chron. p. 76. *Drakenborch.* ad Silium Ital. XIV. 51.

¶. 131.] *X.* Vat. Cod. p. 456. Plan. p. 1. St. 3. W. μονημέριον venationis ſpectaculum appellabant, quod ultra unum diem non extendebatur. *Juſtinian.* Novell. CV. μετ' ἐκείνην τὴν τοῦ λεγομένου μονημερίου, ἔνθα πολλῆς ἡδυπαθείας ἐμπλήσει τὸν δῆμον, τό, τε καλούμενον Πάγκαρπον θεώμενον, καὶ θηρίοις προσμαχομένους ἀνθρώπους. quem locum illuſtravit *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 79. ſq. De his venationibus ex inſtituto egit *Onuphrius Panvin.* de Circ. L. II. p. 203. ſqq. Optat poëta, ut Diana feras quidem excitet, ſed quantum ſatis ſit ad invadendos homines, non ad occidendos. — ἐπιψαῦσαι. tangere, fortaſſe etiam levi vulnere perſtringere. — V. 4. μηδὲ νοήσαι. Nolim ego quidem, qui in Jovis placidiſſimi ſolio ſedeo,

hominis interitum videre. Hi quidem verſus quin *Leoni Imperatori* tribuendi ſint, dubitari non poteſt. De Jove μειλιχίῳ vide *Ducker.* ad *Thucyd.* L. I. 126.

## THEAETETI EPIGRAMMA.

Vide Animadverſ. T. II. P. II. p. 244.

## EPIGRAMMATA
### IN QUAEDAM MONIMENTA BYZANTINA.

---

¶. 132.] *I.* Vat. Cod. p. 473. Plan. p. 370. St. 509. W. „Julianus hic non alius eſt, quam Imperator. „In alium enim non quadrat, quod hîc praedicatur, „maluiſſe procul ab urbe hoſtes caedere, quam ante „muros pugnam committere.“ *Br.* Haec clariſſ. editor monuit contra *Cangium*, qui in CPoli Chriſt. L. I. p. 47. non ſatis conſtare ait, an Eugenii porta aedificata ſit a Juliano apoſtata. Conſtat tamen, Julianum ante bellum contra Perſas ſuſceptum Conſtantinopolin aedificiis ornaſſe. — V. 4. ἤ. Subaudi μᾶλλον, quod ſic ſaepenumero omittitur. Multi hoc obſervarunt, quos laudat *Wernsd.* ad *Himer.* p. 674. — κροτεῖν πόλεμον. Frequentius συγκροτεῖν, bellum parare et inſtruere. Ceterum verſ. ut hîc legitur, a *Planude* concinnatus eſſe videtur. In membr. Vat. eſt: ἢ πόλεως προπάροιθε κροτέειν πολέμους. Unde poſſis etiam ſcribere:

ἢ προπάροιθε πόλεως συγκροτέειν πολέμους.

*II.* Vat. Cod. p. 472. Plan. p. 349. St. 488. W. „Vide CP. Chriſt. p. 105. Obeliſcus erectus juſſu Theo„doſii M. cura Procli, qui non erat architectus, ſed „Praefectus urbis, de quo Fabric. Bibl. Gr. T. VIII.

„p. 459. Poſt hoc carmen ponendum erat Epigr. Inc. „CCCXXXIV. εἰς τὸ λουτρὸν Καρίας ἐν Βυζαντίῳ, de quo „vide Ducange ibid. p. 93.“ *Br.* Plures hanc Inſcriptionem dederunt. *Wheler* Itiner. p. 183. *Fleetwood* p. 83. *Gruter* p. CLXXXV. quem vid. in Corrig. p. CCCVII. *Smith.* in Notit. CPol. p. 100. Obeliſci deſcriptionem dedit *Gyllius* de Topogr. CPol. L. II. c. XI. Reliquos, qui de eo tradiderunt, et veteres et recentiores, laudat *Bandur.* Antiq. CPol. T. II. p. 612. qui etiam anaglypha lateris ſeptentrionalis ſtylobatae exhibet p. 656. cujus notae comparandae ſunt cum iis, quae tradit *Ducang.* ad Alexiadem p. 422. ſq. In latere orientali legitur hoc Epigramma latinum:

*Difficilis quondam dominis parere ſerenis*
*Juſſus et extinctis palmam portare tyrannis,*
*Omnia Theudoſio cedunt ſubolique perenni:*
*Ter denis ſic victus duobusque diebus*
*Judice ſub Proclo ſublime elatus ad auras.*

— V. 3. Quidam Πρόκλος exhibent; Πρόκλον Vat. Cod. Ante hoc nomen καὶ inſerit *Gruter.* quod in Obeliſco non comparet, teſte *Th. Smith* l. c. Vide *Maſſon.* in Varior. Corrigend. ad *Gruter.* p. CCCXIII. — V. 4. Dies triginta duo obeliſco erigendo impenſi ſunt.

*III.* Vat. Cod. p. 474. Plan. p. 370. St. 509. W. Hoc et ſequens Epigr. ſcriptum eſt in porticus, quibus Theodorus, Praefectus urbi, ſub Theodoſio juniore Baſilicam, i. e. aedes ſenatoribus addictas, inſtruxerat. Fuerat is Theodorus, ut ex proximo Epigrammate apparet, ſemel conſul et ter ἔπαρχος; unde poëta ludendi occaſionem arripuit dicens, quaternum illum honorem ei merito contigiſſe, qui Baſilicam quatuor porticibus exornaverit. Conſulatum geſſiſſe hunc Theodorum conſtat anno CCCXCIX. Vide *Ducang.* in CP. Chriſt. L. II. p. 146. — V. 1. τετραπόροις. τὸν Σενάτου οἶκον ὑπὸ τεσ-

σύρων κιόνων βασταζόμενον dicit *Anonym.* in Collect. CPol. p. 96. — Pro πύλην in membr. et in Plan. habetur πόλιν, quod cl. editor ex Ducangii conjectura mutavit. At ſic pars antitheſios perit. Is, qui urbem quaternis *ornavit arcubus*, ipſe quoque dignus eſt, qui quaternis honoribus ornetur. ἐγείρας τὴν πόλιν ἀψῖσι dictum per enallagen pro ἐγείρας τῇ πόλει ἀψῖδας.

¶. 133.] *IV.* Vat. Cod. p. 474. Plan. p. 370. St. 509. W. — V. 1. Baſilica Fortunae, Τύχης, templum vocatur propter Templum *Fortunae Romanae* ibi exſtructum. CPol. Chriſt. L. II. p. 147. *Heyne* in Comm. Soc. Reg. T. XI. p. 26. not. et XII. p. 276. — V. 2. θαύματι. Vat. Cod. Edd. Ald. tres et aliae. Huic lectioni cur θαύμασι praeferatur, cauſa non eſt. — V. 3. χρυσάσπιδι Ῥώμη. Ductum epitheton ex *Pindar.* Iſthm. α. v. 1. ubi χρύσασπι Θήβα de Diva aureo ſcuto inſtructa occurrit. CPolis autem ἡ νέη Ῥώμη, nonnunquam ſimpliciter Ῥώμη vocatur. Sic etiam hodie veteris Graeciae incolae Ῥωμαῖοι vocantur, eorumque lingua ἡ ῥωμαϊκή. Vide *Wheler* et *Spon.* in Itin. T. II. p. 64. et 76. et, qui fuſe de hac re disputavit, *Büſchingium* in Hiſt. Liter. p. 29. not. *v.* — V. 4. τεῦξεν et ὀρῆ. Vat. Cod. Dorica verbi forma ab h. l. aliena.

*V.* Vat. Cod. p. 473. Plan. p. 370. St. 509. W. Hoc et ſq. Epigramma ſcriptum in portas muri terreſtris, quem, cum terrae motu collapſus eſſet, Theodoſius junior per Conſtantinum, Praefectum urbi ſive praetorio, reparari juſſit. Porta Xylocirci appellata eſt, quod per eam ad ligneum circum pergebatur. Vide CPol. Chriſt. L. I. p. 49. Aliam nominis cauſam, ſed vanam eam et nugatoriam, afferunt recentiores Graeculi, quos refutat *Bandur.* in Comm. ad Antiqq. CP. T. II. p. 694. — ξυλοκέρκου eſt in Ed. Fl. pr. et Ald. 1. In Ald. 2. 3. ξυλοκιρκου, quod deinde in alias edd. propagatum

pagatum eſt. Fuit haec porta ultima muri terreſtris, porta Rhegii contra prima. Hinc intelligitur, cur, muris reparatis, Conſtantini Praefecti nomen his potiſſimum portis inſcriptum ſit. — V. 1. ὕπαρχος. Vat. Cod. vulgari horum vocabulorum confuſione.

*VI.* Vat. Cod. p. 473. εἰς τὴν πόρταν τοῦ Ῥηγίου. Plan. p. 371. St. 509. W. In cod. *Dorvilli* ῥηγίου. Vide Miſcell. Obſſ. T. IX. p. 378. Eadem eſt hujus nominis diverſitas ap. alios ſcriptores, ubi haec porta et Ruſia et Aurea appellatur. Vide *Ducange* CP. Chr. L. I. p. 53. et p. 39. Ad noſtrum Epigr. facit inprimis *Marcellinus Comes* ad ann. XXXIX. Theodoſii Junioris: *Urbis Auguſtae muros, olim terrae motu collapſos, intra tres menſes, Conſtantino Praefecto praetorio operam dante, reaedificatos fuiſſe.* — V. 2. ὕπαρχος ἐδείματο. Vat. Cod. — τείχει τεῖχος de duplici muro interpretatur *Ducangius* p. 40. exteriore et interiore. Malim accipere de novo murorum firmamento ſive ornamento, eoque τῶν τειχέων nomine praecipue digno.

*VII.* Vat. Cod. p. 485. cum lemmate: Ἐν τῷ πορφύρῳ κίονι τὸ ὂν (f. τῷ ὄντι) εἰς τὸν Φιλαδέλφιον. Et ſic fere in Plan. p. 373. St. 511. W. Exſtructum igitur Muſeum in eo loco, qui a ſtatuis filiorum Conſtantini M. *Philadelphium* appellatum eſt. De columna porphyretica videndus *Bandur.* T. II. p. 586. Cf. *Heyne* in Comment. T. XII. p. 284. Ex hoc Epigr. apparet, Muſelium, quem a Muſello, ſacri cubiculi praepoſito, nihil diverſum putat *Ducang.* CP. L. II. p. 176. Muſeum ſuis ſumtibus exſtruxiſſe, in eoque Imperatoris imaginem collocaſſe. — V. 1. εὔνους. Reſpicitur, quod jam *Ducangius* vidit, ad *Eunuchi* titulum; nam ſacri cubiculi praepoſitos eunuchos fuiſſe conſtat. Vide *Reisk.* ad *Conſtant.* Cerem. p. 6. Hanc appellationem erant qui derivarent ἀπὸ τοῦ εὔνουν ἔχειν. Praeclare huc facit *Theodoris.*

de Vit. Patr. c. VIII. de eunuchis, quibus ſpes liberorum ademta: καὶ τούτου ἕνεκα εὖνοι εἶναι βασιλεῖ νομιζόμενοι καὶ τὴν προσηγορίαν ἐντεῦθεν καρπούμενοι. Eandem ob cauſam iſti homines etiam πιστοὶ appellabantur. Vide *Stanlei.* ad Aeſch. Perſ. 2. T. II. p. 764. et *Sibelis* Diatr. de Perſis p. 37. — V. 1. Μουσίλιος. Vat. Cod. et βοῶσιν, — V. 2. πράγματα, ut ſaepe, *verbis* oppoſita. Factis ille ſuam erga Imperatorem fidem demonſtravit, quo documento nullum fortius et gravius. — V. 3. δὲ χαρίσσατο. Vat. Cod.

*VIII.* Vat. Cod. p. 485. ubi prius diſtichon cum praecedente Epigr. jungitur. In Planud. p. 373. St. 512. W. in duo diſticha diviſum, quae jungenda eſſe vidit *Huetius* p. 35. Idem totum hoc carmen cum praecedente jungendum exiſtimabat. Membranarum diſtinctionem ſequutus eſt *Grotius.* — V. 1. In poëtarum igitur et eruditorum praeſidium haec domus exſtructa fuit. — In fin. vſ. vulgo κυρῶν, in membr. κύρων habetur. κούρων correxit *Huet.* p. 35. eamque correctionem expreſſit magnus Interpres:

*Spem pueris, urbique decus, laudemque poëtis,*
*Armaque virtuti divitiasque bonis.*

— V. 2. ταῖς ἀρεταῖς. Vat. Cod. — ¶. 134.] V. 3. Μουσίλιος Vat. Cod. — Ejusmodi opera in literarum gratiam exſtruxit Muſelius. — Ludit poëta in diverſis ſignificationibus vocis λόγος, quam primum de *litcris*, mox de *verbo* dei accipit. — Laudat enim Muſelium, quod *verbum* non dubitet pro *vero deo* habere.

*IX.* Vat. Cod. p. 485. Vide ad praeced. Ep. Hoc diſtichon, Brunckio judice, non male ſubjungeretur praecedentibus. Idem judicabat *Salmaſ.* in not. ined. Mihi peculiarem inſcriptionem conſtituiſſe videtur. — πολλά. partem aedificii labantem ſtabilivit. — V. 2. ἵδρυσεν. Vat. Cod. ἥδρασεν emendavit cl. editor. Fortaſſe tamen membr. lectio ſervari poterat. κεφαλέως ἱδρύσιν et

iam pro *firmare, ſtabilire, in firma ſede collocare* poni potuiſſe videtur.

*X.* Plan. p. 299. St. 439. W. Scriptum in Aurelianum, qui Conſul fuerat cum Stilichone ao. Chr. CCCC. et ter Praefectus Praetorio. Ei Senatus, ob res praeclare geſtas, auream ſtatuam decrevit. Vide CP. Chriſt. L. II. p. 147. *Bandur.* Antiqq. p. 844. — V. 1. τὸν τρισίν. vitioſe Steph. ὃν habet Ald. qui hoc Ep. primus exhibuit in Lectt. — V. 2. πατέρα. Qui Praefecti erant, iidem πατέρες πόλεως appellabantur. Vide *Reisk* ad *Conſtant.* p. 12. Patricii autem Conſtantini et Theodoſiorum aevo *patres Imperatoris*, βασιλέως πατέρες vocabantur, ſive etiam uno vocabulo βασιλειοπάτορες. Vide eund. p. 20. — V. 4. κατέστασεν. Ald. tres.

*XI.* Plan. p. 298. St. 437. W. Hoc Epigramma *Ducange* CP. Chr. L. I. p. 77. ſcriptum eſſe putat in ſtatuam argenteam Theodoſii M. quam in Foro Tauri poſitam fuiſſe tradit *Codin.* in Origg. p. 21. 24. Verum ibi non equeſtris ſtatua, ut hoc carmine, ſed columna Theodoſii intelligitur. Fuit quidem in Foro Tauri ſtatua equeſtris, non tamen Theodoſii. Vide *Bandur.* Antiqq. CP. T. II. p. 802. et 842. — V. 1. In orientali terra, ceu alter Sol, inter mortales regnas. — πόλου μέσον. Fortaſſe ad elatum locum referri debet, quo Theodoſii ſtatua erat poſita. — V. 3. Ὠκεανόν. Sub pedibus ſtatuae, in baſi, terra et mare expreſſa fuiſſe videntur.

*XII.* Plan. p. 299. St. 439. W. In Zenonis et Ariadnes ſtatuas. Eas commemorat, in Chalce poſitas, *Anonym.* de Antiqq. CP. ap. *Bandur.* T. I. p. 7. *Ducange* CP. L. II. p. 115. et 151.

*XIII.* Plan. p. 299. St. 439. W. Bibliotheca, a Juliano Imperatore exſtructa, cum igne conſumta eſſet Baſiliſco imperante, anno Chr. $\frac{476}{477}$, reſtaurata eſt ſub Zenone, (ſive potius Anaſtaſio; vid. *Heyne* in Comm. XI.

p. 49.) curante Juliano Praefecto Urbi. Hic, opere ad finem perducto, Imperatoris ſtatuam auream ante Bibliothecam poſuit. Vide CP. Chriſt. L. II. p. 151. *Bandur.* T. II. p. 843. Ceterum ineptum Epigramma, cujus poſtremus verſus exſpectationem prioribus excitatam minime explet. — V. 1. οἶκος Ἑλικῶνος. Muſarum domicilium, Bibliotheca.

¶. 135.] *XIV.* Plan. p. 299. St. 439. W. „Vulgo „in pentametro legitur χρυσέην Ἀναστασίην. Viris Byſan„tinae hiſtoriae peritiſſimis ignoratur penitus haec Ana„ſtaſia, et vix dubio locus eſt, quin corrupta ſint haec „verba, quae ſic, ut ea exhibui, emendanda erant. Vide „Ducange p. 150. et Banduri p. 843. nr. 397.“ *Br.* *Bandurius* ſcribendum cenſebat χρυσέην (στήλην) Ἀναστασίου. — μετὰ κόσμον Πιερ. poſt Bibliothecam, Muſarum ornamentum, exſtructam.

*XV.* Vat. Cod. p. 467. ſq. Plan. p. 359. St. 498. W. In Chalcen, imperante Anaſtaſio exſtructam, Aetherio opus deſignante. Fuit haec Chalce triclinium, quod magno Palatio pro veſtibulo erat. Videtur initio porta ex aere fuiſſe (χαλκῆ, ſc. πύλη), quae ad Palatium ducebat; transiit nomen ad aedificium ei vicinum; quae eſt ſuſpicio *Heynii* in Comm. T. XII. p. 279. quem inprimis vide. Si *Cedreno* fides p. 322. Anaſtaſius, confecto Iſaurico bello, hanc aedem in eximiam eduxit altitudinem. Cf. CP. Chr. L. II. p. 114. *Bandur.* T. II. p. 851. Ceterum praeter *Cedrenum* omnes Originum CPol. ſcriptores Chalcen ante Anaſtaſium extitiſſe ſcribunt; unde haud inepte ſuſpiceris, falſum eſſe lemma Epigr. noſtri, idque ipſum *Cedreno* impoſuiſſe, cum aliud fortaſſe *Anaſtaſii* aedificium deſcribatur. Cogitabam equidem de Palatio Blachernarum, de quo *Suidas* in Ἀναστάσιος· — κτίζει καὶ τὸν μέγαν τρίκλινον, τὸν ἐν Βλαχέρναις, ὃς Ἀναστασιακὸς μέχρι τῆς δεῦρο λέγεται. — V. 1. τυραννοφό-

νου. Referendum ad Iſaurorum oppreſſionem, quos τυραννῆσαι βουλομένους invaſit Anaſtaſius, ducesque rebellionis ſive tyrannos, Longinum, Athenodorum aliosque, occidit. *Malal.* Chron. T. II. p. 106. ſq. — V. 5. Ingens hoc opus propter amplitudinem ſuam ſine tecto relinquere ſtatuerunt. Verum Chalcen aëneis tegulis tectam fuiſſe plurimi tradiderunt; quin nomen inde traxiſſe exiſtimarunt. Inſequenti tempore, cum Chalce in ſeditione conflagraſſet, Iuſtinianum ex aëneis tegulis ſtatuam ſibi faciendam curaſſe tradit *Cedrenus.* Vide CP. Chr. L. II. p. 115. *Banduri* T. II. p. 804. — V. 6. Pro πολυμήτοιο *Huetius* p. 34. πολυκμήτοιο tentabat, ſine cauſa idonea. — V. 8. Aetherius ſancto Imperatori primitias artis ſuae offerebat. An igitur hoc primum erat aedificium paulo inſignius, quod Aetherius conderet? — V. 9. Iam hoc triclinium cum ceteris orbis terrarum miraculis comparare inſtituit auctor; primum cum Capitolio, cuius aëneas tegulas commemorat *Plinius* H. N. XXXIII. 3. qui eas a Catulo inauratas eſſe tradit. Cf. *Lipſium* de Magnit. Rom. L. III. 5. qui noſtri loci non fuit immemor. — V. 14. Ῥουφήνιον. Vat. C. Lucum Nicephorium, ab Eumene ad Pergamum exornandum conſitum, commemorat *Strabo* L. XIII. p. 926. B. Hunc Rufinus fortaſſe novis aedificiis exornavit ſuoque vocavit nomine. Rufinum ſplendida aedificia exſtruxiſſe, apparet ex *Claudian.* in Ruf. L. II. 448. *qui ſibi pyramidas, qui non cedentia templis Ornatura ſuos exſtruxit culmina Manes.* Sed de luco Pergami ab eo conſito nihil reperio. — V. 15. *Hadrianus per Aſiam iter faciens, templa ſui nominis conſecravit. Ael. Spart.* in Vit. Hadr. T. I. p. 126. Ibi *Caſaub.* noſtrum verſum excitavit; unde templum Hadriani Cyzicenum unice cognitum ſibi habebat *Triſtan.* T. I. p. 453. Eodem referendus videtur locus *Xiphilini* p. 799. ubi de terrae motu agit, Cyzicum inprimis devaſtante: καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ναὸν

μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον ναῶν ἁπάντων — ᾧ τετραόργυιοι μὲν πάχος οἱ κίονες ἦσαν, ὕψος δὲ πεντήκοντα πηχέων, ἕκαστος πέτρας μιᾶς, καὶ τἄλλα τὰ ἐν αὐτῷ, ἕκαστον θαυμάσαι πλέον ἢ ἐπαινέσαι. His verbis Hadriani templum ſignificari putabat *Waſſe* ad *Thucyd.* L. VIII. p. 297. ed. Bip. His et ſqq. verſibus ſimillimum *Martialis* Epigr. primum:

*Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis,*
*Aſſiduus jactet nec Babylona labor:*
*Nec Triviae templo molles laudentur honores,*
*Diſſimuletque Deum cornibus ara frequens.*
*Aëre nec vacuo pendentia Mauſolea*
*Laudibus immodicis Cares ad aſtra ferant.*
*Omnis Caeſareo cedat labor amphitheatro:*
*Unum pro cunctis fama loquatur opus.*

V. 16. ἀείσεις Vat. Cod. — V. 18. μοῦνος omittit Ed. Flor. pr. — V. 19. Ἰσαυροφόνον. De bello Iſaurico vide ad v. 1. et ad *Chriſtodori* Ecphr. 404. T. II. P. III. p. 325. — V. 20. ἐδέθλιον Ἠοῖ. Sedem Imperatoris in orientali parte terrae intellexit. — V. 21. τετραπόρων. propter arcus in quatuor mundi regiones patentes. Vide *Duc.* CP. Chr. p. 115.

¶. 136] *XVI.* Vat. Cod. p. 534. Plan. p. 185. St. 270. W. „In ſtatuam Imp. Anaſtaſii, ad euripum circi „Conſtantinopolitani poſitam, juxta Scyllae ſtatuam, „quae ibi erat." *Br.* Epigramma noſtrum, quo Anaſtaſio ſordes et iracundia exprobrantur, catholico cuidam auctori tribuendum eſſe ſuſpiceris, Anaſtaſio forte propter Eutychianae haereſeos ſuſpicionem infeſto. Hunc Imperatorem avarum fuiſſe et ignavum, et multis aliis vitiis inquinatum, tradit etiam *Suid.* in Ἀναστάσιος ex Collectan. Conſtant. a *Valeſio* editis p. 853. ubi ille inter alia paupertatem omnibus communem dono dediſſe dicitur. Longe aliter de ejus parſimonia judicat *Gibbon* Hiſtory on the D. and F. etc. cap. XL. T. VII. p. 83. ed.

Baſ. — V. 1. σιδήρου. Statuarum ex ferro exempla collegit *Junius* de Pict. Vet. III. 11. p. 292. noſtri Epigr. non immemor.

*XVII.* Vat. Cod. p. 543. Plan. p. 185. St. 270. W. — V. 1. Anaſtaſii ſtatua proxime Scyllam erat poſita in Hippodromo, de qua vide ad Ep. ἀδέσπ. CCLXXVI. Hinc Imperatorem cum Charybdi comparat. Hanc comparationem fortaſſe debuit auctor *Anaxilae* Comico, qui de rapacibus ſcortis haec ſcripſit ap. *Athen.* L. XIII. p. 558. C. Ἡ δὲ Νάννιον τί δεινῆς διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ; — Ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόῤῥω που ποιεῖ; Similiter *Alciphr.* I. Ep. VI. p. 36. de meretrice: κωμάζουσι γὰρ εἰς αὐτὴν ἡ πρὸς θάλασσαν νεολαία, καὶ ἄλλος ἄλλο δῶρον ἀποφέρει — ἡ δὲ εἰσδέχεται καὶ ἀναλοῖ Χαρύβδεως δίκην. Ejusmodi acuminis a Byzantinis ad interpretanda artis opera adhibiti exemplum offert *Anonym.* ap. *Bandur.* L. III. p. 42. nr. 114. item de Scylla in Hippodromo: αἱ δὲ γεννῶσαι θῆρας καὶ ἐσθίουσαι ἀνθρώπους ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, ἡ μὲν μία ἐστὶν Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου, δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν τῶν δευτέρων αὐτοῦ πράξεων, ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ᾗ πλεῖον ὑπάρχει, οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ἡ Σκύλλα ἐστίν, ἡ ἐκ τῆς Χαρύβδεως ἐσθίουσα τοὺς ἀνθρώπους. — V. 4. κερματίσας. te, cum aënea ſis, in parvula fruſta comminuens, ſive in numos convertens et ſic te abripiens.

*XVIII.* Planud. p. 294. St. 433. W. Scriptum eſt in Proclum, Ictum illuſtrem, qui, a Iuſtino Thrace Quaeſtor factus, eximiam juſtitiae et integritatis laudem tulit. Vide de hoc Proclo *Fabric.* Bibl. Gr. T. VIII. p. 462. *Alemann.* ad Procop. Hiſt. Arc. p. 102. et *Bandur.* T. II. p. 839. Procli pater Conſul fuit ao. Chr. DXII. imperii Anaſtaſii XXII. Quum Proclus in noſtro Epigr. Conſulatum ſaepius geſſiſſe dicatur, neque tamen ejus nomen in Faſtis compareat, intelligendus eſt Conſulatus honorarius ſive codicillaris. — V. 2. Δίκης. cum patronus cauſarum eſſet et Scholaſticus, Imperator eum aulae

vindicavit. Quantum valuerit ap. Juſtinum, hominem ἀναλφάβητον, narrat *Procop.* in Hiſt. arc. c. VI. — V. 3. στόμα πιστόν. Quaeſtores Imperatorum Principis epiſtolas, decreta, conſtitutionesque in Senatu recitabant. Vide *Panciroll.* Dignit. Imp. c. LXXIII. (Theſ. Graev. T. VII. p. 1513.) — V. 4. χαλκός. aënea haec ſtatua docet, quantis honoribus labores remunerentur.

*XIX.* Plan. p. 297. St. 437. W. ubi in lemmate legitur ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ pro ἐν τῷ Αὐγουστιῶνι, quod *Brunckius* ſcripſit ex mente *Bandurii* T. II. p. 841. Nullus enim eorum ſcriptorum, qui de Juſtiniani ſtatua equeſtri tradiderunt, eam in Hippodromo, omnes in Auguſtaeo poſitam fuiſſe dicunt. Graphice eam deſcripſit *Procopius* de Aedif. L. I. 2. p. 10. — V. 1. Μηδοκτόνε. Converſus erat Imperatoris vultus ad orientem, τὴν ἡνιόχησιν ἐπὶ Πέρσας, οἶμαι, ποιούμενος. *Procop.* l. c. — V. 2. γενέτης, ὡς σύμβουλος. παῖς, ὡς πολίτης. *Schol.* De Euſtathio Senatore nihil aliunde conſtare videtur. — V. 3. Νίκην. De Victoriae ſtatua non cogitandum. Sed ipſe equus ſive tota ſtatua, propter victorias Juſtiniano dicata, Νίκη ἄλλη appellatur, fortaſſe etiam propter eximiam pulchritudinem, qua ceteras ſuperabat. — V. 4. μετηνεμίῳ. velociſſimo. *Procopius* l. c. ἵππος — ἔοικε βαδιουμένῳ καὶ τοῦ πρόσω λαμπρῶς ἐχομένῳ. — ¶. 137.] V. 5. „Vulgo legitur „ὕψος, ſine ullo ſenſu. ὕψου imperativus ab ὑψόω, *evehe*, „*extolle.*“ *Br.* In vulgata haerebat etiam *Joſ. Scaliger*, qui ὕψος' Ἰ. emendavit in not. mſt. ad quod ſi ἔχοι ſubaudias, ſenſum habebis aptiſſimum: Tua vis, tuum imperium nunquam non in altum tendit. Reſpicitur enim altitudo columnae, in qua Imperatoris ſtatua erat poſita. — ἐν χθονί. Haec propter antitheſin videntur dicta: Dum tu in ſublimi regnas, hoſtes tui vincti jaceant humi. Hoc malim, quam captivos Scythas et Perſas humi conſediſſe putare, quae eſt ſententia Ill. *Heynii* in Comm. Soc. R. T. XI. p. 50. qui omnino conſulendus;

et T. XII. p. 276. — Ceterum nomen *Juſtiniani* mediam ſyllabam in his carminibus ubique corripit, quod fieri poſſe negabat *Santenius* in Not. ad *Muret.* T. IV. p. XXX.

*XX.* Planud. p. 297. St. 437. W. In eandem ſtatuam.—V. 1. Babylonis imago in baſi ſtatuae expreſſa fuiſſe videtur. — V. 4. „Ille fortaſſis Julianus hanc Juſtiniani ſtatuam equeſtrem erexit, qui, ut ſcribit Victor Turnenſ. urbis praefecturam geſſit ao. XXXIX. Juſtiniani. Fuit item Julianus Praef. praetorio Coſſ. Lampadio et Oreſte. De Juliano vero fratre Summi, qui fuit Juſtiniano a ſecretis et legati officio functus eſt ap. Homeritas et Aethiopes, nec non apud Chosroëm, loquitur Procopius de Bellis p. 61. 88. et 103.“ Verba ſunt *Bandurii* ad h. Epigr.

*XXI.* Vat. Cod. p. 488. εἰς εἴσοδον τῆς Ἡραίας. In Plan. p. 298. St. 437. W. εἰς εἴσοδον τῆς ἱερείας. quod lemma in errorem induxit *Brodaeum*, ut de aede Virgini a Juſtiniano condita cogitaret. Agitur de Heraeo, cujus palatii veſtibulo hoc Epigramma inſcriptum erat. Vide *Alemann.* ad *Procop.* Hiſt. Arc. p. 148. Cf. *Agath.* Ep. XLVI. et CP. Chriſt. IV. p. 175. — Ad Palatium ἱερείας hoc diſtichon refert *Petav.* ad Nicephor. p. 72. ed. Par.

*XXII.* Vat. Cod. p. 487. ubi de lemmate nihil niſi Εἰς . . ſervatum. Plan. p. 361. St. 501. W. *Ducangius* in CP. Chr. II. p. 126. novum conſiſtorium a Juſtiniano in Hebdomo exſtructum deſcribi putat; neſcio quo jure.

*XXIII.* Plan. p. 297. St. 437. W. In ſtatuam Juſtini Imp. in Portu Juliani ſive Sophiae. Hunc portum a Juſtino purgatum eſſe tradit *Cedrenus:* κτίζει οὖν καὶ τὰ Παλάτια τὰ ἐν τῷ Ἰουλιανοῦ λιμένι, ἀποκαθαίρων καὶ αὐτὸν τὸν λιμένα. Huic negotio Theodorus praefuiſſe et, opere perfecto, ſtatuam Imperatoris ibi collocaſſe videtur.

Vide CPol. Chr. I. p. 59. — V. 1. ὕπαρχος. Vulgo. — V. 3. πετάσσεις γαλήνην. De Venere marina agi exiſtimes. Cf. ad *Anytes* Ep. V. T. I. P. I. p. 425. Reſpicitur autem ad titulum τοῦ πρᾴου et τοῦ γαληνοῦ, qui Imperatoribus ſolebat tribui. Cf. *Reisk.* ad *Conſtant.* Cerem. p. 122.

¶. 138.] *XXIV.* Vat. Cod. p. 486. Εἰς στήλην Ἰουστίνου βασιλ. Plan. p. 300. St. 440. W. ubi inepte εἰς Ἰουστινιανοῦ στ. unde *Brodaeus* Juſtinum pro Juſtiniano poſitum exiſtimabat. — V. 1. κατάρχεως et ὕπαρχος Vat. Cod.

*XXV.* Vat. Cod. p. 486. cum eo lemmate, quod *Br.* dedit. In Plan. p. 300. St. 440. W. εἰς οἶκον Σοφίας legitur. Erat ſtatua Sophiae Auguſtae juxta ſtatuam Juſtini Imp. poſita in portu Sophiano. CP. Chriſt. I. p. 59. Cf. Anonym. de Antiqq. CPol. nr. 126. et *Bandur.* T. II. p. 844.

*XXVI.* „Plan. p. 299. St. 439. W. cum lemmate: „εἰς εἰκόνα Ἰουστινιανοῦ. et in ultimo verſu θεῖον Ἰουστινια„νοῦ κάρτος ἀμειψαμένα. quod nomen cum metrum non „admittat, depravatam ſcripturam eſſe credo librarii „ignorantia ideoque utrobique repoſui Ἰουστίνου.“ *Br.* At haec emendatio aliquid difficultatis habet. Nam Juſtino imperante Perſis omnia feliciter ſucceſſiſſe conſtat, donec Tiberius eos ſuperaret magno proelio, paucis menſibus ante Juſtini obitum. Dicendum igitur, intra hoc breve ſpatium, quod ab illa victoria usque ad mortem Juſtini effluxerit, ſtatuam ei eſſe poſitam; aut poëtam, quod adulatores facere ſolent, non de victoriis jam reportatis, ſed de reportandis, quarum ſcilicet ſpem animo conceperant CPolitani, agere. — V. 1. alio monimento Perſae victorias tuas celebrabunt, alio Avares. — V. 4. κείρας βόστρυχον. longam comam tondens, ut ſervi ſolent. Longam comam gerebant Avares, teſte *Theophane*, eorum ad Juſtinianum legationem deſcribente: εἶχον τὰς κόμας ὄπισθεν μακρὰς πάνυ, δεδεμένας πρανδίοις καὶ πε-

πλεγμένας· — ἡ δὲ λοιπὴ φορεσία αὐτῶν ὡς δὴ καὶ τῶν λοιπῶν ἐστιν Οὔννων. — V. 5. τὸν δ' ὑπὲρ. Vulgo, quod ſine dubio verum eſt. In fine verſus autem τούτων legendum videtur. Junge πόλις ἄνασσα τούτων, Perſarum puta et Avarum. — V. 6. „ἐξ ὑπάτου μίτρης. Hoc, ſi verum eſt, ſignifi„care debet *poſt exactum conſulatum*. At Juſtinus junior „perpetuo fuit conſul, unde ſcribendum reor εἰν ὑπάτου „μίτρῃ, *conſulari habitu*." *Br*. Eodem ſenſu *Grotius* hoc diſtichon accepit vertens: *Hanc dedit interea ſub cultu conſulis illi Pro bene ſervatis legibus urbs dominans*. Haeſit etiam in vulgata *Joſ. Scaliger*, qui ῥήτρης emendavit in not. mſt. Fortaſſe tamen nihil mutandum: ἐξ ὑπάτου μίτρης ſignificare poteſt *propter conſulatum*, quem primus poſt longum intervallum Juſtinus reſtituit, populo gaudente et acclamante. Et ob hunc magiſtratum reſtitutum fortaſſe Imperatoris εὐνομία celebratur. — V. 7. „Vulgo ἄμμορε ſine ſenſu, aut contrario ſententiae poë„tae. Heſych. ἄμμορον. δύσμορον. κακόμορον. Huic oppoſi„tum eſt ἔμμορε. *fortunata Roma*." *Br*. *Scaliger* in not. mſt. ἄφθορε tentabat. — V. 8. Ἰουστινιανοῦ. Vulgo. Saepe hoc nomen cum Juſtini nomine confuſum eſt.

*XXVII*. Vat. C. p. 483. Plan. p. 381. St. 519. W. In Horologium in Miliario poſitum. Miliarium, quae pars eſt fori Auguſtaei, intelligitur per τὴν ἁψῖδα τὴν εἰς τὴν βασιλικὴν in lemmate. (CPol. Chr. I. p. 74.) Horologium cum ſurreptum eſſet, Julianus Praefectus praetorio id reperit et loco ſuo reſtituit. Vide *Bandur*. Antiqq. T. II. pag. 857. Collocabantur autem ſolaria in foris, baſilicis, balneis. *Paciaudius* in Mon. Pelop. T. I. p. 48. Alia horologia CPoli poſita indicat *Heyn*. in Comm. T. XI. p. 35. ſq. — V. 1. Poëta Solem alloquitur eumque rogat, ut ſolarium nunquam non adſpiciat. φέγγος ἐλευθερίης, Sol, libero populo lucem miniſtrans; dictum ad analogiam τοῦ ἐλεύθερον ἦμαρ. Illam autem libertatem populus, poëta auctore,

ad Juſtinum et Sophiam referebat. Quo munere hanc laudem Imperator meruerit, non ſatis perſpicuum; fortaſſis conſulatu reſtituto, in quo vana erat priſcae libertatis ſpecies. — V. 4. μονάδος. A prima diei hora usque ad duodecimam.

¶. 139.] *XXVIII.* Vat. C. p. 468. Plan. p. 360. St. 500. W. In Capitolium ſive Baſilicam, ubi Profeſſorum auditoria erant. Ibi cum ceterae artes, tum inprimis legum ſcientia tradebatur. Vide Cl. Chriſt. L. II. p. 150. *Bandur.* T. II. p. 853. — V. 3. ἐν Vat. C. — πᾶσι plurimae editt.

*XXIX.* Plan. p. 293. St. 432. W. Spectare videtur hoc Epigr. ad Theodorum Curopalatam Heraclii Imper. fratrem, qui a fratre Auguſto dux exercitus contra Saracenos miſſus, bellum cum iis per decem annos vario eventu geſſit, tandem in eo proelio, quod ad Gabatam cum Saracenis iniit ao. Chr. 618. occiſus eſt. *Banduri* T. II. p. 839. *Heynius* in Comment. T. XI. p. 54. de Theodoro cogitabat eo, qui Praefectus Praet. ſub Theodoſio juniore ao. 409. Pylen Baſilicae inſtauravit. — V. 1. ῥητῆρες. ῥήτορες. cauſarum patroni. — V. 2. γραφὶς ſtatua eſſe videtur. Cf. cl. *Heyn.* l. c. p. 53. not. *m.* — V. 3. εἰ μὴ χρυσὸν ἔφευγε. Ductum ex *Arabii Schol.* Ep. II.

*XXX. XXXI.* In primis fol. Vat. C. Plan. p. 294. St. 433. W. Nicetas, cujus ſtatuam hoc carmine Imperator et Populus poſuiſſe dicuntur, eſt Nicetas Patricius, Gregorae Patricii filius, qui erat patruus Heraclii Imper. Hunc pater Gregoras cum magnis equitum turmis terreſtri itinere contra Phocam miſit, dum Heraclius, Heraclii filius, maritimo itinere in eundem tenderet, pacto inter eos inito, ut, qui prior eo veniſſet, imperium, ſi poſſet, occuparet. Heraclius igitur, cum prior ve-

niſſet, Imperator eſt appellatus; Nicetam vero ille ſemper coluit ut imperii participem, quin et ſtatuam ejus equeſtrem auratam ſupra columnam in foro erexit, ut ſcribit *S. Nicephorus* CP. in Brev. Hiſtor. p. 24. Ad hujus ſtatuam videntur ſpectare duo haec Epigrammata, quae fortaſſe baſi ejus inſcripta erant. *Banduri* Antiqq. CP. T. II. p. 839.

*XXXII.* Vat. C. p. 467. Plan. p. 359. St. 498. W: „De Palatio Magnaura vide CP. Chriſt. p. 127. V. 3. „e codicibus ſcripſi σὺν Κωνσταντίνῳ υἱῷ. Probabile eſt Con„ſtantium opus ab avo inchoatum abſolviſſe; Conſtanti„nus tres tantum poſt patrem menſes imperavit.“ *Br.* In Vat. membr. Κωνσταντίνῳ. quod fortaſſe non mutandum. Hoc nomen penultima brevi occurrit in Ep. in Athlet. LII. LIII. T. III. p. 29. ſq. Deinde Conſtantinus III., licet nonniſi tres menſes poſt Heraclium patrem regnaverit, patre adhuc vivo Auguſti titulo utebatur. Quo tempore ſimul cum patre Magnaurae triclinium exſtruxiſſe potuit. Caeterum ex hoc Epigrammate patet, poſt illud Magnaurae palatium, quod Conſtantinus M. condidit, aliud ejusdem nominis ab Heraclio exſtructum eſſe poſt Perſas devictos. — V. 2. αἰχμὴν λαχόντες. De imperio ſimpliciter acceperim, quod favente Chriſto tenuerint illi. Sic etiam *Grotius: Sub crucis auſpiciis felicia ſceptra tenentes. Bandurius* T. II. p. 851. interpretatur: *poſt recuperationem ſacri ligni crucis*; quod ex ipſis verbis non conficitur, quamvis non negaverim, auctorem carminis felix Imperatorum illorum regnum a crucis recuperatione derivaſſe. Jam ſatis notum, Perſas ab Heraclio pacem petentes ei crucem, Chriſtianis ablatam, reſtituiſſe (an. 628). *Theophan.* p. 272. ſq.

¶. 140.] *XXXIII.* Vat. C. p. 486. Plan. p. 382. St. 520. W. In Horologium a Sergio Patriarcha CPolitano in loco quodam poſitum, ubi olim hortus fuerat. De Sergio, qui ſub Heraclio floruit, vide *Bandur.* T. II.

p. 899. et *Fabricii* Bibl. Gr. T. X. p. 199. — V. 2. νυκτοφανής. tenebrae ab arboribus circumſtantibus ortae ſolem obumbrabant, et ipſe locus adeo nocturnis umbris videbatur obductus. — V. 3. τελέσσας. Vat. C. Sincera eſt vulgata. Sergius eundem locum ab arboribus purgavit. — V. 4. μυστιπόλος. *Brodaeus* ex hoc vocabulo colligit, ethnicum hoc Epigramma evomuiſſe; neſcio quo jure. Nam Chriſtiani vocabula, de paganorum myſteriis uſurpata, ad veri dei cultum transferre ſolebant. Vide *Suiceri* Theſaur. v. μυστήρια. — αὐτόπτης τριάδος. Epiſcopum catholicum ſignificari exiſtimo, qui vere et ex orthodoxae eccleſiae decretis de Trinitate ſtatuit. Quantopere enim agitata fuerit illa aetas controverſiis de Trinitate, nemo ignorat, niſi qui Eccleſiae chriſtianae hiſtoriam ignorat. Jam licet Sergius monotheletarum haereſi infectus fuerit, diu tamen catholicus videbatur; ſaltem usque ad ann. Chr. DCXXXIV. quo tempore ſumma ap. omnes auctoritate florebat. Vide *Baronii* Annal. ann. 633. XXIV. — V. 5. ἀκλίνητον ἀνάγκην ἔντυγος οὐρ. converſiones coeli, naturae legibus obnoxiae. — λίθος στατός. gnomon. — In ἑπτάκις *Brodaeus* ſuſpicabatur reſpici ad cantum hymnorum, ſepties per diem a chriſtianis iteratum, aut ad ſeptem horas, forenſibus negotiis impendendas. Neutra harum interpretationum ſatisfacit; non magis ac *Brodaei* conjectura ἑξάκις. *Grotius* de planetarum numero cogitans vertit:

*Stat lapis immotus, ſeptenaque ſidera monſtrat,*
*Qua nunquam ceſſet lege rotare polus.*

Duodecim zodiaci ſigna in ſolariis notata fuiſſe conſtat, idque ſeptem fortaſſe lineis, ut probabile ſit ex iis, quae disputavit *van Beek Calkoen* in Diſſert. mathem. philol. de Horologiis veterum ſciothericis (Amſtel. 1797. 8.) p. 38. Cf. figur. T. V. 33. Huc ſi quis τὸ ἑπτάκις in noſtro loco referre voluerit, non multum refragabor;

malim tamen credere, poëtam diei quam anni distributionem ſignificaſſe. Jam pone, Sergium in area ſolarii notaſſe ortum, meridiem, occaſum; duas partes habebis et tres lineas. Unamquamque iterum in tres, totumque adeo diem ab ortu ſolis usque ad occaſum in ſex aequas partes diviſiſſe videtur; unde ſeptem lineae in ſolarii area exiſtebant, in quas gnomonis umbra incidens, *ſepties* (ἑπτάκις) coeli converſionem indicabat.

XXXIV. Vat. C. p. 486. Plan. p. 382. St. 520. W. Hoc Epigramma in *Brodaei* commentario praeteritum eſt. Primum diſtichon obſcurum: Mechanica ars Phaëthontem i. e. Phoebum cogit, bene adhibitis gnomonibus ſolis curſum aucupari ſ. captare. An ἀγρεύειν depravatum eſt et in ἀγγέλλειν mutandum? At ne hoc quidem ſatis commodum et, ut verum fatear, nimis obvium. *Grotius*, vulgata lectione penitus relicta, vertit:

*Sole nova ſolis mentitur in aethere curſum*
*Mire compoſitis machina docta modis.*

Sic quidem in editione V. cl. *H. de Boſch* legitur; at nullus dubito, quin *Grotius* ſcripſerit: *metitur—curſum*: quod bonum ſenſum facit, ſed ex graecis verbis vix extundendum. Res optime ſe haberet, ſi legeretur: μηχανικὴ ἀγρεύει δρόμον ἠελίου, ſive Φαέθοντα; at quid duplici accuſativo facias? quid verbo βιάζεται? An igitur ſcribendum:

Μηχανικὴ Φαέθοντα βιάζεται ἁρμονικοῖσι
γνώμοσιν ἀρχεύειν τῷ δρόμῳ ἠελίου.

*Mechanica Phoebum cogit ſolis curſum ad gnomonem ſolarii dirigere*; in qua hyperbola nemo haerebit, qui ſequentem vſ. perpenderit, ubi parvus lapis ortum et occaſum ſolis *moderari*, ἀμφιέπειν, dicitur. Hoc ſenſu verbo ἀμφιέπειν utitur *Apollon. Rhod.* I. 561. Tiphys, ὅς ῥ' ἐνὶ χερσὶν ἐΰξοα τεχνηέντως Πηδάλι' ἀμφιέπεσκ', ὄφρ' ἔμπεδον ἐξιθύνοι. — V. 4. ἀρξάμενον. Vat. C. Vulgatam ut exquiſitiorem praefero: *Arte illa, quae in horas deſcripſit*

*diem.* — σκιόεις τόπος eſt umbra ipſius gnomonis, certis ſolarii lineis incidens. — V. 5. Hoc *mortalium* opus perfectum eſt, Sergii *divina* mente opitulante.

XXXV. „In medio Hippodromo etiamnum extat „ſtructilis coloſſus ex lapidibus quadratis factus, olim — „ut Epigramma in ejus baſi inciſum teſtatur — aereis „tabulis veſtitus, ferro colligatis, ut apparet ex forami„nibus, non modo in ſcapo, ſed etiam in baſi remanen„tibus, in quae quidem foramina regulae ferreae inſitae „erant, plumbo confirmatae: nunc ſpoliatus reſtat, ſtru„cturam interiorem lapideam prodens, barbarorum avari„tiam expertus. In baſi inciſi ſunt verſus ſubſequentes: „Τὸ τετράπλευρον κ. τ. λ." Verba ſunt *Gyllii* de Topogr. CP. L. II. c. XII. p. 376. ap. *Bandur.* Hinc *Ducang.* in CP. Chriſt. L. II. p. 105. Deſcripſit etiam *Th. Smith* in Brevi Not. CPol. p. 98. *Gruter.* p. CLXXXVI. *Bonada* in Anth. p. 189. *Smith* de ipſo monimento haec tradit: „In hippodromi extremo columna hodie ex„tat, quaſi ſtadii meta, ſed illa incendii vim paſſa rimas „agit, inde dicta *columna cremata*, quam alii vocarunt „*coloſſum ſtructilem.*" Ex inſcriptione noſtra apparet, coloſſum renovatum eſſe a Conſtantino Romani filio, illius, qui ab anno Chr. CMXIX. ſimul cum tribus filiis, quorum minimus Conſtantinus erat, imperium capeſſivit. — V. 1. τῶν μεταρσίων. mirabile hoc opus inter illa, quae altitudine ſua mirationem faciunt. — V. 3. ὁ Ῥωμανοῦ παῖς. Sic *Th. Smith.* Reliqui οὗ Ῥωμανὸς παῖς. quod et ipſum ferri poteſt. Succeſſit Romanus junior patri Conſtantino VII. ann. Chr. CMLIX. — V. 4. κρεῖττον. ſic *Douſa* emendavit vulg. κρείττων. Illud exhibet *Smith.* — Reſtituendo hoc opus pulchrius reddidit, quam ante fuit. — Pro θεωρίας *Gruterus* male θεουργίας. — V. 6. ὁ χαλκὸς. Etiam hoc ad coloſſum Rhodium referri voluit *Maſſon* in Corrig. ad *Gruter.* p. CCCXXIII. quia coloſſus ille in Hippodromo ſaxeus, non

non aĕneus ſuerit. Videtur tamen ob firmitatem ſtructurae *χάλκεος* appellatus eſſe. Sic certe *Codinus*, quem *Cangius* laudat, de parte Circi, ubi coloſſus: *μέχρι τοῦ χαλκοῦ κίονος τοῦ τετραπλεύρου πεδινὸς τόπος.*

## CARMINA VARII ARGUMENTI
### METRO HEROICO CONSCRIPTA.

Plurima eorum carminum, quae cl. editor hoc capite conjunxit, luſus ſunt Grammaticorum rhetorici, quibus illuſtrium antiquitatis hominum in memorabili quadam vitae conditione poſitorum ſenſus exprimere conabantur. Hoc exercitationis genus, a declamatoribus valde frequentatum, attigit *Quintil.* Inſtit. Or. III. 8, 53. Noſtris ſimilia reperiuntur in Anthol. Lat. L. I. 89. p. 68. et ap. *Libanium* in Ἠθοποιΐαις, T. IV. p. 1009. ſqq. ed. R.

¶. 141.] *I.* Vat. C. p. 436. Plan. p. 36. St. 54. W. Cupidinem ſuis ignibus flagrantem vidimus ap. *Meleagr.* Ep. XLII. — *πυρὶ πῦρ.* Id. Ep. LXXVI. *φλέγεται πῦρ πυρὶ καιόμενον.* Simili acumine *Ovidius* de Sole IV. Met. 194. *Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris, Ureris igne novo.*

*II.* Vat. C. p. 436. Plan. p. 12. St. 22. W. Hiſtoriam Philomelae multi narrarunt, quos vide in Not. ad *Apollodor.* III. 14. 8. p. 842. — V. 1. *ἐνὶ σπήλυγγι.* *rex Pandione natam In ſtabula alta trahit, ſilvis obſcura vetuſtis: Atque ibi pallentem, trepidantem et cuncta timentem — Includit, faſſusque nefas et virginem, et unam, Vi ſuperat.* Ovid. Metam. VI. 520. — V. 3. *δέ μοι.* Vat. C. — V. 4. *ἐθέρισε.* Flor. Ald. I. 3. — Verbum *θερίζειν* in hac re plures uſurparunt. *Anacr.* Od. XII. 5. *ἢ μᾶλλον ἔνδοθέν σευ τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς Ἐκεῖνος, ἐκθερίξω;* *Sophocl.* Ajax v. 238. *τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ*

γλῶσσαν ἄκραν ῥίπτει θερίσας. — V. 8. ἐν ἕρκεσι μηλονομήων. *Stabula* appellat etiam *Ovidius*, qui Philomelam ibidem incluſam fuiſſe narrat l. c. v. 571. *Quid faciat Philomela? fugam cuſtodia claudit: Structa rigent ſolido ſtabulorum moenia ſaxo: Os mutum facti caret indice.* Unde apparet, recte emendatum eſſe ἕρξας pro ἔρξας, quod vulgo obtinet. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. εἵρξας tentavit, eodem ſenſu. — V. 9. ἐνόσφισε. Vat. C. δὲ νόσφισε. Vulgo.

*III.* Vat. C. p. 437. Plan. p. 37. St. 55. W. Apud *Nonn.* Dion. XLVII. p. 1226. Ariadne de Paſiphaë: ἡμετέρη ποτὲ μήτηρ Ἀγρονόμοις θήτευε, καὶ αὐχένα κάμψε νομῇ, Βοσκομένῳ δ' ὀάριζεν ἀφωνήτῳ τινὶ ταύρῳ — Πηκτίδος οὐ πόθον ἔσχεν, ὅσον μυκηθμὸν ἀκούειν.

¶. 142.] *IV.* Vat. C. p. 438. Plan. p. 11. St. 21. W. Juno Herculis virtuti iram denique remiſiſſe eumque omnibus Divis conſentientibus in coelum admiſiſſe putabatur. — V. 2. πόνον. Vat. C. vitioſe. — *Pindar.* XII. Pyth. 49. εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται. *Ariſtotel.* Hymn. in Virt. v. 12. σεῦ δ' ἕνεχ' οὐκ Διὸς Ἡρακλέης, Λήδας δὲ κοῦροι πόλλ' ἀνέτλασαν, Ἔργοις σὰν ἀγρεύοντες δύναμιν. De virtute et fortitudine *Horat.* III. Carm. III. 9. *Hac arte vagus Hercules Innixus, arces attigit igneas;* ubi plura ſimilia collegit *Mitſcherl.* p. 40. — V. 4. χάριν ἐτέλεσσε. Vat. C.

*V.* Vat. C. p. 439. Plan. p. 8. St. 14. W. *Telephus — quum obſtinate Ulyſſem inter vineas, quae ei loco adjunctae erant, inſequeretur, praepeditus trunco vitis ruit. Id ubi Achilles procul animadvertit, telum jaculatus femur ſiniſtrum ei transfigit.* *Dictys* L. II. 3. Ad hanc fabulam reſpexit *Pindar.* Iſthm. H. 107. Achilles Μύσιον ἀμπελόεν Αἵμαξε, Τηλέφου μέλανι ῥαίνων φόνῳ πεδίον. Hoc Bacchi cura factum eſſe, ut vitis Telephi pedes impediret, tradunt cum alii, tum *Euſtath.* Ιλ. α. p. 35. 20. — V. 1. πράξομεν. Vat. C. — V. 2. πτόρθον ἐμόν. Si filium meum Apollo ita proſternet, ut tu

nunc Telephum ſtraviſti, an tum etiam Apollinem ſupplantabis? ἐξ Ἀλ. βελέμνων. Vat. C.

*VI.* Vat. C. p. 439. Plan. p. 20. St. 31. W. Referenda ſunt haec ad Menelai et Paridis monomachiam Ἰλ. γ. 314. ſqq. quam Helena de moenibus ſpectabat. — V. 2. Jam inter vos decernitur, utri veſtrum uxor deſtinata ſim. Vulgo ἵσταται ἀκμὴ legitur. ἀκμῆς emendavit *Brodaeus*, idque ipſum exhibet Vat. C. Ingenioſe *Joſ. Scaliger* in Not. mſt. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταμαι ἀκμῆς. Sed noſter reſpexit *Homer.* Ἰλ. κ. 173. νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς ἠὲ βιῶναι. quae obverſabantur *Herodoto* L. VI. 11. p. 443. ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι — quem locum ſimilibus illuſtravit *Valckenarius.* — V. 3. ἔλῃ. Vat. C. ἕλοι, quod in Plan. eſt, praeferendum. — V. 4. ἄνευθε. Veneris judicium deprecatur, verita, ne iterum alii cuidam adultero tradatur.

*VII.* Vat. C. p. 437. Plan. p. 9. St. 17. W. Spectatur Ἰλ. λ. 248. Cf. declamationem Achillis, cum Graecos victos videret, ap. *Liban.* T. IV. p. 1036. ſq. — V. 2. σταδίοισιν Vat. C. σταδίῃσι μάχαις, *pugna ſtataria.* — V. 3. βλάβῃ pro λώβῃ Vat. C. claudicante metro. — ¶. 143.]

V. 4. μέγα φανεῖ Vat. C. Unde ſcribendum add. 107.

σοὶ δ' αὐτῷ μέγα πῆμ' ἐφάνη —

et ſq. verſu ex membr. revocanda lectio

καὶ ἄσχετα πένθεα πάσχεις.

— V. 6. πᾶσιν. Vat. C. Haec verba cum ironia pronuntiantur: tu, qui te omnibus propugnaculum belli fore gloriabaris. *Brodaeus* et *Opſop.* cogitabant de ἀτύχθης.

*VIII.* Vat. Cod. p. 439. ubi nonniſi v. 1. 2. exhibentur. Plan. p. 8. St. 14. W. ubi in antiquis edd. Patrocli reſponſum v. 3. omittitur. Illud ab edit. Bad. ſuppletum, recepit Steph. Quum Patroclus reliqua Achillis arma indueret, haſtam ſolam *oneroſam gravemque*

*Peliacam* (*Ovid.* Met. XIII. 108.) reliquit. ἰλ. π. 140. Hinc Hector, Patroclo interfecto, dixiſſe fingitur: Lacertorum horum imbecillitas damno me mactavit; non omnia enim, quae petebam, attuliſti ſpolia. Reſpondet Patroclus: Hoc ipſum tibi profuit; Pelias cuſpis te peremiſſet. — V. 4 – 6. in antiquis edd. item deſiderati ex marg. ed. Wechel. una cum *Arſenii* diſticho in textum recepti ſunt.

*IX.* Vat. C. p. 439. Plan. p. 7. St. 13. W. — V. 1. Ἴλιος ὀφρυόεσσα ex ἰλ. χ. 411. plurimi ſumſerunt, quorum loca larga manu dedit *Wetſten.* ad Lucam IV. 28.

¶. 144.] X. Vat. C. p. 438. Plan. p. 8. St. 13. W. Helenus, vates, cum Achillem arma induentem videt, patriae interitum vaticinatur. — V. 1. Ἀθήνη. Quod ap. Homerum Thetis feciſſe dicitur, Helenus Minervae, totius belli cauſae, tribuit. — V. 2. ῥήγιον. Vat. C. Vulgo in fine interrogandi nota ponitur. At non dubitanter loquitur Helenus, cujus nomen in lemmate legitur in Ed. Flor. pr. Aldin. 1. Ed. Nic. Sab. In reliquis Aldin. ἕκτωρ, quod etiam Lect. Ald. 1. exhibent. — V. 4. ὅσσοτ' ἂν Vat. C. et in marg. ὡς.

*XI.* Planud. p. 8. St. 14. W. ἰλ. χ. 369. ἄλλοι δὲ περίδραμον υἷες Ἀχαιῶν, Οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος· οὐδ' ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε παρέστη. — V. 2. λέοντος. Quis non meminerit fabulae de leone aetate confecto, quam ſpectat etiam *Ovid.* in Ibid. 29. *At tibi, calcaſti qui me, violente, jacentem.*

*XII.* Vat. C. p. 437. Plan. p. 7. St. 13. W. Pyrrhum, Calchantis hortatu, Trojam fuiſſe arceſſitum, qui urbem expugnaret, vulgata eſt fabula. Vide *Quint. Smyrn.* VI. 57. coll. Od. λ. 507. — V. 4. Πρίαμον. Nam ſenem Priamum ad Jovis aram obtruncavit Pyrrhus. Cf. not. ad *Tzetz.* Poſthom. v. 732. p. 171. — V. 7.

Vulgatum ἀνήσει in ἀνύσει mutaverunt *Brodaeus* et *Joſ. Scaliger*. Conjecturam membranae firmarunt.

*XIII.* Vat. C. p. 437. ſq. Plan. p. 7. St. 13. W. Deïdamia de filii fortitudine gloriatur. — V. 2. ὑμετέρου, *tui*, ut paſſim. Vide ad Aurig. Stat. XXIII. — Ἀχιλλέως Vat. C. — ¶. 145.] V. 5. δεκέτηρος. Similiter de Graecorum inſidiis *Virgil.* II. Aen. 196. *captique dolis lacrymisque coactis, Quos neque Tydides, nec Lariſſaeus Achilles, Non anni domuere decem, non mille carinae.* — V. 6. πάντεσιν. Vulgo.

*XIV.* Vat. C. p. 439. Plan. p. 62. St. 90. W. Spectatur his verſibus ſabula, quam *Euripides* tractavit in Helena ſua. Eidothea, Protei filia, eadem eſt, quam Tragicus Theonoen appellat, cujusque ope Helena tyranni Aegyptii manibus erepta et Menelao reddita eſt. Cf. *Musgrav.* ad *Eurip.* Helen. v. 11. — V. 1. γενέθλης vulgo, quod et ipſum probum eſt. *Coluthus* v. 246. ἰλήκοις, Διόνυσε, καὶ εἰ Διὸς ἐσσὶ γενέθλης. ubi vid. *Lennep.* γενέθλη habet Vat. C. — V. 2. ἄγαλμα de formoſis corporibus illuſtravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 12. ſq. — In fin. vſ. δὲ ex cl. editoris emendatione eſt. Vulgo enim γὰρ legitur. δ' ἄρ emendavit *Caſaub.* in not. mſt. — ἀτρεκέως ἐτύχθη. Senſus videtur eſſe: Dubitari nequit, Graecos cum Trojanis de tanta tua pulchritudine per decem annos bellum geſſiſſe. Obverſabatur verſificatori locus Homericus Ἰλ. γ. 156.

*XV.* Vat. C. p. 442. Plan. p. 25. St. 38. W. — V. 2. δολοφρονέουσι γυναιξί. Vat. C. quod vulgatae praetulerim. In his quoque *Homeri* imitatio. Od. λ. 455. Agamemnon ad Ulyſſem: ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν. ubi vide *Clark.*

*XVI.* Vat. C. p. 376. Plan. p. 40. St. 58. W. Conf. *Aeſchyl.* Eumen. 593. Choëph. 886. — V. 2. Vulgo et in membr. legitur γαστὴρ ἢ σ' ἐλ. In edit. Nicol. Sab. γαστὴρ ὅ σ'. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. ἢ γαστήρ

ς' ἐλ. tentabat; quod haud ſcio an praeferendum ſit. Sed fortaſſe fuit: γάστρης, ἥ σ'. ubi facillime ſyllaba ης perire poterat. De hac forma vide *Gottleb.* ad *Thucyd.* I. 50.

*XVII.* Vat. C. p. 437. Plan. p. 87. St. 128. W. Ducta ſunt haec ex Odyſſ. λ. 472.

> Διογενὲς Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
> σχέτλιε, τίπτ' ἔτι μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μήσεαι ἔργον;
> πῶς ἔτλης ἄϊδόσδε κατελθέμεν, ἔνθα τε νεκροὶ
> ἀφραδέες ναίουσι, βροτῶν εἴδωλα καμόντων;

¶. 146.] V. 5. δόλων ἀκόρητος. Comparavit haec *Burmann* ad *Propert.* L. III. El. V. 57. *Paulatim ſocium iacturam flevit Ulyſſes, In mare cui ſoliti non valuere doli. Hunc parvo ferri vidit nox improba ligno.*

*XVIII.* Vat. C. p. 437. Plan. p. 88. St. 129. W. Ultimus verſus eſt ex Od. IX. 34. Vulgo γ' ἧς, etiam ap. *Homerum*, unde nonnulli γῆς πατρίδος fecerunt. In membr. Vat. γ' deeſt. *Julian.* Epiſt. I. p. 373. B. Ὀδυσσέα δὲ τὸν σοφὸν νῆσον οἰκοῦντα μικρὰν ὁμοῦ καὶ τραχεῖαν· καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ τὴν Ἰθάκην; οὔτε Καλυψὼ πέπεικεν, οὔτε φύσεως ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολή, τὸ μὴ τὴν Ἰθάκην ἀντὶ τούτων αἱρεῖσθαι.

*XIX.* Vat. C. p. 437. Plan. p. 91. St. 133. W. Ap. *Syneſium* in Dion. p. 59. B. Homerus Apollinis carmina literis conſignaſſe dicitur. *Philoſtrat.* in Heroic. c. XVIII. p. 726. ὅθεν τὸ ὑπὸ ἐνίων λεγόμενον, ὡς Ἀπόλλων αὐτὰ ποιήσας τὸν Ὅμηρον ἐπέγραψε τῇ ποιήσει, σφόδρα μοι δοκεῖ ἐῤῥῶσθαι.

*XX.* Vat. C. p. 376. Plan. p. 46. St. 67. W. ubi hoc diſtichon junctim legitur cum vſſ. *Neſtoris Larandenſis* in eundem draconem, T. II. p. 344. ubi vide not. T. II. P. III. p. 6. — σβέννυντο δὲ πηγαί. *Antiphil.* Ep. XXXIX. ποῦ τόσον ὕδωρ; Τίς φλὸξ ἀενάους ἔσβεσεν ἀελίου; — κεκόνιστο. *Ovidius* III. Amor. VI. 95. de torrente, qui

per aeſtatem exareſcebat: *Aut premis arentem pulverulentus humum.*

*XXI.* Vat. C. p. 417. Plan. p. 105. St. 155. W. „Lacera haec de Alpheo fragmenta e longiori poëmate „decerpta ſunt, facto in Piſatarum contra Eleos pugnam, in ipſa ludorum celebritate commiſſam, de „qua Diodor. Sic. ad Ol. CIV. 1. quae niſi ſit poëmatis „argumentum, ſimile aliud proelium reſpicere videtur, „quo Alpheus ludos agitantium caede cruentatus fuerit. „Lacunarum quae hîc viſuntur poſterior tantum in unico „Ja. Laſcaris codice indicata, vacuo relicto ſpatio; in aliis „continuata verſuum ſcriptura.“ *Br.* Partem majoris carminis eſſe hoc fragmentum, monuit *Huetius* p. 13. nec *Brodaeum* fugit, mutilos eſſe verſus et lacunoſos. — V. 1. στεφανηφόρον ὕδωρ. *Moſchus* Eid. VII. 1. Ἀλφειὸς — ἔρχεται εἰς Ἀρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ, Ἕδνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα καὶ κόνιν ἱεράν. unde ſua derivaſſe videtur *Nonn.* Dion. XXXVII. p. 928. οἶστρον ἔχων Πισαῖον ἐλαιοκόμου ποταμοῖο — Ἀλφειοῦ δυςέρωτος, ὃς εἰς Ἀρέθουσαν ἱκάνει, Ἄβροχον ἕδνον ἔρωτος ἄγων στεφανηφόρον ὕδωρ. *Silius Ital.* L. XIV. 53. *Hic Arethuſa ſuum piſcoſo fonte receptat Alpheon, ſacrae portantem ſigna coronae.* Cf. *Achillem Tat.* L. I. 18. p. 42. — V. 2. Πισσαίων. Vulgo. — V. 3. ἐκ δ' εὐπόντου Vat. C. pro ἐπήν. — V. 5. ἐᾶν eſt in Ed. Flor. pr. et Ald. pr. Reliquae ἐάν. ἐᾶν revocavit jam *Huetius* p. 13. *Muſaeus* de Leandro v. 255. αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, αὐτόστολος, αὐτόματος νηῦς. — V. 6. ὑγρὸς οἰκέτης Vat. C. *Muſae.* v. 207. ἀλλὰ κατὰ νύκτα φορεύμενος ὑγρὸς ἀκοίτης Νήξομαι. Etiam ſequentia multum habent ſimilitudinis cum verſibus *Muſaei.* Hero enim, cum Leander ex undis enataſſet, νυμφίον ἀσθμαίνοντα περιπτύξασα σιωπῇ Ἀφροκόμους ῥαθάμιγγας ἔτι στάζοντα θαλάσσης Ἤγαγε . . . . καὶ χρόα πάντα καθῆρε — καὶ ἀλίπνοον ἔσβεσεν ὀδμήν, Εἰςέτι δ' ἀσθμαίνοντα βαθυστρώτοις ἐνὶ λέκτροις Νυμφίον ἀμφιχυθεῖσα φιλήνορας ἴαχε μύθους. . . . ¶. 147.] V. 8.

ἀποτμήξασα. Vat. C. Odyſſ. Z. 226. ἔσμηχεν ἁλὸς χνόον ἀτρυγέτοιο. Quae *Homerus* ἁλὸς χνόον appellavit, noſtro ſunt ἄνθεα πικρὰ θαλάσσης. Nihil omnino marini ſalis traxiſſe Alpheum, auctor eſt *Statius* I. Sylv. II. 203. *tumidae ſic transfuga Piſae Amnis in externos longe flammatus amores, Flumina demerſo trahit intemerata canali, Donec Sicanios tandem prolatus anhelo Ore bibat fontes: miratur dulcia Naïs Oscula, nec credit pelago veniſſe maritum.* Quo loco vehementer ſuſpicor, non *tumidae Piſae*, ſed *unctae* a *Statio* ſcriptum eſſe. *Uncta* dicitur *Piſa* eadem ratione, qua *Horatius* Achivos appellat *unctos* II. Epiſt. I. 33. et *Theocrit.* λιπαρὰν παλαίστραν Eid. II. 51. Diverſo ſenſu *uncta Corinthus* eſt ap. *Juvenal.* VIII. Sat. 113. *N. Heinſius* malebat *Eliacae* vel *Eliadis Piſae*, qnod longius a vulgata abeſt, nec per ſe valde commendabile videtur. — V. 10. ἤδεϊ δεσμῷ. Cf. ad *Paul. Silent.* Ep. VII. 17. — V. 12. Poſtquam Alphei fons (pugna forte ad ejus ripas exorta) ſanguinolentis guttis infectus eſſet, prae triſtitia et pudore deſiderium Syracuſanae conjugis in ipſius animo fere exſtinctum eſt nec mare et torum polluere voluit. — V. 14. „ἀνέκοπτες, *inbibebas aquam.* ut *inbibere remos.* Verbum „eſt nauticae rei proprium." *Br.* πεπιεσμένον, aqua imminuta, in arctum contracta. In fontem, qui, ſanguine infectus, prae pudore exaruit, Epigr. eſt *Apollonidae* XI. et *Antiphanis* Ep. VII. — V. 15. καὶ πότμον. Vat. C. „μιῆναι. Inepte vulgo μιγῆναι." *Br.* Cum vulgatis edd. conſpirat Vat. C. — V. 16. Saepe cum fluvius, Arethuſae deſiderio incenſus, iter in Siciliam inſtituiſſet, conſpecto puro Arethuſae fonte, ſeſe cohibuit. αὐτὴν vix vim habet h. l. Quare legerim:

ἄντην ἐς φιλότητα χυτῆς ἀλόχοιο περήσας.

*in conjugis adſpectum ad dulces amplexus properans.* — ἄχραντον Ἀρεθούσιον ὕδωρ. *Seneca* Conſol. ad Marc. c. 17. *Videbis celebratiſſimum carminibus fontem Arethuſam, ni-*

*tidiſſimi ac perlucidi ad imum ſtagni, gelidiſſimas aquas profundentem.* *Lucian.* Dial. Mar. III. 2. οἶδα οὐκ ἄμορφον, ὦ Ἀλφειέ, τὴν Ἀρέθουσαν, ἀλλὰ διαυγής τέ ἐστι, καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφῖσιν, ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν φαινόμενον. ubi conſ. *T. Hemſterb.* — V. 20. δάκρυσι κυμαίνοντα, non, ut olim, puras aquas, ſed lacrymis commiſtas volventem. — V. 21. εὐειδεῖς. Vat. C. vitioſe. — V. 22. καὶ δρόσος. De Aretbuſae dolore accipiendum, quae intus, ut ros in roſis, contabuit. Similis eſt comparatio ap. *Apollon. Rhod.* III. 1018. de Medea: ἰαίνετο δὲ φρένας εἴσω Τηκομένη, οἷόν τε περὶ ῥοδέῃσιν ἐέρση Τήκεται ἠῴοισιν ἰαινομένη φαέεσσιν. — V. 23. προσεμοίρετο. Vat. C. — V. 24. ἔλαθεν πανδερκέα. Vulg. et in Vat. C. quod quibus de cauſis mutaverit cl. editor, non indicavit. Νέμεσις πανδερκής eſt ap. *Orpheum* in Hymn. LX. 2. Cf. *Pierſon.* Veriſim. p. 44. πάντα ὁρᾶν dicitur Δίκη ap. *Plutarch.* T. II. p. 1124. F. et paſſim. Vid. *Fiorillo* ad Inſcr. Triop. p. 53. ſq. — V. 25. ἀγάμων στ. Vulgo et in membr. ἄγαμον emendavit *Joſ. Scalig.* in not. mſt. Intelliguntur juvenes innupti, quos hoſtilis manus *metendo ſtravit*, ut *Horat.* loquitur IV. Od. XIV. 31. ubi vide cl. *Mitſcherl.* et *Valcken.* in Diatr. p. 225. Plurimum huc facit *Euripid.* in Euryſth. II. πάντας δ' ἐξεθέρισεν, ὡς στάχυν πύρινον, Σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου. — V. 26. μινυώρια. quorum filii immatura morte perierant. μινυνθαδίους vocat *Homerus.* μινυώριος. — ὀλιγοχρόνιος. *Heſych.* μινύωρος eſt ap. *Philetam* Ep. II.

*XXII.* Vat. C. p. 628. „Oraculum hoc ap. Hero„dotum legitur, p. 478. ed. Weſſel. Oracula, quae paſ„ſim ap. Scriptores leguntur verſibus expreſſa, colle„git olim Io. Opſopoeus, quae ſi quis emendatiora edere „aggrederetur, is utilem, meo judicio, et antiquitatis „ſtudioſis non ingratam ſuſciperet operam.“ *Br.* Redditum eſt hoc oraculum Glauco, Epicydis filio, Spartano,

quaerenti, num ipſi liceret pecuniam, quam Mileſius quidam hoſpes apud eum depoſuerat, defuncti hoſpitis liberis denegare. Reſpexit ad illud *Pauſan.* II. 18. p. 242. ed. *Facii*, ubi ex Cod. Vindob. emendatum: ἡνίκα ἡ Πυθία, Γλαύκου τοῦ Ἐπικύδους Σπαρτιάτου βουλεύσαντος ἐπίορκα ὀμόσαι, καὶ τοῦδε εἶπεν ἐς τοὺς ἀπογόνους κατιέναι τὴν δίκην. Partem ejus excitat *Euſtath.* ad Ιλ. γ. p. 414. fin. — V. 3. laudat *Dio Chryſ.* Or. LXXIV. T. II. p. 400. et *Schol. Juvenal.* ad Sat. XIII. 199.

*Spartano cuidam reſpondit Pythia vates:*
*Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret*
*Depoſitum retinere, et fraudem jure tueri*
*Jurando: quaerebat enim, quae Numinis eſſet*
*Mens, et an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.*
*Reddit ergo metu, non meritis, et tamen omnem*
*Vocem adyti dignam templo, veramque probavit,*
*Extinctus tota pariter cum prole domoque,*
*Et, quamvis longa deductis gente, propinquis.*

— V. 4. Ὅρκου παῖς. Excitavit h. l. *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 18. ſimul cum *Philon.* de Moſe L. I. p. 96. ἡ γὰρ κόλασις ἑπομένη κατ' ἴχνος, μελλόντων μὲν ἐβράδυνε, πρὸς δὲ ἀδικήματα θέοντας ἐπιδραμοῦσα κατελάμβανε. — ¶. 148.] V. 7. Ductus verſ. ex *Heſiodi* Ε. καὶ Η. 285. ubi etiam praecedentes verſus comparandi ſunt.

*XXIII.* Vat. C. p. 472. Plan. p. 364. St. 503. W. Prior verſus paſſim laudatur. Ap. *Servium* ad Aen. III. 700. ἀκίνητος παραμεινάτω exhibetur. Quo ſenſu dicatur *movere Camarinam*, explicuit *Eraſmus* I. Cent. 64. et *Schottus* ad *Zenob.* V. Cent. 18.

*XXIV.* Vat. C. p. 448. Plan. p. 97. St. 143. W. Plenae ſunt hiſtoriae veteres narrationum de ſimulacris ſudantibus. Vide *Freinsh.* ad *Flor.* II. 8. 3. *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* XLVIII. p. 565. 272.

*XXV.* Vat. C. p. 505. Plan. p. 12. St. 21. W. Conf. *Eraſm.* Adag. VII. Cent. 6. *Zenob.* V. 77. *Diogen.* VII. 86. in his πολλοί τοι legitur, ut eſt in membr. Vat. Ap. *Platon.* in Phaed. p. 69. C. Εἰσὶ γὰρ δή, φασίν, οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκχοι δέ γε (l. τε) παῦροι. *Syneſ.* Dion. p. 46. B. Ad hanc paroemiam reſpexiſſe videtur *Themiſt.* Or. XXI. p. 254. B. et Pythia in oraculo ap. *Stephan. Byz.* v. Θριαί· Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

*XXVI.* Vat. C. p. 494. *Palladae* hunc verſum tribuit, perperam. Laudatur apud antiquiores ſcriptores, quos vide ap. *Schott.* ad *Zenob.* V. 71. p. 141. Adde *Athenaeum* L. XI. p. 478. E. πολλὰ μεταξὺ πέλει κοτύλης καὶ χείλεος ἄκρου. Tanquam *Homeri* eum profert *Stobae.* Floril. CX. p. 580. 4. Cf. *Eraſm.* in Adagio: *Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra.*

*XXVII.* Vat. C. p. 436. ubi ſic exhibetur:

— ἦ ῥ' ἔχομέν τι;

ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθα, ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

et ſic fere eſt in Plan. p. 91. St. 133. W. In Vita Homeri ap. *Herodot.* p. 760. nonniſi poſterior verſus, et quidem ſic, ut ap. *Br.*, legitur. In Certam. Homeri et Heſiodi p. 497. ed. Lipſ. verſus prior habetur. In Vita Homeri *Plutarcho* tributa: Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης θηρήτορες, ἦ ῥ' ἔχετ' ἰχθῦς;

*XXVIII.* Vat. C. p. 422. Edidit *Reisk.* Anth. nr. 798. p. 173. In Jenſ. nr. 147. — V. 1. προχεούση. Vat. C. Librarius voluit προὐχούσῃ, ut eſt ap. *Homer.* Od. ε. 82. προεχούσῃ eſt in Ap. Guy. — V. 2. ex Ιλ. β. 514. — ¶. 149.] V. 3. ἐφ' ἑστήκει. Vat. C. ἐφειστήκει eſt in Ιλ. Ζ. 373. — V. 4. Odyſſ. τ. 34. — V. 5. Pro ὀϊομένη *Reisk.* ἐφιεμένη. Male. Cf. Od. β. 350. ubi ὀϊομένη explicatur per νομίζουσα, ἐλπίζουσα. — V. 6. ἐκπεράασκε. Vat. C. Noſtrum eſt in marg. Ap. Guy. *Reiskius* dedit ἐκπεράασκον. — Verſus ductus ex Od. η. 275. ubi diverſu,

eſt exitus. Cf. Od. ω. 323. — V. 7. ex Ιλ. κ. 83. ubi vulgo ὀρφναίην habetur. In Schol. ἀμβροσίην ut diverſa lectio notatur. — V. 8. ex Odyſſ. ε. 402. — V. 9. ex Od. ξ. 93. ubi tamen non ἐκγεγάασιν, ſed ἐκ Διός εἰσιν legitur. — V. 10. ex Ιλ. χ. 128. — V. 11. ex Ιλ. ξ. 296. — V. 12. ex Ιλ. β. 836.

*XXIX.* Vat. C. p. 422. ſq. Plan. p. 50. St. 73. W. Etiam hoc carmen ex Homericis verſibus compoſitum eſt. — V. 1. ex Ιλ. β. 110. et paſſim. — V. 2. ex Ιλ. κ. 534. In membr. Vat. poſt ἔτυμον ſuperſcriptum τι. — δέ με. Ibid. et in Plan. — V. 3. ex Od. ε. 238. νήσου in ἀγροῦ mutato. — V. 4. ex Od. μ. 449. — V. 5. Priora verba ſunt ex Od. κ. 228. poſteriora ex Od. μ. 249. δὲ φθέγγοντο. Vat. C. et ap. Homer. — V. 6. ex Od. ι. 496. — In membr. eſt τοῦ καὶ — ἀκούσῃ. In Plan. εἰ δὴ φ. τε καὶ α. ἀκούσοι. — V. 7. ex Od. μ. 453. — V. 8. ex Ιλ. κ. 432. paucis immutatis. διεξέρχεσθαι. Vat. C. — V. 9. ex Od. τ. 478. ubi eſt ἡ δ' οὔτ' ἀθρῆσαι δύνατ' ἀντίη, οὔτε νοῆσαι. — V. 10. ex Ιλ. υ. 250. Idem de Echo laudat *Archias* Ep. XIV. ὅσσα λέγεις; ταῦτα κλύων ἄπιθι. Homericum verſum paſſim expreſſerunt veteres. Cf. *Abreſch.* Lectt. Ariſtaen. p. 312.

*XXX.* Vat. C. p. 419. Plan. p. 118. St. 171. W. Tanquam ineditos profert hos verſus *Villoiſonus* ex Cod. Macarii in Anecd. T. II. p. 78. Latinis numeris expreſſi leguntur ap. *Hygin.* Fab. CCXXI. unde eos *Burmannus* recepit in Anth. Lat. T. I. p. 571. CIX. Similiter apophthegmata ſeptem Sapientium verſibus incluſit *Auſon.* p. 270. ed. *Toll.* et p. 292. ſq. — V. 3. Χείλων emend. *Joſ. Scalig.* in not. mſt. quae ſcriptura nominis etiam *Menagio* verior videbatur ad *Diogen. Laërt.* L. I. 68. p. 40. — γνῶθι σαυτόν. Vat. C. — ¶. 150.] V. 4. ἔνασεν. Vat. C. Ibid. Μιτυλίνης. — V. 7. τοὺς πλ. δὲ κακοὺς Βίας α. *Villoiſ.* — V. 8. ἐγγ. φεύγειν Θαλῆς ὁ Μ. ἡ. *Villoiſ.*

*XXXI.* Vat. C. p. 543. Plan. p. 130. St. 188. W. — V. 2. Similiter *Epiphanius* L. II. T. I. haereſ. 58. 3. de eu-

nuchis: οὔτε γὰρ ἄνδρες εἰσὶ, διὰ τὸ ἀφῃρημένον, οὔτε γυναῖκες δύνανται εἶναι, διὰ τὸ παρὰ φύσιν. Excitavit hos verſus et cum ſimilibus comparavit *Gataker.* ad *M. Anton.* p. 89. E. F.

*XXXII.* Vat. C. p. 376. Plan. p. 64. St. 92. W. Morem Gallorum, *quos naſcentes explorat gurgite Rhenus* (*Claudian.* II. Rufin. 112.), plures commemorarunt; nec uni populo proprius fuiſſe videtur. Vide *La Cerd.* ad *Virgil.* Aen. IX. 603. Diſerte de eo *Julian.* II. Or. p. 81. D. ὑπάρχειν δέ φασι καὶ Κελτοῖς ποταμὸν ἀδέκαστον κριτὴν τῶν ἐκγόνων, καὶ οὐ πείθουσιν αὐτὸν οὔτε αἱ μητέρες ὀδυρόμεναι συγκαλύπτειν αὐτὰ καὶ ἀποκρύπτειν τὴν ἁμαρτάδα, οὔτε οἱ πατέρες ὑπὲρ τῶν ἐκγόνων καὶ τῶν γαμετῶν ἐπὶ τῇ κρίσει δειμαίνοντες. Idem in Epiſt. ad Maxim. Philoſ. XVI. p. 383. D. οὐδὲ ὁ Ῥῆνος ἀδικεῖ τοὺς Κελτοὺς, ὃς τὰ μὲν νόθα τῶν βρεφῶν ὑποβρύχια ταῖς δίναις πέμπει, καθάπερ ἀκολάστου λέχους τιμωρὸς πρέπων· ὅσα δ' ἂν ἐπιγνῷ καθαροῦ σπέρματος, ὑπεράνω τοῦ ὕδατος αἰωρεῖ, καὶ τῇ μητρὶ τρεμούσῃ πάλιν εἰς χεῖρας δίδωσιν. Attigit noſtros verſus *Io. Bapt. Pius* in Annot. Poſter. Syll. III. c. 23. Lamp. Crit. T. I. p. 420. — V. 1. ζηλήμονι. Epitheton hominum ad fluvium videtur eſſe translatum; omnis enim ille mos e ζηλοτυπίᾳ Gallorum ortus videtur. — V. 2. ταλαντεύουσι. explorant liberorum genuinam originem. *Theophyl. Simoc.* Epiſt. X. ὁ χρυσὸς — τῷ Κελτικῷ ποταμῷ ἐστιν ἐφάμιλλος· νόθου γὰρ ἀρετῆς καὶ κακίας ἔλεγχός ἐστιν ἀληθέστατος. — V. 4. ὀλισθήσῃ. Vat. C. et διὰ λώπων a pr. manu. *Antip. Theſſal.* Ep. XLVIII. οἱ δ' ἐπὶ γαῖαν Ὤλισθον κοίλων ἄρσενες ἐκ λαγόνων. *Oppian.* Hal. I. 737. τότε παῖδας ἐνὶ λαγόνεσσιν ἔδεκτο — αὐτὴν ὁδὸν, ἔνθεν ὄλισθον Γεινόμενοι. — V. 5. νηπίαχον. Vat. C. — προχέῃ legitur in Lectt. Ald. 1. unde in plures edd. manavit. — V. 6. αὐτὸς eſt paterfamilias, herus; ut ap. *Theocr.* Eid. XXIV. 50. ἄνστατε δμῶες ταλασίφρονες· αὐτὸς ἀΰτεῖ. Cf. *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. II. Miscell. Obſſ. T. I. P. II. p. 109. Lectt. Ariſtaen. p. 207.

ſq. — ἐπ' ἀσπίδι. Alcmena quoque Herculem infantem λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος Χαλκείαν ἐπέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα ap. *Theocrit.* Eid. XXIV. 3. — θῆκεν ἑὸν πάϊν receptum ex Vat. C. Vulgo θῆκε νέον πάϊν. In Apogr. Gudi. ἑὸν πάλιν. — V. 8. ἐλεγχιγάμου. Vulgo et in membr. ἐλεγξιγάμου debetur *Huëtio* p. 7. — V. 10. εἰ καὶ οἶδε. quamvis pudicitiae ſuae ſibi conſcia, nihilominus anxio animo fluminis teſtimonium expectat.

# INCERTORUM POETARUM

## EPIGRAMMATA.

---

¶. 151.] *I.* In Vat. C. bis legitur p. 87. initio Epigrammatum amatorii argumenti poſitum. Videtur ipſius compilatoris opus eſſe, qui collectionem ſuam ab ἐρωτικοῖς carminibus auſpicabatur, quo juvenes ad reliqua quoque legenda alliceret et excitaret. Hoc diſcendi et legendi ſtudium σοφὴν ζέσιν appellat, quam ſe Amoris ope incenſurum eſſe pollicetur. Edidit hos verſus *Reiske* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 101. nr. 280. ſub *Agathiae* nomine, cui in membranis non tribuuntur.

*II.* „Veteriſne ſit an recentioris poëtae hoc Epi„gramma, non dixerim. Extat in Bibl. Laurentianae „Catalogo, et ſane eſt felicioris venae, quam quinque „alia, quae ibidem leguntur, quorum ſtilus infimae ae„tatis graeculum prodit.“ *Br.* In Vat. membr. p. 87. habetur hic verſus in capite Amatoriorum: φεύγετε νέοι παῖδα Κυθήρης τοξοβόλον Ἔρωτα, ex quo hoc diſtichon ortum eſſe poſſit. Exhibuit eum *Reisk.* in Miſc. L. IX. p. 100. nr. 279. Cf. *Schneider.* in Peric. Cr. p. 1.

*III.* Vat. C. p. 571. Edidit *Klotz.* in Muſa Strat. p. 71. nr. 41. Amorem puerilem muliebri tanto fortiorem eſſe, quanto virilis ſexus muliebri ſit fortior.

Epigramma optimae notae. — V. 1. ἀλλά με. Vat. C. ἄρσενος – ὑπ᾽ ἀ. Vat. C. ἄρσενας in Sched. Tryll. emendatum. ἐπ᾽ ἀνθρ. praebet Apogr. Lipſ. Similis eſt locus *Poſidippi* Ep. VIII. ſi recte emendavimus: τί μ᾽ ἐρεἰδετε, πρὶν πόδας ἆραι Ἐκ πυρός, εἰς ἑτέρην Κύπριδος ἀνθρακίην. ubi vide not. T. II. P. I. p. 139. Cf. infra Ep. XXII. — V. 4. τόσσω χό π. Vat. C. Noſtrum eſt in Apogr. Lennep. Nec aliter emendavit *Corn. de Pauw.*

*IV.* Vat. C. p. 97. „Extat, quod mireris, in Planudea p. 483. St. 627. W. ſed ibi male interpunctum. „V. 2. τὴν Ἑλ. ex membr. Vat." *Br.* Puerorum et mulierum amatores ita inter ſe conciliantur, ut utrumque amorem ſummi faciendum eſſe Jovis exemplo doceatur. — V. 2. Vulgo τῆς Ἑλ. — V. 3. ἀσύγκριτον. ἀνόμοιον. ὑπερέχον. *Heſych.* Seq. verſ. vulgo poſt δοκεῖ diſtinguitur. Veram diſtinctionem vidit *Grotius*, qui vertit:

*Haec ſuprema putans duo gaudia: ſunt quibus illud*
*Plus cordi eſt, aliis iſtud: utrumque mihi.*

*V.* Vat. C. p. 579. Edidit *Klotz* ad *Tyrtae.* p. 115. Jovem poëta rogat, ut, Ganymede ſuo contentus, Dexandrum ne appetat. Similis argumenti eſt *Meleagri* Ep. XL. XLI. — V. 1. προτέρῳ. Illo antiquo, quem olim in deliciis habuiſti. — V. 3. „In membr. εἰ δὲ βίῃ „τὸν καλὸν ἀποίσεται. quod recte a Salmaſio emendatum." *Br.* ἀποίσεαι etiam *Klotz.* emendavit. — V. 4. τὸ βιοῦν. pro βίος videtur poſitum, *aetas hominum.* Si tam intolerabiliter dominaris, tuum quoque imperium, tua tyrannis evertatur, nec amplius tibi parebimus. Hunc ſenſum indicant verba *Salmaſii* in marg. Ap. Guy.: *ut ſub Saturno ſcilicet*, ὡς τὸ βιοῦν ἐπὶ τοῦ Κρόνου ἀπῆλθεν. *Klotzius* de βιᾷν cogitabat: violentia omnis a tuo regno abſit.

¶. 152.] *VI.* Vat. C. p. 578. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 24. Puerum ſibi amatum non videns poëta,

ſuſpicatur, eum a Jove in coelum eſſe ſublatum, ſimul timens, ne aquilae ungues eum laeſerint. — V. 1. ἀρ' ἄγ' Vat. C. — V. 2. „ἀθανάτοις in cod. omiſſum ſupple„vit cl. Toup Indice Epiſt. crit. (p. 95. ed. Lipſ.) Hoc „nihil veriſimilius. Salmaſius conjiciebat Ἰδαῖος vel ἀμ„βροσίαν, non ἀμβρόσιος, ut male refert ad Charit. p. 25. „Orvillius, cujus commento οἰνοχόος longe praeferenda „erat Salmaſii conjectura ἀμβροσίαν. Sappho ap. Athenae„um: κἄτ' ἀμβροσίας μὲν κρατὴρ ἐκέκρατο, Ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ἔρ„πιν θεοῖς ᾠνοχόησεν." *Br.* — V. 3. Junge προςτινάξας αὐτῷ πτερὰ πυκνά. *Homer.* Ιλ. λ. 454. οἰωνοὶ ὠμησταὶ σ' ἐρύσουσι, περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες. Ep. Incert. CCCXCVII. περὶ δὲ πτερὰ πυκνὰ βαλοῦσα. *Meleager* Ep. XL. παιδὶ βαλὼν πτέρυγας. Cf. *Toup.* Ep. crit. p. 95. et *Schneider.* Per. crit. p. 43. — V. 4. „μήπου. Subaudi ὅρα vel „δείδω." *Br.* In priſcis operibus aquila Ganymedem ita ferens repraeſentatur, ut pueri femora leniter tangat unguibus. Vide *Principales Figures de la Mythol.* Livraiſ. III. Pl. XXXI. ubi ejusmodi gemma exhibetur elegantiſſima. *Martial.* I. Ep. VII. *Aetherias aquila puerum portante per auras, Illaeſum timidis unguibus haeſit onus.* — ἔχει Vat. C. *Toup.* ἕξει. ἔχῃ eſt in Ap. Lipſ.

*VII.* Vat. C. p. 578. Scriptum eſt hoc carmen in puerum eximiae pulchritudinis et propterea a multis expetitum. Jam poëta Amorum facit judicium, num quisquam ſit mortalium puero dignior quam ipſe. Se eum igitur nonniſi Diis et Jovi conceſſurum eſſe. — Vehementer ſuſpicor, *Meleagri* hoc Epigramma eſſe, cujus mihi ingenium agnoſcere videor. Etiam nomen pueri hanc ſuſpicionem firmat. Plura ſunt inter *Meleagri* Epigrammata in Dorotheum. Cf. Ep. V. et XIV. — V. 2. ἀθανάτων. Jovem ſolum deſignat, ut ex proximis patet. Hunc poëtarum uſum, apud Tragicos praeſertim frequenter obvium, illuſtravit *Valcken.* ad Phoen. 978. *Brunk.* ad *Eurip.* Bacch. 543. ad *Sophocl.* Oedip. T. 366. Antig. 565. et alii. —

V.

V. 3. εἰ δέ τι. Vat. C. — V. 4. ἄδεται Vir Doct. not. in marg. Apogr. Lennep. — V. 5. φονεῖ. Vat. C. — V. 6. „In „cod. ſcriptum : ἀλλ' ἀποχωρεῖ, μή μ' ἔτι. Perperam. Senſus „eſt: Sed abscedit a me Dorotheus. Subſiſte. Quid? tune „adeo ſtultus, ut, qui pulcher es, pulchrumalium quaeras? „tute lepus es, et pulpamentum quaeris? Sic Salmaſius.“ *Br.* Haec *Salmaſius* valde pro lubitu poſuiſſe videtur; parum enim cum praecedentibus cohaerent, nec apparet, quem poëta alloquatur. Unde autem noverit *Salmaſius*, illum, qui hoc carmen compoſuit, ſive *Meleager* fuerit, ſive alius quisquam, pulchrum fuiſſe, ipſe dixerit. In membr. legitur praeterea μάταια, et in Apogr. Lennep. et Lipſ. ματαιοφρεῖ. Fortaſſe vitium eſt in καὶ σύ. Mihi in mentem venit:

ἀλλ' ἀποχωρεῖ·
μηκέτι πρὸς τὸ καλὸν, θυμέ, μάταια φέρου.

Amores quidem litem ſecundum me judicant; ille nihilominus ad alium transit. Jam ſe indignabundus ad animum ſuum convertit: Ne tu te iterum ad pulchros convertas, pulchris inhaereas, unde te nihil niſi cruciatus manent. — Fac, in Cod. ſcriptum fuiſſe $\overset{\mu\epsilon}{\vartheta\upsilon}$, quam facile, ſyllaba ſuperſcripta forte omiſſa, θυ in σὺ abire potuit! — θυμὸν ſuum alloquitur *Meleager* Ep. LVI. 3. *Plato* Ep. III. *Archiloch.* Fr. XIV. Cf. *Ritterſh.* ad *Oppian.* I. Cyneg. 367. — μάταια ex cod. ſervavi. Sic ſenſus poſtulabat, ut cauſa hortationis verbo indicaretur.

*VIII.* Vat. C. p. 581. ſq. Edidit *Klotz.* in Muſ. Strat. p. 72. nr. 43. Amorem poëta increpat, quod eum nunquam non novis puerorum amoribus irretiat. — V. 1. τλήμων Apogr. nonnulla. — ἐμοῦ. Vat. C. — V. 2. δινεύει σε. κύματος. Vat. C. et *Klotz.* In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. notatum δινεύεις ταραχὴν κύματος. Quanto elegantior Brunckiana lectio, in quam etiam *Corn. de Pauw* incidit. Amor fulmina quatiens paſſim obvius. Vide *Meleagr.* XXIII. XXXVIII. LXXVI. ἀρσενικὸν καῦμα ductum ex *Callim.* Ep. IX. νῦν δ' ὁ μὲν ἀρσενικῷ θέρεται πυρί. —

V. 5. „οὐ μούνοις δ' ἐπὶ τοῖςδε, minus concinne. At peſ-
„ſime habitus ult. verſ. in quo ſine ſenſu legitur δάκρυσι
„πουλυμανῆ. Salm. emendabat: ἀλλ' ἀπὸ πάντων δάκρυσι
„πουλυνανῆ κανθὸν ἐφελκόμεθα. Minori mutatione et me-
„liori, ut mihi videtur, ſenſu locum reſtitui, pro δάκρυσι
„reponendo κάλλεϊ. Paulo Silentiario aut illius aeta-
„tis poetaſtro dignum eſt hoc carmen. Collectio illa
„Epigrammatum, cui titulus Στράτωνος Μοῦσα παιδική, non
„talis ad nos pervenit, qualis ab eo concinnata eſt; ſed
„ab interpolatoribus multa detracta, in quorum locum
„pejora repoſita. Stratonis meminit Diog. Laërt. V. 61.
„ubi vid. Menagius. Ergo Severo antiquior eſt.“ *Br.*
Cl. editoris conjecturae favet *Xenophon* in Sympoſ. I. 9.
p. 116. ed. *Bach.* quem exſcripſit *Athen.* L. IV. p. 188. A.
ὥςπερ γὰρ ὅταν φέγγος ἐν νυκτὶ φανῇ, πάντων προςάγεται
τὰ ὄμματα, οὕτω καὶ τὸ Αὐτολύκου κάλλος πάντων ἐφέλ-
κεται ὄψεις ἐφ' ἑαυτό. Nondum tamen mihi perſua-
dere poſſum, librarios tam oſcitanter hic verſatos eſſe,
ut δάκρυσι ſcriberent, ubi κάλλεϊ ſcribendum eſſet. Qua-
re vide, annon minori mutatione, una litera deleta,
ſcribi poſſit:

ἀλλ' ἐπὶ πάντων
ἄρκυσι πουλυμανῆ κανθὸν ἐφελκόμεθα.

*oculi noſtri omnium, quotquot ſunt, puerorum illece-
bris tanquam retibus capiuntur. Soſipater* (*Dioscorides*)
Ep. III. puellae, quam deperit, veneres δίκτυα appellat
καὶ παγίδας. Ipſos oculos, pulchritudinem captantes,
δίκτυα vocat *Philoſtratus* Epiſt. L. p. 938. Cf. not. ad
*Meleagr.* Ep. IV. T. I. P. I. p. 19. Veneri retia tribuit
*Ariphron Sicyon.* Scol. p. 159. εἴ τις χάρις πόθων, οὓς
κρυφίοις Ἀφροδίτης ἄρκυσι θηρεύομεν.

*IX.* Vat. C. p. 584. Edidit *Schneider.* in Per.
crit. p. 92. annexis quatuor verſibus, qui *Stratonis* ſunt
Ep. LXXVII. 5 – 8. Poëta, diu ab amore alienus,
tandem ejus laqueis irretitus Sapientiae renuntiat. Cf.

*Meleagr.* Ep. XXXVI. et LVI. — V. 1. μηδ' ὄναρ. fortiter negat. Vide ad *Callim.* Ep. XV. T. I. P. II. p. 272. Haereo in μηδ' et οὐδὲ ſic cumulatis. Num in οὐδὲ latet εἶδα? In membr. οὐδ' ἔμαθον πρ. — V. 2. θερμὸν. Vat. C. ἄρσενα θεσμὸν dictum, ut ἀρσενικὸν καῦμα in praecedenti Epigr. θεσμὸς autem, ut Latinorum *foedus*, de *amore* frequentur obvium. Cf. *Lennep.* ad *Coluthum* p. 103. et *Heinrich.* ad *Muſae.* p. 91. — Ejusmodi puerilem amorem non didicerat Noſter *fovere*, ποιμαίνειν, quod verbum cum θεραπεύειν junxit *Plato* Lyſ. p. 108. D. cum παραθάλπειν *Schol. Pindari* Iſthm. V. 15. Cf. *Alberti* Obſſ. phil. p. 7. *Abreſch.* ad *Aeſch.* T. II. p. 9. — In θεσμὸν incidit *Corn. de Pauw*, ſed hanc lectionem contextui convenire temere dubitans, maluit: ἄρσεν ποιμαίνειν πῦρ μοῦ ὑπὸ κραδίας, quod ipſe genuinum et *nitidum* appellat. — V. 3. Non me pravi pueri amor, ſed ingenuus et pudoris plenus oculus in cinerem convertit. ἀκέραιον βλέμμα habet *Strato* Ep. VI. — De metaphorico uſu vocabuli σύντροφος vide not. ad *Antipatri Sid.* Ep. LXXXIX. et ad Stat. Aurig. Ep. XXXV. T. III. p. 25. et *Schneider.* ad *Anacr.* p. 126. — κατηνθράκισε. *Heſych.* κατανθρακῶσαι. κατακαῦσαι. κατοπτῆσαι. ubi *Alberti* noſtri carminis memor fuit. Vide ad Ep. ἀδέσπ. III. 2. — V. 5. Color, ut in *Poſidippi* Ep. XI. σιγάσθω Ζήνων ὁ σοφὸς κύκνος, ἅ τε Κλεάνθευς Μοῦσα· μέλοι δ' ἡμῖν ὁ γλυκύπικρος Ἔρως. — V. 6. γλυκερῆς ὀδύνης. Notum oxymoron. χρηστῆς ἕλκος ὀδύνης. *Evenus* Ep. VI. τραῦμα θερμόν τε καὶ γλυκύ. *Charito* L. IV. p. 65. ubi *Dorvillius* quaedam notavit p. 371.

¶. 153.] X. Vat. Cod. p. 582. „Edidit Dorvil„lius ad Charitonem p. 709. et poſt eum, minus tamen „accurate, doctus Heſychii ſoſpitator T. II. col. 972.“ *Br.* Duorum puerorum amore incenſus poëta, utrum potiſſimum ſequatur, dubitat, et ſe, in duas partes diviſum, utrique vult tribui. — V. 1. καταιγίζοντες, ve-

hementer in me irruentes. *Hippocr.* de Mul. L. II. ἢν ὀδύναι καταιγίζωσιν ἐξαπιναῖοι. Vide *Foeſii* Oec. Hipp. p. 313. et *Euſtach.* ad *Erotiani* Lex. p. 230. ed. Franz. — V. 3. ημεν επαςανδρου κλ. δέμους ηδέ. ſic Vat. C. unde in plurimis Apogr. ἢ μὲν et ἢ δέ. — In marg. Guy. et Ruhnk. etiam πάλιν σοι notatur. Similiter *Rhian.* Ep. IV. ἢν δ' ἐπὶ Λεπτίνεω στρέψῃς δέμας. — V. 2. Τηλέφου. Subaudi ex praecedd. ἐπί, quod h. l. propenſionem *verſus* aliquam rem indicat. Vide *Locell.* ad *Xenoph. Eph.* p. 206. et *Fiſcher.* ad *Velleri* Gramm. T. III. P. II. p. 230. — ὀξύτερος, ardentior oculus. Cf. *Graevii* Lectt. Heſiod. IX. p. 555. In marg. Guy. et Ruhnk. Ap. Τηλέφ' ἐπασσύτερος. — V. 5. τμήξατέ μου. Vat. C. quod Vir Doct. in marg. Ap. Guy. et R. ſic explicat: ταύτην τὴν ἐρωτικὴν ἡδονήν. quo ſenſu nihil foret ineptius. — τμήξατε, μοὶ τ. edidit *Dorvill.* Idemque in mentem venit *Cornel. de Pauw*; nec aliter ſcripſit Anonymus. ἡδύ μοί ἐστι dicunt, cum ſe quid *cupere* indicant. Exempla dabit *Valcken.* ad *Herodot.* p. 126. et 550. — V. 5. ἐς πλάστιγγα. Ineptum phantaſma, ſed qualia etiam ap. *Meleagrum* aliosque eroticos invenias. Similis eſt imago, ſed minime reprehendenda, ap. *Lucian.* in Amor. §. 4. T. V. p. 260. ed. Bip. καί μοι γενοῦ δικαστὴς ἴσος — ποτέρους ἀμείνονας ἡγῇ, τοὺς φιλόπαιδας ἢ τοὺς γυναίοις ἀσμενίζοντας· ἐγὼ μὲν γὰρ, ὁ πληγεὶς ἑκατέρῳ, καθάπερ ἀκριβὴς τρυτάνη ταῖς ἐπ' ἀμφότερα πλάστιγξιν ἰσοῤῥόπως ταλαντεύομαι.

*XI.* Vat. C. p. 582. „Edidit ad Poëtriarum fragmenta Wolfius p. 35. ubi bonam 4. vſ. ſcripturam prava „emendatione corrumpit, pro ἔχοντι reponens ἔχων δέ, et „vertit: *amicae* quidem flectens iras, non vero portas aper„tas habens, quam vertere debuiſſet: *fruſtra tentans ini„micas nil habenti fores.* Nihil ibi ſupra tironis captum. „Protulit etiam ad Heſychium cl. Ruhnkenius T. II. col. „890. — V. 6. in membr. ſcriptum ἕν τι ποθεινότατον, „quae ſcriptura prae ea, quam ſequutus ſum, non pla-

„cet.“ *Br.* *Schneider.* Per. crit. p. 101. Triplicem amorem, quo flagraverit, poëta deſcribit. — V. 2. εἶς δέ με et δέ με καῦσε. Vat. C. — V. 3. ἤλγυκα bis habetur in Cod. — V. 4. τὰς ἐχθρὰς θύρας. Cf. not. ad *Antip. Sidon.* II. T. II. P. I. p. 288. *Schneider.* comparat *Marc. Argent.* Ep. XV. ἢ μόλις ἔγνως Τοῦτ' ἔπος, ὡς οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος. — V. 5. ἐπισταθος. Vat. C. quod *Salmaſ.* emendavit. Color idem ap. *Ariſtaen.* II. Ep. XX. p. 104. ὅτε μὲν γὰρ αὐτοὶ ποθεῖτε, ἀστρώτους καὶ χαμαιπετεῖς κοιμήσεις ἐπὶ θύραις ποιεῖσθε, καὶ λιπαρῶς ἱκετεύετε μόνου ῥήματος τυχεῖν ἀξιοῦντες. Cf. cl. *Doering.* ad *Catull.* LXIII. 65. 66. p. 245. — V. 6. ἔν τυ π. Vat. C. τὸ eſt in Sched. Tryll. in marg. Apogr. Lennep. ὡς τὸ ποθ. marg. Ap. Guy. et R. Cf. *Agath.* Ep. VIII. 17. — V. 7. Maximis cruciatibus puer me affecit, unde minimum ſolidae voluptatis cepi. — *Schneiderus*, cui ultima carminis verba languere videbantur, dubitanter proponit: κενεὰς ἐλπίδας ἐτρεφόμην. Ad οἶδα μόνον ſubaudiendum participium, ut ἔχων, δεχόμενος, vel ſimile quid; de qua conſtructione conſule *Abreſch.* ad *Ariſtaen.* p. 18. ſq. — βλέμματα καὶ κενεὰς ἐλπίδας autem ita accipio, ut poſterius effectum prioris deſignet: vanas ſpes ex pueri oculis conceptas.

*XII.* Vat. C. p. 585. Plan. p. 485. St. 630. W. ubi μόνῳ habetur.

*XIII.* Vat. C. p. 585. Edidit *Dan. Heinſ.* ad *Horat.* p. 32. et *Toup.* in Cur. nov. p. 173. quem clariſſ. Editor ſequutus eſt. Cf. *Schneider.* in Per. crit. p. 21. — V. 1. ἕχοιτε. membr. ἕλοιτο legitur in marg. Ap. Guy. et R. cum interpretatione: *Si me amat, ſi meas partes complectitur.* Comparat *Toup.* *Lucian.* in Hermot. §. 30. T. I. p. 770. Εἰ, καθάπερ νῦν ἔχω, ἑλοίμην τὰ ὑμέτερα, σοὶ πιστεύσας ἀνδρὶ φίλῳ. — V. 2. κεῖς ἄρας αὖθις. Vat. C. καὶ εἰς emendavit *Salm.* Apud *Heinſium* eſt πολλάκις εἰς ὥρας, perperam. Nota eſt bene ominandi formula εἰς ὥ-

ϱας ſivè ὥϱαις ἵκοιτο, quam fuſe illuſtravit *Caſaubon.* ad *Athen.* II. p. 112. Cf. *Valcken.* ad *Theocr.* Adon. p. 370. — V. 3. excitat *Wetſten.* ad Nov. Teſt. T. II. p. 276. μύϱτον ἕωλον, *heſterna* myrti *corona*, quae cum ceteris convivii reliquiis, τοῖς σκυβάλοις, everritur. ἕωλον optime illuſtravit *Schneiderus* l. c. *Ariſtaen.* II. Ep. VII. p. 83. φιλήματα μὲν γὰϱ ἕωλα τὰ τῶν γυναικῶν. *Themiſtius* Or. p. 205. B. παϱαδείγματα ἕωλα καὶ λίαν ἀϱχαῖα. — Primus igitur flos pulchritudinis Dionyſii jam evanuiſſe putandus eſt; quare etiam v. 2. Gratias rogat poëta, ut eum αὖτις εἰς ὥϱας ducere velint. — V. 3. genuinam Vat. C. lectionem exhibet *Salmaſ.* in Plin. p. 674. E. Vitioſe Ap. Lipſ. ἐϱϱίφη. Vitioſius *D. Heinſ.* ἔϱϱιφ' ἐπί. — „Hoc carmen in cod. praecedit *Dionyſii* Ep. IV. in cujus „ult. verſ. poſt Toupium ſcribendum eſſe monui κώνωψ ὀξηϱῷ „φυόμενος κεϱάμῳ. Ex uno carmine in alterum ab oſcitante li„brario translata haec vòx: nam hîc pro φυϱόμενον, quod e „Salmaſii emendatione eſt, in cod. ſcriptum φυόμενον." *Br.*

¶. 154.] *XIV.* Vat. Cod. p. 589. Edidit *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 72. *Meleagri* eſſe hoc Epigramma, probabiliter ſuſpicatur *Corn. de Pauw.* Optimae certe aetatis poëta dignum. — V. 1. 2. profert *Warton.* ad *Theocr.* T. II. p. 92. — τε poſt εἶπα non eſt in membr. In Ap. Guy. et Ruhnk. eſt εἶπα δέ, et in marg. δή. Ap. Pauw. εἶπά γε. *Wart.* εἶπά σε. — V. 3. 4. laudat *Wetſten.* ad Ep. Rom. II. 15. p. 32. Parietibus et arborum corticibus inſculpebant nomina eorum, quos deperibant. *Euſtath.* ια. ζ. p. 490. 11. παλαιὸν ἔθος, καθ' ὃ δένδϱοις ὅσα καὶ πίναξιν ἐνεκόλαπτον οἱ παλαιοὶ τὰ τῶν φιλευμένων ὀνόματα, ὡς εἴπεϱ Ἔϱωτες ἢ Νύμφαι ὀϱειναὶ τοῦτο ἐποίουν· οἷον, ἡ δεῖνα καλή· ὁ δεῖνος καλός. Plures hunc morem attigerunt, quos vide ap. *Valckenar.* ad *Callim.* Eleg. p. 211. — V. 4. ἴσχετ' ἔϱως. Non inſcriptionibus amorem meum ſignificabam, ſed potius in pectore eum tenebam incluſum. Sic haec accepta nihil difficultatis habent; nec erat, cur *Corn. de*

*Pauw* ἔρως depravatum putaret. — V. 5. δαίμων. *Klotz. Amor* videtur intelligendus. — V. 6. „τὠτρεκές. repo„ſui pro ἀτρεκές, quae eſt Cod. lectio. In optimo Muſae „Stratonis Apogr. ἐγὼ δὲ ὁ λέγων. In Buheriano ἐγὼ δὲ λέ„γων." *Br.* ἐγὼ δ' ὁ λέγων ἀτρεκές. Vat. C. Obverſabatur auctori carminis Ep. *Callimachi* II. καλὸς ὁ παῖς, Ἀχελῶε, λίην καλός· εἰ δέ τις οὐχὶ φησίν, ἐπισταίμην μοῦνος ἐγὼ τὰ καλά.

*XV.* Vat. C. p. 586. Puer cum Amore comparatur pulchritudine, celeritate, ſpiculorum efficacia. Cf. *Aſclep.* Ep. II. III. — ἀμφοτέρων. et Amoris et pueri.

*XVI.* Vat. C. p. 586. In Arceſilaum, formoſum puerum, Amoris victorem. — V. 1. εὐφαμεῖτε. Linguis favere jubet juvenes, quaſi ſacrae cuidam rei et arcanae admiſſos. *Imperatur ſilentium, ut rite peragi poſſit ſacrum, nulla voce mala obſtrepente. Seneca* de Vit. Be. 26. Fuſe hanc et ſimiles formulas explicuit cl. *Mitſcherl.* ad *Horat.* III. Carm. I. 2. — „Corruptiſſime in cod. ſcri„ptum τὸν Ἔρωτα λέγει. ἀλεῖν verbum praetextatum, ut „*molere* Latinis." *Br.* Hanc lectionem *Brunckii* ingenio deberi, intelligitur ex ejus notis ad *Ariſtoph.* Nub. v. 1299. Facit huc *Theocrit.* Eid. IV. 58. τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει Τήναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα. ubi Schol. μύλλει, ἀπὸ τῶν ἀλούντων καὶ τῇ κώπῃ τοὺς μύλους ὠθούντων. Hinc intelligitur etiam, quare Arceſilaus Amorem purpureo fune, ἀρπεδόνῃ, ligaſſe dicatur. Funibus aut loris enim equi aſinive molis alligabantur. *Heſych.* μύλλει. λεῖα. Corrige ἀλεῖ. et: μυμεῖ. λεῖα. ſcribe: μύλλει. ἀλεῖ. A vero aberravit *Toup.* in Emend. in Heſych. P. II. p. 536. — πορφυρέῃ. Ad ornatum videtur ſpectare hoc epitheton; purpureo tamen colori peculiaris quaedam vis tribuitur in incantamentis, unde ap. *Theocrit.* Eid. II. 2. Simaetha' poculum φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ cingit; et infra Ep. CXIII. Iynx Theſſalae veneficae deſcribitur: πορφυρέης ἀμνοῦ μαλακῇ τριχὶ μέσσα δεθεῖσα. — Ceterum de v. 1. lectione, quamvis eam a cl. editore et docte et

ingenioſe tentatam eſſe appareat, nondum tamen conſtat. Fieri enim poſſit, ut poëta ſcripſerit:

τὸν Ἔρωτ᾽ ἄγει Ἀρκεσίλαος.

*Arceſilaus Amorem vinctum et captivum adducit*; quod cum v. 2. etiam melius conſpirat, quam Brunckiana lectio. Nec hoc parum honorificum de puero, qui, qua violentia Amor in homines uti ſolet, eadem in Amorem uſus eſſe dicitur. Contigerat enim Arceſilao, quod Daphnis temere profeſſus erat ap. *Theocrit.* Eid. I. 97. τὺ θὴν τὸν Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν; Ἆρ᾽ οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ᾽ ἀργαλέω ἐλυγίχθης; Item minatur Amori *Meleager* Ep. LII. χαλκόδετον σφίγξω σοῖς περὶ ποσσὶ πέδην. Ap. *Auſonium* in Amore Cruci affixo v. 65. Heroïdes Amorem in *coetum mediae traxere catervae* — *Devinctum poſt terga manus, ſubſtrictaque plantis Vincula moerentem.* Hinc ſaepius Amor vinctis manibus repraeſentatus eſt. Cf. ad *Crinagorae* Ep. I. T. I. P. II. p. 377. — Recte autem jungitur ἄγει — δήσας. *Euripid.* Heraclid. 861. δεσμοῖς τε δήσας χεῖρας ἀκροθίνιον Κάλλιστον ἥκει τὸν στρατηλάτην ἄγων. *Meleager* Ep. LVII. καί με πάλιν δήσας τὸν σὸν ἄγεις ἱκέτην. *Moſch.* Eid. I. 24. ἢν τύ γ᾽ ἕλῃς τῆνον, δήσας ἄγε.

*XVII.* Vat. C. p. 580. Edidit *Klotz.* in Muſ. Strat. nr. XLII. Amorem jam exſtinctum novas vires ſumſiſſe conqueritur. Simile eſt Ep. *Meleagri* LXXVIII. et LXXIX. — V. 1. Ἀντίπατρις. Margo Ap. Guy. et R. Ibidem v. 2. ψυχῆς tentatur; utrumque perperam. ψυχρὴ τέφρη. cinis jam exſtinctus, cui nihil ſubeſſe videbatur ignis. — V. 3. δίς με. Vat. C. — V. 4. Plane ſimiliter Ep. ἀδεσπ. XLV. XLVI.

*XVIII.* Vat. C. p. 594. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 332. Forti animo poëta ſe amorem, quem non nunc primum expertus ſit, laturum eſſe pollicetur. *Alcaei Meſſenii* hoc Epigramma eſſe videtur, cujus eſt carmen in Nicandrum, puerum, T. I. p. 486. II. — V. 1. Pro θαρσαλέως Vir D. in marg. Ap. Guy. et R. ἀργαλέως tentat,

omnino male. — V. 2. χαλεπῶς. Apogr. Guy. Ruhnk. Pauw. χαλεπῆς eſt in membr. — V. 3. „Dorvillius e „cod. dedit βιάς, pro quo ſagaciter et vere repoſuit βο„λὰς Pierſon. Veriſim. p. 92.“ *Br.* Non βιάς, ſed βοὰς edidit *Dorvill.* quae eſt depravata membr. lectio. In marg. Guy. βοάς. *pugnas. rixas.* quod nihili eſt. *Homer.* Od. ρ. 283. οὐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων, οὐδὲ βολάων. — V. 5. „καὶ σὺ μέν. Sic recte in Cod. ſcriptum. In ora Sal„maſius adſcripſit: *forte* καί σε. quod Dorvillius recepit. „Ne graecum quidem eſt. Nam τίειν dicitur, *qui poenas* „*dat*, τίσασθαι, *qui poenas exigit.* Haec verbi medii dif„ferentia, optimis et veteribus ſcriptoribus obſervata, „recentioribus neglecta quidem ſaepe, quorum exem„plum nullius eſt auctoritatis, et ubi quid in codicibus „juxta rectam loquendi normam ſcriptum reperitur, id „in pejus mutandum non eſt.“ *Br.* Excitavit hoc diſtichon *Alberti* ad *Heſych.* in Ἀδρηστία. T. I. p. 99. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 95. qui *Dorvillii* errorem primus aperuit, σύ με ſive σύ μέ γε legendum cenſens: *tu ergo me, o Adraſtea, ob pravum conſilium puni.* Nemeſin cum Adraſtea paſſim conjungi, docuit *Dorvill.* l. c. Cf. *Herder.* in *Zerſtreut. Blättern.* T. II. p. 213. *Siebenkees* in Anecdot. p. 64. Ceterum hoc diſtichon vix bene coit cum praecedentibus, nec intelligitur, cujusnam conſilii poenae exigendae ſint. Fortaſſe olim ad aliud quoddam carmen pertinebat.

¶. 155.] *XIX.* Vat. C. p. 574. Edidit *Klotz.* ad *Tyrtae.* p. 23. Hoc quoque carmen *Alcaei* eſſe videtur, quae etiam *Reiskii* eſt conjectura in not. mſt. Agitur de puero, olim formoſiſſimo, nunc barba et pilis hiſpido. — V. 1. 2. laudat *Pierſon.* ad *Moer.* p. 50. — ἐσβέσθη. οὔπω σου τὸ καλὸν χρόνος ἔσβεσεν. *Rufin.* Ep. VIII. ubi vide not. T. II. P. III. p. 159. Eadem imagine *Meleager* Ep. XLIX. οὐδὲ πυραυγὴς Ηρίν ποτε, νῦν δ' ἤδη δαλός, Ἀπολλόδοτος. — V. 2. χαρίτων λοιπὸν οὐδ' ὄνεμα. Sic

*Theocrit.* Eid. XVI. 97. βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἴη. — V. 3. ἐν ἀθανάτοις. quem non magis deſloreſcere poſſe arbitrabamur, quam Deos, Apollinem v. c. aut Bacchum, cui *inconſumta juventas*, *Qui puer aeternus*, *qui formoſiſſimus alto Conſpicitur coelo. Ovid.* IV. Metam. 17. — V. 4. εἰσὶ τρίχες. Cf. ad *Automed.* Ep. II. T. II. P. II. p. 128.

XX. Vat. C. p. 574. „Primum diſtichon protulit „Salmaſius ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 343. Caetera „plana ſunt. ἀκάνθας hic vocat, quas alibi φθονερὰς τρίχας.“ *Br.* *Stratonis* ingenium hoc Epigr. videtur prodere. Ipſe puer loquens inducitur. Puerum ipſum poëta ſibi finxit ut ſtatuam, in cujus baſi forte hi verſus legerentur. — V. 1. μὴ δύσῃ σ' ἀ. margo Apogr. Lennep. μὴ ἐκδύσεις. Ap. Pauw. — V. 2. οὕτως. ſic, veſte indutum. κἀμέ. me haud ſecus ac ſtatuas, veſte indutas. — ἀκρολίθου ξοάνου. Statua ἀκρόλιθος non eſt ſtatua lapidea, quod viſum eſt *Salmaſio*; multo minus ſignum, in ſummo aedium faſtigio collocatum, quae *Trilleri* eſt ſententia in Obſſ. crit. p. 325. ſed potius ſtatua ex ligno, cujus extrema tantum, quae veſtis non tegebat, ut caput, pedes manusque, e marmore erant. Vide *Lennep.* ad *Phalar.* p. 72. *Winkelm.* Hiſt. Art. p. 15. De eadem re quaedam notavit *Eſchenburg* ad *Leſſingii* Collect. T. I. p. 39. ſq. — Facit huc, quod *Athenaeus* narrat de Nannio meretricula, quam Athenienſium dicacitas προσκήνιον appellaverat, ὅτι πρόσωπόν τε ἀστεῖον εἶχε καὶ ἐχρῆτο χρυσέοις καὶ ἱματίοις πολυτελέσι· ἐκδῦσα δὲ ἦν αἰσχροτάτη. L. XIII. p. 587. B. — V. 3. δ' poſt γυμνὴν deſideratur in membr. Adſcriptum margini Ap. Ruhnk. ubi ad γυμνὴν χάριν haec notantur: τὴν πυγὴν ψιλήν, γυμνήν, ἄτριχα. Male. Intellige *concubitum cum nudo puero.* ſive ſimpliciter: *Nudi Antiphili venuſtatem explorare cupiens.* i. e. γυμνὸν Ἀντίφιλον ἀθρῆσαι ζητῶν. — ἀκάνθαις. Cf. *Rufin.* Ep. XXXVI. — Poſtremum verſum cum parte praec. laudat *Warton.* ad *Theocrit.* T. II. p. 48.

*XXI.* Vat. C. p. 571. Plan. p. 484. St. 629. W. — V. 1. φίλην. Vulgo, quod caſto monacho debetur. Verum *Brodaeus* vidit absque codice. Vir Doct. ap. *Huet.* p. 49. transpoſitis vocabulis φίλην θεόθ᾽· αἰτ. parum eleganter. — V. 2. αἰτοῦντι. om. Vat. C. De verbo αἰτεῖν vide ad *Aſclepiad.* Ep. I. T. I. P. II. p. 21.

*XXII.* Vat. C. p. 577. „Hoc diſtichon praefixum „ſequenti in cod. ubi ex duobus unum Epigr. At ſepa„randa videntur, quod fuit etiam Orvillii judicium, quem „vide ad Chariton. p. 199.“ *Br.* — V. 1. ἄθρει μοι διὰ παντός. Vat. C. In Ap. Lipſ. et Voſſ. ἄθροι. in marg. ἄγρει. Deinde membr. ὅλαν κατάτηκ᾽ Ἀρίβαζε. Totum verſum ſic emendavit *Dorvill.* ut *Br.* eum edidit. Ad verba ὅλαν τὰν Κνίδον κατέτηκε comp. *Meleager* Ep. XIII. καὶ πέτρον τήκει χρωτὶ χλιαινόμενον. In primis diſtichi verbis haereo. Legendum ſuſpicabar:

Ἀνθρακίη διὰ παντός· ὅλαν κατέτηκ᾽ Ἀρίβαζος
τὰν Κνίδον.

*Totus locus nil niſi carbones; omnem enim Cnidum Aribazus incendit.* διὰ παντὸς non ſolum ad *tempus* refertur, quod *Dorvillius* cenſet, ſed etiam ad *rem*, ut δι᾽ ὅλου. Sic *Pauſan.* II. 34. p. 191. ἀλεκτρυόνα τὰ πτερὰ ἔχοντα διὰ παντὸς λευκὰ διελόντες. *Aeſchyl.* Suppl. v. 846. γομφοδέτῳ δορὶ δι᾽ ὅλου. — Ἀνθρακίη autem ab horum poëtarum ingenio non alienum. Cf. not. ad *Poſidipp.* Ep. VI. T. II. P. I. p. 137. et Ep. VIII. p. 139. — V. 2. θρυπτόμενα θέρεται. Haec eſt genuina membr. lectio, quam Apogr. in τυπτόμενα φλέγεται et φέρεται temere mutaverunt. *Callim* Ep. IX. ὁ μὲν ἀρσενικῷ θέρεται πυρί. Idem fortaſſe vocabulum lectum olim ap. *Ariſtaen.* II. Ep. I. p. 70. οὗτος δ᾽ οὖν ἐρᾷ σου, Καλύκη, καὶ τῷ σῷ θέρεται (vulgo φθείρεται) πυρί.

*XXIII.* Vat. C. p. 577. junctim cum praecedente. Aribazus puer Perſicae originis fuit, quod ipſum no-

men indicat. Cnidus autem, ubi habitaſſe videtur, cum reliqua Caria Perſis parebat.

*XXIV. XXV.* Vat. C. p. 586. ubi Ep. XXV. alterum praecedit; ceterum verſus in utroque eodem ordine leguntur, quo *Br.* edidit. In aliis libris ordo mirifice turbatus. *Wolf.* in Sapph. Fragm. p. 253. conjunxit poſterius diſtichon Ep. XXV. cum v. 3. 4. Ep. XXIV. Alia Apographa, omiſſo altero diſticho Epigr. XXIV. ex priore et altero diſticho Ep. XXV. ſimul cum ſecundo Ep. XXIV. unum Epigramma conflarunt. Suſpicabatur *Dorvillius* ad *Charit.* p. 89. haec quatuor diſticha nonniſi unum carmen conficere, improbante *Brunckio*, cujus haec ſunt: „Tam perſuaſus ſum, diſticha in cod. recte eſſe „diſpoſita et ſingula tetraſticha Epigramma facere, ut „carminum ordinem immutaverim. Nihil prorſus inter- „eſt, utrum prius vel poſterius legatur. Dialogus eſt „in hocce; verba ἔστι δ' ἀωρὶ καὶ σκότος, famuli ſunt. „V. 1. in cod. ſcriptum ὅλως, manifeſta menda." *Toupius* in Cur. Nov. p. 237. prius diſtichon Ep. XXIV. praefigendum putabat verſibus a *Suida* prolatis in κωμάσομαι:

ἢν γάρ με κτείνῃς, τότε παύσομαι· ἢν δέ μ' ἀφῇς ζῆν,
καὶ διαθῇς τούτων χεῖρονα, κωμάσομαι.

ignorans ſcilicet, hoc diſtichon partem eſſe carminis *Aſclepiad.* XXVI. ubi vide not. Huic poëtae utrumque carmen facile equidem tribuerim; niſi forte *Meleagri* eſt, quem conf. Ep. LVI. — V. 1. τοῦτον. ſic Vat. C. In Ap. Guy. not. τούτων. τῶν νῦν γενομένων, ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ. male. — V. 2. λουόμενον. membr. non λυόμενον, ut *Dorvill.* dedit. *Aſclepiad.* IV. στέφανοι – οὓς δακρύοις κατέβρεξα. ubi vide not. Coronae tingebantur, ἐλούοντο, interdum unguentis, quo h. l. reſpici videtur. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. XCVII. T. I. P. I. p. 111. — V. 3. In marg. Ap. Pauw. tanquam a *Guyeto* legitur: *fort.* οὐχὶ μακρήν. *Pauw* conjiciebat μὰ τήν. Neutrum membran. lectioni praefe-

rendum: Viam ibo longam quidem, ſed non fruſtra inſtitutam. — Sequ. verba, ἔστι δ' ἀωρὶ καὶ σκότος, non opus eſt, famulo tribuas. Ipſius comiſſaturi poëtae eſſe poſſunt. — Ad ἀωρὶ ſubaudi νυκτὸς, vel νύκτωρ. Praeter hunc unum locum et alium *Luciani* T. II. p. 22. nullum habebat *Schlaeger* ad Moer. p. 32. qui illo additamento careret. *Pierſon* adjecit *Heracliden* ap. *Athen.* XII. p. 432. F. ἀλεκτρυόνα — ἀωρὶ κοκκύζοντα. Sic etiam *Polyaen.* II. c. 34. τοῖς ἀωρὶ βαδίζουσιν. — V. 4. μέγας φανός. *Propert.* L. III. El. XIV. 15. *demonſtrant aſtra ſalebras; Ipſe Amor accenſas praecutit ante faces. Valerius* in Anth. Lat. T. I. p. 670. *Quid faculam praefers, Phileros? qua nil opu' nobis. Ibimus: hoc lucet pectore flamma ſatis.*

¶. 156.] *XXV.* Vat. C. p. 586. Vide ad praeced. Ep. — Comiſſabundus ſe fulmina et tempeſtatem nihil timere ait, cum Amor ipſum ſatis tutum a periculis praeſtet. — V. 1. ἄκρητον μανίην. non vino ebrius, ſed amatorio furore. De vocis ἄκρητος uſu figurato quaedam notavi ad Ep. *Pauli Silent.* XXXVII. — μεθύων μύθοις. ſermonum, in amorem pellicentium, plenus, tantum non ebrius. ἔνθεος καὶ μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων περιέρχομαι. *Lucian.* in Nigrin. T. I. p. 31. ed. Bip. *Plutarch.* T. II. p. 712. E. mimos appellat μιμήματα πραγμάτων καὶ λόγων, ἃ πάσης μέθης ταραχωδέστερον τὰς ψυχὰς διατίθησιν. — V. 2. εὐφρόσυνος Ap. Lipſ. contra poëtae mentem, qui ſe dementia actum et ſecurum per periculoſam viam graſſari ait. εὐφροσύνοις ſuſpic. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 93. — V. 3. δέ μοι. Vat. C. — V. 4. ἔχων. membr. ἔχω *Reisk.* l. c. Idem *Cornelio de Pauw* in mentem venit. — ἢν βάλλῃ male interpretatur *Dorvillius.* Senſus eſt: Si Jupiter fulmina jacit. — ὅπλον ſcutum inprimis, quod telis objicitur.

*XXVI.* Vat. C. p. 587. Edidit *Klotz* in Muſ. Strat. nr. XLIV. *Warton* ad *Theocr.* T. II. p. 66. In pue-

rum formoſum, in pugilatu victorem. Optimae notae carmen, *Stratonis* ingenio non indignum. — V. 1. πυγῇ. Vat. C. πυγμῇ eſt in omnibus Apogr. quae vidi, excepto Lipſienſi. — V. 2. λημνίσκοις. ταινίαις. *Heſych.* λημνίσκους. τὰς ταινίας. Συρακούσιοι. Vide *T. Hemſterb.* in Miſc. Obſſ. V. 3. p. 70. et ad *Lucian.* T. I. p. 164. Morem athletas taeniis ornandi illuſtravit *P. Weſſel.* ad *Diodor.* XVII. 101. p. 238. et *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 246. — V. 3. πεφυρμένον. *Strato* Ep. LXVIII. πεφυρμένος ὄμματα κλαυθμῷ. Cf. eundem Ep. XXXIV. — σμύρνης. Suavius hoc mihi videbatur eſſe, quam ſi faciem unguento myrrhino inunctam habuiſſet. σμύρνα Συρίη inter pretioſa unguenta commemoratur ap. *Philodem.* Ep. XXII. ubi vid. p. 233.

*XXVII.* Vat. C. p. 591. Obſcurum Epigramma, quod vellem clariſſ. editor diſertius explicaſſet. At hic nihil notavit praeter haec: „Sic in cod. ſcriptus eſt vſ. 1. „Ἑρμῇ τοξευθεὶς ἐξέσπα σε πικρὸν ἐφήβῳ. in quibus nullus omni„no ſenſus. Emendabat Salmaſius: Ἑρμῆς τοξευθεὶς ἐξέσπασε „πικρὸν ὀϊστόν· Κἠγὼ τὴν αὐτὴν οὐχὶ λ. τ. E ſenſu carminis „manifeſtum eſt, negationem in primo verſu eſſe debere. „Eſt in eo metaphora e ſagitta petita, qua quis confixus „eam e vulnere extrahit: ſed ideo ὀϊστὸν contra codicis „auctoritatem ſcribendum non erat.“ Adſcribam etiam, quae *Cornel. de Pauw* ad hoc Ep. notavit: „Scri„bendum videtur:

„Ἑρμῇ τοξευθέντ' ἐξέσπασας ἰὸν ἐφήβῳ,
„κἠγὼ τὴν αὐτήν, ξεῖνε, λέλογχα τύχην.
„Ἀλλά σ' Ἀπολλοφάνους τρύχει πόθος, ὦ φιλάεθλε,
„ἔφθασας εἰς ἓν πῦρ, εἰ δύ' ἐνηλάμεθα.

„Hermae, viro juveni, ſagitta percuſſo jaculum extra„xiſti. Et ego vero, mi hoſpes, eandem nunc ſortem „ſubii. At Apollophanis te deſiderium comedit; o labo„rum amans, in eundem tu incidiſti ignem; nos duo

„agitati ſumus et percuſſi. Senſus ſic elegans eſt: Cum „antea Hermae ſuppetias tuliſti, mihi easdem nunc ferre „potes: quanquam, quid miſer ego garrio? Id tibi nunc „impoſſibile. Eodem enim telo percuſſi ſumus, eodem „igne urimur; quare mihi ſane nunc opem ferre non „potes, cum tibimetipſi id tentes fruſtra.“ Haec ille, qui ſecundis curis pro ἰδν tentabat ὄγκον; pro οἱ δύ' autem ᾧ δύ'. Hae emendationes, quae auctori ſuo valde elegantes videbantur, rem minime ſalvam praeſtant. Quod enim ille de Herma, puero, ſomniabat, falſiſſimum eſt. Agitur de Mercurio φιλαέθλῳ, *palaeſtrae praeſidi*, formoſi ephebi amore capto. Hoc poëta ita extulit: Mercurium ipſum palaeſtricis artibus ab Apollophane ſuperatum eſſe. Phantaſma, quod *Brunckii* emendatio verſu primo efficit, illuſtratur Od. *Anacreontis* XIV. 14. ubi Amor in certamine, ὡς οὐκέτ' εἶχ' ὀϊστούς, Ἤσχαλλεν· εἶθ' ἑαυτὸν Ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον· Μέσος δὲ καρδίης μευ Ἔδυνε καί μ' ἔλυσε. (fort. μ' ἔκνιζε.) Ut hîc Amor ſagittae loco in pectus penetrat, ſic ap. Anonymum puer in Mercurii corde bella gerebat. — Jam vero v. 3. cum praecedentibus non cohaeret. ἀλλ' ἐμὲ antitheſin indicat, cujus nulla cauſa cognoſci poteſt. Expectabatur κᾀμὲ γάρ, vel ſimile quid. In Vat. C. ἀλλά μ' vel ἀλλ' ἅμ' 'Α. Neque ex ſeqq. lux affulget. Haec igitur aliis explicanda relinquimus.

*XXVIII.* Vat. C. p. 108. Plan. p. 448. St. 582. W. Similes luſus vide Ep. LXVII. LXVIII. Puero coronam roſarum mittens *Philoſtrat.* Epiſt. XXIX. περιθήσῃ δὲ οὐ σὺ τὰ ῥόδα, ἀλλ' αὐτὰ σέ.

*XXIX.* Vat. C. p. 592. Edidit *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 24. una cum ſequ. Epigr. *Schneider* in Peric. crit. p. 20. Neminem, niſi aut Deus ſit, aut lapis, Apollodotum ſpectare poſſe, quin amoris flamma corripiatur. Inter pueros, quos *Meleagri* Muſa celebravit, etiam Apollodotum fuiſſe, apparet ex ejus Epigr. XLIX. Haec res et carminis ſtilus efficit, ut facile accedam ad *Pauwii*

ſententiam, qui hoc et ſq. diſtichon *Meleagro* tribuendum eſſe ſuſpicatur. — V. 4. ἢ θεὸς ἢ λίθος. De ſtupidis et omni elegantiori ſenſu privatis hominibus paſſim: λίθος, οὐκ ἄνθρωπος. Exempla collegit *Wetſten.* ad Nov. T. I. p. 265.

¶. 157.] *XXX.* Vat. C. p. 592. junctim cum praecedente. Separatim protulit *Salmaſ.* in Plin. p. 776. A. Etiam hoc diſtichon *Meleagri* eſſe videtur, qui Heraclitum puerum paſſim celebravit. — V. 1. Μ. Ἡράκλειτος ἐμοὶ πόθος οὔτι σ. Vat. C. οὐχὶ *Salmaſ.* dedit. — V. 2. ἐμὸν eſt in Cod. ἐμοῦ exhibuit *Salm.* Heraclitus puer ex Magneſia fuiſſe videtur. Jam lapis Magneſius (μάγνης λίθος et μαγνῆτις), qui ferrum trahit, etiam Heraclius appellatur. Hinc poëtae luſus. *Plato* in Ione p. 363. E. θεία δὲ δύναμίς σε κινεῖ, ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὲν μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡρακλείαν. Ad ea, quae *Salmaſius* l. c. congeſſit de magnete, *Schneiderus* addidit *Euſtathii* locum ad Ιλ. τ. p. 338. 38.

*XXXI.* Vat. C. p. 593. Omiſſo primo diſticho, quod a Cod. Lipſ. abeſt, hoc carmen edidit *Wolf.* ad Fragm. Sapph. p. 253. Integrum poſt *Br.* exhibuit *Ruhnk.* Ep. crit. p. 85. nov. ed. nam in prima edit. mutilum eſt. Poëta nautae ſe comparat, verno tempore incertum pelagus tentanti, puerumque, quem deperit, precatur, ut ipſum aut ſincere amet aut palam et aperte oderit. — V. 1. Διόδωρε. Diodorum puerum paſſim commemorat *Meleager*, quem ſi quis hujus quoque Epigrammatis auctorem exiſtimaverit, me conſentientem habebit. Simile eſt ap. eundem phantaſma Ep. XLIV. ἢν μοι συννεφὲς ὄμμα βάλῃς ποτε, χεῖμα δέδορκα, Ἢν δ' ἱλαρὸν βλέψῃς, ἡδὺ τέθηλεν ἔαρ. Eidem poëtae comparatio amoris cum navigatione perquam familiaris eſt. — V. 2. κρινόμενος. incertis fluctibus ſpectatus, multis igitur gravibusque periculis obnoxius. De nauta, qui multum maris emenſus perierat, *Antip. Sidon.* Ep. XCVII. ἁ πό-

σον ὕδωρ Ὤλεσε τὸν τόσσῳ κεκριμένον πελάγει. *Leon. Alex.* Ep. XV. ἀσπίδα δ' ἔσχον Σωθεὶς κεκριμένην κύματι καὶ πολέμῳ. — V. 3. Comparavit haec *Ruhnk.* ad *Heſiod* Ε. καὶ Η. 550. ἄλλοτε μὲν θ' ὕει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι. Similiter *Theocr.* Eid. IV. 43. χ' ὡ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα θ' ὕει. — V. 4. εὔδεις ἁβρὰ γελῶν δ' ὄμμασιν. Vat. C. ἔνδεις *Wolf.* edidit, infeliciter ſuſpicatus, ἔνδιος legendum eſſe. εὔδιον not. in marg. Apogr. Guy. et R. Sed praeferendum procul dubio *Brunckii* εὔδιος. Cf. ad *Meleagr.* Ep. LXIX. T. I. P. I. p. 86. Hoc recepto, vide an ſervata, quam membr. praebent, conjunctione δὲ, legi debeat: ἄλλοτε δ' αὖτε Εὔδιος, ἁβρὰ γελῶν δ' ὄμμασιν ἐκκέχυσαι. Poſterior enuntiatio cauſam prioris continet, quod apud poëtas haud infrequens. Quum in Ap. Lipſ ἐκκέχυται haberetur, *Reisk.* conjecit in not. mſt. ὄμμα σὺν, quod nunc non eſt neceſſe. *Ridentem effundi oculis* doctius quam *diffuſo vultu ridere*, aut, ut *Heliodor.* dixit L. VIII. p. 396. ἱλαρῷ καὶ διακεχυμένῳ βλέμματι. *Apollon.* Argon. III. 1009. νεκτάρεον μείδησ'. ἐχύθη δέ οἱ ἔνδοθι θυμὸς Αἴνῳ ἀειρομένης. — V. 5. τυφλὰ κύματα. Vide ad *Serapion* Ep. T. II. P. II. p. 340. — V. 6. Quum vox κῦμα ter in quatuor verſibus repetatur, ſcribendum procul dubio:

μεγάλῳ χείματι πλαζόμενος.

in quam emendationem incidit etiam *Huſchkii* ingenium, in Anal. cr. p. 164. qui cum alia comparat, tum *Catullum* Epith. Pel. et Th. 97. *Qualibus incenſam jactaſtis mente puellam Fluctibus, in flavo ſaepe hoſpite ſuſpirantem. Corn. de Pauw* μεγάλῳ χεύματι tentabat. — V. 7. πάλιν. Vat. C. Comparandus *Theognis* v. 89. ἤ με φίλει, καθαρὸν θέμενος νόον, ἤ μ' ἀποειπὼν Ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος.

*XXXII.* Vat. C. p. 515. In Plan. p. 38. St. 55. W. interpolatum legitur; nam pro παιδείῳ Planudes παρθενικῷ dedit. Vaticani Cod. lectionem primus reſtituit

*Dorvill.* ad *Char.* p. 555. Idem Θρασύβουλε exhibuit. At in membr. et in Plan. θρασύδουλε legitur. — V. 2. ἀσθμαίνεις. de alto amantium ſuſpirio illuſtr. *Mitſch.* ad *Horat.* T. II. p. 107. — δελφὶς ὥς. Proverbialis locutio. *Ion* ap. *Plutarch.* in Vit. Cic. T. V. p. 260. ed. Tub. κἀκεῖ γὰρ ὡς δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. quem attigit *Toup.* ad *Longin.* π. ϒ. p. 271. — V. 3. δρέπανον. Ad fabulam de Andromeda, Perſei virtute liberata, reſpici videtur. Apte noſtrum carmen adhibuit *Mitſcherl.* ad illuſtrandum *Horat.* I. Od. XXVII. 21. *Quae ſaga, qui te ſolvere Theſſalis Magus venenis, quis poterit Deus? Vix illigatum te triformi Pegaſus expediet Chimaera.*

*XXXIII.* Vat. C. p. 590. „Hoc etiam miſerum in „modum corrupit male caſta monachi manus. Vide Plan. „p. 485. St. 630. W. Doctiſſimorum etiam virorum „ſaepe conjecturis praeſtat bonus codex. Caſaubon. ad „Theocrit. Eid. I. emendabat τὸν τρυφερῆς Τρυφερῆς. Toup. „Ep. crit. p. 91. [74. Lipſ.] τὸν τρυφερῆς πάρθνου." *Br.* Argumentum carminis ut *Meleagr.* LXXII. *Marc. Argent.* VIII. Illorum autem gallo gallinaceo Noſter luſcinias ſubſtituit. — V. 1. τί μ' ἀνιᾶτε. Vulgo. — V. 2. τὸν τρυφερῆς παρθένου. Vulgo. πάρθνου, quod *Toupius* conjecit, debetur *Huetio* p. 49. — Verſus fortaſſe expreſſus ex *Meleagr.* Ep. XCIII. καὶ θῆρες ἄτεγκτοι τέρπονται τρυφερῷ χρωτὶ χλιαινόμενοι. — V. 3. πετάλ. *Strato* Ep. II. καὶ ἀηδόνας ἐν πετάλοισιν. — εἰ δέ. quod ſi natura loquax eſt muliebris natura, tamen, quaeſo, quieſcite. — Nihil hac clauſula languidius. Poëtae ſuppetias ivit *Grotius* vertens:

*ſin muliebre eſt*
*Multa loqui, jam vos, nil veto, perficite.*

qui ſenſus ex graecis verbis effici non poteſt. Vix tamen ea corrupta eſſe putaverim.

*XXXIV.* Vat. C. p. 591. ubi ἄδηλον. Ut *Meleagri* edidit *Warton.* ad *Theocr.* T. II. p. 201. A ſterili pue-

rorum amore dehortatur poëta. — V. 1. ἴαχε μ. Vat. C. ἴσχετε. Ap. Guy. R. Pauw. Lipſ. — V. 2. ἀπρήκτοις ἐλπίσι. *Agath.* Ep. LXXVIII. 6. Spe vana amamus et tantum non furimus. Vide ad *P. Silent.* Ep. X. 3. — ¶. 158.] V. 3. ἐπὶ ψαφαρήν, intell. γῆν. θάλασσαν ἀντλεῖν cum aliis proverbiis de rebus inutiliter ſuſceptis laudatur in Append. Vat. III. 49. p. 305. — Mox junge ψεκάδα ἀπὸ Λιβύσσης ψάμμου, abundante ἀπὸ, ut paſſim (vide ad Scol. XXII. T. I. P. I. p. 308.) et ἀριθμητὴν ἀρτιάσαι pro ἀριθμῆσαι, *numerare arenam Libycam.* Vulgo dicitur per paroemiam ἄμμον μετρεῖν. *Diogen.* Prov. II. 27. Similiter *Theocrit.* XVI. 60. ἀλλ' ἶσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ᾀόνι κύματα μετρεῖν, Ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ, Ἢ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοειδέϊ πλίνθον. Ad noſtrum locum plurimum facit *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXVI. 9. p. 32. ἄδικος ἡ μῖξις, ἄγονος ἡ συνουσία· ἐπὶ πετρῶν σπείρεις, ψάμμους ἀροῖς· μετένεγκε τὰς εὐφροσύνας ἐπὶ τὴν φύσιν, τρέψον ἐπὶ τὴν γεωργίαν τοὺς ὀφθαλμούς, ἐγκάρποις ἥσθητι ἡδοναῖς· ὥς κε μὴ ἄσπερμος γενεὴ μετόπισθεν ὄληται. — Ceterum ψεκάδες ſunt res quaeque minutiſſimae, ramenta. *Brunck.* ad *Ariſtoph.* Pac. 121. — V. 6. ἐνιχθονίοις ἡδύ τε ἀκαμάτοις. Vat. C. quod in plurimis Apogr. emendatum eſt. — Fruſtra puerorum amorem tibi certum fore ſperas, quum eorum pulchritudo a Diis hominibusque expetatur, ut nunquam adeo a rivali tutus ſis. — V. 7. εἰς κενὸν ἤμαρ. Vat. C. ἡμῶν emendatum in marg. Ap. Guy. et R. recte ſine dubio. — V. 8. μόχθοις. Vat. C. et ἐκκέχυται. Omnes labores, quos inſumſeram, perierunt. Metaphora ducta ab agricola in litoris arena ſementem faciente. ψάμμον ἀροῦν ex *Maximo Tyrio* paulo ante laudavimus. Simile eſt hoc ap. *Theogn.* v. 108. ἶσον γὰρ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς· Οὔτε γὰρ ἂν πόντον σπείρων, βαθὺ λήϊον ἀμῷς, Οὔτε κακοὺς εὖ δρῶν, εὖ πάλιν ἀντιλάβοις.

*XXXV.* Vat. C. p. 593. Obſcurum Epigramma, nec fortaſſe integrum. Eſt dialogus aut inter ſervum et

herum, aut inter puerum et ſervum paederaſtae. — V. 1. *A.* Ne mihi hoc itera! *B.* Quid culpae admiſi? Ipſe me miſit. αὐτὸς aut *dominus* eſt, ut paſſim; vide *Abreſch.* Lectt. Ariſt. p. 207. aut puer amatus. Hoc fere malim. Puer amanti iratus invito animo ejus nuntium accipit. Servus deprecatur iram, ſervitii neceſſitatem praetexens. Pro ἔπεμψε tamen in marg. Ap. Guy. et Ruhnk. ἐπέμψω notatum. Sequ. verſu fortaſſe mutata interpunctione legendum:

α. δεύτερον οὖν φήσεις; β. δεύτερον εἶπεν. ἴθι.

Num igitur denuo repetere audes, quae mihi ingrata eſſe intelligis? — Tum ſervus reſpondet: Quidni faciam? Iterum iterumque mihi dominus dixit: abi, nec cunctare. — Ad ἐκείνου ſubaudiendum videtur ῥήματα vel ſimile quid. — V. 4. εὑρήσω χ' ἥξω. Vat. C. Ordinem verborum mutavit cl. editor. At in his equidem caecutio. Pro οἶδα C. de Pauw οἶσθα malebat; fortaſſe recte. — Senſus latere videtur nequam, ut ap. *Meleagr.* Ep. XLVI. *Philodem.* Ep. XVII. σὺ δ', ὦ φιλεράστρι' ἄκοιτις, Ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα. At totius carminis contextum alii explanabunt, qui nobis ſagacitate praeſtant.

*XXXVI.* Vat. C. p. 584. Prius diſtichon edidit *Wetſten.* ad N. T. I. p. 400. Totum *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 73. In puerum reliqua venuſtum, ſed pedibus minus eleganter formatis. Optimae notae carmen. — V. 1. βοᾶτε Vat. C. male. — οὐχὶ Ap. Lipſ. — V. 2. Vide *Eraſmi* Adag. III. Cent. 94. — πᾶσι δέδωκαν *Klotz.* — V. 3. ἐν ὄμμ. Ap. Lipſ. — Mox *Klotz.* male ἀπερείσαμος ex conjectura ſua. Nihil verius lectione codicis, qua *inſignis* verecundia in pueri oculis laudatur. — V. 4. ἀμφιτέθαλε χάρις. Cf. ad *Rhian.* Ep. IV. T. I. P. II. p. 323. — V. 5. Conf. Ep. *Antip. Sidon.* III. — V. 8. „Male in Cod. ſcriptum: κάλλεϊ δέ σ' ἑτέρῳ τέρψει ἀγαλλόμενος." *Br.* At in Apogr. Spallett. eſt σφετέρῳ, quod etiam in membr. legi nullus equidem dubito. — Eſt

in his verſibus ſuavis ironia: Illud pedis vitium crepida occultabis, cujus elegantia haud ſecus ac tua pulchritudine laetaberis. Si vera eſt *Branckii* emendatio ἀγαλλόμενον, hoc pro σὲ poſitum eſt. *Pauw* ἀγαλλομένα tentabat, *crepidam* ſibi fingens Pyrrhi pulchritudine delectatam. Omnino male.

*XXXVII.* Vat. C. p. 585. Plan. p. 485. St. 630. W. Sic plane *Philodem.* Ep. XX. γιγνώσκω, χαρίεσσα, φιλεῖν πάνυ τὸν φιλέοντα, Καὶ πάλι γιγνώσκω τόν με δακόντα δακεῖν. ubi vide not. T. II. P. I. p. 230. — V. 1. κἢν μ' ἀδικεῖ. Vat. C.

*XXXVIII.* Vat. C. p. 514. „Ex ordine, quo hîc „poſita ſunt hoc et ſequ. Epigramma, quo ſenſu intelli„genda ſint, animadvertitur. Planudes ea retulit in „L. I. cap. Εἰς χρόνον.“ *Br.* p. 122. St. 176. W. Puerum monet, ut tempore utatur, antequam pili tenerum haedum in hircum vertant. — ἔριφοι autem appellantur pueri meritorii. cf. *Lucill.* Ep. V. 6. T. II. P. II. p. 440. — Cum ſenſu totius diſtichi conſpirat *Strato* Ep. LVII. *Martial.* L. IV. 7. *Cur here quod dederas, hodie, puer Hyle, negaſti? Durus tam ſubito, qui modo mitis eras? Sed jam cauſſaris barbamque, annosque, piloſque: O nox, quam longa es, quae facis una ſenem!*

¶. 159.] *XXXIX.* Vat. C. p. 515. Plan. p. 122. St. 170. W. Similiter *Rufinus* Ep. XXXVIII. ad exoletum: μηδὲ συνάντα· Ἀντὶ ῥόδου γὰρ ἐγὼ τὴν βάτον οὐ δέχομαι. Commentarii inſtar eſt locus *Achill. Tat.* L. II. p. 98. ubi quis de puerorum agens κάλλει, ὅτι παρακύψαν μόνον οἴχεται καὶ οὐκ ἀπολαῦσαι δίδωσι τῷ φιλοῦντι. ubi in verbo παρακύψαι de roſa cogitavit auctor e calyce prorumpente. *Galenus* in Suaſ. ad Art. c. VIII. ἄμεινον οὖν ἐστιν ἐγνωκότας τὴν μὲν μειρακίων ὥραν τὴν ἠρίνοις ἄνθεσιν ἐοικυῖαν, ὀλιγοχρόνιον δὲ | τὴν τέρψιν ἔχουσαν. *Ovid.* II. A. A. 115. *Nec violae ſemper, nec hiantia lilia florent; Et riget amiſſa ſpina relicta roſa. Et tibi jam cani venient, formoſe, ca-*

*pilli.* — ἢν δὲ παρέλθῃ, οὗτος ὁ βαιὸς χρόνος ſcil. Idem dicit, ſed efficacius etiam, paroemia ap. *Suidam* T. III. p. 262. ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν. ubi *Kuſtero* παρελθὸν corrigenti non debebat calculum adjicere *Toupius* Em. in Suid. p. 400. Hoc enim dicere voluit paroemiae auctor: Roſam florentem ubi praeterieris, non amplius invenies; tam cito perire ſolet! Hoc ſenſu certe accepit *Suidas*, cum addit: ἐπὶ τῶν κυδαινόντων τινά. Alii in alium ſenſum detorſerunt. Vide *Gatacker.* ad *Antonin.* XI. 33. p. 342.

*XL.* Vat. C. p. 409. „Miſere corruptum eſt in „membranis hoc epigr. quod ideo omiſſum in Gaulmini „codice. Aliquanto emendatius editum eſt a ſagaciſſimo „Toupio in Addend. in Theocrit. p. 392. Salmaſii no„tis adjutus aliter pridem emendaveram. Utri felicius „res ceſſerit, judicent eruditi, qui ſi ſecundum Toupium „pronunciaverint, a tanto viro me vinci facile patiar. „Obſcoenum eſt carmen, ſed tam planum nunc et perſpi„cuum, ut interpretatione non indigeat. Dialogus eſt „duorum caprariorum in Hermaphroditi ſtatuam. λακόπυ„γος non comparet in lexicis; ſed vox proba eſt, quae „etiam duplici κ ſcribitur. Occurrunt apud Pollucem „p. 237. λακόπεδον et λακοσχέας.“ *Br.* Venuſtum eſt Epigramma et optimae aetatis, ſed vereor, ut Hermaphroditi ſtatuae conveniat τὸ φάλανθον βρέγμα, aut ut omnino de ſtatua agatur. Sed ut recte judicari poſſit de ſenſu carminis, lectionis primum auctoritas examinanda videtur. Quod ut rectius fiat, agedum, totum carmen, ſicut in membr. habetur, adſcribam:

Ἄδηλον. μιαρὸν τὸ ἐπίγραμμα ὅλον καὶ αἰσχρουργότατον.

Χαίρω τὸν λακόρυζον ὁρῶν θεὸν εἰςτοφάλανθον
βρέγμ' ὑπὸ τὰν ὄχναν αἰπόλε τυπτόμενον.

*αἰπόλε τοῦτον ἐγὼ τρὶς ἐπύγισα τοὶ δε τραγίσκοι*
*εἰς ἐμὲ δερκόμενοι τασχιμέρας ἔβλεπον.*
*ὄντως Ἑρμαφρόδιτε πεπύγικεν οὐ μὰ τὸν ἑρμᾶν*
*αἰπόλε καὶ τὸν πᾶν αἰπόλε καπιγελῶν.*

— V. I. λακέρυζον emendavit *Toup.* Nota eſt λακέρυζα κορώνη ex *Heſiodi* Εργ. 747. ap. *Heſych.* λοίδορος· φλύαρος. quod Satyris et Silenis aptum eſt epitheton. Idem *Pauwio* in mentem venerat. λακόπυγος formatum ad analogiam τοῦ λακκόπρωκτος, qua voce utitur *Ariſtoph.* in Nub. 1333. — In marg. Ap. Ruhnk. notata ſunt haec: λακερύζειν. *multa verba facere. nugari. conviciari.* — φάλανθον βρέγμα. πολιόν. *Heſych.* Eſt et canum et calvum caput. Vide quae collegit *Menag.* ad *Diog. Laërt.* VII. 160. p. 330. Hoc alicui ex ſenioribus Satyris, Sileno aut Priapo convenit. — Elegans eſt vſ. 2. emendatio αἰγᾶν, quae jucundam imaginem praeſtat capellarum cum Deo quodam calvo arietantium. In Ap. Guy. et Ruhnk. eſt ἄχναν, quod nullius eſt pretii. — V. 3. Si caprarius ſenilem Deum paedicavit, id per contumeliam feciſſe putandus eſt, ut ille ap. *Theocrit.* Eid. V. 41. ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι Αἴδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη. qui locus ad noſtrum eſt aptiſſimus. — Mox ἔβλεπον Codicis ſervavit *Toup.* At hoc non explet poëtae mentem, et gravius quid deſiderari vel Theocriteus locus oſtendit. Admodum itaque veriſimilis, certe elegans et docta eſt *Salmaſii* emendatio in marg. Guy. et Ruhnk. ἐβάτευν. Quod ſi *Virgilius* in exprimendis Theocriteis (III. Ecl. 8. *Novimus et qui te, transverſa tuentibus hircis, Et quo, ſed faciles Nymphae riſere, ſacello.*) turpiora omiſit, in eo caſtitatem poëtae laudamus, a qua laude Anonymus noſter longiſſime abfuit. βατεῖν ſic uſurpat *Theocrit.* Eid. I. 87. ὡ'πόλος ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας, οἷα βατεῦνται. — V. 5. 6. In his verſibus emendandis valde recedit *Br.* a *Toupio.* Hic ſcripſit audaci conatu:

οὕτω σ', Ἑρμαφρόδιτε, πεπύγικα· καὶ μὰ τὸν Ἑρμᾶν,
αἰπόλε, καὶ σαυτόν· αἰπόλε, κἀπεγέλων.

ubi in poſteriore verſu emendando certe a vero aberravit. καὶ μὰ eſt in Ap. Ruhnk. ναὶ μά, Ap. Guy. Pro ὄντως in marg. Ruhnk. ὂν τῶς notatur. — *Brunckii* emendatio elegans eſt et probabilis in reliquis; at quod Hermaphroditum a caprario πεπυγισμένον ponit, id mihi quidem a contextu alienum videtur. In hac voce ſinceram puto lectionem Codicis Ἑρμαφρόδιτε, quo non notus ille Mercurii filius, ſed ipſe caprarius ſignificatur. *Suidas:* Ἑρμαφρόδιτος· ἢ τὸν ἀμφότερα ἔχοντα τὰ μόρια — ἢ τὸν αἰσχρῶς καὶ ποιοῦντα καὶ πάσχοντα. Similiter Σατυρίσκον appellat laſcivum hominem *Theocrit.* Eid. IV. 62. et XXVII. 48. — Hoc admiſſo fortaſſe probanda *Reiskii* lectio in not. mſt. πεπύγικας. — Ultima verba κἀπεγέλων firmare videntur, quod ſupra dixi, caprarium non tam libidinis, quam contumeliae cauſa, illud flagitium ſe admiſiſſe gloriari. Fateor, mihi haec nondum ſatis expedita videri, propius tamen *Brunckium* ad veritatem acceſſiſſe puto quam Britannum criticum.

*XLI.* Vat. C. p. 542. Planud. p. 131. St. 189. W. Salſum Epigramma. Patricii filius omnes amantes a ſe absterret; hoc ſanctitati ejus tribuendum videtur; at illum amantes fugiunt, quod eum Κύπριδι οὐχ ὁσίῃ, nefandae Veneri, deditum norunt. Haec fellatorem notant.

*XLII.* Vat. C. p. 553. qui Ἀμμιανοῦ inſcribit, quod in Plan. p. 153. St. 223. W. ἄδηλον eſt. Non eſſe puerile hoc carmen apparet ex diſticho ejusdem poëtae in eundem Polemonem, quod in membr. praecedit: nec *Planudes* amatorium eſſe putavit, ap. quem legitur in Tit. εἰς κλέπτας. Nihil hîc viderunt interpretes, quorum errores exagitat cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 251. ſqq. qui de judice venali et corrupto agi praeclare vidit. Idem jam diu antea viderat vir doctiſſimus *Triſtan.* T. I.

p. 553. qui etiam, quod *Huſcbkium* fugit, hominem illum detexit, in quem hoc diſtichon ſcriptum eſt. Fuit is Polemo Sophiſta, qui ſub Trajano et Hadriano floruit, cujus vitam *Philoſtratus* ſcripſit L. I. 25. p. 530. ſqq. Ei *Antonii* nomen fuiſſe, apparet ex marmore Oxon. XXVIII. p. 95. ubi Smyrnaei dicuntur ἐπιτυχεῖν παρὰ τοῦ κυρίου Καίσαρος Ἀδριανοῦ δι' Ἀντωνίου Πολέμωνος — μυριάδας ἑκατὸν πεντήκοντα. unde *Olearius* recte emendavit §. II. p. 533. Ἀντώνιος Πολέμων pro Ἀντωνῖνος, praeeunte *Rubenio*. Hunc hominem fraudis ap. Smyrnaeos ſuſpectum multisque ob alias cauſas inviſum fuiſſe, ex ejus vita ap. *Philoſtratum* abunde prodit. Senſus diſtichi igitur hic eſt: Antonius es, Polemon, quod nemo ignorat; nunc autem ὤνιος, i. e. venalis, es factus. Similis eſt luſus *Ammiani* Ep. VIII. T. II. p. 386.

*XLIII.* Vat. C. p. 582. Plan. p. 485. St. 630. W. Se a Venere tribus ſagittis confixum eſſe conqueritur. Perſpicuum eſt carmen. — V. 3. Vulgo ἦν δ' ἂ. Et ſic membr. niſi quod ibi etiam ἀπαυνεύσω legitur. In Sched. Tryll. ἧ. *Schneider*. Peric. crit. p. 24. τῇ vel ποῖ emendabat, quod praecedentis ſyllabae menſura vix tulerit. Praeferenda cl. editoris lectio, in quam etiam *Pauw* incidit, ᾗ δ' ἀπονεύσω. Eodem ſenſu *Meleager* Ep. III. ποῖ ῥέψω; ποτὶ παῖδ' ἢ ματέρα. ubi vide not. p. 18. — Ad τῇ *Pauw* ſubaudiens κόρῃ, et de duabus tantummodo hoc verſu agi videns, vitii ſuſpectum habuit praecedens diſtichon, ubi tentat: τί μοι διssοὺς — ἰοὺς et διssὰ βέλη. At neſcio equidem, an liceat poëtas ſic in ordinem redigere. Senſus eſt: In varias partes trahor, ſive hic illic cruciatibus afficior. Non igitur ad τῇ ſubaudiverim κόρῃ, ſed pro adverbiis loci acceperim, ut ap. *Heſiod.* Scut. 210. δελφῖνες τῇ καὶ τῇ ἐθύνεον.

*XLIV.* Vat. C. p. 584. Edidit *Dorvill.* in Vanno crit. p. 155. Veneri exprobrat amoris cruciatus, quibus laborat. — V. 1. οἴων. Vat. C. et *Dorv.* οἶον eſt in

marg. Guy. et Ruhnk. Jam olim mihi emendandum eſt viſum:

*εἰς οἷόν με πόθων λιμέν' ἄξενον, ὦ Κύπρι, θεῖσα.*

Idem placuit *Cornelio de Pauw* in not. mſt. Nota eſt ſignificatio τοῦ ἄξενος, qua *ferum*, *importunum*, *periculorum plenum* ſignificat locum. *Eurip.* Cycl. 91. ἄξενον στέγην ἐμβεβῶτες. Androm. 795. ἄξεινον ἐκπεράσαι ξυμπληγάδα. — V. 2. πεῖραν ἔχουσα πόνων. *Sophocl.* Trach. 142. ὡς ἐγὼ θυμοφθορῶ, Μήτ' ἐκμάθοις παθοῦσα· νῦν δ' ἄπειρος εἶ. *Meleager* Ep. XLI. οἶδα παθὼν ἐλεεῖν. — V. 3. ἢ Vat. ἣ Ap. Lipſ. — τοῦτ' ἔπος εἰπεῖν, glorioſae jactationis notionem habet. — V. 4. μόνη. Vat. C. quod revocandum. Pro ἔτρωσε haud ſcio an melius legatur ἔτρωσα. Ad ſenſum inprimis comparandum *Meleagri* Ep. XXXVII. — τὸν σοφὸν ἐν Μούσαις. *Meleager* Ep. CXXIII. 16. κὴν Μούσαις ποικίλος ὑμνοθέτας. *Theocrit.* Eid. VII. 12. ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδωνικὸν ἄνδρα.

¶. 160.] *XLV.* Plan. p. 332. St. 471. W. ubi ſequitur Ep. *Gabrielii* in Amorem, quod legitur in Analect. III. p. 7. In eundem Amorem hoc diſtichon compoſitum eſſe, ſignificat lemma in Planudea: εἰς τὸν αὐτόν. Commodior videtur interpretatio de amante, qui ſe totum amoris flammis ardere dicat; nec tamen certa. Si amatorium eſſet carmen, vix deſideraretur in membr. Vat. quae nonniſi iis carent carminibus, quae imagines et ſtatuas deſcribunt.

*XLVI.* Vat. C. p. 360. in Capite τῶν ἐπιδεικτικῶν, cum lemmate: ἀδέσποτον. τοῦτο οὐκ ἐπιδεικτικὸν, ἀλλ' ἐρωτικόν τι ἐπίγραμμα. Tanquam ἀδέσποτον citatur etiam ap. *Stobae.* Tit. LXI. p. 389. 21. *Gesn.* 253. *Grot.* Nec ejus auctorem indicavit, qui latinam *Portii Licinii* imitationem laudat, *Aul. Gell.* XIX. 9.

*Cuſtodes ovium, teneraeque propaginis agnum,*
*Quaeritis ignem? ite huc, quaeritis? ignis homo eſt.*

*Si digito attigero, incendam ſylvam ſimul omnem,*
*Omne pecus flamma eſt, omnia quae video.*

Neſcio igitur, qua auctoritate relatum ſit inter Callimachea T. I. p. 330. ed. *Ern.* — V. 3. ἅψον. Similiter de Cyniſca erubeſcente: χ᾽ ἤφθα᾽ εὐμαρέως κεν ἀπ᾽ αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψαις. ubi *Caſaubon.* Lectt. Theocr. c. XV. noſtrum Epigramma comparavit. — V. 3. γάρ μιν. Vat. C.

*XLVII.* Vat. C. p. 111. Plan. p. 450. St. 584. W. Nullas moleſtias periculave amantem timere affirmat auctor. Cf. *Aſclepiad.* Ep. XXVI. — V. 2. εἰς κρ. καὶ εἰς. Vat. C. De inſigni periculo. *Philodem.* Ep. XVI. οἶδ᾽, ὅτι πὰρ κρημνὸν τέμνω πόρον, οἶδ᾽, ὅτι ῥίπτω Πάντα κύβον κεφαλῆς αἰὲν ὕπερθεν ἐμῆς. — V. 3. πόνοις. Vat. C. a pr. m. θ ſuperſcriptum. — ἀπαυδῆσαι πόνοις dicuntur, qui laboribus obruti ſpei renuntiant. *Pſeudo-Plut.* de Liber. Educ. T. II. p. 9. B. σπεύδοντες γὰρ τοὺς παῖδας ἐν πᾶσι τάχιον πρωτεῦσαι, πόνους αὐτοῖς ὑπερμέτρους ἐπιβάλλουσιν, οἷς ἀπαυδῶντες ἐκπίπτουσι. — V. 3. Similis eſt color in Ep. *Poſidippi* IX. T. II. p. 48.

*XLVIII.* Vat. C. p. 95. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 117. nr. 294. Cum hoc diſticho *Schneider.* Per. crit. p. 8. jungendum cenſebat illud, quod vulgo finem conſtituit Ep. *Pauli Silent.* III.

καὶ τίς ὑποτλαίη; τάχα τις τάχα τοῦτο ταλάσσας
δίψαν Ταντταλέην τλήσεται εὐμαρέως.

Cui conjecturae obſtat duplex diſtichi noſtri verſio ap. *Claudianum* nr. LXXXIX. XC.

*Paupertas me ſaeva domat, dirusque Cupido.*
*Sed toleranda fames, non tolerandus amor.*

* * *

*Eſuriens pauper telis incendor amoris.*
*Inter utrumque malum diligo pauperiem.*

*XLIX.* Vat. C. p. 140. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. nr. 394. p. 696. Ludibundus poëta Cupidinem ab iis, quos ſagittis vulneravit, comprehenſum fingit, Veneremque hortatur, ut periclitanti filio auxilium ferat. Simile phantaſma obverſabatur *Auſonio*, cum Amorem ab Heroïnis punitum fingeret in *Amore cruci affixo.* — V. 1. ἐσούατα. Vat. C. et ſic *Reisk.* — V. 2. οὐ λαλέεις vix ſenſum habet idoneum. Legendum cum *Reiskio*:

οὐκ ἀλέγεις, Παφίη;

*L.* Vat. C. p. 444. Plan. p. 63. St. 91. W. Luſus minime probabilis, qui ductus videtur ex *Callimach.* Ep. XVI. Initio Vat. C. τρεῖς εἰσιν αἱ χάριτες. — „σὺ „δὲ μία. Sic recte in duobus Planudeae codicibus, ſalvo „metro, de quo male ſolliciti ediderunt σὺ δὴ μία." *Br.*

¶. 161.] *LI.* Vat. C. p. 101. Plan. p. 476. St. 618. W.

*LII.* Vat. C. p. 101. Plan. p. 483. St. 627. W. Amores ſuos Deorum exemplo excuſat. — V. 1. δαείς, cum reſciverit. Friget hoc vocabulum. φοιτῶ. Cf. not. ad *Agath.* Ep. XXXI. — ἰξόν. *Meleager* Ep. IV. de oculis ſuis: ὦ προδόται ψυχῆς, παίδων κύνες, αἰὲν ἐν ἰξῷ Κύπριδος ὀφθαλμοὶ βλέμματα χριόμενοι. ubi ſimilia quaedam notavi. — θηρευτήν. omnia, quae pulchra et venuſta ſunt, aucupantem iisque inhaerentem. De verbo θηρᾷν in re amatoria uſurpato vide *Dorvill.* ad *Char.* p. 555. ſq. Auctor translationis *Plato* in Conv. p. 203. D. ubi Amor dicitur θηρευτὴς δεινός, ἀεί τινας πλέκων μηχανάς. unde emendandus *Themiſtius* Or. XIII. p. 162. D. — V. 3. καὶ Ἀΐδα. *Moſchus* Eid. I. 14. de Amore: μικκύλα μὲν τήνω τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει, Βάλλει κ' εἰς Ἀχέροντα, καὶ εἰς Ἀΐδεω βασιλῆα. — V. 5. Ad haec nemo eſt qui non meminerit loci Terentiani in Eunucho III. 5. 40. ubi Jovem ad Danaën deſcendentem in tabula videns Chaerea: *Quem Deum!* ait, *qui templa coeli ſumma ſonitu*

*concutit.* *Ego homuncio hoc non fecerim? Ego vero illud fecerim et lubens.* Deorum amoribus recenſitis *Clemens Alex.* Coh. ad Gent. p. 28, 24. τούτους ὑμῶν αἱ γυναῖκες προςκυνούντων τοὺς θεούς· τοιούτους δὲ εὐχέσθων εἶναι τοὺς ἄνδρας τοὺς ἑαυτῶν, οὕτω σώφρονας, ἵνα ὦσιν ὅμοιοι τοῖς θεοῖς, τὰ ἴσα ἐζηλωκότες· τοιούτους ἐθιζόντων οἱ παῖδες ὑμῶν σέβειν, ἵνα καὶ ἄνδρες γενήσωνται, εἰκόνα πορνείας ἐναργῆ τοὺς θεοὺς παραλαμβάνοντες.

*LIII.* Vat. C. p. 365. Plan. p. 56. St. 79. W. Simile hoc eſt *Sidonii Apollinaris* Carm. XI. 89.

*Nec minor haec ſpecies, totiens cui Juppiter eſſet,*

*Delia, taurus, olor, Satyrus, draco, fulmen et aurum.*

Amori iratus Jupiter ap. *Lucian.* II. Deor. Dial. T. II. p. 4. ed. Bip. σκόπει, ὦ κατάρατε, εἰ μικρά, ὅς ἐμοὶ μὲν οὕτως ἐντρυφᾷς, ὥςτε μηδέν ἐστιν ὃ μὴ πεποίηκάς με, Σάτυρον, ταῦρον, χρυσόν, κύκνον, ἀετόν.

*LIV.* Vat. C. p. 374. Plan. p. 11. St. 20. W. Ap. *Stobae.* Tit. LXI. p. 389. 5. *Geſn.* 252. *Grot.* Jovis cum Amore dialogus. Paucis verbis impudentis pueri indoles adumbrata. Similis color eſt in Epigr. *Moſchi* T. I. p. 411. Ap. *Achillem Tat.* L. I. 1. Amor in tabula picta ἐπέστραπτο ὡς ἐπὶ τὸν Δία καὶ ὑπεμειδία, ὥςπερ αὐτοῦ καταγελῶν, ὅτι δι' αὐτὸν γέγονε βοῦς.

*LV.* Vat. C. p. 140. Plan. p. 487. St. 632. W. Sequioris aevi foetus. — V. 1. ὑφ' ἑσπερίᾳ. Vat. C. — ὑγροῖς. *tenet aſſuetis humectans oſcula labris.* *Lucret.* IV. 1190. — V. 2. νέκταρ. *Alciphron* I. Ep. 38. p. 178. ὡς δὲ ἡδύ τι καὶ ἀκήρατον ἀπὸ τῶν φιλημάτων νέκταρ ἔσταζεν. *Horat.* I. Odar. XIII. 15. *Oſcula quae Venus Quinta parte ſui nectaris imbuit.* *Statius* II. Sylv. I. 48. *Oſculaque impliciti vernos redolentia flores.* — V. 3. ἔρωτα πεπωκώς. *Euſtath.* de Am. Ism. IV. p. 116. καὶ πίνων οὐ πίνω, καὶ μὴ πίνων πίνω τὸν ἔρωτα.

*LVI.* In Vat. C. p. 88. nomen non adſcriptum. τοῦ αὐτοῦ (i. e. *Meleagri*) additum in Plan. p. 472. St. 613.

W. Meretricis avarae, quam diu fruſtra expetiverat, amplexibus ſibi frui viſus erat poëta; quare nullis amplius precibus apud barbaram et crudelem puellam uti conſtituit. Nota hiſtoria de Thonide, meretrice, ap. *Plutarch.* Vit. Demetr. c. 27. T. VI. p. 34. ed. Tub. ἐπεὶ γάρ τις ἐρῶν ἐν Αἰγύπτῳ τῆς ἑταίρας Θωνίδος, ᾐτεῖτο συχνὸν χρυσίον, εἶτα κατὰ τοὺς ὕπνους δόξας αὐτῇ συγγενέσθαι, τῆς ἐπιθυμίας ἐπαύσατο. — V. 1. „τὴν βαρύμισθον. Sic Vat. „membr. Hanc lectionem habet etiam optimus Planudeae „cod. reg. ſed e correctione βαρυ ſupra πολυ ſcripto. Cetera, quae a vulgatis differunt, dederunt optimae mem- „branae.“ *Br.* Vulgo τὴν πολύμισθον. — Meretricem, omnem civitatem amore ſui incendentem, καταφλεξίπολιν facete appellat poëta, cui fortaſſe obverſabatur ſimile cognomen Lamiae, Demetrii Poliorcetae amicae tributum. Haec enim appellabatur ἑλέπολις. — V. 2. οἱ βουλόμενοι. qui quaerunt, quomodo libidinem expleant. Vide *Abreſch.* Lectt. Ariſtaen. L. I. p. 106. Idem eſt de viro πειρᾶν, quod hoc ſenſu paſſim occurrit, et in fr. *Machonis* de Phryne ap. *Athen.* L. XIII. p. 583. C. ubi certa emendatione legendum:

> περίμενε τοίνυν καὶ σύ, φησίν, ἕως ἂν αὖ
> βινητιάσω καὶ τοσοῦτον λήψομαι.

— ἐρευγομένην. totos theſauros vomentem ac poſcentem, vertit *Brodaeus;* quaſi idem eſſet *vomere* ac *poſcere.* At haec ſibi oppoſita ſunt. *Grotius: ingenti pretio ſueta licere viris.* Videtur verbum ἐρεύγεσθαι transitiva vi accipiendum eſſe: quae viros cogebat, aurum ipſi effundere, viros itaque *emungens.* Similis uſus exempla deſidero. — V. 4. Vulgo χαριζόμενος, quod cum ὄνειρος conjunctum etiam elegans eſt. At praeferenda erat optimi cod. lectio χαριζομένην. Sic puella ſine ulla mercede amanti corporis ſui faciebat copiam. *Mnaſalc.* Ep. I. ἴσθ' ὅτε τοῖς καλοῖς πάντα χαριζομένα. Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 274. *Wernsdorf.* ad *Himer.* p. 353. — ¶. 162.]

V. 5. laudat *Suidas* in γουνάσομαι. T. I. p. 493. — ἐπ' ἐμαυτῷ. *ob ſortem meam* plorabo. Vehementer jejunus eſt hujus verſus exitus, quare fere exiſtimaverim, ſcriptum eſſe olim:

οὐδ' ἐπὶ παστῷ

κλαύσομαι.

*nec ad ejus limina plorabo*. Ep. ἀδεσπ. XI. ἔστρωμαι δὲ κόρης ἐπὶ παστάδος αἰὲν ἄϋπνος. Idem παστὰς et παστός, ut apparet ex *Heſychio* v. ubi vide Interpp. — V. 6. ἔχων κεῖνα χ. Vat. C. Prius revocandum deleta interpunctione poſt κλαύσομαι. ἔχων κεῖνο vulgo. Verum eſt κεῖνα, quo pronomine res obſcoenae tecte ſignificantur. Iis, quae notavi ad *Straton.* Ep. L. T. II. P. III. p. 95. adde *Lucian.* T. III. p. 25. πιττοῦσθαι χρὴ μάλιστα μὲν τὰ πάντα, εἰ δὲ μὴ πάντως ἐκεῖνα. Ibid. T. III. p. 119. πάσχειν καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα.

*LVII.* „Epigramma hoc e ſchedis Leichii habuit „Reiske. An veteris poëtae ſit, valde dubito.“ *Br.* Legitur nec in Vat. C. nec in Planudea. In ſched. Leich. erat εἶλε καὶ, quod fortaſſe ſic ſcriptum erat ad fraudem celandam. Similem ideam primus, ni fallor, poëta Gallicus expreſſit, *Clement Marot*, in carmine epigrammatico, cujus initium: *Amour trouva celle qui m'eſt amère.* Hoc Epigramma in memoriam revocat locum *Libanii* T. IV. p. 1070. ed. R. in deſcriptione pulchrae puellae: Ἔρως εὐτύχει (legendum forte εἱστήκει) παρ' αὐτῇ τὰ τόξα τείνων, καὶ πικρὸν ἐπαλείφων τοῖς βέλεσι φάρμακον, καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἐκείνης ὀμμάτων ἐμπιστεύων τὴν τόξευσιν· ἵστατο γοῦν ἡ κόρη μέσον Μουσῶν καὶ Χαρίτων καὶ Ἔρωτος· ταῖς μὲν παγκάλως συμπαίζουσα, τοῦ δὲ τὴν βελοθήκην κενοῦσα (ſic leg. cum Morellio pro κινοῦσα) ταῖς τῶν ὀμμάτων τοξεύσεσιν.

*LVIII.* „In Planudea p. 478. St. 621. W. Epi„gramma hoc Dionyſio Sophiſtae tribuitur et tribus „conſtat diſtichis. In membranis duo ſunt diſticha tan„tum, quae ſingula epigramma faciunt. Priori praefi-

„xus titulus: ἀδέσποτον εἰς ἐρωμένην. alterius titulus „eſt: ἀδέσποτον ὁμοίως. Poſterius habet apogr. Bu„herianum. Tertium in membr. non comparet, et „ſpurium videtur; fortaſſe ipſius Planudis, qui ſua ſibi „habeat. Adumbratum eſt ex veteri ſcolio, quod ha„bes Tom. I. p. 158. XIX.“ *Br.* Fallitur cl. editor, tum tertium illud diſtichon in membranis extare negat. Duo priora ibi habentur p. 100. tertium, quod *Planudis* fuiſſe putat *Br.*, ibidem legitur p. 695. ſic:

Θεοφάνους ἐρωτικόν.

Εἴθε κρίνον γενόμην ἀργέννaον, ὄφρα με χερσὶν
ἀραμένη μᾶλλον σῆς χροτιῆς κορέσῃς.

In Plan. eſt λευκόχροον. Ineptum hoc diſtichon peperit ſtudium illud eandem ſententiam variandi, cui etiam Anth. Lat. tot ridicula Grammaticorum Epigrammata debet. Peccavit autem *Planudes*, qui diverſorum auctorum verſus conjunxit, eosque omnes ad *Dionyſium* retulit, cujus diſtichon praecedit; (conf. cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 166. ſq.) nec *Brunckius* cauſam habebat ſatis gravem, cur ea, quae in membr. ſeparatim leguntur, conjungeret. Ex *Planudis* Anthologia tria haec diſticha duxiſſe videtur *Schol.* ad *Dion. Chryſ.* Or. II. de Regno ap. Morell. p. 95. 5. T. II. p. 556. ed. R. — V. 1. σὺ δὲ στίχουσα. Vat. C. καὶ σὺ στείχουσα. *Schol. Dion.* — V. 2. πνείοντα. Vat. C. — V. 4. ἀρσαμένη. Vat. C. Vitioſe *Schol. Dion.* ἀραμένη χιονοῖς στηθέεσιν χαρίσῃ. Idem in poſtremo diſticho ἀργέννaον cum membr. legit, et in fine verſ. ὄφρα με ῥισίν.

*LIX.* Vat. C. p. 195. Elegans hoc Epigramma edidit *Reisk.* in Anth. nr. 501. p. 45. Ex cod. protulit *Valcken.* ad Adon. p. 372. C. — V. 1. „Philaenium „meretrix, quam domi clam habuit Agamedes, veſtem ei „texuit. Alterius diſtichi ſenſus eſt: Operi jam intentae „ſunt meretrices, at matronae inertes colum et ſtamina „in quaſillis intacta relinquunt.“ *Br.* λάθρῃ et Ἀγαμηλοῦς Vat.

Vat. C. Hoc emendatum in marg. Ap. Guy. et R. κοσμηθεῖσα Ap. Lipſ. — εἰς κόλπους pro ἐν κόλποις. vide *Reiz.* ad Lucian. II. p. 568. III. 856. In Agamedis ſinu haerens, inter viri amati amplexus. — V. 3. αὐτὴ Κύπρις. Minus recte haec accepit *Reiskius*, quaſi puellae pulchritudo laudetur, quae, cum texeret, altera Venus eſſe videretur. Spectatur potius veſtis elegantia et Philaenii erga Agameden amor. De pulchra Circes tela *Homer.* Od. κ. 223. ἱστὸν — μέγαν, ἄμβροτον· οἷα θεάων Λεπτά τε καὶ χαρίεντα, καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται. unde *Valckenarius* ap. *Theocritum* XV. 79. tentabat: λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα· θεάων νήματα φασεῖς. — V. 4. ἀργὸς τάλαρος. in otioſo quaſillo penſa jacent et colus. Eſt hoc inter vulgares amoris effectus. *Horat.* III. Od. XII. 3. *Tibi qualum Cythereae Puer ales, tibi telas, operoſaeque Minervae Studium aufert — Liparei nitor Hebri.* ubi vide *Mitſcherl.* — γυναῖκες *matronae* h. l. ταῖς ἑταίραις opponuntur. Illis lanificium et Minervae Ἐργάνης opera cordi erant. *Alciphron* III. Ep. XLI. καὶ ἡ παρθένος δὲ ἡ παῖς, ἣν ἔχομεν ἐν ὥρᾳ γάμου, συλλαμβανέτω τῆς ἱστουργίας ταῖς θεραπαινίσιν, ἵνα εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα μὴ καταισχύνῃ τοὺς πατέρας ἡμᾶς. Καὶ ἄλλως δὲ εἰδέναι σε χρή, ὡς αἱ ταλασίαν ἀγαπῶσαι, καὶ τὴν Ἐργάνην θεραπεύουσαι, κόσμῳ βίου καὶ σωφροσύνῃ σχολάζουσι. ubi vid. *Bergl.* T. II. p. 130. ed. W. — V. 4. ἔχοι. membr. ἔχει emendavit *Reisk.* Nec aliter exhibuit *Valckenar.*

*LX.* Vat. C. p. 566. ἐπὶ γυναικὶ πρεσβυτέρᾳ νέῳ ἐνοχλησάντι. Plan. p. 136. St. 197. W. ubi *Opſopoeus* illud de ſene libidinoſo interpretatur. — V. 1. ἄλλην δρῦν βαλάνιζε. ἐπὶ τῶν ἐνδελεχῶς αἰτούντων τὶ, ἢ παρὰ τῶν αὐτῶν ἀεὶ δανειζομένων. *Suidas.* Vide *Erasm.* in Adag. Chil. I. V. 34. — V. 2. ἔκκαρον. Antiquiores edd. ἔκκαιρον Aſcenſ. et Steph. et ſic legendum eſſe ſponte vidit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. — ῥυτίδα μήλων. poma rugoſa. μῆλον ἐρρυτίδωτον eſt ap. *Antiphil.* Ep. VIII. ῥυσσαὶ καὶ δρυπετεῖς ἐλαῖαι. *Archeſtratus* ap. *Athen.* II. p. 56. C. Ad huma-

nae formae conditionem reſpiciens *Epigon. Theſſ.* Ep. I. T. II. p. 306. de uva: ἴδ' ὁ χρόνος οἷα δαμάζει· καὶ σταφυλὴ γήρως αἰσθάνεται ῥυτίδων. — V. 3. Similiter de meretrice, quae nonniſi juvenes recipiebat, *Ariſtaen.* I. Ep. XVIII. p. 45. τοῖς ἀκμάζουσι χαίρεις. – ὥστε διὰ φιλεραστείας μηδέν' ἀποβαλεῖν τῶν ἀνθούντων ἐν ὥρᾳ. — συνακμάζουσα ὀπώρα. puellae florentis aetatis. *Chaeremon* ap. *Athen.* L. XIII. p. 608. F. πολλὴν ὀπώραν Κύπριδος εἰσορᾶν παρῆν Ἄκραισι περκάζουσαν οἰνάνθαις χρόνου. Similia multa collegit *Mitſcherl.* ad *Horat.* II. Od. V. 10. p. 397. — V. 4. λευκὸν ἰδεῖν κόρακα. *Schneiderus* in Per. crit. p. 131. ex comparatione *Straton.* Ep. XXVII. hunc ſenſum extricat: Tu cana facta fruſtra quaeres corvum album, qui fructus marcidos comedat. At pro ἰδεῖν membr. ἰδὼν habent, quod gravioris corruptelae ſuſpicionem movet. In verbis λευκὸν ἰδὼν latere videtur vocabulum ad vetulam referendum, non ſine alluſione ad canos ejus; cum contra κόραξ juvenem nigris capillis indicet. Talem igitur ſenſum deſidero: Quid eſt, quod tu *alba columba* (vel ſimile quid) corvum tentes et ſollicites? — Ejusmodi quid latere ſuſpicor; at quid poëta ſcripſerit, dicere non habeo. — Ceterum λευκὸς κόραξ inter res raras paroemiace dici potuit, ut *cygnus niger* ap. *Juvenal.* VI. 165. *Lucian.* Ep. XXII. θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας, πτηνάς τε χελώνας Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην. *Corvi albi* mentionem injecit *Ariſtotel.* III. Hiſt. An. III. 12.

*LXI.* Vat. C. p. 203. *Marco Argentario* hoc Epigramma vindicat, quod ἀδέσποτον eſt in Plan. p. 483. St. 627. W. Lychno ſternutante, poëta optat, ut puellae adventus ipſi hoc omine ſignificetur. Hoc ominum genus diſerte commemorat *Ovidius* XIX. Heroid. 151. *Sternuit et lumen, (poſito nam ſcribimus illo) Sternuit, et nobis proſpera ſigna dedit.* Quo facto lucernae, ut numini cuidam, vino libabant: *Ecce merum nutrix fauſtos inſtillat in ignes.* Huc reſpexit etiam *Propert.*

IV. 3. 60. *Seu voluit tangi parca lucerna mero;* ad quem locum *Burm.* noſtrum Epigramma excitavit. Vide eundem II. 2. 34. et *Intrpp. Appuleji* Metam. II. p. 177. — V. 1. ἢ τάχα. Similiter caprarius ap. *Theocrit.* III. Eid. 37. ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἆρά γ' ἰδησῶ αὐτάν; — V. 2. εἰς Vat. — ¶. 163.] V. 3. καὶ γάρ. *utinam.* „Vulgo ἄναξ legitur, quod mutavi." *Br.* ἄναξ eſt etiam in membr. nec fortaſſe ſpernenda haec lectio. Numina hoc vocabulo appellari, ſatis notum eſt; pro numine igitur lucernam poëta colit ſtatim poſt omen editum, addito promiſſo, ſe illam pro *ſummo* inter divinantes Deos habiturum eſſe, ſi illud omen puellae adventum portenderit. — παρὰ τρίποδι. Ridicule haec verba interpretatur *Schol. Wech.* Senſus eſt: Tanquam Apollo apud mortales coleris, et tua oracula non minus magni fient, quam quae e tripode proferuntur. Facit huc Comicus ap. *Plutarch.* T. II. p. 513. F. Βακχὶς θεόν σ' ἐνόμισεν, εὐδαῖμον λύχνε, Καὶ τῶν θεῶν μέγιστος, ἢν αὐτῇ δοκῇ.

*LXII.* Vat. C. p. 92. Plan. p. 482. St. 626. W. Ad puellam de coma. — V. 1. Sive nigricante, ſive contra flaveſcente inceſſeris coma, ex aequo places. Cogitandum eſt de more mulierum comas tingendi. Vide *Intrpp. Ovidii* I. Amor. XIV. Orationis color eſt, ut apud *Tibullum* IV. 2. 9. *Seu ſolvit crines, fuſis decet eſſe capillis, Seu comſit, comtis eſt veneranda comis.* — V. 4. θριξὶ πολιῇσιν. *Plato* de Archeanaſſa Ep. VI. ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων δριμὺς ἔπεστιν Ἔρως. ubi vid. not. p. 341. — Hoc Epigramma *Rufini* eſſe putaverim.

*LXIII.* Vat. C. p. 425. Plan. p. 62. St. 90. W. Lemma recte conceptum eſſe dubito. In natantem puellam Epigramma ſcriptum eſſe, nihil evincit; ſufficit, puellam, quae laudatur, in Aegypto natam fuiſſe. — V. 1. πρώιαν Vat. C. πρῳάν Ed. Flor. pr. — V. 2. σταγόνων Οὐρανίων. Nota fabula de Veneris origine ex Urani ſanguine ap. *Heſiod.* Theog. 188. ſqq. — V. 3. Nilus

Oceanum aemulatus ex ſuis undis alteram Venerem progenuit. γλυκερῶν. propter fertilitatem undarum Nili, ni fallor. Eandem ob cauſam hoc epitheto Strymonem ornavit *Tullius Geminus*. Ep. VII. Στρύμων, Ἠμαθίης τὸ γλυκερὸν πέλαγος.

*LXIV.* Vat. C. p. 99. Plan. p. 472. St. In balneatricem formoſam. — V. 1. τί μ᾽ ἔκπυρα. Vat. C. τί δή ποτε eſt in Plan. Quid me igne lavas? nondum enim veſte depoſita aeſtum ſentio. — V. 2. μ᾽ ἀποδ. Vat. C. quod non ſpernendum.

*LXV.* Vat. C. p. 101. Plan. p. 483. St. 628. W. *Philodemo* tribuendum eſſe ſuſpicatur *Schneider*. in Per. crit. p. 7. ex comparatione Ep. *Philodemi* III. Dialogus amantis cum meretrice in publico loco ipſi forte obviam facta. Sic hoc carmen accepiſſe videtur cl. editor. Sed magis arridet interpretatio *Brodaei*, qui non ipſam meretricem, ſed ejus pediſſequam reſpondere exiſtimat. Tum verſus 2di et 3tii verba ſic inter perſonas diſtribuenda:

α. οὐκ ἀλόγως ζητῶ. β. δεσπότις ἡμετέρη.
α. ἐλπίζειν ἔξεστι.

Sic omnia bene procedunt, nec ulla difficultas eſt in verbis τίς ἡ προσιοῦσα; quae, ſi altera interpretatio admittitur, pro obliqua interrogatione habenda ſunt: Quae es, quaeſo? Sed hoc durum. Quanto lenius alterum, ubi vir ancillam interrogat: τίς ἡ προσιοῦσα; ubi tamen haud ſcio an rectius προϊοῦσα legatur: *haec in publico ambulans*. Hoc ſenſu verbum προϊέναι uſurpatur, quod, cum προσιέναι crebro confuſum, illuſtrat *Abreſch*. in Lectt. Ariſtaen. p. 24. ſq. — V. 3. Vulgo et in membr. legitur: ἔξεστι; ζητεῖς δέ τι (δ᾽ ἔτι Vat. C.), metro peſſum dato. θέλεις debetur *Reiskio*, idque probat *Schneider*. l. c. At fortaſſe praeferenda emendatio in marg. Wechel. propoſita: ἔξεστ᾽· αἰτεῖς δὲ τί; quod a vulgata propius abeſt. Hanc correctionem etiam *Don-*

X 2

ſae in mentem veniſſe, intelligo ex *Burmanni* Not. in Propert. p. 376. —. φέρεις τι; *Muneris ecquid habes?* *Propert.* II. 18. 58. 4. *Add.* III

— *LXVI.* Vat. C. p. 89. Plan. p. 486. St. 630. W. — Vulgo v. 2. φιλίης, quod ex membr. emendatum. — τὸν ἐν γᾷ ναυαγόν. *Alciphr.* I. Ep. XVIII. p. 70. πέπαυσο εἰς ταῦτα δαπανώμενος, μή σε ἀντὶ τῆς θαλάσσης ἡ γῆ ναυηγὸν ἀποφήνῃ. Vide ad *Poſidippi* Ep. VI. T. II. P. I. p. 138.

¶. 164.] *LXVII.* Vat. C. p. 100. Ineptum diſtichon. Similiter, ſed ſobrius luſit *Philoſtrat.* Epiſt. XXX. πέπομφά σοι στέφανον ῥόδων, οὐ σὲ τιμῶν, καὶ τοῦτο μὲν γάρ, ἀλλ' αὐτοῖς τι χαριζόμενος τοῖς ῥόδοις, ἵνα μὴ μαρανθῇ. — V. 2. μυρίσαι. Hoc inde ductum, quod pulchros pulchrasque μῦρον blande appellant amantes. Vide not. ad *Marci Argent.* Ep. XV. T. II. P. II. p. 285.

*LXVIII.* Vat. C. p. 100. Plan. p. 475. St. 617. W.

*LXIX.* Vat. C. p. 140. Plan. p. 487. St. 632. W. Puellam jam vetulam factam poëta rogat, ut ipſi reliquias ſaltem venuſtatis ſuae impertiat. — V. 1. ὄμφαξ. Vide ad *Oneſt.* Ep. I. T. II. P. II. p. 331. — ὅτε ἧς. Vat. C. Vulgo ὁ τῇ σταφυλῇ ex Aldin. 1 et 3. In Flor. pr. ὅτ' ἧς. Veram lectionem vidit *Brodaeus* et *Huetius* p. 49. A vero aberravit *Joſ. Scaliger*, qui tentavit in not. mſt. ὅ τοι σταφυλήν περ ἔπεμψα. — V. 2. κἄν. Vulgo et in membr. Nec repudianda haec lectio. *Saltem* uvae paſſae aliquid ſibi tribui cupit. Hoc ſenſu uſurpatum κἄν illuſtravit *Locella* ad *Xenoph. Eph.* p. 202. Temere igitur *Reiskius* ſollicitavit *Dion. Chryſoſt.* Or. LXXX. p. 438. 21. κάπνῳ δὲ ἐπόμενοι κἂν μικρὸν (ille πάμμικρον volebat) αἴθυγμα δεικνύντι πυρός.

*LXX.* Vat. C. p. 95. Plan. p. 487. St. 632. W. In nuptias clandeſtinas cum puella ipſi amanti ignota. Argumentum in dictionis gratiam fictum, qualia multa apud Grammaticos. Quaeſivit auctor elegantiam in eo, quod primum verſum ex ſingulis verbis, iisque triſylla-

bis, praeter ultimum, compoſuit; alterum autem hemiſtichium ex monoſyllabis. — ἡ θεός. Venus, quae mihi illam adduxit.

*LXXI.* Vat. C. p. 448. Plan. p. 26. St. 41. W. — „Vat. membr. ἐτύχθη, quod aeque bonum.“ *Br.* In membr. praeterea eſt: λέκτρον πολλ.

*LXXII.* Plan. p. 130. St. 188. W. In Epiſcopum, cui concubina erat nomine Irene. — εἰρήνη πάντεσσιν ſolemnis eſt ſalutandi et benedicendi formula, de qua vid. *Ducange* in Gloſſ. v. ἀσπασμὸς et εἰρήνη, et *Albert.* in Obſſ. philol. p. 187. — „Vide omnino doctiſſimum Weſ„ſelingium ad Diodor. Sic. T. II. p. 595. Ridicule Bro„daeus et Opſopoeus ἐπίσκοπος pro nomine proprio acci„piunt, cum ſit dignitatis, et quidem ſacrae nomen.“ *Br.* Ex Actis Synodi Chalcedonenſis docuit *La Croze Hiſtoire du Chriſt. de l'Arm. et d'Ethiopie.* L. IV. p. 361. hoc Epigramma ſcriptum eſſe in Dioſcurum, Alexandrinorum praeſulem. Reperitur ibi petitum Diaconi Alexandrini, quo Dioſcurus, quem Monophyſitae pro ſancto habebant, tanquam luxurioſus homo traducitur. Ibi etiam Irenes fit mentio, cujus cum Dioſcuro contubernium Alexandrinis multam ludendi occaſionem dederit. Probabile eſt igitur, hoc quoque diſtichon Alexandriae ſcriptum eſſe.

*LXXIII.* „Fragmentum hoc, quod Planud. p. 625. „Nicarcho tribuit, auctoris nomine caret in membra„nis.“ *Br.* Jungendi ſunt hi verſus Epigrammati *Nicarchi* II. quod docuimus T. II. P. III. p. 18. ſq.

¶. 165.] *LXXIV.* Vat. C. p. 552. Plan. p. 142. St. 206. W. Luſus Grammaticus in foedum hominem, qui lingua ad turpia abutebatur miniſteria. *Vocem* quidem Homerus ἐνοπὴν dixit; at quo magiſtro tu linguam ἐνοπὴν facis, i. e. ἐν ὀπῇ. Noſtrum eſt in membr. et Flor. ed. pr. Sequentes edd. ἐν ὀπῇ legunt ex gloſſemate. In eadem impuritate eleganter ludit *Meleager* in di-

ſticho, quod primus edidit cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 245.

> Εἰ βῖνε Φαβωρῖνος ἀπιστεῖς· μηκέτ' ἀπίστει·
> αὐτὸς μοι βινεῖν εἶπ' ἰδίῳ στόματι.

*LXXV.* Vat. C. p. 537. Plan. p. 130. St. 189. W. Etiam hoc diſtichon ſcriptum in impurae linguae hominem, Alpheum, cujus nomen auctori Arethuſae nomen in memoriam revocabat. Verba στόμα, κόλπους, πρηνής, ἁλμυρὸν πέλαγος ambigua, quippe quae ad fluvii amores et ad eam rem, quae tecte ſignificatur, quadrant. — πρηνὴς ἐμπίπτων, *capite demiſſo*, ut eſt de Clodio in Orat. pro Domo c. 31. *latitat omnino; ſed ſi requiri juſſeris, invenient hominem apud ſororem tuam, occultantem ſe, capite demiſſo.* — κόλποι et πέλαγος ſunt ſecretiores Arethuſae partes. Εὐρώταν appellat *Rufinus* Ep. VI. λιμένα *Macedon.* Ep. III. 6.

*LXXVI.* Vat. C. p. 538. Plan. p. 131. St. 189. W. In Chilonem fellatorem luſus grammaticus. — V. 1. Verba Χείλων et Λείχων, quae iisdem literis conſtant, idem in computatione valent; hoc eſt ἴσα γράμματα ἔχειν. Idem igitur Chilon et Linctor. Sed fac, non ἴσα eſſe; Chilonis quidem nihil intereſt; qui et tunc linget et fellabit. — In membr. v. 1. χίλων καὶ λίχων. V. 2. λίχει γὰρ χίλων. γὰρ etiam Planudea exhibet. Nec aliter poëtam ſcripſiſſe puto.

[p. 334.] *LXXVI.*[b] „Sequitur hoc Epigramma in „Codice poſt Nicarchi V. et praefixum non habet auctoris nomen, nec illud ἄδηλον, quo ſignata ſunt carmina, quorum incogniti auctores. Ejusdem Nicarchi „eſſe credo.“ *Br.* Suſpicionem cl. editoris confirmat membr. Vat. ubi τοῦ αὐτοῦ inſcribitur p. 551. Argumentum eſt, ut in praecedentibus. — V. 1. In verbis κάτω βλέπειν et χαρίζου τῇ γλώσσῃ lepida eſt ambiguitas. Illud de hominibus verecundi oris uſurpatur (vide not. ad *Straton.* Ep. VII. T. II. P. III. p. 58.); Demonax

autem longe diverſa ratione κάτω ἔβλεπε, impurae voluptatis ſedem ſpectans ſcilicet. Vide Ep. LXXV. 2. — τῇ γλώσσῃ χαρίζεσθαι accipi poſſit de eo, qui delicatis cibis palatum titillat (vide not. ad *Luciani* Ep. XXX. T. II. P. II. p. 431.); *Nicarchus* autem de fellatore accipi voluit. — V. 2. χοιρὰς Vat. C. perperam. χοῖρος eſt porcus et pars muliebris, ut paſſim ap. *Ariſtophanem* et in *Crat.* Ep. T. II. p. 3. ubi ſimiles facetiae. In δεινὴν ἄκανθαν ſimul reſpicitur ad ſpinas erinacei, τοῦ ἀκανθοχοίρου, ſimul ad pilos τοῦ αἰδοίου. Nam pili etiam ἄκανθαι appellantur. *Lucian.* T. III. p. 183. ed. R. de pathico, In Palaeſtina, inquit, φραγμὸς appellatus es, εἰς τὰς ἀκάνθας τοῦ πώγωνος, οἶμαι, ὅτι ἔνυττε μεταξύ. — Poſt vſ. ſecundum haud ſcio an diſtichon exciderit. Priore *Nicarchus* Demonactem ab impuritate dehortari videtur; altero commoda recenſet, quae inde capiat. Deſideratur aliquid, quod duas has partes conjungat et melius copulet. — V. 3. Scribendum ex membranis: καὶ σὺ ζῇς ἡμῖν. *et tu nobis ſuaviter vivis.* ζῆν, ut *vivere*, de vita jucunda et hilari. Vide ad *Agathiae* Ep. XXVI. — ἐν Φοινίκῃ. Sic membr. Sed vide, an non Φοίνικι (ultima propter caeſuram producta) legendum ſit. — V. 4. κοὐκ ἂν (in Ed. Lipſ. male ἴον excuſum), ex *Salmaſii* an *Brunckii* emendatione, non conſtat. In membr. eſt κοὐκαν. Poſt Σεμέλης minor ponenda diſtinctio. Ceu Bacchum alterum μηρὸς te nutrit. μηροτραφὴς Bacchi epitheton, quem in feminibus Jupiter aluit. Cf. *Weſſeling.* ad *Herodot.* p. 175. At μηροὶ, quibus Demonax nutriebatur, mulieris, cum qua cubabat, μυχοὶ ſunt. Cf. *Rufin.* Ep. III.

¶. 165.] *LXXVII.* Vat. C. p. 107. Edidit *Reisk.* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 145. nr. 323. Elegans ad lagenam Epigramma, cum quo comparandum Ep. *M. Argentarii* XVIII. — V. 1. εὐτόρνευτε. Ex hoc vocabulo *Reiskius* lagenam ligneam fuiſſe colligebat. At eſt omnino

*bene rotundata*, ſive torno ſive in rota figlina facta fuerit. Cf. *Heynii antiqu. Aufſätze* T. II. p. 142. not. *d.* — μονοὖατε. *unius anſae lagena.* μόνωτον ποτήριον eſt ap. *Athen.* XI. p. 467. unde apud eundem p. 484. C. κώθωνα μόνωτον ῥαβδωτὸν certa emendatione ſcripſit *Valcken.* in Epiſt. ad Röver. p. XXVI. Binis anſis inſtructum poculum caprarii ap. *Theocritum* Eid. I. 28. ἀμφῶες, i. e. ἄμφωτον. — V. 2. φθεγγομένη. unde vinum effuſum ſuavem ſonum efficit. Hinc ap. *M. Argentarium* l. c. εὔλαλε, προσηύγελως, εὔστομε. — V. 3. Μουσῶν. Vat. C. — Κυθερείης. τερπνοτέρα γὰρ Ἀφροδίτη μετὰ Διονύσου καὶ τὸ παρ' ἀμφοῖν ἡδὺ σύγκρατον. *Lucian.* T. II. p. 410. ed. R. *Larga nec deſunt Veneris ſodali Vina craterae. Horat.* III. Od. XVIII. 7. ubi *Mitſcherl.* noſtrum locum cum ſimilibus excitavit. — V. 4. Ad συμβολικῶν notatum in marg. Ap. Guy. et Ruhnk.: αὐτῶν νέων τὰς συμβολὰς εἰςφερόντων? Malim προποσίων ſubaudire. Lagena jucunda diſpenſatrix potionum in conviviis. συμβολικὴ πρόποσις eſt in *Poſidippi* Ep. XI. T. II. p. 48. — V. 5. ὁπότ' ἂν. Vat. C. Elegans converſio: ego cum ſobrius ſum, tu ebria es; cum ego probe ſum prolutus, tu ſicca es et ſobria. μεθύειν de rebus uſurpatum, quae plenae ſunt atque ſaturatae aliqua re, illuſtratum dedit *Rittersh.* ad *Oppian.* II. Cyn. 576. IV. Hal. 671. V. 603. Cf. ad *Philodem.* Ep. XVII. T. II. P. I. p. 225.

*LXXVIII.* Vat. C. p. 508. „Eſt in Planud. p. 172. „St. 251. W. at genuinas lectiones ſervavit lapis anti„quus deſcriptus in Theſauro Murator. p. 1321. quas „hîc exhibui.“ *Br.* Mirum, quod hoc Epigramma cippo inſculptum fuiſſe dicitur. Vivus loquitur, eorum ſtultitiam et vanitatem reprehendens, qui unguenta et vinum, conviviis longe melius adhibenda, in tumulis effundant. *Dorvillius* ſe hoc carmen et ad marmoris et ad Palatini Cod. fidem exhibiturum eſſe ſpondens, in 1. certe verſu apographo interpolato deceptus eſt. In

membr. eſt: λιθίναις στήλαισι χαρίζου. plane ut in Planud. In marm. χαρις η. *Dorvillius* στήλαις χάρισαι λιθίναισι. *Salmaſius* in Exercit. Plin. p. 858. G. ſic eum exhibet: μὴ μύρα, μὴ στεφάνους κωφαῖς στήλαισι πορίζου, memoriae, vel in *Salmaſio* interdum labantis, errore. Ceterum hoc carmen expreſſum eſt ex *Anacr.* Od. IV. 11. Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν; Τί δὲ γῇ χέειν μάταια; Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ, Μύρισον. *Virgil.* in Copa v. 35. *Quid cineri ingrato ſervas bene olentia ſerta? Anne coronato vis lapidi iſta legi.* Plurima in hanc ſententiam collegit Vir cl. *Villoiſon* in *Magazin Encycl.* VII. an. nr. 8. p. 493. quibus addiderim *Philiſtionis* loca a *Dan. Heinſio* cum noſtro carmine comparata in *Rutgerſi* Var. Lect. IV. p. 411. et obiter hac opportunitate emaculanda. *Philiſtio* quidem v. 184. ſcripſiſſe videtur:

ὦ τάν, τί τύμβον στεφανοῖς κόσμῳ κενῷ;
τὸ ζῆν τὸ σαυτοῦ στεφάνοις παρηγόρει.

non, ut vulgatur: ὅταν τινὰ τάφον σ. κόσμῳ ποικίλῳ. Notandum στέφανος priore ſyllaba producta, ut mox v. 188. ζῶν Πάρασχε σαυτῷ στέφανόν τε καὶ μύρα· Χρήσῃ γὰρ αὐτοῖς αἰσθόμενος μεθ' ἡδονῆς. ubi vulgo habetur: ζῶν γὰρ ἀσκοῦ σαυτῷ στεφάνων καὶ μ. Χρ. γὰρ α. μεθ' ἡδονῆς αἰσθόμενος. De more cippos ungendi et coronandi vide, praeter ea, quae *Brodaeus* ad h. l. dedit, *Deſ. Heraldum* ad *Martial.* X. 61. p. 204. et *T. Hemſterb.* ad *Lucian.* T. III. p. 404. ed. Bip. — V. 2. τὸ πῦρ φλέξῃς. Mirum, quod ne rogum quidem ſibi accendi velit is, qui hoc carmine loquitur. Si ſincera eſt lectio, ſic verba accipe: Ligna, rogo inſumenda, melius adhibebis igni in foco accendendo, id quod in compotationibus fieri ſolebat. *Alcaeus* ap. *Athen.* L. X. p. 430. B. κάββαλε τὸν χειμῶνα, ἐπὶ μὲν τιθεὶς πῦρ καὶ κίρναις οἶνον ἀφειδέως μελιχρόν. quem locum expreſſit *Horat.* I. Od. IX. 5. ſqq. At ſcribendum videtur:

μηδὲ τὸ πῦρ βρέξῃς —

quod primum *Opſopoeo* in mentem venit, in hoc ſaltem

loco ingenioſo; deinde ſic emendavit *J. Scaliger* in not. mſt.; denique *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 60. Vinum rogis affuſum eoque cineres extinctos eſſe, ſatis conſtat vel ex iis, quae collegit *Kirchmann.* de Funer. L. III. 7. — V. 3. εἴ τι θέλεις χάρισαι. Vat. C. et Plan. „V. 3. in lapide legitur: ζῶντί μοι εἴ τι σχεῖς [ει τις χεις] — „quod ſervari potuiſſet. Sed σχέω vix eſt in uſu niſi in „aoriſto per omnes modos, et quum σχῇς cum particula „εἰ non recte conſtruatur, ſatius mihi viſum reponere „εἴ τι γ᾽ ἔχεις." *Br.* Equidem nihil melius duxerim, quam lectionem membranarum revocare. Marmoris auctoritas in hac re nulla. Solebant enim ſeriori tempore, cum jam nemo reperiretur, qui verſus commode pangeret, vetera Epigrammata cippis inſculpere, ſine judicio ſaepe et diligentia. — τέφρην. Vat. C. et Plan. — V. 4. πηλὸν ποιήσεις. Reſpici videtur ad locutionem paroemiacam οἴνου πηλὸν ποιεῖν, de qua tradidit *Caſaub.* ad *Athen.* IX. 8. *Dorville* ad *Charit.* p. 39. — In fine carminis vulgo τίεται legitur. πίεται eſt in membr. et in marm. In hanc lectionem ſponte incidit *Huetius* p. 18. et *Gatacker* in Adverſ. Poſthum. c. V. p. 447. Ad ſenſum maxime facit *Anacreon* Od. XXXVI. 10. δὸς ὕδωρ, βάλ᾽ οἶνον, ὦ παῖ, — Βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτεις. Ὁ θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ. — Ceterum hoc Epigr. in Planudea legi oblitus *Leichius* infeliciter illud tractavit in Miſc. Lipſ. Nov. I. p. 484. ſerius, quid rei eſſet, intelligens in Curis Secund. p. 43.

*LXXIX.* „In quatuor Planudeae codicibus nihil „aliud adſcriptum quam ἄδηλον. In Vat. C. ἄδηλον ἐπὶ „τίνι τοῦτο γέγραπται, πλὴν ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Παλλαδᾶ ἐπιγράμ„μασιν εὑρέθη· μήποτε δὲ Λουκιανοῦ." *Br.* Vat. C. p. 256. Planud. p. 178. St. 260. W. ἄδηλον, οἱ δὲ Παλλαδᾶ. Poſteriora verba abſunt a Flor. pr. Aldinis, Aſcenſ. et aliis. Quum nonnullae ex veteribus Anth. edd. nunc non ad manus ſint, dicere non habeo, quaenam earum aucto-

ris nomen prima addiderit. Caeterum elegantius carmen, quam ut *Palladae* eſſe videatur. — V. 1. Nulla mea culpa factum eſt, ut naſcerer; tamen morti obnoxius ad inferos abeo. — V. 2. Ἀΐδαν a man. ſec. in Vat. C. — ¶. 166.] V. 3. γονέων. Vat. C. quod revocandum. Vulgatae certe ſenſum non perſpicio. — V. 5. γενόμαν. Vat. — V. 7. ἀποστίλβωσον *ſplendidum offer poculum*; docte et eleganter pro τὸ στιλπνὸν κύπελλον πρόσφερε. Nonnihil huc facit *Horat.* I. Epiſt. V. 23. *ne non et cantharus et lanx Ostendat tibi te.* At cl. *Mitſcherlich* noſtra verba admovens Horatianis II. Carm. VII. 19. *oblivioſo laevia Maſſico Ciboria exple* – aliter haec interpretatur: *fac: ut ardeat, reſplendeat, impleatur poculum* ſc. vino; fere ut *Setinum* in aureo poculo *ardere* dicitur ap. *Juvenal.* X. Sat. 27. — Ceterum membr. Vat. ἀποστίλβων exhibet. — V. 8. „Vulgo λύ„πης λήθην. In membr. λύπης ὀδύνην. unde ſcribendum „vidi λήθην ὀδύνης, ſicque concinnior verſus.“ *Br.* λήθης δωροδότας Βρόμιος. *Meleag.* Ep. VI. ubi vide not.

*LXXX.* Vat. C. p. 505. ſq. ἄδηλον. Plan. p. 179. St. 261. W. ἄδηλον, οἱ δὲ Παλλαδᾶ. „In hujus etiam titulo „Palladae nomen non praeferunt membranae, nec duo „regii Planudeae libri.“ *Br.* Praecedenti Epigrammati hoc noſtrum tam ſimile eſt, ut alterum ex altero derivatum eſſe videatur. — V. 5. „Vulgo ἀλλὰ σύ μοι. „In cod. Jani Lascaris, ut in veteribus editionibus, omiſ„ſum σύ, quod primus inſeruit Stephanus ad fulcien„dum metrum. Recte in tribus aliis Planudeae codici„bus ἀλλ' ἄγε μοι. Tum recte veteres editiones et co„dices ἔντυε. Stephanus ἔντυνε, metri modo repugnante.“ *Br.* ἔντυνε prima dedit Aſcenſiana.

dd. III. *LXXXI.* Vat. C. p. 515. Hortatur poëta lectores, ut brevitatis vitae memores, eam hilariter transigant. Nihil his ſimilius ſenariis ap. *Athenaeum* L. VIII. p. 336. B. C.

πᾶσιν δὲ θνητοῖς βούλομαι παραινέσαι
τοὐφ' ἡμέραν ζῆν ἡδέως· ὁ γὰρ θανὼν
τὸ μηδέν ἐστι, καὶ σκιὰ κατὰ (vulgo μετὰ) χθονός.
μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ' ἐπαύρεσθαι χρεών.

Conf. ad Choerili Ep. T. I. p 185. — V. 1. τί γὰρ αὔριον. ne craſtinus quidem dies quid allaturus ſit, ſcimus. Mortalium conditionem anguſtis terminis circumſcriptam ſignificans *Theocrit.* XIII. Eid. 4. οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες. — V. 3. θνητὰ λογίζου. Ne ad ea, quae ſupra mortalem naturam ſunt poſita, adſpires. — V. 4. τὸ ζῆν. *Brodaeus* comparavit *Euripidem* in Polyïdo fr. II. τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται. quod tamen in alium ſenſum accipiendum eſt. Vide *Gatacker.* in Miſc. Poſth. c. X. p. 523. Ad noſtrum locum facit *Seneca* de Brev. Vitae c. 10. *Praeſens tempus breviſſimum eſt, adeo quidem, ut quibusdam nullum videatur: in curſu enim ſemper eſt, fluit et praecipitatur; ante deſinit eſſe, quam venit.* — V. 5. „Hic verſus in Planudea admodum corrupte legi„tur. In membr. ῥοπὴ (ῥοπὴν) μόνον, ἂν προλάβῃς, σόν. „Ultimum recte Salmaſius emendavit σοῦ. Planus et „perſpicuus ſenſus." *Br.* Poſt μόνον plenior diſtinctio ponenda erat, quae in Anal. neglecta. — Tota vita momentum, nihil amplius; quod ſi ea frueris, tua eſt; ſi cunctaris, cunctantem mors occupabit et omnia ad haeredem transibunt. *Horat.* IV. Od. VII. 18.

*Quis ſcit, an adjiciant hodiernae craſtina ſummae*
*Tempora Di ſuperi;*
*Cuncta manus avidas fugient haeredis, amico*
*Quae dederis animo.*

*LXXXII.* Vat. C. p. 195. Bis extat in Planudea p. 104. et 422. St. 154. et 557. W. In puellam olim ſuperbam et ſeveram, nunc, cum vetula facta eſſet, ad reſtim redactam. Commode huic Epigrammati *Mit-*

*ſcherl.* admovit *Tibull.* I. El. VI. 77. *Aſt, quae fida fuit nulli, poſt, victa ſenecta, Ducit inops tremula ſtamina torta manu.* *Horat.* III. Od. XV. 13. ad Chlorin vetulam: *Te lanae prope nobilem Tonſae Luceriam, non citharae, decent.* — V. 1. αὐχήσασα πολυχρύσοις. Color, ut in fragm. *Epicratis* de Laïde ap. *Athen* L. XIII. p. 570. C. D. αὕτη γὰρ ὁππότ' ἦν νεοττὸς καὶ νέα, Ὑπὸ τῶν στατήρων ἦν ἀπηγριωμένη, Εἶδες ἂν αὐτῆς Φαρνάβαζον θᾶττον ἄν. In medio horum verſuum deſideratur copula. — V. 2 „θεόν. „in membranis θεάν.“ *Br.* In Ap. Gothano θεὸν habetur cum correctione θεῶν. Quod ſenſum attinet, cf. not. ad *Straton.* Ep. XXXV. T. II. P. III. p. 82. et ad *Automedont.* Ep. II. T. II. P. II. p. 128. — V. 3. μίσθια πηνίσματα κρούει. mercede conducta telam texit. πηνίσματα pro ὑφάσματα videtur poſitum: *ſubtemen* interpretatur *Schneiderus* in docta Diatribe de textrina, Indic. ad Scr. R. R. p. 367. ἰστότονα πηνίσματα aranearum telas appellat *Ariſtoph.* Ran. v. 1315. — σπαθίοις. idem quod σπάθαις, quo inſtrumento textores ſtamen percutiunt. Proprium in hac re κρούειν. *Heſych.* σπαθατόν. τὸ ὀρθὸν ὕφος, σπάθῃ κεκρουμένον, οὐ κτενί. Idem: σπάθημα· πύκνωμα· ἀπὸ τῶν ταῖς σπάθαις κατακρουόντων τὰ ὕφη. Hinc veſtes quaedam probe percuſſae ap. Latinos *craſtae* appellabantur. Vide *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 411. qui eandem rem fuſius explicat p. 564. ſqq. — V. 4. ὤψέ τ'. Vulgo. — Ἀθηναίην Κύπρις. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 2. In tertia et Aſcenſ. error ſublatus. Cf. Ep. ἀδέσπ. CXVI. 5.

¶. 167.] *LXXXIII.* Vat. C. p. 565. ſq. „Epigramma hoc non aliunde habeo, quam e Salmaſii Notis „ad Hiſt. Aug. p. 113. [T. I. p. 474.]“ *Br.* De thermis nimium in modum calidis. Hoc et ſq. Epigr. *Agathiae* ingenium referre videntur. — V. 1. μᾶλλον κλύζειν. Vat. C. quod revocandum. — V. 2. ἦν. membr. — Ad vim hujus comparationis recte percipiendam legenda

deſcriptio rogi ap. *Homer.* Ιλ. ψ. 164. νήεον ὕλην· Ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα. — V. 3. „Ap. Salmaſ. „legitur τὸν γείτον' ἐρινύς, quod manifeſto corruptum eſt, „quum deſit verbum, quod ſenſus omnino requirit. „Emendavi τὸν ὕφηνεν. Hercules apud Sophoclem in „Trachin. 1067. οἷον τόδ' ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη Καθῆψεν „ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐριννύων Ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυ„μαι. στέφανον *coronam*. Alii pallam a Medea pellici miſ„ſam tradunt, cujus in nomine discrepant ſcriptores. „Vide Munkerum ad Hygini fabulam XXV." *Br.* Corona una cum palla Jaſonis ſponſae mittitur in *Euripid.* Med. 785. 1065. 1160. Ceterum cl. editoris emendatione vitium non tollitur, ſed infucatur. Quid enim ſimilitudinis inter γείτονα et ὕφηνεν? Nihil omnino. Eodem jure, ſed non multo probabiliore mutatione ſcripſeris: [illegible]

[illegible] τὸν τεῦξεν Ἐρινύς.

ut *Meleager* I. 2. ἢ τίς ὁ καὶ τεύξας ὑμνοθέταν στέφανον. At hoc felicioribus ingeniis relinqui tutius. — V. 4. Αλσονίδου. Vat. C. — V. 6. Poëtam ſe eſſe aſſeverat, ut balneatoris animum moveat. τὰ βροτῶν ἔργα. *Theocrit.* XVI. 1. αἰεὶ τοῦτο Διὸς κώραις μέλει, αἰὲν ἀοιδοῖς Ὑμνεῖν ἀθανάτους, ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν. in quo loco mihi rectius videtur ἀοιδοῖς legi quam ἀοιδαῖς, praeſertim ob ea, quae ſequuntur. — V. 8. μὴ λιθίνην. De pavimento balnei accipiendum, quod fiſtulis calefieri ſolebat. Cf. *Vitruvium* L. V. 10. *Plin.* Epiſt. III. 14. 2.

*LXXXIV.* Vat. C. p. 461. Plan. p. 352. St. 492. W. De frigore thermarum quarundam lepide jocatur poëta. — V. 1. Non balneum hoc, ſed fluvius ſeu fons, quem quis muro circumdatum falſo balneum appellavit. — V. 3. Verſus Homer. Od. κ. 2. θεοῖσι. Vat. C. — V. 4. μετοικίσας. Vat. C. quod vulgato non deterius. Utram harum lectionum expreſſerit *Grotius*, non facile dixeris;

*Aeolus Hippotades nimbis horrentia caſtra*
*Transtulit, et ventis haec nova regna dedit.*

— V. 6. διὰ τὴν θερμήν. ne fervens pavimentum pedum plantam laedat. — V. 7. *Horroris* hîc et *Torporis* regna ſunt, novorum Deorum, quos ipſe poëta invenit. — V. 8. Inſcriptiones balneis praepoſitae. — Μεσωρί. Vat. C. Μέσορὶ menſis ap. Aegyptios annum terminat praeceditque τὰς ἐπαγομένας. Jam cum primus eorum menſis Thot Auguſto Romanorum reſpondeat, menſis Meſori cum Julio fere congruit. Calidiſſimo igitur anni tempore frigidum illud balneum, in quo Boreas videbatur ſpirare, ſatis jucundum videri poterat.

*LXXXV.* Vat. C. p. 552. Plan. p. 168. St. 244. W. „Jocatur poëta in flagitioſum quendam, Damagoran no„mine: cujus nomen cum peſtis nomine ἰσόψηφον eſſe „quidam cum audiviſſet, quaſi in ſtatera expendit inge„nium peſtis et ingenium Damagorae; praeponderaſſe „autem eam lancem, in quam Damagorae ingenium im„poſitum erat, quod videlicet multo leviora eſſent mala, „quamquae a Damagora importarentur.“ Verba ſunt *Mureti* in Var. Lect. XIV. 13. *Leonidae Alexandrini* hoc Epigramma eſſe probabiliter ſuſpicatur *Schneiderus* in mſt. not. — V. 2. κανὼν h. l. eſt jugum in trutina, quod vulgo ζυγόν. — V. 3. καθεῖλκεν Vat. C. — V. 4. οὖρον vett. nonnullae edd.

¶. 168.] *LXXXVI.* Vat. C. p. 535. Plan. p. 136. St. 196. W. In Moſchum quendam, qui, cum vetulam opulentam in matrimonio habuiſſet, ea defuncta, divitem haereditatem adeptus, virginem duxit, probe gnarus, et ubi numi, et ubi voluptas quaerenda. — V. 3. ὠνῆσαι. Vat. C. — V. 4. δὴ κ. Vat. C. — „κινεῖν. Hoc „contra codicum auctoritatem mutare nolui. Suſpicari „tamen quis poſſit, ſcriptum olim fuiſſe βινεῖν.“ *Br.* Hujus conjecturae cauſam non reperio. κινεῖν eodem, quo βινεῖν, ſenſu uſurpavit *Nicander Coloph.* Epigr. I. οὐδεὶς τὴν

τὴν ἰδίην συνεχῶς, Χαρίδημε, γυναῖκα Κινεῖν ἐκ ψυχῆς τερπόμενος δύναται. *Archilochus* ap. *Suidam* in παλίνσκιον· πρὸς τοῖχον ἐκινήθησαν ἐν παλινσκίῳ. Adde *Ariſtoph.* Ran. 550. 1236.

*LXXXVII.* Vat. C. p. 567. Plan. p. 136. St. 197. W. — V. 1. σε θέλω. Vat. et Plan. Πλαγκιανέ. Vat. — Scire te volo, quamvis opulentam vetulam pro capulo, auri pleno, habendam eſſe. — σορὸς. σοροί, τύμβοι, *capulares* paſſim appellantur ſenes. Comicus ap. *Athen.* L. XIII. p. 580. C. ἐπεὶ προέβη τοῖς ἔτεσιν ἡ Γνάθαινα καὶ Ἤδη τελέως ἦν ὁμολογουμένως σορός. *Schol. Euripid.* Med. 1209. τύμβους καλοῦσι τοὺς γέροντας, παρόσον πλησίον εἰσὶ τοῦ θανάτου καὶ τύμβου. Cf. *Salmaſ.* ad Solin. p. 848. C. D. et quae notavimus ad *Rufin.* Ep. XXXII. T. II. P. III. p. 176.

*LXXXVIII.* Vat. C. p. 448. Plan. p. 112. St. 163. W. Hominem, magiſtratu, quem gerebat, indignum, poëta dicit a Fortuna ad illud faſtigium evectum eſſe, ut oſtenderet, quantum vel in infimae ſortis hominibus efficere poſſet. In hac ſententia verba οὐκ ἐθέλουσα non ſatis videntur commoda. Expectares οὐχὶ φιλοῦσα τ. σε πρ. *non quod te amaret*, ſed ad impotentiam ſuam oſtentandam. Hoc ſenſu vulgatam accepit *Grotius*:

*Non te provexit Fortuna favore, ſed ingens*
*Te dedit exemplum, cuncta licere ſibi.*

— V. 2. καὶ om. Vat. C.

*LXXXIX.* Vat. C. p. 552. Plan. p. 138. St. 201. W. Hoc Epigramma *Brodaeus* in Grammaticum ſuſpicatur eſſe compoſitum, qui in Cynegiri hiſtoria a veritate aberraverit, eumque in proelio non manibus tantum, ſed etiam pede privatum eſſe tradiderit. Equidem de vitioſa nominis pronuntiatione interpretari malim, quod ille *Cynegīrum* in *Cynegĭrum* forte mutaverit. — V. 2

κοπίσῃ. Vat. C. — V. 3. τεὴ πέσε μαρναμένη χείρ. Si codex offerret μαρναμένου, id non ſpernerem.

XC. Vat. C. p. 535. Plan. p. 140. St. 203. W. „In „Planudea ἄδηλον. In Vat. Cod. adſcriptum Ἡρα. Forte „Ἡρακλείδου, cujus tria Epigrammata habemus T. II. „p. 261.“ *Br.* In naſum longiſſimum et ad plurima negotia habilem. Alia hujus argumenti vide in *Ind.* v. *Naſus.* — V. 2. σαλπιγ ἄν. Vat. — V. 4. „Vulgo „ἄγκιστρον ναύταις. *Hamus* piscatorium inſtrumentum eſt; „de egregii illius naſi nautico uſu dictum eſt jam: „ἐν πλοίοις ἄγκυρα, unde omnino hîc emendandum erat „ἄγκιστρον γριπεῖ. Tum mallem: ὀψοποιῷ κρεάγρα. ſed „vulgatum ſtare poteſt.“ *Br.* ναύταις habent etiam membranae, male ſine dubio. Mihi in mentem venit, quod propius a vulgata abeſt: ἄγκιστρον νηκτοῖς. *hamus contra pisces. Leonid. Tar.* Ep. XXV. τοῦτον νηκτοῖσιν ἐπ' ἰχθύσι τεχνασθέντα κύρτον. — V. 5. „Vulgo κένδυλα. „male. Vide Heſych. in σχενδυλόληπτοι. Hinc accedat „huic voci auctoritas in Lexicis.“ *Br.* χαλκευτικὸν ὄργανον eſſe τὴν σχενδύλην ex Lexicographo intelligitur. — πρασόκουρον inſtrumentum, quo porrum caeditur. Vocabulum alibi vix obvium. Aliud eſt πρασοκουρὶς, de quo *Ariſtotel.* V. Hiſt. Anim. 19. et *Heſych.* v. — V. 6. κόραξ. *Pollux* VII. 111. οἷς προσθετέον, ὅτι ἣν Ὅμηρος κορώνην λέγει, νῦν κόρακα καλοῦσι. Καὶ Ποσίδιππος ἐν Γαλάτῃ εἰπών· Κόρακι κλύεται θύρα. ubi *Kuhnius* κρούεται emendavit. Rectius fortaſſe *Stephanus* κλείεται, in Theſaur. Gr. L. T. II. p. 380. A. B. quod *Pollucis* editores fugit. Nam τῷ κόρακι non ad pulſandam ſolum, ſed etiam ad claudendam ſive potius attrahendam januam utebantur. *Euſtath.* ad Od. α. p. 72. 2. κορώνη δὲ ἀργυρέα ἢ τὸ κοράκιον ἢ μᾶλλον κατὰ τοὺς παλαιούς, ὁ κρίκος, ᾧ ἔστι τὴν θύραν ἐπερύσαι ἤγουν ἑλκύσαι, ἐπισπάσασθαι. ὅθεν καὶ ἐπισπαστὴρ — ὃς καὶ ῥόπτρον ἐλέγετο. At illam tam elegantem et probabilem emendationem incertam reddit alius ap.

*Polluc.* locus X. 23. ubi κόρακι κροῦεθ' ἡ θύρα legitur. — V. 8. ἐργαςίης. Vat. C.

¶. 169.] *XCI.* Vat. C. p. 542. Plan. p. 141. St. 204. W. In aſtronomum ſcriptum putant; perperam. Eſt in geometram, cui poëta naſum pro virga menſoria eſſe aſſeverat. In hunc ſenſum *Grotius*:

*Non opus eſt radio, menſor, tibi: quaerere noli:*
*Tres cubitos naſus qui patet, is ſatis eſt.*

*XCII.* Vat. C. p. 552. Planud. p. 142. St. 206. W. In herníoſum, cujus tanta hernia, ut virum ipſum celet. — προτέθεικας, monſtras herniam, quam prae te fers. In membr. eſt προτέθηκας. — V. 2. Ne mihi ſolam herniam, oſtende ſc. Te ipſum videre cupio. — In fine diſtichi vulgo ἰδεῖν ἐθέλω. σ' inſeruit cl. editor. In Vat. C. legitur αὐτὸν ἰδεῖν δύναμαι, quod ſenſum non habet. Praecedit nimirum, uno diſticho interjecto, Epigramma *Palladae* XV. ad cujus ultimam vocem δύναμαι librarii oculus aberravit. Certe nihil facile reperiri poterit aptius ad contextum quam ea lectio, quam *Planudes* aut in alio cod. invenit, aut ex ingenio repoſuit. — Ceterum cur *Opſopoeus* vetulam hîc loqui exiſtimet, cauſam non reperio.

*XCIII.* Vat. C. p. 542. Plan. p. 144. St. 210. W. Conſentiunt editiones et membr. in βουλεύειν, quod tamen falſum eſſe, contextus perſpicue docet. Hinc *Brunckius* ad *Ariſtophan.* Concion. 443. T. II. p. 27. ne acumen Epigrammatis pereat, τοῦτο τὸ οὐλεύειν ſcribendum docet. Hoc ante eum viderat *Salmaſius*, cujus haec ſunt in not. mſt. libri Lennepiani: „τοῦτο τὸ δ' „οὐλεύειν eſt ambiguitas. Hoc, inquit, οὐλεύειν diu eſt „quod habeas, ſed βῆτα non agnoſco, cum prius δέλτα „legeretur. Si jungis τοῦτο τὸ δουλεύειν et hoc tantum eſt „pronuntiatione: at ſi βουλεύειν ſcribas, ut vulgati habent, „falſum eſt, illum hoc τὸ βουλεύειν ἐκ τοῦ ἀρχαίου ha„buiſſe; nam contrarium innuit Epigramma, illum

„nempe ſemper fuiſſe ſervum, nuper autem ſenato„rem.“ In his quaedam ſunt argutiora quam veriora, quae *Brunckius* recte vitavit.

*XCIV.* Vat. C. p. 552. Planud. p. 144. St. 210. W. In Agathinum, qui ſenatoriam dignitatem pretio emerat, cum antea ſervus eſſet.

*XCV.* Vat. C. p. 525. Plan. p. 149. St. 216. W. De Charino, oculorum medico ineptiſſimo. *Lucillii* ingenium ſapit. — V. 1. μήλῃ, *ſpecillo*, (*Sonde*) ad vulnera et ulcera exploranda praecipue utebantur. Interdum eodem inſtrumento aliquid extrahitur, infunditur, immittitur et reſpergitur. Vide *Foeſium* in Oecon. Hipp. v. Specilli uſum in oculis inungendis illuſtravit *Harduinus* ad verba *Plinii* VII. 54. p. 409. *Super omnes C. Julius dum inungit, ſpecillum per oculum trahens.* Derivatum a μήλη verbum ἀναμηλῶσαι, quod illuſtravit *Ruhnken.* Ep. Crit. p. 213. levi negotio corrigens verſum *Phrynichi* ap. *Polluc.* IV. 181. quem Onomaſtici editores fruſtra tentarunt. — V. 2. „σπόγγον καινόν. Sic membr. „quod verum eſſe credo. Recens ſpongia, uſu non„dum ſubacta, aſperior eſt.“ *Br.* Vulgo σπ. ε. κεῖσθν τῶν γναφικῶν. Noviſſimam vocem ſic etiam membr. exhibent. Sed γραφικῶν jam *Brodaeo* in mentem venerat et *Scaligero* apud *Huetium* p. 16. qui ipſe πιδάκων legebat: *liquorum detergendi vim habentium. Salmaſius* haec notavit in not. mſt. libri Lennepiani: „Quid notet „σπόγγος γναφικῶν πινάκων, fortaſſe multis eſt obſcurum; nos „alibi planum faciemus. Legi poſſet etiam τῶν γραφικῶν. „multus enim eſt uſus σπόγγου apud pictores. Sed hoc „alias.“ — V. 3. ἕλκων. *per oculum trahens ſpecillum.* — V. 5. Si me iterum inunxerit, alterum mihi oculum effodiet, neque ei amplius oculorum meorum valetudine moleſtus ero.

*XCVI.* Vat. C. p. 525. Plan. p. 149. St. 216. W. De Cratea quodam medico, qui pactum cum veſpillone

fecerat, quo omnes aegrotos, ipſius curae commiſſos, illi traderet. Talem igitur nobis fingamus Crateam, qualem *Martialis* ridet I. Ep. 31. *Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus: Coepit quo poterat clinicus eſſe modo.* et Ep. XLVIII. *Nuper erat medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus: Quod veſpillo facit, fecerat et medicus.* — V. 3. τελαμῶνας. faſcias, quibus cadavera a capite ad pedes vinciebantur. Eaedem ταινίαι appellabantur; vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 96. et δεσμοὶ ἐντάφιοι, docente *G. Cupero* in Obſſ. II. 9. p. 203. qui profert verba *Georgii Palami*, infantium recens natorum ταινίας καὶ κειρίας σπαργάνων συγγενεῖς ἐνταφίων δεσμῶν dicentis. Cf. *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 422. Has faſcias veſpillo cadaveribus clam detractas medico dabat, ea lege, ut omnes aegrotos ad Libitinam Deam amandaret. Medicus autem faſciis ad obliganda vulnera utebatur. Hunc uſum, ni fallor, ſpectabant taeniae in ſigno Hygieae in agro Corinthiaco, quod circumdabant κόμαι γυναικῶν, αἳ κείρονται τῇ θεῷ, καὶ ἐσθῆτος Βαβυλωνίας τελαμῶνες. *Pauſan.* L. II. 11. p. 137. — V. 4. εἰς ἐπιδεσμεύειν, junctim Steph. et Wech. Sic mox ἐνταφιάζειν. Utrumque correxit *Huetius* p. 16. Faſciis Antigone Polynicis vulnera obſtringit in *Eurip.* Phoen. 1663. ἀλλ' ἀμφὶ τραύματ' ἄγρια τελαμῶνας βαλεῖν. Troad. v. 1232. τελαμῶσιν ἕλκη τὰ μὲν ἐγώ σ' ἰάσομαι.

¶. 170.] *XCVII.* Vat. C. p. 546. Plan. p. 160. St. 232. W. Addendum erat hoc et ſeq. carminibus heroico metro conſcriptis, ubi plures ejusmodi verſificatorum luſus reperiuntur. Num forte tabula picta his verſibus locum dederit, neque ſatis tuto affirmari neque negari poteſt. Vinoſam ſibi fingebat auctor matrem, quae puero, quamvis enixe roganti, vini hauſtum denegaret. — V. 4. *Br.* dedit ex vulgatis edd. In Vat. C. eſt: καὶ παύσο δίψαν σεῖο. unde procul dubio ſcribendum:

καὶ παύσσ δίψαν ἑοῖο.

ἑὸς enim in ſecunda perſona non minus locum habet quam in tertia. Vide exempla ap. *Stephan.* Theſ. Gr. L. T. I. p. 1068. E. F.

*XCVIII.* Vat. C. p. 546. cum praecedente conjunxit, verſibus transpoſitis. Leguntur enim hoc ordine: v. 1. 4. 5. 6. 7. 2. 3. qui minime probandus eſt. Deinde ſubjiciuntur hi verſus:

μῆτερ ἐμὴ δύςμητερ, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα,
Εἰ φιλέεις τὸν υἷα, δίδου με τυτθὸν ἀφύσσειν.

quae putida eſt inepti verſificatoris vulgatae variatio. „Leguntur hi verſus in Planudea p. 160. St. 233. W. „ſed transpoſiti. Turbatum ordinem reſtitui.“ *Br.* Fieri tamen poſſit, ut v. 2. 3. haud ſecus ac illi, quos membr. Vat. addit, ab aliena manu adſcripti ſint. In ejusmodi luſibus, ſtili exercendi cauſa ſcriptis, nihil his interpolationibus frequentius. — V. 2. χαλεποῦ. Vat. C. — Tu quae gravem novercae animum in me ſumſiſti. Verbum ἀντικρατεῖν, in vulgaribus Lexicis omiſſum, ex hoc loco notavit unus *Schneiderus.* Factum ad analogiam verborum ἀντιλάζεσθαι, ἀντιλαμβάνεσθαι. — V. 3. ἡδύτατα. Vat. C. — V. 5. ἐν λαγύνῳ πίνουσα. Sic veteres loquuntur. *Etymol. M.* p. 502. v. Κεράσαι. — πρὸ γὰρ εὑρεθῆναι τὴν τῶν ποτηρίων χρῆσιν, ἐν τοῖς κέρασιν ἔπινον. *Martial.* VIII. Ep. VI. *Hac propinavit Bitiae pulcherrima Dido In patera.* *Senec.* Agam. v. 878. *Merum in auro veteris Aſſaraci trahunt.* Illuſtravit dicendi uſum *Munker.* ad *Hygin.* F. CCLXXIV. et *Burmann.* ad *Phaedr.* I. Fab. XXV. 3. — V. 5. βρόχθου ἐμεῖο veteres edd. quae in fine ἐμοῖο habent. At Vat. C. longe aliter:

ἐκ βρόχθου ὀλίγου τί σοι δώσω, τέκνον ἐμεῖο.

unde apparet legendum eſſe:

ἐκ βρόχθου ὀλίγοιο τί σοι δῶ —

ὀλίγος in talibus pro μικρὸς ponitur innumeris in locis; nec quidquam huic contextui aptius. βρόχθος autem h. l.

non eſt *guttur*, ſed ὀλίγον πόμα, ut interpretatur *Schol. Nicandri* Ther. 366. — V. 6. ξεῖτας. λάγυνον μέτρου λέγουσιν εἶναι ὄνομα — χωρεῖν δ' αὐτὸ κοτύλας Ἀττικὰς δώδεκα. *Athen.* L. XI. p. 499. B. — Vat. C. μόνας λαγύνη τόδε. μόνας verum puto.

*XCIX.* Vat. C. p. 567. Εἰς Ὀπιανὸν ἡγεμόνα πότην. Parum intereſt, utrum *Opianus* ille appellatus fuerit an *Apianus*. Planudea ei p. 160. St. 233. W. poſterius nomen tribuit. Primam literam in hoc nomine abundare vult auctor, qua detracta πιανὸς reſtat, nomen a πιεῖν derivandum, hominis moribus congruens. — V. 2. ἀκριβῶς Vat. C. — Ejusmodi generis luſum vide ap. *Auſon.* Ep. XL. XLI.

C. Vat. C. p. 541. Plan. p. 162. St. 236. W. De obeſi hominis imagine. — V. 2. μισήτην. — τὸν δὲ ἁπλῶς μισητόν, τὸν ἀνίκανον ἢ ἄπληστον τῇ τροφῇ. *Heſych.* nec aliter *Suidas*, quem emendavit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 151.

*CI.* Vat. C. p. 529. Plan. p. 170. St. 248. W. In imaginem rhetoris muti. — V. 1. „Vulgo legitur ὁ δὲ „ῥήτωρ, ῥήτορος εἰκών. quo nihil inſulſius. Ex ſenſu et ex „Epigr. CIV. emendavi.“ *Br.* Idem viderat *Caſaubon.* in not. mſt. Emendationem, jam per ſe ſat evidentem, firmat etiam *Auſon.* Ep. LI.

*Ore pulchro et ore muto, ſcire vis quae ſim? Volo.*
*Imago Rufi rhetoris Pictavici.*
*Diceret ſed ipſe, vellem, rhetor hoc mî. Non poteſt.*
*Cur? Ipſe rhetor eſt imago imaginis.*

¶. 171.] *CII.* Plan. p. 376. St. 514. W. „Melius „ſcriberetur σιγᾷς, οὐ λαλέει, ſc. ὁ τύπος, ἡ εἰκών.“ *Br.* Certe ingrata eſt tautologia in verbis σιγᾷς, οὐ λαλέεις, incertum, auctoris culpa an librarii. Evitavit eam *Auſonius* Ep. XLVI. *Elinguem quis te dicentis imagine pinxit? Dic mihi, Rufe. Taces? Nil tibi tam ſimile eſt.*

*CIII.* Plan. p. 376. St. 515. W. Aliorum hominum imagines honoris cauſa pingi; Marini autem, inſigni deformitate hominis, in ipſius contumeliam factam videri.

*CIV.* Vat. C. p. 528. Plan. p. 169. St. 247. W. Conf. Ep. CI. — V. 1. μελετᾷ. Non de meditatione, ſed de ipſa, quae habetur, oratione accipiendum eſſe, contextus docet. Eodem ſenſu *Lucill.* Ep. LXXXV. 4. Cf. *Wetſten.* ad N. T. I. p. 670. — V. 2. Imago igitur pro rhetore, rhetor pro imagine imaginis habendus eſt. — Haec non ſatis faciebant *Joſ. Scaligero*, qui in not. mſt. tentavit: Ῥήτορος ἥδ' εἰκών. quod vulgato minus argutum eſt.

*CV.* Vat. C. p. 529. ἄδηλον. In Plan. p. 170. St. 248. W. *Ammiano* tribuitur, cujus Epigr. in Anthologia C. Cephalae noſtrum diſtichon ſequitur. — V. 1. Μέδων. Vulgo. — V. 2. στειλάμενος, ad dicendum compoſitus. Proprie verbum στέλλεσθαι ad oratoris cultum referri debet, cui quantum tribuerint veteres, conſtat ex *Quintil.* XI. 3. 137. ſqq. Cf. *Böttigerum* de εὐσχημοσύνῃ docte disputantem *in den Vaſengem.* Faſc. II. p. 54. ſq.

*CVI.* Vat. C. p. 521. Plan. p. 127. St. 185. W. Scriptum eſt in Periclem ſtadiodromum tam tardum, ut, certamine jam finito, ne transverſum quidem digitum progreſſus eſſet. Comparandum Ep. *Nicarchi* ſive *Callicteris* potius XXVI. et Ep. ἀδέσπ. CCCXII. quod mutilum ex noſtro et *Nicarchi* Ep. reſtitui poteſt. — V. 2. εἶδεν. Vat. C. male. — V. 3. ὕσπληγος. Vat. C. Ad carminis acumen penitus percipiendum facit inprimis *Lucian.* in Timone §. 20. T. I. p. 90. ed. Bip. ubi Plutus: ὁπόταν ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πτηνὸν ὄψει, πολὺ τῶν ὀρνέων ὠκύτερον· ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκώς, ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον, οὐδὲ ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν. in quo loco manifeſta eſt, ſed a nemine

animadverſa alluſio ad Ep. ἀδέσπ. CCCXII. ubi vide notata. Noſter autem idem Epigr. ſuaviter παρῳδεῖ.

*CVII.* Plan. p. 16. St. 27. W. Nihil ventre impudentius, propter quem paraſiti libertatem vendunt. — κυνόμυια. ſive κυνάμυια. graviſſimum convicium ex duobus impudentiſſimorum animalium nominibus compoſitum. Talia plura protulit *Euſtath.* ad Od. ρ. p. 633. 34. adde *Intrpp. Heſychii* v. T. II. p. 378. 14. Similiter de ventre *Linus* ap. *Stobae.* p. 37. *Grot.* νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων, Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς. ut haec emendavit *Valcken.* in Diatr. p. 282. Quod hîc in ventrem, id in paraſitos paſſim dictum. De hoc hominum genere *Clemens Alex.* Paedagog. II. p. 167. μυῖαι τούτοις οἰκεῖαι τοῖς ὀνόμασι καὶ γαλαῖ, κόλακές τε καὶ μονομάχαι (num fort. ζωμομάχαι;) καὶ τὰ ἄγρια τῶν παρασίτων φῦλα· γαστρὸς ἡδονῆς οἱ μὲν τὸν λόγον, οἱ δὲ τὴν φιλίαν, οἱ δὲ τὸ ζῆν ἀποδιδόμενοι. qui locus inprimis ad noſtrum diſtichon facit. κόλακες autem paraſiti ſimpliciter appellantur paſſim. *Eupolis* ap. *Athen.* VI. p. 236. E. F. *Machon* in Variis Hiſtoriis ap. eund. VIII. p. 349. C. ubi legendum videtur:

> τοῦτ' εἶπε' ποτεὶν ὅλως μὲν ἔῤῥωμαι, ξένε,
> καὶ τῶν κολάκων πολὺ μᾶλλον ἐπὶ δεῖπνον τρέχω.

vulgo εἶπε τοῖς ὅλοις. — ζωμοῦ. libertatem pro juſculo vendunt. Non minus ſarcaſtice *Clemens Alex.* l. c. p. 166. 19. χαλεπώτατον δὲ πάντων πτωμάτων, τὴν ἄπτωτον ἀγάπην ἄνωθεν ἐξ οὐρανῶν ἐπὶ τοὺς ζωμοὺς ῥίπτεσθαι χαμαί.

*CVIII.* Vat. C. p. 521. *Lucillio* vindicat. In Plan. p. 133. St. 193. W. male appoſitum ἄδηλον, quod rectius deeſt in Ed. Flor. cum *Lucillii* Ep. praecedat. Hyperbolicum in hominem ita brevem, ut nihil brevius eſſe poſſit. Frigida hyperbole et inepta; nam ſi poëtae acumen recte aſſequor, Hermogenes eo, quod projicit, inferior fuiſſe dicitur, ita ut illud unco verſus ter-

ram trahere opus haberet. ὅταν ἐκβάλῃ τι de ſputo accipit *Opſopoeus*, eumque ſecutus *Grotius*:

*Pumilus Hermogenes ſi quicquam deſpuit, illud*
*Ut terram poſſit tangere, falce trahit.*

Nihil video, quod nos cogat huic interpretationi adhaerere. — δορυδρέπανον eſt *falx praeacuta longuriis inſerta et affixa*, ut *Caeſar* loquitur III. de Bell. Gall. 14. Illuſtravit *Fabricius* ad *Dion. Caſſ.* XXXIX. 43. T. I. p. 212.

¶. 172.] *CIX.* Vat. C. p. 522. ubi nomen auctoris non adſcriptum eſt; ſed cum *Nicarchi* Epigrammati adhaereat, et proximo carmini appictae ſint voces τοῦ αὐτοῦ, dubitari non poteſt, *Nicarchi* eſſe. In Plan. p. 158. St. 230. W. *Lucillio* tribuitur, errore obvio, cujus fontem indicavimus ad Ep. *Lucillii* XXXVI. T. II. P. II. p. 463.

CX. Servavit *Athenaeus* L. IV. p. 162. A. ex *Hegeſandri* Commentariis ſumtum, quem *Scaliger* ad *Varron.* L. I. p. 5. ed. Bip. memoriae lapſu pro auctore carminis habuit. Relatum in Append. Plan. p. 533. St. 29. W. cum erronea inſcriptione εἰς γραμματικούς. Operoſe in hoc carmine vertendo luſit *Scaliger* l. c.

*Silonicaperones, vibriſſaſperomenti,*
*Manticobarbicolae, exterebropatinae,*
*Planipedatquelucernitui, ſuffarcinamicti,*
*Noctilatentivori, noctidoloſtudii,*
*Pullipremoplagii, ſutelocaptiotricae,*
*Rumigeraucupidae, nugicanoricrepi.*

Multo, me quidem judice, felicius, primus latinae Muſae inter recentiores ſacerdos, *Hugo Grotius*, cujus elegantem verſionem et ipſam adſcribam:

*Arquiſupercilii, mentopropendulonaſi,*
*Sacculibarbigeri, plenipatellirapi,*
*Retrojectitogi, pedinudilucernituentes,*
*Noctilatentivori, frauditenebrifabri,*
*Pupillinſidii, captentuliſyllabiprendi,*
*Virtutancupidae, vaniperitiloqui.*

Eadem fere, quae in hoc Epigrammate, Philoſophis objiciuntur ap. *Lucianum* in Icaromen. §. 29. T. VII. p. 41. ſq. ed. Bip. qui locus noſtro carmini commentarii inſtar eſt: γένος γάρ τι ἀνθρώπων ἐστὶν — ἀργὸν, φιλόνεικον, κενόδοξον, ὀξύχολον, ὑπόλιχνον, ὑπόμωρον, τετυφωμένον, ὕβρεως ἀνάπλεων. — οὗτοι — ὄνομα σεμνὸν τὴν ἀρετὴν περιθέμενοι, καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπάραντες, καὶ πώγωνας ἐπισπασάμενοι, περιέρχονται ἐπιπλάστῳ σχήματι κατάπτυστα ἤθη περιστέλλοντες. — τοιοῦτοι δὲ ὄντες ἀνθρώπων μὲν ἁπάντων καταφρονοῦσι, περὶ θεῶν δὲ ἀλλόκοτα διεξέρχονται, καὶ συνάγοντες εὐεξαπάτητα μειράκια, τήν τε πολυθρύλλητον ἀρετὴν τραγῳδοῦσι καὶ τὰς τῶν λόγων ἀπορίας ἐκδιδάσκουσι. — V. 1. ὀφρυαν. De ſupercilio philoſophorum omnia plena. Cf. *Ruperti* ad *Juven.* II. p. 58. Simili vocabulo ſeſquipedali ſuperbi cujusdam mores indicat *Ariſtophanes* Veſp. 135. ὀφρυαγμοσεμνοκομψείνους eos appellans. — ῥινεγχ. quorum naſus mentum tangit. — V. 2. σακκογ. ingentem barbam nutrientes. σάκκος ſive σάκος eſt *barba.* *Ariſtoph.* Eccl. 498. μίσει σάκον πρὸς ταῖν γνάθοιν ἔχουσα. Cf. ad *Cereal.* Ep. I. T. II. P. III. p. 11. Simili vocabulo Nicium ſcortum philoſophos appellabat ἄνδρας γενειοσυλλεκτάδας ap. *Athen.* IV. p. 157. B. — λοπαδαρ. qui appoſitas in menſa dapes prae cupiditate ad ſe rapiunt. Cf. *Lucian.* in Conviv. ſive Lapith. §. 11. et 42. Nigrin. §. 25. Ad hanc philoſophorum guloſitatem referendum videtur fragmentum *Sophoclis* ex Συνδείπνοις ap. *Athen.* XV. p. 679. A. ubi γαστρὸς παῖς hominem *gulae deditum* ſignificat. — V. 3. ἱματανωπ. obſcurius vocabulum, quo philoſophorum ſignificatur amictus, qui tamen non idem

erat ap. omnes ſectas; aliter enim Cynici, aliter alii pallium ſumebant. Vide *Salmaſ.* ad *Tertullian.* p. 397. et p. 425. Propria in hac re vocabula περιβάλλεσθαι et ἀναβάλλεσθαι, quae illuſtrata dedit *Caſaubon.* ad *Athen.* L. I. 18. p. 53. Sed diſertius haec expoſuit, vir omnis antiquitatis peritiſſimus, *Boettigerus*, qui per literas a me conſultus haec fere reſpondit: „Poſt Antiſthenem aut Diogenem (v. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* VI. 13.) Cynici tunicam ſimul cum interula depoſuerunt, pallio contenti, cujus inferior pars crura ambiebat, ſuperior ſupra laevum humerum rejiciebatur. Hinc dicebantur διπλῶσαι τὸ ἱμάτιον, τὸν τρίβωνα. Cf. *Ferrar.* de Re Veſt. P. I. L. II. 12. p. 166. *Winkelmann.* Mon. Ined. p. 228. Hinc explicandum venit verbum ſeſquipedale ἱματανωπερίβαλλαι, quo ſignificantur philoſophi, qui pallium ſupra humerum rejiciebant ſive duplicabant. Hinc derivandum voc. *abolla*, i. e. ἀναβολή, quod de philoſophorum amictu proprium. Vide *Ramirez* ad *Martial.* IV. 43. p. 343. ſq.“ — νηλιποκαιβλ. νήλιποι. ἀνυπόδητοι. *Heſych.* Dicitur etiam ἀνάλιπος eadem ſignificatione ap. *Theocrit.* Eid. IV. 56. Socratem nudis pedibus incedentem rigidioris virtutis adſeclae ſequebantur, de quorum ἀνυποδησίᾳ vide *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Cer. v. 125. *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Nub. 103. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 16. — βλεπέλαιοι. Ut λύχνον ὄζειν dicuntur ea, quae nocturno ſtudio nimiaque diligentia elaborata ſunt, quod jaciebatur in Demoſthenis ἐνθυμήματα, (vide *Plutarch.* Vit. Dem. T. I. p. 849. *Lucian.* T. III. p. 502. ed. R. et *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VII. 7.) ſic hoc loco philoſophi ipſi, qui multa ad lucernam meditantur, doctius etiam, τὸ ἔλαιον βλέπειν dicuntur. Late patet hic verbi βλέπειν uſus, quem exemplis illuſtravit *Ez. Spanh.* ad *Ariſtoph.* Nub. 1178. ad Ran. 616. *Valcken.* ad N. T. p. 344. et alii. — V. 4. νυκτιλαθραιοφάγοι, qui interdiu frugalitatem et abſtinentiam ſimulantes,

noctu, teſtibusque remotis, ſeſe ingurgitant. νυκτιπαταιπλάγιοι. proprie ſunt, qui in tenebris per obliqua incedunt itinera. Hoc traxeris ad eos, qui in angiportis, hominum adſpectus vitantes, turpes libidines ſectantur, qualis is eſt, quem deſcribit *Alciphron* I. 34. p. 142. et III. 64. p. 434. *Quis enim non vicus abundat Triſtibus obſcoenis? Juven.* II. 8. qui ſcilicet *vultum et triſtitiam et diſſentientem a ceteris habitum peſſimis moribus praetendunt. Quintil.* Prooem. L. I. §. 8. Si quis tamen malit, vocem generaliori ſignificatione, de morum perverſitate, tenebris occultata, interpretetur. πλάγια in talibus idem quod σκολιά, et ut prava atque perverſa, τοῖς ὀρθοῖς et εὐθέσι, rectis et bonis opponuntur. Cf. Scol. XIV. T. I. p. 157. — V. 5. συλλαβ. qui ſyllabas aucupantes adverſarios interrogationibus captant. — V. 6. δοξομαт. qui vanam de ſapientia ſua opinionem excitare ſtudent. *Timon.* Sill. fragm. III. δοξῶν τε κενοφροσύνης τε σοφιστῶν. — ζηταρετ. qui ſe virtutem unice ſectari ſimulant, ſive, qui in disputationibus de virtute omne tempus conſumunt.

CXI. Vat. C. p. 117. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 461. nr. 356. Hinc *Toup* ad *Suidam* p. 174. Alexo meretrix Priapo poſt pervigilium faſcias et corollas dedicat. Conf. *Hedyli* Ep. I. II. — V. 1. Ὁ κρόκος. Hoc paulo obſcurius. Ipſumne crocum, an unguentum crocinum dedicavit? Neutrum ſatis commode. Videtur itaque κρόκος pro κροκωτός, *lutei coloris indumento*, dictum eſſe. — μύροισι πνείοντες. ut ap. *Hedylum* μύροις ἔτι πάντα μυδῶντα. Notandum verbum πνέειν, quod hac ſignificatione genitivum et accuſativum ſibi adſciſcit, cum ſexto caſu junctum. Coronae unguentis delibutae ad conviviorum luxuriam pertinebant. *Meleager* Ep. XCVIII. καί μοι τὸν βρεχθέντα μύροις καὶ χθιζὸν ἐόντα — ἀμφιτίθει στέφανον. ubi vide not. p. 111. — V. 3. Ap. Lipſ. κατίλλωπόν τι, quod ex ſchedis LaCroz. emendavit

*Reiskius.* κατιλλώπτοντι ſervavit etiam *Suidas* in ἰλλώπτειν T. II. p. 115. ubi vitioſe τὸν γλυκερὸν et τὸν γλυκερῷ. *Obliquis et patrantibus oculis aliquem adſpicere* dicitur ἰλλώπτειν, ἐπιλλώπτειν, κατιλλώπτειν. *Obliquis pathicae quid me ſpectatis ocellis?* Luſ. in Priap. LXXVI. *Altera limis ſubriſit ocellis. Ovid.* II. Amor. XIX. 33. id eſt, κατιλλώπτουσα, quo compoſito uſus eſt etiam *Aeſchylus* in Siſypho ap. *Polluc.* X. 20. Plura de hoc aliisque derivatis vocabuli ἰλλὸς eâ, qua ſolet, copia tradidit *T. Hemſterb.* ad *Heſych.* in ἰλλώπτειν T. II. p. 42. (46.) not. 4. ubi et noſtrum verſiculum excitat. Reſtituit verbum κατιλλώπτειν *Philemoni* ap. *Clement. Alex.* Paed. III. p. 294. *Bentlejus* in Emend. in Menandri Reliqu. p. 133.— Noſtro loco adſcripſit *Salmaſius:* μαλακῶς καθορῶντι καὶ στραβίζοντι ἐπὶ τῷ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας ἀπατᾷν. — V. 4. κεῖται. Vat. C. κεῖνται emendatum in marg. Guy. et R.

*CXII.* Vat. C. p. 117. Edidit *Pierſon* ad Moer. p. 413. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 462. nr. 357. Leontis in noctis cum Sthenio transactae memoriam Veneri barbiton dedicat. Cithariſtriam igitur fuiſſe apparet. — V. 1. Pro ἑῷον vitioſe Ap. Lipſ. ἔπινον, in marg. ἔπινεν. — V. 2. τῷ χρυσέῳ. probi viro ingenii. Vide ad *Calliae* Ep. T. II. P. I. p. 9. In Ap. Lipſ. τῷ χρῷ, quod *Reiskius* mutavit in χρηστῷ. — Ad σθενίῳ notatum in marg. Ap. Guy. et Ruhnk.: *fortaſſe* κτενίῳ *id eſt* κτενὶ *poëtice.* Σθενίῳ κύριον. — V. 3. „Scriptum in Cod. μούσαισι „μεληθέν, quod a Salmaſio emendatum.“ *Br.* Barbiton σὺν Μούσαις μελετηθέν, ſi recte intelligo, cithara eſt Muſarum ope attemperata. Eſt enim μελετᾷν *ſtudioſe tractare*, non de oratoribus tantum, ſed de omnibus, qui ad aliquam artem incumbunt.

*CXIII.* Vat. C. p. 118. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 469. nr. 361. Nihil hoc Epigrammate illuſtrius ad docendam τῆς ἴυγγος formam et uſum. Rhombus

erat filis ex lana circumdatus, quem agitabant veneficae, carminibus ſimul pronuntiatis, quibus effici poſſe putabant, ut e longinquo aliquis alliceretur. In his omnes, qui hujus inſtrumenti mentionem fecerunt, conſentiunt. Sed pro ſuperſtitionis varietate modo haec modo illa fuiſſe addita, alia demta, et per ſe probabile eſt, et ex veterum locis apparet. Vide inprimis *Schol. Theocr.* Eid. II. 17. et ad *Pindar.* Pyth. IV. 380. quaeque collegit *Erneſt.* ad Xenoph. Mem. III. 11. 17. et *Voſſius* ad *Virgilii* Eclog. VIII. 68. p. 419. ſqq. — V. 1. ἦυξ ἠνικους. Vat. C. Primam vocem rectius ſcriptam ſervavit *Suidas* T. II. p. 159. Ἴυγξ τὸ ἐφέλκον τὴν διάνοιαν εἰς ἐπιθυμίαν καὶ ἔρωτα. ἐν Ἐπιγράμματι· Ἴυγξ ἡ νικῶσ᾽ ἡ καὶ διαπόντιον ἄνδρα καὶ ἐκ θαλάμων παῖδας ἐπισταμένη. Omiſit Lexicographus verbum in fine verſus, quod in ſuo codice depravatum reperit. Etiam in Vat. C. non ἕλκειν, ſed ησακειν legitur. Illud ex conjectura procul dubio reſtituit *Biſetus*, qui hoc diſtichon excitavit ad *Ariſtophan.* Lyſiſtr. 1112. Idem in marg. Apogr. Guy. et R. notatum. Et recte, ut puto. Parum diſtant literae CAKEIN et EΛKEIN; H autem ortum ex N finali praecedentis vocabuli, quae literae in codicibus ſibi ſimillimae. ἕλκειν proprium in hac re vocabulum. *Theocritus* l. c. Ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. — V. 2. παῖδας puellas interpretatur V. D. in marg. Guy. De amoris impotentia *Theocrit.* II. Eid. 136. σὺν δὲ κακαῖς μανίαις καὶ παρθένον ἐκ θαλάμοιο Καὶ νύμφαν ἐφόβησ᾽, ἔτι δέμνια θερμὰ λιποῖσαν Ἀνέρος. Verius tamen videtur *pueros* dilectos et a veneficis expetitos intelligere. — ¶. 173.] V. 3. ποικίλλουσα. Vat. C. quod ſervavit *Reiskius*. Solent nonnunquam graeci activo pro paſſivo uti, de quo vide *Brunck.* ad *Sophocl.* Oed. Colon. 74. at hoc loco poëta ποικιλθεῖσα ſcripſiſſe videtur, quod *Salmaſii* ingenio deberi puto. — V. 4. πορφυρέης. Purpureo colori peculiaris quaedam vis in incantamentis, quod notavi ad Ep.

XVI. Adde *Clem. Alex.* Srom. VII. p. 843. 24. ἔρια πυῤῥά, καὶ ἁλῶν χόνδρους καὶ δᾷδας, σκίλλαν τε καὶ θεῖον δεδίασι, πρὸς τῶν γοήτων καταγοητευθέντες. — μαλακί. Vat. C. μαλακῇ. Ap. Guy. et R. — V. 6. παίγνια erranti calamo ſcripſiſſe videtur *Salmaſius*; ſic enim exhibent Apographa, quae ex Salmaſiano fluxerunt. In membr. ipſis eſt ξείνια, quod reponendum. Eodem verbo pro ἀναθήματι, δώρῳ ſimpliciter, utitur auctor Ep. CXI. κεῖνται τῆς ἱερῆς ξείνια παννυχίδος.

*CXIV.* Vat. C. p. 193. Πέρσου. Hoc auctoris nomine forte a *Salmaſio* omiſſo, hoc Epigr. inter ἀδέσποτα relatum ap. *Reisk.* Anthol. nr. 518. p. 53. Hinc protulit *Warton* ad *Theocr.* T. II. p. 300. Expreſſum carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. II. Comparandum etiam *Marc. Argent.* Ep. XX. — V. 1. ὦ Λατοῖ. vitioſe ſic Cod. Legendum:

ὦ Λατῷα.

De Lucina enim agitur, quae parturientibus auxilium praeſtat. — Ad v. κύπασσις Schol. adſcriptum in membr. οἱ μὲν περιζῶμα, ἄλλοι δὲ εἶδος ἱματίου. Disputavimus de cypaſſi ad *Leonid. Tar.* l. c. T. I. P. II. p. 59. ſq. — V. 2. μαστοῖο. Vat. C. faſciam papillas ambientem. μαλακαὶ μίτραι μαστῶν ἐνδύματα. *Hedylus* Ep. I. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. V. T. I. P. II. p. 62. — V. 3. Τιμήεσσα Vat. C. a man. ſec. et ſic *Reisk.* qui in Τιμώνασσα incidebat. — V. 4. ἀργαλέον βάρος. *Ovid.* II. Faſt. 453. *Maturumque utero molliter aufer onus. Phaedr.* I. Fab. XVIII. 5. *Onus naturae melius quo deponeret.* ubi vide Interpp. *Sarcinam matris* appellat *Ovid.* VI. Met. 224.

CXV. Vat. C. p. 194. „Edidit *Pierſon* ad *Moerin* „p. 235. quod cl. Toupium fugiſſe videtur, qui hoc carmen protulit e Reiskii Anthologia [nr. 498. p. 43.] „Epiſt. crit. p. 158. [p. 130.]“ *Br.* Duo priora diſticha dedit etiam *Valcken.* ad Hippol. p. 188. A. Timareta crepundia ſua ante nuptias Dianae dedicat. Cf. Epigr.

Epigr. *Perſae* II. — V. 1. τήν τ' ἐρατεινήν. Vat. C. Doriſmus reſtitutus in Ap. Guy. — ἐρατεινὰ σφαῖρα eſt pulchra. Inter pueritiae oblectamenta commemoratur ap. *Glaucum* Ep. I. T. II. p. 347. — V. 2. τὸν δέ. Apogr. Scalig. et Voſſ. — ῥύτορα κεκρύφαλον. *Archias* Ep. V. πολυπλέκτου δὲ Φιλαινὶς Πορφύρεον χαίτας ῥύτορα κεκρύφαλον. σφιγκτῆρα κόμης ejusmodi linteum appellat *Antip. Sidon.* Ep. XXI. — V. 3. „Scriptum in cod. τάς τε κόρας λιμνᾶτι „κόρᾳ κόρα. κόραι nihil aliud eſt quam κόρᾳ, poſito ad „latus ι, quod ſubſcribi ſolet. κόρας i. e. *puppas*. λιμνάτι, „apocope pro λιμνάτιδι, cujus exempla multa congeſſit „Maittaire de Dial. p. 333. Diana autem Limnatide „nihil notius, de qua plurima ap. Pauſaniam mentio.“ *Br.* In ap. Goth. τάς τε κόμας, vitioſe. Inſigniter hunc verſum corrupit *Reiskius*, quum Apogr. Lipſ. fere integram ſcripturam offerret. Legit enim: τάς τε κόρας λίμνας τε κόρας κόρᾳ, *lacus filias* pro *arundinibus* accipiens, unde tibiae fiebant, in ſuperiore parte *cornu* munitae. Non magis Diva Critica in hoc loco favit *Toupio*, qui τάςδε κόρας λίμνας τε κόρᾳ κόρα ὡς — legundum eſſe pronuntiat, *nymphas marinas* Epigrammatiſtae obtrudens, i. e. ipſo interprete, *pupas corallinas* ſive *ex coralio factas*. *Brunckii* lectio debetur ingenio *Salmaſii*. Puella virgo virgini Dianae *pupas* dedicat, quae ipſae quoque *virgines* appellantur. Nihil apertius. De hoc puellarum more Veneri, Dianae aliisve Deabus puellaria ludícra conſecrandi vide *Pierſon.* l. c. qui etiam de Limnatide nonnulla dedit. Cf. etiam *N. Heinſ.* ad *Ovid.* V. Metam. 48. — V. 4. καταχόραν. Vat. C. κᾆτα κομᾶν. Ap. Lipſ. κορᾶν. Voſſ. et Scal. καὶ τὸ κορᾶν. Ap. Guy. Vera lectio nullum editorum fugit. Una cum pupis Timareta etiam indumenta puparum dedicaverat. De ejusmodi ornamentis accipiendus locus *Sapphûs* ap. *Athen.* X. p. 410. E. quem, cum depravatiſſimus ſit, emendare conati ſumus ſic: Σαπφὼ δ' ὅταν λέγῃ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν με-

λῶν πρὸς τὴν Ἀφροδίτην· χειρόμακτρα δὲ πλαγγόνων πορφυρόβαπτα μὴ ἀτιμάσῃς, ἃ πέμψα παρθενίας δῶρα τίμια. — V. 5. Λητῴα τὺ δὲ παιδὸς ὑπὲρ χεῖρα. Vat. C. non παιδὶ, quod ibi legi cl. editor aſſeverat. De locutione χεῖρα ὑπερέχειν pro *tueri* vide ad *Phaedimi* Ep. III. T. I. P. II. p. 188. — παιδὸς Τιμαρετείας. *ipſius Timaretae.* Quae enim ſupra *Timareta*, eadem diverſa terminatione *Timaretea* appellari potuit; de qua forma *Euſtath.* ad Od. α. p. 49. 52. et *Valckenar.* in Callim. Fr. p. 78. ſq. — V. 6. θήκαμεν ἃ. Vat. C. et plurima apographa.

¶. 333.] *CXVI.*[a] Ex *Aeliani* H. A. XI. 40. p. 655. τετράκερων δὲ ἔλαφον Νικοκρέων ὁ Κύπριος ἔσχε καὶ ἀνέθηκε Πυθοῖ. De Nicocreonte, Cypriorum rege, nominisque diverſitate disputavit *P. Leopardus* Emend. I. 10. p. 7. ſq. qui eum nihil diverſum exiſtimat a Nicocle, Euagorae filio, ad quem exſtant *Iſocratis* ſcripta, in quo ſibi conſentientem habet *Caſaubon.* ad *Athen.* VIII. 9. p. 607. Is fuit, qui Anaxarchum crudeli morte affecit, id quod multi tradunt, quorum loca congeſſit *Menagius* ad *Diog. Laërt.* IX. 59. p. 424. Oraculum ei a Serapide datum refert *Macrob.* Sat. I. 20.

¶. 173.] *CXVI.*[b] Vat. C. p. 149. Plan. p. 422. St. 556. W. Bitto, textrix, egena vita, quam ſub Minervae tutela geſſerat, relicta, Veneri ſe in poſterum operaturam eſſe promittit. Cf. ejusdem argumenti Epigramma *Antip. Sid.* IX. — V. 3. ἀποστύξας. Ed. Flor. „τοὺς ἐνερίθους. e Vat. membr.“ *Br.* Fallitur vir doctiſſimus. In membr. ita ut in Plan. legitur ἐν ἐρίθοις. quod revocandum exiſtimo. οἱ ἐν ἐρίθοις μόχθοι ſunt οἱ μόχθοι τῶν ἐρίθων, eleganti uſu praepoſitionis ἐν, cujus exempla quaedam dedit *Fiſcherus* in Anim. ad Veller. T. III. 2. p. 144. — V. 5. Telae et lanificii ſtudium Veneris cultus auferebat huic puellae, ut illi ap. *Horatium* III. Od. XII. 4. *Tibi qualum Cythereae Puer ales, tibi telas Operoſaeque Minervae ſtudium aufert, Neobule, Liparei ni-*

*tor Hebri.* quem locum cum noſtro carmine comparavit *Valcken.* ad Adoniaz. p. 339. — V. 6. τὴν Παρ. eandem contra te ſententiam ferens, quam Paris tulit.

*CXVII.* Vat. C. p. 379. Plan. p. 33. St. 50. W. ubi ἔτευξα et μηδὲν ἔχεις legitur. Utrumque etiam in membranis. μηδὲν ἄγαν vere emendavit *Graevius* in Lect. Heſiod. c. XIV. ἔτευξα cur mutetur, cauſam non video. *Grotius* vertit, vulgatam ſecutus:

*Spem Nemeſinque ſimul poſui, ceu cernis, ad aram:*
*Iſta dat, ut ſperes: haec, nihil ut capias.*

¶. 174.] *CXVIII.* Relatum in Append. Anth. Steph. p. 506. St. 11. W. Ap. *Bonadam* p. 70. Ex *Pauſania* L. VIII. 42. p. 687. qui hoc carmine utitur ad definiendam Onatae aetatem. Onatas enim Miconis filius, Aegineta, τὰ ἀναθήματα, quae ab Hierone pro victoriis e certaminibus reportatis voto promiſſa Dinomenes poſt patris mortem dedicavit, elaboraverat. Erant autem haec ἀναθήματα currus aëneus cum binis equis, quibus pueri inſidebant, ut apparet ex *Pauſania* VI. 12. p. 479. Victoriam ſingulo equo, μονοκέλητι, reportaſſe videtur Hiero Ol. LXXV. ex computatione *Heynii* V. III. ad *Pindari* Ol. α. Diem ſupremum obiit Ol. LXXVIII. 2. — V. 5. 6. Hoc diſtichon *Pauſanias* laudat iterum L. V. 25. p. 445. ubi id Thaſiorum cuidam muneri inſcriptum fuiſſe docet. Saepius itaque Onatas iisdem verſiculis uſus eſt, nec tamen ſemper nec in omnibus operibus ſuis. Cf. Ep. ἀδέσπ. CXXXVIII.

*CXIX.* Vat. C. p. 610. ἐπὶ ἑξαμέτρῳ πεντάμετρον, εἶτα τρίμετρον. In membr. v. 1. τόνδε πυρῆς legitur. *Salmaſ.* adſcripſit: *legendum* πυρῆ'. *Cf. Heſych.* πυρεῖον. *Hic* τὸν πυρῆα θυμιατήριον *aut* λύχνον *ex auro aut argento eſſe non dubitamus. Heſych.* πυρεῖον. ἀγγεῖον κεράμιον εἰς πυρὸς ἔνθεσιν. *Idem* πυρέας, πυρπολήτας, ἐμπυριοῦντας τὴν πόλιν, ἀπὸ τῆς πυρεῦς εὐθείας. Non ſatis apparet ex hic explicationibus, quid illud fuerit, quod Polymneſtis filius Miner-

vae dedicavit. Veriſimile tamen, *turibulum* fuiſſe. — V. 2. Τριτογενεῖ. quae vulgo Τριτογένεια. Forma obvia in *Ariſtoph.* Eqq. 1186. Cf. *Euſtath.* ad Ιλ. δ. p. 385. 15. — V. 3. Κριτίας ſive Ἀκρίσιος ſcribi malebat *Corn. de Pauw* in not. mſt. Idem metri cauſa εἰργάζετο tentavit. Laudat h. v. de metro ſecurus *Dorvill.* in Miſc. Obſſ. T. VII. p. 95.

CXX. Vat. C. p. 610. Edidit *Joſ. Scaliger* ad *Euſeb.* Chron. p. 428. *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 14. — De Dicone, cujus victoriae hoc Epigr. recenſentur, *Pauſan.* VI. 3. p. 459. Δίκων δὲ ὁ Καλλιβρότου πέντε μὲν Πυθοῖ δρόμου νίκας, τρεῖς δὲ Ἰσθμίων, τέσσαρας δὲ ἐν Νεμέᾳ καὶ Ὀλυμπικὰς μίαν μὲν ἐν παισί, δύο δὲ ἄλλας ἀνδρῶν· καί οἱ καὶ ἀνδριάντες ἴσοι ταῖς νίκαις εἰσὶν ἐν Ὀλυμπίᾳ. Hinc apparet, vitioſam eſſe in noſtro Epigrammate v. 2. lectionem δὶς Ὀλύμπια, quam immutavit *Weſſelingius*. Quod vero idem haeret in nomine Καλλιβρότου, idque ex Inſcriptione noſtra in Καλλιμβρότου mutandum cenſet, id neceſſarium non videtur. Fuit autem Dicon Cauloniates ex Italia, cujus loci civis renuntiatus eſt Olympiae puer. Vir factus idem obtinuit, ut Syracuſanus renuntiaretur.

CXXI. Vat. C. p. 610. Παρμένοντος ἐπὶ ἑξαμέτρῳ ἑνδεκασύλλαβος. „Qui in Codice legitur titulus Παρμένοντος, „non eſt auctoris, ſed dedicantis nomen. Subauditur, „aut, quod ſaepe factum, a ſcriba omiſſa vox ἀνάθημα.“ *Br.* Sunt haec in *Reiskium* dicta, qui hoc Ep. edidit in Notit. Poët. Anth. p. 256. Parmenon, Phocriti filius in victoriae, quam equo κέλητι reportaverat, memoriam χάλκεα ἔργα, fortaſſe ipſius equi aëneam imaginem, dedicat. — V. 1. λέγοιτε *Reisk.* — V. 2. „In Cod. κεν„τροραγῆ. Recte Salmaſius emendavit κεντροπαγῆ, i. e. τὸν „κέντρον πηγνύοντα, eadem activa ſignificatione, qua le„gitur ſupra in Macedonii Ep. XIII. Male Reiskius in

„poëtarum notitia κεντροραχῆ." *Br.* In membr. eſt κεντροῤῥαγῆ βαλοῦσα παῖδα. Prius in marg. Ap. Guy. et R. alterum in contextu emendatum eſt. Varia hic molitur *Cornel. de Pauw* in not. mſt. quae repetere nolo, quamvis eum *Salmaſio* h. l. obloquentem facile fero. Mihi in mentem venit:

ἥτις κεντρομανῆ λαβοῦσα παῖδα.

Puerum, equitandi artis ſtudioſiſſimum, non inepte poëta appellaſſet κεντρομανῆ, ubi altera compoſitionis parte nil niſi ἐπίτασις ἐπιθυμίας ſignificatur, ſine ulla contumelia, ut in μουσομανὴς ap. *Theaet. Schol.* Ep. II. ἡλιομανὴς, ὑλομανὴς et aliis. — V. 3. ψίλλη λευρὸν ἔθυσε. Vat. C. In marg. Ap. G. et R. ψύλλη λ. ἔθευσε. Poſterius dedit *Reiskius;* initio vſ. ψιλὴ ſcripſit. Hoc etiam *Cornelio de Pauw* in mentem venit, qui interpretatur *exilem, tenuem, levem.* Eſt potius equus *non inſtratus*, quo ſenſu acceptum nihil mihi quidem huic loco videtur accommodatius. — ἔθυσε. *per ſtadium properavit.* θύων. σπεύδων, *Heſych.* Ibid. Θῦνον. ἔσπευδον. ἔτρεχον. Ἔθυεν. ἐνεμαίνετο, ἔτρεχεν. ἐπέσσυτο — θύων junxit *Homer.* Ιλ. φ. 234. De Pherenice, Hieronis κέλητι, *Pindar.* Ol. α. 32. ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων. — V. 4. „Hic „verſus labem contraxiſſe videtur; nam pes ſecundus, „qui dactylus eſſe debet, ſpondaeus eſt, quum in χρυσέης „prima omnino producatur, et duae ultimae ſyllabae per „ſynizeſin in unam coaleſcant. Scripſerat forte poëta „ἀγλαῆς aut ἱερῆς." *Br.* In membr. eſt χρυσῆς. In quibusdam apogr. eſt χρησῆς, unde *Corn. de P.* metrum ſibi reſtituere viſus eſt ſcribendo: Π. χρυσέης ἔκυρσε, primam in κύρησε neceſſario produci exiſtimans; perperam. Cf. *Theocr.* Eid. XVII. 6. — V. 5. ὑλαῖδα'. Sic Vat. C. unde quaedam apographa ὑλαΐδᾳ, alia ὑαλίδαι. *Reiskius* Ὑαμίδαι dedit, Phocidis magiſtratus quosdam hoc nomine appellari exiſtimans. Ap. *Pauſan.* L. IX. 6. p. 811. quo le-

ctores remittit, nihil invenio, quod ad ejus conjecturam firmandam magnopere faciat. At non magis apertum, qui ſint Ὑλαΐδαι βασιλῆες, quos membranae nobis offerunt. Cogites de iis, qui feſto in Hylae honorem ap. Pruſienſes celebrato praeerant. Cf. *Strabon.* XII. p. 845. B. Ibi certe ſolemnes *quotannis curſitationes* inſtitutae, ſecundum *Solin.* c. XLII. Cf. *Salmaſ.* in Exerc. p. 617. Nihil tamen de equeſtribus certaminibus in hac ſolemnitate habitis conſtat. Et ſane probabilius, τοῖς ὑλαΐδαις βασιλεῦσι non homines quosdam, certaminum arbitros, ſed Deos ſignificari, quorum favore Parmeno victoriam adeptus ſit. Hoc viſum etiam V. D. cujus proſtat nota in marg. Ap. Guy. et R.: ὑλάται (ſic) βασιλῆες. *ſunt Caſtor et Pollux. ὑλάτης Ἀπόλλων etiam dicitur.* Omiſſa haec nota in Ap. Pauwiano, quod plerasque annotationes Codicis Guyetani exhibet. ὑλάτης Ἀπόλλων appellatus ab urbe Ὕλη in Cypro, ſecundum *Euſtath.* ad Ιλ. p. 454. 20. quod ductum ex *Lycophr.* v. 448. ubi vide *Tzetz.* At hoc quid ad noſtrum locum expediendum faciat, non video. Fruſtra, ni fallor, in vulgata explicanda laboraveris, quam depravatam eſſe, vel καὶ ante ὑλαΐδαι indicat, quod hoc quidem loco nullam vim habet. Scribendum exiſtimo:

Φώκριτε, σῷ δ' ἄρα παιδὶ ΑΜΥΚΛΑΪΤΑΙ βασιλῆες
πατρῴων ἔδοσαν λαχεῖν ἀέθλων.

Jam de regibus *Amyclaïtis* dubitari non poteſt, quin Dioscuri ſignificentur, quorum natale ſolum Laconia. Ἀμύκλαι autem pro Laconia et univerſa Peloponneſo paſſim obviae. *Pindar.* Pyth. α. 125. de Heraclidarum expeditione in Peloponneſum agens: ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι Πινδόθεν ὀρνύμενοι Λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν βαθύδοξοι γείτονες. qui locus inprimis notabilis. Cf. Pyth. ια. 48. ibique *Heynium.* *Amyclaeus canis* pro Laconico eſt ap. *Virgil.* Georg. III. 345. et ap. *Pindar.* in Fragm. Hyporch. VI.

At Tyndaridae non ob Laconicam originem in univerſum *Amyclaei* apellabantur, (ut *Amyclaeus Pollux* ap. *Virgil.* Georg. III. 89.) ſed quod *Amyclis* educati tradebantur. Hinc Pollux, expeditione in Colchidem ſuſcepta, *paſſus Amyclaea pingueſcere Cyllaron herba*, ap. *Valer. Flacc.* L. I. 426. ubi *Burmannus* comparavit *Statium* VI. Theb. 337. *Tua furto lapſa propago, Cyllare, dum Scythici diverſus ad oſtia Ponti Caſtor Amyclaeas remo permutat habenas.* Cf. *Pauſan.* III. I. p. 204. Formam Ἀμυκλαῖτης tuetur *Stephan. Byz.* in Ἀμύκλαι, et qui eum exſcripſit *Euſtath.* ad ΙΛ. p. 223. 26. — Jam Dioscuros ἄνακτας, βασιλεῖς appellatos eſſe, notius eſt, quam quod probatione indigeat. Studioſe hoc tractavit *Daviſ.* ad *Ciceron* de Nat. Deor. III. 21. — Supereſt, ut doceamus, Dioscuros recte et merito Parmenonti victoriae auctores dici ἐν πατρῴοις ἀέθλοις, quae ſunt procul dubio certamina Olympica. Nam his certaminibus illi praeeſſe putabantur, jubente Hercule, qui παισὶ Λήδας ἐπέτραπεν, Οὔλυμπόνδ' ἰών, Θαητὸν ἀγῶνα νέμειν Ἀνδρῶν ἀρετᾶς πέρι, καὶ ῥιμφαρμάτου Διφρηλασίας. quae *Pindari* ſunt Ol. III. 64. ubi vide *Heynium.*

CXXII. „In Muſeo Veronenſi p. 63." *Br.* Exhibetur etiam in *Maffei* Art. crit. lapid. p. 55. in Marmor. Oxon. p. 85. et in *Gruteri* Inſcr. p. CCCXVII. 3. ubi vitioſe legitur ſic:

Λαμπάδα νεικήσας σὺν ἐφήβοις τῆδ' ἀνέθηκα
Ὁ τηγιδης πάντων ωτυχιδου αθμονευς.

*Bonadae* Anth. p. 124. *van Dale* de Gymnaſ. p. 587. cui impoſuit corrupta lectio Marm. Oxon. παντωνωτυχιδου, ut nobis *Otigiden Pantonotychidae* fil. inde eliceret. Minorem verſum ſic emendavit *Scaliger* p. CCCVIII. Συντυχίδης πάνθων Εὐτυχίδου Ἀθμονεύς. Noviſſimam vocem ſic etiam exhibet *Maffeus*; recte. *Athmonenſes* appellantur populares tribus Cecropidis. V. *Steph. Byz.* in

Ἄθμονον et *Interpp. Harpocrationis* v. Ἀθμονεύς. p. 16. et *Heſychii* T. I. p. 130. 15. — De certamine τῶν λαμπαδοφόρων ad aram Promethei omnia nota. Vide inprimis *Pauſan.* L. I. 30. p. 75. ſq. *Meurſ.* in Gr. Fer. p. 59. et 185. Panathen. c. 8. p. 11.

¶. 175.] *CXXIII.* Cod. Vat. p. 159. Ἀνάθημα τῷ Ἑρμῇ παρὰ Ἀντιφάνους. In marg. Κριναγόρου. Tanquam *Crinagorae* edidit Vir doctus in Obſſ. Miſc. T. V. P. III. p. 18. et *Reisk.* in Anthol. nr. 411. p. 8. Etiam hoc Ep. de victoria in Lampadophoriis agitur. — V. 2. πυρικλοπίης. Vat. a pr. manu. — μνῆμα. In memoriam ignis inventi illud certamen inſtitutum eſſe, ex *Iſtro* tradit *Suid.* in Λαμπάδος. T. II. p. 413. — V. 3. ἄεθλον ἐκ χειρός. Vat. omiſſo ἔτ', quod margo Ap. Lipſ. ſuppeditavit. — ἐκ χερὸς ἔμπυρον. τὸ ἀγώνισμα ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην ἐστὶν. *Pauſan.* l. c. — V. 4. ὁμωνυμίῃ – Ἀντιφάνης. Vat. C. ὁμωνυμίῃ – Ἀντιφάνους. *Reiske* ex Apographo ſuo, ut videtur. In marg. Ap. G. et R.: ὁμωνυμίης *ionice pro* ὁμωνυμίας. *quod nove dictum pro* ὁμώνυμος. — In noviſſima carminis voce membr. ſcriptura ſervari poterat.

*CXXIV.* Vat. C. p. 157. ſine auctoris nomine. In Plan. p. 425. St. 560. W. *Agathiae* tribuitur. Pan, Echûs amore inflammatus, a Bacchi comitatu aberrans, huic deo clavam et pellem hinnulei dedicat. — V. 1. κορύνην. quam paſtores gerunt. *Theocrit.* Eid. VII. 19. 43. IX. 23. — νεβρίδας. bacchantium geſtamen. Laudat h. v. *Suid.* in νεβρίς. T. II. p. 604. — V. 4. τέχνην. Vulgo. De amandi arte interpretatur *Brodaeus.* Revocanda Vat. C. lectio τύχην, quae voces ſaepenumero confuſae. Ap. *Nonn.* in Dionyſ. XLII. p. 1092. cum Bacchus Pani expoſuiſſet amorem ſuum, hic ὀλίγῃ παραίφασιν εἶχεν ἐρώτων, Ἄλλον ἰδὼν φλεχθέντα μιῆς σπινθῆρι φαρέτρης· ξυνὰ παθὼν, φίλε Βάκχε, τεὰς ᾤκτειρα μερίμνας.

*CXXV.* Vat. C. p. 147. Edidit *Kuſterus* ad *Suidam* v. ἄθυρμα. T. I. p. 75. *Reisk.* in Anthol. nr. 400. p. 2. unde id ſumſit *Toupius* in Epiſt. ad Syr. T. II. p. 340. Optimae notae Epigramma, quod ab antiquo poëta profectum puto. — V. 1. καὶ eſt in membr. *Etiam hunc ramum, praeter alia.* *Reiskius* tamen κατὰ ſcripſit, non male: κατακεκυφότα. Paſtores fagi ramum ruſtica manu edolaverant, ſive ut Pana quodammodo referret, ſive, quod veriſimilius, ut clavae uſum praeſtaret Deo. Hinc ἄθυρμα vocatum illud munus, quod *Suidas*, qui v. 3. laudat l. c., per ἄγαλμα explicat, quod et ipſum ambiguum. — V. 3. In contextu Ap. Guy. et R. ξέσαντος. in marg. ξέσαντες, quae eſt genuina membr. lectio. — V. 4. „ὠραίων dedit Kuſter, quae eſt Codicis lectio, ſed corrupta, quam recte emendavit Salmaſius, reponens οὐρείων, eodem ſenſu, quo cl. Toup ſuadet ὠρείων. Illud ideo probabilius, immo unice verum, quia ὠρείων Doricum eſt. Nullum autem in codicis ſcriptura Dorismi veſtigium, quem pro lubitu ſuo, et ut veri ſpeciem conjecturae ſuae conciliaret, obtruſit Toupius ſcribens: φαγινὸν ὕσδον, βωκόλοι, βωκολίων, exemplo Critices Patribus Conſcriptis non probando.“ *Br.*

*CXXVI.* Ex *Pauſaniae* L. VI. 13. p. 484. relatum in Append. Planud. p. 506. St. 11. W. *Bonadae* Anth. p. 274. Inſculptum fuit hoc diſtichon ſtatuae equi, quo Lycus, Phidolae filius, victoriam reportaverat. Puerum fuiſſe Lycum, cum victor renuntiaretur, tradit *Pauſanias:* ἐγένετο δὲ καὶ Λύκου τοῦ Φειδώλα τοῖς παισὶν ἐπὶ κέλητι ἵππῳ νίκη. ubi ἐν τοῖς παισὶν ſcribendum eſſe vidit *Facius* T. II. p. 175. ut ex hoc ipſo diſticho apparet, ubi νίκαις παίδων jungendum, *victoria inter pueros.* Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 60. ſq. Aliter tamen haec verba accepit *Pauſanias*, qui de victoria a *Phidolae filiis* reportata agi exiſtimabat. — V. 1. ὠκυδρόμοις *Camerarius* malebat.

Notanda certe forma ὠκυδρόμας. — In Cod. quodam *Pauſaniae*, olim *Matthiae Roeveri*, ἴσθμια πὺξ legi, notavit *Dorvillius* l. c. – δόμους. Ad patrem enim et univerſam victoris familiam ejus gloria redundabat.

*CXXVII.* Vat. C. p. 459. „Sequitur in membranis „hoc carmen poſt *Dioscoridis* Ep. XV. forte ejusdem eſt. „Prius diſtichon protulit vir praeſtantiſſimus ad Euripid. „Hipp. p. 166.“ *Br.* In apographis, quae ex Salmaſiano fluxerunt, hoc Epigr. excipit *Dioscoridis* carmen; in membranis eadem longo intervallo disjuncta leguntur. Quod ſi igitur cl. editoris ſuſpicio de *Dioscoride*, hujus Epigrammatis auctore, hoc uno argumento nitebatur, ea ſponte corruit. Sed aliud etiam ejus animo obverſatum eſſe ſuſpicor. Eſt nempe illius poëtae Ep. in *Aleximenem* XXXVIII. p. 503. et in noſtro quoque de Aleximene quodam agitur. At nec hoc argumento multum efficitur. Ut enim taceam, diverſos plane homines in utroque carmine ſignificari, ne nomen quidem ſatis certum eſt. Nam in *Dioscorid.* Ep. XXXVIII. membr. Vat. Ἀλεξαμένους, in noſtro eaedem Ἀεξιμένης exhibent. — V. 1. τὸ περισσόν. *ingens hoc ſimulacrum.* — Ἀφροδίτα. Vat. unde fortaſſe Ἀφροδίτᾳ ſcribendum, quod *Valcken.* habet, et v. 2. φύλακι. Aptius enim videtur, hanc appoſitionem, quam vocant, ad ipſam Deam, quam ad ejus ſimulacrum referri. Nec tamen vulgata temere damnanda videtur, cui quodammodo patrocinatur *Anytes* Ep. V. ἀμφὶ δὲ πόντος Δειμαίνει, λιπαρὸν δερκόμενος ξόανον. — V. 4. εἰδήσεις. Obſcurioris loci ſenſum eſſe puto hunc: Si mihi naviganti lucrum et inde divitias conceſſeris idoneas, videbis navem non mihi tantum, ſed tibi quoque fructuoſam fore. Alia igitur munera Deae faventi et propitiae pollicetur. τὸ κοινὸν id eſt, quod ad plures pertinet, cujus fructus pluribus conceditur. In poſtremis his verbis quaedam molitur *Corn. de Pauw*, ſed parum feliciter. Idem in toto hoc carmine non

de vera navigatione, ſed de figurata illa, cui et ipſi Venus praeeſt, agere putat.

¶. 176.] *CXXVIII.* Vat. C. p. 144. Plan. p. 413. St. 548. W. Emendatum dedit *Toup.* in Ep. crit. p. 60. quem ſequitur cl. Editor. — Mercurio in loco edito ad maris litus collocato piſcator quidam inſtrumenta ſua dedicat. Simillimum Epigramma *Archiae* X. T. II. p. 94. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in λέπας. T. II. p. 430. Alterum verſum iterum in ἀστιβές. T. I. p. 359. et in βολίς. T. I. p. 440. — σήραγξ h. l. eſt rupes in maris litore, undis alluentibus excavata. — V. 2. αἰθυίαις. Vat. C. a pr. manu. — Pro ἰχθυβόλοισι *Huetius* p. 39. malebat ἰχθυβόροισι, ex *Leonid. Tar.* Ep. LXXIV. κανήξι καὶ ἰχθυβόροις λαρίδεσσι τεθρήνητ' ἄπνους. Vulgatam tuetur *Suidas.* Nec ineleganter mergi *piſcatores* appellantur, ut, contra, piſcatores cum mergis comparari vidimus ad *Leonid. Tar.* Ep. XCI. 2. T. I. P. II. p. 143. — V. 3. „λίνον eſt etiam in membranis, manifeſta menda „pro λίνου, quod Salmaſius adſcripſerat: in iisdem pro „ἄλμη aliud quid prius ſcriptum fuerat.“ *Br.* λίνου jam *Brodaeus* correxit. *Archias* l. c. ταῦτα σαγηναίοιο λίνου δηναιὰ λείψανα. — V. 4. αὐχμηρὸν ξανθῶν. Vat. C. αὐχμηρῶν ξανθόν. Vulgo. ξανθὲν emendavit *Toupius.* *Antip. Sid.* Ep. XIX. λείψανον σκολοπένδρας deſcribens: πολλᾶ θαλασσαίη ξανθὲν ὑπὸ σπιλάδι. — V. 5. περιδηνέα. Vat. — V. 6. λαβόντα. Vulgo. Veram lectionem ſervavit Cod. et *Suidas* in βολίς. T. I. p. 440. Expreſſus verſus ex Ep. *Archiae*: φελλὸν ἀεὶ κρυφίων σῆμα λαχόντα βόλων. — βόλον membr. Senſum explicavimus ad *Archiam* T. II. P. I. p. 255. — V. 8. λιμνοφ... Vat. C. — Comparatio cum ſimilibus Epigrammatis docet, noſtrum in fine mutilum eſſe. Deeſt dedicantis nomen una cum dedicationis cauſis.

*CXXIX.* Vat. C. p. 145. Plan. p. 413. St. 548. W. Heliodorus piſcator, poſtquam multum laborans nihil ceperat, rete ſuum Syriae Deae ſuſpendit. Huic Deae

piſcès aut omnes aut nonnulli ſaltem ſacri erant; quare illius regionis homines *nefas ducunt genus hoc imponere menſis, Ne violent timidi piſcibus ora Syri.* *Ovid.* II. Faſt. 474. Cf. *Selden.* de Diis Syr. Synt. II. 3. Oper. T. II. p. 359. ſq. *Manſo mythol. Abhandl.* p. 19. not. *x.* Hinc apparet, cur ille huic potiſſimum Deae rete dicaverit, quo nihil ceperat. Hinc etiam lux verbis: ἀγνὸν ἀπ' ἰχθυβόλου θήρας. — V. 2. προθύροις. Vulgo. — V. 4. cum parte praeced. laudat *Suid.* in φύκος. T. III. p. 642.

CXXX. Vat. C. p. 170. Plan. p. 419. St. 554. W. At hoc et ſequens carmen illuſtrandùm facit inprimis *Aelianus* H. An. III. c. 10. Ἐχῖνος – ἑαυτὸν ἐν ταῖς τρασιαῖς κυλίειν φασί, καὶ τῶν ἰσχάδων τὰς περιπαρείσας, αἳ πολλαὶ πήγνυνται ταῖς ἀκάνθαις, ἥσυχῆ κομίζει καὶ ἀποθησαυρίσας φυλάττει. *Plin.* H. N. VIII. 56. *Praeparant hiemi et herinacei cibos, et volutati ſupra jacentia poma affixa ſpinis, unum amplius tenentes ore, portant in cavas arbores. – Apprehenſus pede altero e poſterioribus ſuspendio ac fame necatur: aliter non eſt occidere et tergori parcere.* Cf. *Ritterſhuſ.* ad *Oppian.* II. Cyneg. 598. et 604. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ἐχῖνος. T. I. p. 929. ubi θηλοπέδῳ habetur, ut in Planudea et in membr. Idem θειλοπέδῳ praebet in κώμαυλος. T. II. p. 363. — V. 2. ἀπέκτεινεν. Vulgo et in membr. — V. 3. 4. *Suid.* in αὐῄνας. T. I. p. 378. ubi λῃϊζόμενον legitur. — Διονύσου vitioſe in Ed. Steph.

CXXXI. Vat. C. p. 149. Plan. p. 419. St. 553. W. — V. 1. laudat *Suidas* in ἐχῖνος. T. I. p. 929. et totum diſtichon in σίντης. T. III. p. 318. ubi θηλοπέδων eſt, ut in Plan. et in membr. Sed θειλόπεδον eſt ap. eundem T. II. p. 193. θειλόπεδον. ὁ τόπος, ἐν ᾧ αἱ σταφυλαὶ ἐξηραίνοντο. et iterum in ῥαγολόγος. T. III. p. 249. — ὀξέσι κέντροισι. Duplex erinaceorum genus deſcribens *Oppianus* l. c.

οἱ μὲν γὰρ βαιοί τε καὶ εὐτιδανοὶ τελέθουσιν,
τυτθῇσι φρίσσοντες ἐπὶ προβολῇσιν ἀκάνθαις·
οἱ δ' ἄρα καὶ μεγέθει μάλα μείζονες, ἠδ' ἑκάτερθεν
ὀξέα πεφρίκασιν ἀρειοτέρῃσιν ἀκωκαῖς.

— V. 3. cum obſervaſſet eum conglobatum corpus per uvas volutantem. — V. 4. ζωόν. Hoc ex loco Pliniano ſupra allato intelligitur.

¶. 177.] CXXXII. Vat. C. p. 175. ἀδέσποτον. In marg. Ἀρχίου γραμμ. — „Τριτοῖ. i. e. Pallas, quae alias „Τριτωνίς, Τριτωνία, Τριτογενὴς vocatur. Nominis origo „Τριτώ, quod veteri lingua caput ſignificat." *Br.* *Heſych.* Τριτώ. Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος φησί, τὴν κεφαλὴν καλεῖν Ἀθαμᾶνας. ubi vide Intrpp. 2. Add.

¶. 333.] CXXXII.[b] In certamine navium, apud Corinthum a Neptuno et Apolline inſtituto, Ἀργὼ ἐνίκα καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔπλευσεν· ἀλλ' αὐτὴν ἀνέθηκεν ὁ Ἰάσων ἐνταῦθα τῷ Ποσειδῶνι, καὶ τὸ Ἐπίγραμμα ἀνέγραψεν, ὃ λέγουσιν Ὀρφέως εἶναι· Ἀργὼ κ. τ. λ. *Dio Chryſoſtom.* Or. XXXVII. T. II. p. 107. ed. R. — De illo certamine nihil tradens *Diodor. Sicul.* IV. 53. p. 296. Jaſonem narrat μετὰ τῶν ἀριστέων εἰς Ἰσθμὸν τὸν ἐν Πελοποννήσῳ πλεύσαντα θυσίαν ἐπιτελέσαι τῷ Ποσειδῶνι καὶ καθιερῶσαι τὴν Ἀργὼ τῷ θεῷ.

¶. 177.] CXXXIII. Ex *Pauſania* L. X. p. 849. relatum in Append. Anth. Steph. p. 504. 10. W. Cf. *Bonadae* Inſcr. p. 71. In illuſtri illa Gallorum in Graeciam irruptione, quae Brenni nomen conſpicuum reddidit, pugna commiſſa eſt ad Thermopylas, ubi Graeci copias contraxerant, duce Callippo Athenienſi. Nam Athenienſibus in illo tam gravi bello a reliquis Graeciae populis ἡγεμονία conceſſa erat. Inter omnes autem, qui hac pugna virtutis documenta ediderunt, maxime excelluit Cydias, Athenienſis, qui tenera adhuc aetate primum tum temporis faciebat ſtipendium. Qui cum in

proelio occiſus eſſet, ejus ſcutum a propinquis et amicis Jovi Liberatori dedicatum eſt, addito Epigrammate: Ἦ μάλα δή – –. Pugnatum eſt illud proelium Ol. CXXV. 1. Cydiae autem ſcutum manſit usque ad Syllae tempora, qui omnia ſcuta ex Jovis liberatoris porticu ſuſtulit. — V. 1. ποθέουσα ἥβην. De armis ignavorum *Noſſis* Ep. VI. θεῶν ὑπ' ἀνάκτορα κεῖνται, Οὐδὲ ποθεῦντι κακῶν πάχεας, οὓς ἔλιπον. — Ad ποθέουσα ſubaudiendum κεῖμαι ſive ἧμαι. Niſi forte fuit:

Ἧμαι δὴ ποθέουσα – –

Cf. *Mnaſalc.* Ep. II. *Myro Byz.* I. *Hegeſipp.* Ep. III. — V. 4. ἤκμασε. bello contra Gallos ſuſcepto.

*CXXXIV.* Legitur in Append. Anth. p. 504. St. 10. W. et in *Bonadae* Inſcriptt. p. 66. ex *Pauſan.* V. 10. p. 398. qui hos verſus inſcriptos fuiſſe tradit ſcuto aureo, quod ſub Victoriae ſtatua in faſtigio templi Olympici collocatum erat. Hinc apparet, v. φιάλαν χρυσέαν in ipſo carmine non de ſcypho, ſed de ſcuto, quod ſcyphi formam referebat, accipiendum eſſe. Vide cl. *Voelkel über den groſsen Tempel zu Olympia.* Lipſ. 1794. 8. p. 58. Erat illud munus Tanagraeorum, ſub quorum moenibus Athenienſes et Argivi a Lacedaemoniorum Boeotiorumque copiis ſuperati erant Ol. LXXX. 4. Cf. *Diodor. Sic.* XI. p. 466. *Pauſan.* I. p. 73. et *Thucyd.* I. 107. ſq. ubi et alii Athenienſium ſocii commemorantur. — V. 4. Vulgo in fine praecedentis verſus comma ponitur, et v. 4. τῷ πολέμῳ legitur, quod *Camerarius* mutavit in τῶ πολέμω. Nihili eſt conjectura *Goldhagenii* in verſione vernacula τᾶν δεκάταν corrigentis.

*CXXXV.* Append. Plan. p. 505. St. 10. W. et *Bonada* p. 67. ex *Pauſan.* V. 22. p. 435. Olympiae prope τὸ Ἱπποδάμιον. ſtatuae erant heroum, qui ad Trojam pugnaverant, Lycii, Myronis filii, opera. Has Apolloniatae, qui ad Ionium mare habitant, Jovi dedicaverant. Erat autem inter eas ipſius Jovis ſtatua, ad cu-

jus pedes hoc carmen, antiquis literis (γράμμασιν ἀρχαίοις, non ἀρχαῖον. vide *Valcken.* ad *Herodot.* V. p. 400. 17.) exaratum, legebatur. — V. 1. Ἀπολλωνίας vulgo. Originem ſuam Apolloniatae referebant ad Apollinem, cujus imago etiam in eorum numis expreſſa conſpicitur. — V. 3. Ἀβαντίδος. Abantis eſt regio Epiri ad montes Ceraunios, ab Abantibus appellata, qui poſt bellum Trojanum, una cum Locrenſibus ex Thronio urbe ad Ceraunios montes delati, urbem condidere, et ipſam Thronium appellatam. Hi poſtea a finitimis Apolloniae civibus bello ſuperati et loco, quem habitabant, pulſi ſunt. Ad hos referendus locus *Apollon. Rhod.* IV. 1214. κεῖθεν δὲ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων Οὔρεα, Νεσταίους τε καὶ Ὤρικον εἰσαφικέσθαι. Idem populus Ἄμαντες quoque appellabantur, eorumque regio Ἀμαντίνη. Vide *L. Holſten.* ad *Steph. B* in Ἀβαντίς.

CXXXVI. In Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonadam* p. 68. ex *Pauſania* V. 23. p. 438. Inſculptum Epigramma ſtatuae Jovis, quam Clitorii dedicaverant Olympiae. Ultimum diſtichon *Brunckius* exhibuit ex conjectura *Kuhnii*, qui ſic emendavit vulgatam: καὶ μετρεῖτ' ἀρίστων ἡ δὲ τελετὰς αὐτοκασίγνητοι. Ariſtonem et Teleſtam Lacedaemonios fuiſſe *Kuhnius* collegit ex verbis *Pauſaniae*, quae ſequuntur: ἀλλὰ Λάκωνας μὲν τούτους οὐκ ἐς ἅπαν τὸ Ἑλληνικὸν ἐπιφανεῖς νομίζω γενέσθαι· εἶχον γὰρ ἄν τι καὶ Ἠλεῖοι περὶ αὐτῶν λέγειν, καὶ πλέονα ἔτι Λακεδαιμόνιοι, πολιτῶν γε ὄντων. — Clitorii fuerunt in Arcadia, cives urbis Κλείτορος, quam Azanis filius condidiſſe dicitur. *Pauſan.* VIII. 4. p. 605. qui hujus urbis memorabilia recenſet c. 21. p. 639. — V. 2. βιασάμενοι. Sic codd. *Facii* v. cl. Vulgo βιασσάμενοι.

CXXXVII. In Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 68. ex *Pauſan.* V. 24. p. 439. Legebatur hoc diſtichon in baſi ſtatuae Jovis Olympiae, quam Lacedaemonii bello ſecundo cum Meſſeniis dedicaſſe fe-

rebantur. Exitum habuit hoc bellum Ol. XXVIII. 1. *Pauſan.* IV. 23. p. 336.

¶. 178.] *CXXXVIII.* Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 68. ex *Pauſan.* V. 25. p. 444. Achaei Jovi Olympico dedicaverant ſtatuas heroum, qui in bello Trojano cum Hectore, fortiſſimos Graecorum ad ſingulare certamen provocante, congreſſuri erant. Prius diſtichon inſculptum ſtatuae Idomenei; alterum legebatur in ejusdem clypeo. Onatam, Miconis filium, floruiſſe conſtat circa Ol. LXXVIII. Cf. Incert. Epigr. CXVIII.

*CXXXIX.* Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 69. ex *Pauſan.* V. 27. p. 450. Etiam hoc Epigr. legebatur inſculptum ſtatuae Jovis, quam Mendaei Olympiae dedicaverant. Mendaeos, Thraciae populum, *Pauſanias* docet a Graecis ortos in maris ora habitaſſe, poſtquam Ionia relicta in Europam venerant. *Thucydides* eosdem Euboeae coloniam fuiſſe ait, L. IV. 123. Cf. *Gatterer* in Comment. de Thrac. T. III. p. 27. Celeberrimum fuit vinum Mendaeum, quod *Hermippus* laudat ap. *Athen.* I. p. 29. E. Cf. *Bergler.* ad *Alciphr.* III. 5. p. 286. *Stephan. Byz.* Μένδη· πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Μένδης γυναικός. Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτήν φασι. τὸ ἐθνικὸν Μενδαῖος οἶνος. Lege repetito vocabulo: τὸ ἐθνικὸν Μενδαῖος. Μενδαῖος οἶνος. De Sipte *Pauſanias* dubitabat, utrum caſtellum eſſet an urbs Thraciae. — Ceterum hoc quoque loco ſcribendum erat βιασάμενοι, ut Ep. CXXXVI.

*CXL.* In Append. Plan. p. 506. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 69. ex *Pauſan.* L. VI. 10. p. 476. Inſculptum currui Cleoſthenis Epidamnii, qui Ol. LXVI. victoriam retulerat. Hunc virum ex omnibus, qui in Graecia equos nutriverint, primum poſuiſſe equorum ſtatuas, aſſeverat *Pauſanias.* In Κλεοσθένης antepenultima

tima corripitur, ut media in εὐκαμπὴς ap. *Leonid. Tar.* Ep. XXV. ubi vid. Not. T. I. P. II. p. 85.

*CXLI.* Append. Plan. p. 506. St. 11. W. ex *Pauſan.* VI. 10. p. 476. *Bonadae* Anth. p. 273. Legebatur hoc diſtichon in ſtatua Demarati Heraeenſis, qui Olympiae vicit ἐν ὁπλίταις Ol. LXV. et Ol. LXVI. Primus hanc palmam accepit, aſſeverante *Pauſania* V. 8. p. 395. qui eum omnes Arcadiae athletas gloria ſuperaſſe tradit L. VI. 26. p. 652. Eutelidae et Chryſothemidis, ſculptorum, nomina ex hoc uno Epigrammate habemus cognita.

*CXLII.* Append. Plan. p. 508. St. 13. W. et *Bonada* p. 69. ex *Pauſania* L. VI. 19. p. 499. Antiquis literis Atticis hoc diſtichon inſculptum fuit cornu eburneo Amaltheae, quod Miltiades, Cimonis filius, Jovi Olympico dedicaverat. Hunc Miltiadem primum ex illa familia imperium in Cherſoneſo Thracica tenuiſſe, *Pauſanias* affirmat. At hic, ut alii quoque ſcriptores, confudit Miltiadem illum, quem pugna Marathonia nobilitavit, cum Miltiade, Cypſeli filio, qui Cherſoneſum condidit. Vide *Rutgerſ.* in Var. Lect. I. 9. p. 30. ſq. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XII. 35. quorum ſententiae accedit *Weſſeling.* ad *Herodot.* VI. p. 452. De Miltiadis progenie conſulendus etiam *Edw. Simſon* in Chron. a. M. 3514. p. 22. Miltiades, Cimonis fil. in Cherſoneſo imperium exercebat Ol. LXVIII. 1. Cf. *Herodot.* IV. 137. p. 340. — V. 2. Qualis locus ſit ille, quem noſter τεῖχος Ἀράτου appellat, et de qua pugna agatur, ignoro equidem.

*CXLIII.* Legitur hoc Epigramma ap. *Diodor. Sic.* T. I. p. 415. *Bonadae* Anthol. p. 76. Xerxes, irruptione in Graeciam facta, manum miſit, quae Delphici Apollinis templum diriperet. Et jam Perſae usque ad Minervae templum penetraverant, cum ingens tempeſtas exorta eos in fugam conjecit. Quo facto Delphici tro-

paeum poſuerunt ad Minervae templum cum hoc Epigrammate. Sic haec apud *Diodorum* traduntur. At in Epigrammate ipſo Delphici Perſas, Apolline juvante, fugaſſe dicuntur, quod cum *Herodoti* narratione convenit L. VIII. 38. p. 636. Delphici enim, cum Perſas vi tempeſtatis perculſos animadvertiſſent, impetu in eos facto multos interfecerunt. Praeterea Autonoum et Phylacum heroas, quibus ſacellum erat prope Minervae templum, Delphis auxilium tuliſſe idem ſcriptor tradidit. Cf. *Pauſan.* X. 8. Hinc apparet, ferri poſſe vulgatam lectionem, quam *Valckenarius* tamen, ne omnis Perſarum devictorum gloria a Diis ad homines transiret, ita mutandam cenſuit:

— — — — πτολίπορθον ἀπωσαμένοις στίχα Μήδων,

καὶ χαλκοστέφανον ῥυσαμένοις τέμενος.

ubi participia referenda ſunt ad *Jovem* et *Apollinem*, qui Medorum copias fugaſſe et lucum, i. e. templum Delphicum, ſervaſſe dicuntur. — V. 4. χρυσοστέφανον. opulentum. In talibus στέφανος *ornamentum* ſignificare ſolet.

¶. 179.] *CXLIV.* Servavit *Diodor. Sic.* XI. 33. T. I. p. 430. *Bonadae* Anth. p. 79. Inſcriptum erat hoc diſtichon tripodi, quem Graeci poſt pugnam Plataeenſem ex manubiis conflatum Delphis dedicaverant. Adſcribam notam *Weſſelingii*: „Dubium eſt, ſitne hoc Epi„gramma tripodi inſcriptum. Pauſanias inſculpi juſſerat: „Ἑλλήνων ἀρχηγός, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων, Παυσανίας Φοίβῳ „μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε. quod Lacedaemonii eraſerunt, ſubſti„tutis earum civitatum nominibus, quae barbaros ad Pla„taeas proſtraverant. Thucyd. I. 132. a quo non diſſen„tit Demoſthenes, ſeu quis alius auctor Or. in Neaer. „p. 740. Itaque ſi hoc diſtichon in tripode fuerit ſcri„ptum, oportet earum, quas dixi, civitatum nomina „ſubjecta fuiſſe arbitreris."

*CXLV.* Servavit *Athenae.* L. XII. p. 536. B. qui Nymphide Heracleota auctore tradit, Pauſaniam, Lacedae-

moniorum ducem, eum, qui Perſas apud Plataeas ſuperavit, cum Byzantii eſſet, Diis ad Bosporum poſitis lebetem dedicaſſe, nomine ſuo inſcripto. Factum hoc circa Ol. LXXV. quo tempore Pauſanias expugnavit Byzantium. *Diodor. Sic.* L. XI. 44. p. 438. Ejusdem doni mentionem facit etiam *Herodot.* IV. 81. p. 319. Cur Pauſanias eum Neptuno potius quam Jovi dedicaverit, quaerit *Gyllius* in Deſcr. Bospori Thr. L. III. c. 5. — V. 4. Vulgo κλεμβρότου, quod librariis debetur metro timentibus. *Caſaub.* in Animadv. p. 846. 36. in κλεομβρότου aut ſynizeſin admittendam aut κλευμβρότου ſcribendum cenſebat.

*CXLVI.* In Append. Plan. p. 508. St. 13. W. ex *Pauſania* L. IX. 11. p. 731. Oſtendebantur Thebis in Boeotia rudera domus, quam Amphitryon habitaſſe dicebatur, quum ex patria profugus Thebis commoraretur; nec harum modo aedium, ſed Alcmenae etiam thalami ruinae ſupereſſe putabantur. Hunc thalamum ab Agamede et Trophonio exſtructum dicebant auctoritate Epigrammatis, quod moenibus inſculptum legebatur. De Agamede et Trophonio vide in *Junii* Catal. v. — Genuinam eſſe hanc inſcriptionem idoneis argumentis adductus negavit *Wolfius* in Prolegg. ad Homer. p. LVI. not. 20. — V. 2. ἐλλέξατο. Vulgo.

*CXLVII.* Vat. C. p. 142. Hoc monoſtichon cum duobus ſeqq. Epigrammatis profert *Herodotus*, L. V. 59. p. 400. qui ſe ea Cadmeis literis inſculpta vidiſſe ait tripodibus quibusdam in templo Apollinis Ismenii, quod Thebis erat. Cf. Anth. *Bonad.* p. 78. ſq. Tripodis ab Amphitryone in hoc templo dicati mentionem facit *Pauſan.* L. IX. 10. p. 730. Quomodo haec carmina ſcripta fuerint, disputavit *Salmaſ.* in Inſcr. Herod. p. 54. Cf. *Scaliger.* ad *Euſeb.* p. 121. — Vulgo legitur ἀνέθηκεν ἐὼν, quod etiam membr. Vat. exhibent. *Valckenarius* tentabat ἐόντ' ἀπὸ T. ut tripus ſe a devictis

Telebois dedicatum affirmet. Mutato accentu *Reiskius* ἐῶν corrigit, ab antiquo verbo ἔω, *eo;* alii ἰὼν correxerunt. Hanc emendationem unice probabat *Wolſius* in Prolegg. ad Homer. p. LV. n. 18. ubi Bentlejanam lectionem ἀνέθηκε νέων eo nomine improbat, quod nullus ſit auctor hujus formae idoneus, praeter Grammaticos quosdam et Hym. Homer. in Cerer. in v. depravato 395. νέων tamen aliis vehementer placuit, ut *Thomae Perellio* in Nuovi Miſcell. Luccheſi. T. I. p. 52. *Villoiſonio* in Anecdotis T. I. p. 129. et *Heynio* ad *Apollodor.* T. I. p. 323. Ceterum has Inſcriptiones tam antiquas fuiſſe, quam *Herodoto* videbantur, poſt ea, quae noſtra aetate de artis ſcribendi initiis et uſu ap. Graecos a doctiſſimis viris disputata ſunt, nemo facile ſibi perſuadebit.

*CXLVIII.* Vat. Cod. p. 142. Scaeus pugil, qui, in victoriae memoriam, Apollini ſtatuam dedicavit, *Herodoto* auctore, circa Oedipi tempora floruit. Fuit is Hippocoontis filius, (*Apollodor.* III. 10. 5.) ejus, quem Hercules, Lacedaemone expugnata, cum filiis interfecit. *Apollodor.* II. 7. 3. p. 152. *Pauſan.* III. p. 244. — V. 2. laudat *Suidas* in τεὶν. T. III. p. 414.

*CXLIX.* Vat. C. p. 142. Tripus dicatus a Laodamante, Eteoclis filio, quo imperante Cadmei, ab Argivis ejecti, ſe ad Encheleas contulerunt. Cf. *Pauſan.* IX. 5. p. 722. Alii Laodamantem in pugna cum Argivis ab Alcmaeone occiſum tradiderunt. Vide *Heynium* ad *Apollodor.* III. 7. p. 643. Facile apparet, hoc Epigramma ad praecedentis exemplum eſſe factum, unde non modo ſecundus verſus deſumtus, ſed prioris etiam numeri expreſſi. In Ἀππόλλωνι prima ſyllaba producta, duplicato π, quod notandum.

*CL.* Vat. C. p. 149. „Ex Euſtathio in Homerum „p. 1313. 44. unde prolatum a Clarkio in notis ad Ιλ. „Ψ. 513. In Vat. cod. male divulſa diſticha, omiſſo δ' „poſterioris initio.“ *Br.* Agitur de tripode, quem

Dioṁedes in certaminibus ad Patrocli tumulum ceperat. *Euſtathius* hoc Epigramma ſumſit ex *Athen.* L. VI. p. 232. D. qui id ipſe ex *Phaniae* de tyrannis Siciliae libro deſcripſit. — ¶. 180.] V. 3. δ' om. Vat. — V. 4. *ἔκποιειν ἐπὶ* Vat. C.

*CLI.* Vat. C. p. 207. in marg. et iterum p. 216. Planud. p. 270. St. 389. W. In Agone Homeri et Heſ. p. XXVI. ed. *Barn.* Exhibet *Apianus* in Inſcriptt. CDLXXXXVII. Spectat hoc diſtichon ad fabuloſum illud Heſiodi cum Homero certamen, de quo *Plutarchus* quaedam ex Leſche tradens T. II. p. 153. ſq. verſus affert, quibus Heſiodus tripodem meruerit. De illo certamine vide *Fabric.* Bibl. gr. T. I. p. 570. ſq. ed. *Harl.* et quae nuper de eo disputavit cl. *Heinrich* in Epimenide p. 139. ſqq. Conflatum eſt hoc diſtichon ab *Heſiodi* admiratoribus (*Salmaſ.* ad Solin. p. 610. D.) ex *Heſiodi* Ε. καὶ Η. 654.

ἔνθα με φημὶ
ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα,
τὸν μὲν ἐγὼ Μούσῃς Ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα.

ubi, *Proclo* teſtante, fuerunt, qui legerent

ὕμνῳ νικήσαντ' ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Epigrammatis noſtri mentionem fecerat *Varro* in libro de imaginibus, ubi de aetate Homeri et Heſiodi disputans *non eſſe dubium* dixit, *quin eodem tempore vixerint; idque ex Epigrammate oſtendi, quod in tripode ſcriptum eſt, qui in monte Helicone ab Heſiodo poſitus traditur.* ap. *Gellium* in N. A. III. 11. Tripodem ipſum viderat *Pauſan.* IX. 31. p. 771. — V. 1. Ἑλικωνιάσι τῷδ' Vat. C. loco ſec. τάδ' loco pr. ἀνέθηκα Vat. utroque loco. τῷδ' ἀνέθηκα vulgo. τοῦτο ſive τόνδ' emendabat *Brodaeus.* τόνδ' ἀνέθηκεν exhibet *Dio Chryſ.* qui hoc diſtichon lau-

dat Or. II. p. 20. 30. T. I. p. 76. ed. R. — V. 2. χαρκίδι Vat. C. loco ſec.

*CLII.* Hoc quoque diſtichon legitur in Certam. Heſiodi p. XXVIII. ed. *Barn.* Narratur ibi Homerus phialam auream accepiſſe a filiis Midae pro Epigrammate, cujus initium: Χαλκέη παρθένος εἰμι, eamque Delphis dedicaſſe Apollini cum hac Inſcriptione. In ed. Barn. notatur varia lectio ἐλὼν τόδ' Ὅμηρος, et v. 2. τῆς ὑποφραδμοσύνης.

*CLIII.* Vat. C. p. 166. Ἀνακρέοντος. „In Buherii et „Guieti apographis titulus eſt ἀνάθημα Σοφοκλέους, et ſe„quitur poſt Simonidis Ep. LXVIII. cujus etiam eſſe vi„dentur quae praecedunt pleraque et Anacreonti ad„ſcripta ſunt. Hoece autem Anacreontis eſſe non poteſt, „cui Barneſius tribuit. Vide Miſc. Obſſ. T. II. p. 4." *Br.* Conſtat, Anacreontem eſſe mortuum, antequam *Sophocles* primum drama in ſcenam produceret. Legitur hoc carmen inter Reliqq. Anacr. p. 487. ed. Fiſch. *Anth. Reisk.* nr. 434. — V. 2. ἀνεθήκατο πρ. *R.* — εἶδε Vat. C. quod *R.* in εἶχε mutavit.

*CLIV.* In Append. p. 508. St. 12. W. ex *Herodoto* IV. 88. p. 322. Anthol. *Benadae* p. 109. Inſcriptum imagini pictae pontis, quo Mandrocles, Dario jubente, Bosporum junxerat. In illa tabula conſpiciebatur rex in ſolio collocatus et exercitus mare transiens. Facta illa ἐκ τῆς δεκάτης, quam Darius Mandrocli conceſſerat. — V. 2. Μανδόκρεων, Vat. C. *Gyllius*, qui hoc Epigr. profert in Opere de Bosp. Thr. II. 13. ex ſchedis Ἀνδροκλέης dedit. — σχεδίας, Vat. C. *Aeſchyl.* in Perſ. 69. exercitus λινοδέσμῳ σχεδίᾳ Πορθμὸν ἀμείψας — πολύγομφον ἔρεισμα Ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου. — Ἥρῃ, Junoni, patriae Deae, hanc tabulam dedicaverat Mandrocles Samius. — V. 3. τῷ μὲν δὴ στεφ. Vat. — στέφανον ſenſu translato de ornamento et honore accipiendum eſſe, (vide *Simonid.* Ep. XLI. p. 133.) monuit *Weſſelingius* contra *P. Bertium*, qui in Libro de

Agger. et Pont. c. 2. Mandroclem corona aurea a Dario donatum eſſe dixit. — V. 4. deſideratur in Vat. C. — βασιλέος in Weſſel.

*CLV.* Append. Planud. p. 502. St. 9. W. ex *Aeſchin.* Or. c. Cteſiph. p. 572. ed. R. *Plutarcho* in vita Cim. T. III. p. 115. ed. Bry. *Tzetza* ad *Lycophr.* v. 417. Anth *Bonadae* p. 344. Eione, urbs Thraciae ad Strymonem, (*Thucyd.* IV. 103.) quae Perſis paruerat, poſt horum in Graecia cladem a Cimone oppugnata eſt, Bogâ ſive Butâ urbem tanta cum pertinacia defendente, ut, cum ei, Eione tradita, poteſtas facta eſſet abeundi, quocunque vellet, hanc conditionem accipere nollet, ne regi ſuſpectus fieret, ſed ſe potius cum omnibus ſuis rogo concremaret. Diſerte rem narravit *Herodot.* VII. 107. p. 553. ubi vid. *Weſſel.* attigit *Thucyd.* I. 98. *Pauſan.* VIII. 8. p. 614. Noſtrum Epigramma cum duobus ſeqq. Hermis inſculptum erat. — V. 1. ἦ ἄρα mallet *Valcken.* ad *Herodot.* V. p. 376. 21. — V. 3. κρυερόν. Vulgo. αἴθωνα eſt ap. *Aeſchin.* et *Tzetzam.* *Callim.* H. in Cerer. 67. ἄγριον ἔμβαλε λιμὸν Αἴθωνα, καρτερόν. Cf. *Kuhn.* ad *Aelian.* V. H. I. 27. — V. 4. Primi omnium viam et rationem invenerunt, qua hoſtes in conſilii inopiam conjicerent.

*CLVI.* Append. Plan. p. 502. St. 9. W. ex *Plutarcho* l. c. et *Aeſchine.* Anth. *Bonadae* p. 344. — V. 1. μισθόν. hunc honorem. — V. 2. ἀντ' εὐεργεσίης. *Simonid.* Ep. XL. πατρὶς δὲ Κόρινθος Ἀντ' εὐεργεσίας μνᾶμ' ἐπέθηκε τόδε. — ¶. 181.] V. 3. ἰδὼν καὶ ἐπεσσ. ἐθελήσει. *Plut.* *Aeſch.* quod fortaſſe emendatione non indigebat. Senſus idem in Ep. *Mnaſalcae* XVI.

ἄρνυνται δ' ἀρετᾶς αἶνον μέγαν· ἀλλά τις ἀστῶν
τούςδ' ἐσιδὼν, θνάσκειν τλάτω ὑπὲρ πατρίδος.

— V. 4. δῆριν ἔχειν. *Plut.* ἀμφὶ ξυνοῖσι πρ. μόχθον. *Aeſch.* Verſum initio mutilum indicant variae lectiones in codd.

quorum alii χαίρων ἀμφὶ ξυνοῖς πρ. alii ἀμιξινοῖσι, alii denique ἀμφὶ τοῖς ξυνοῖς habent.

*CLVII.* Appendix Plan. l. c. Ap. *Aeſchinem* et *Plutarch.* Il. cc. *Bonadae* Anth. p. 345. — V. 1. Μενεσθεύς. Reſpicitur ad Homer. ιλ. β. 552. qui ſic de Meneſtheo:

> τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνὴρ,
> κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.
> Νέστωρ οἶος ἔριζεν.

—V. 2. ἀμπέδιον vulgo ap. *Aeſchin.* Noſtrum eſt in codd.— V. 3. πύκα χαλκοχιτώνων. *Aeſchin.* Cod. Bern. ut *Plutarch.* — V. 4. κοσμήτορα *Aeſchin.* Idem ἔξοχον ἄνδρα. — V. 5. ἀεικὲς *Marklandus* in ἄηθες mutandum cenſebat. *Non igitur inſolitum Athenienſibus.* — V. 6. κοσμητὰς π. *Aeſch.*

*CLVIII.* In Append. Plan. p. 503. St. 9. W. ex *Aeſchine* cont. Cteſ. p. 580. ed. R. Inſcriptio prope curiam in Metroo affixa in eorum honorem, qui Thraſybulo duce Athenas, triginta tyrannis expulſis, in libertatem vindicaverunt. His, quorum virtute respublica reſtituta fuit, praeter alia honorum praemia etiam haec inſcriptio decreta eſt. Rem fuſe et accurate expoſuit *Taylor* in Vit. Lyſiae p. 145. ed. R. — V. 1. στεφάνοις. *honoribus.* ut Ep. CLIV.

*CLIX.* Vat. C. p. 205. ἄδηλον Ἡροδότου. Append. Plan. p. 508. St. 12. W. ex *Herodoto* V. 77. p. 411. unde illud ſumſit *Ariſtides* T. II. p. 380. Anth. *Bonadae* p. 113. Athenienſes cum in bello contra Chalcidenſes ſuſcepto (Ol. LXVIII. 2.) ditiſſimos horum cepiſſent, eos una cum Boeotiorum captivis in carcerem conjecerunt. Quos cum paulo poſt binis ſingulos minis multatos ſolviſſent, eorum vincula in arce ſuſpenderunt, decimis τῶν λύτρων Minervae conſecratis. Illius expeditionis mentionem fecit *Himerius* Or. II. 12. ubi vide *Wernsdorf.* Quadrigas vero ἀπὸ Βοιωτῶν δεκάτης καὶ

Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ commemorat *Pauſan.* I. 28. p. 67. — V. 3. Horum ſuperbiam in tenebris bene muniti carceris domuerunt. Sic δεσμὸν σιδήρεον accipere malim de carcere quam de vinculis, propter epitheton ἀχλυόεις. — Ad ἔσβεσαν ὕβριν *Weſſelingius* comparavit dictum Heracliti ap. *Diogen. Laert.* IX. 2. ὕβριν χρὴ σβεννύειν μᾶλλον ἢ πυρκαϊήν. Sic etiam in Oraculo ap. *Herodot.* VIII. 77. δῖα δίκη σβέσσει κρατερὸν κόρον, ὕβριος υἱόν. *P. Silent.* Ep. XXXV. σβέσσον ἀγηνορίην, ἐγγὺς ἴδ' ἐς Νέμεσιν. Ep. ἀδέσπ. DCXXIX. σβεννύντας ποτε .οὐρδε τυραννίδα. — Caeterum in membr. ἀχλυνθέντι et ἔσβεσεν legitur.

*CLX.* Anth. *Bonadae* p. 119. Ex *Plutarchi* Vita Themiſt. c. 8. Tom. I. p. 255. ed. Bry. qui hoc carmen inſculptum fuiſſe tradit uni columnarum ex marmore, quae ſtabant circa templum Dianae in Artemiſio, promontorio Euboeae. Spectat illuſtrem Graecorum de Perſis victoriam, in illis regionibus reportatam. — V. 1. παντοδαπῶν. quia Xerxes ex omni Aſia copias contraxerat. Cf. *Valckenar.* ad *Herodot.* VII. p. 536. 35. — V. 4. σήματα. illas columnas. *Plutarch.* l. c. στῆλαι κύκλῳ λίθου λευκοῦ πεπήγασιν· ὁ δὲ λίθος τῇ χειρὶ τριβόμενος καὶ χρόαν καὶ ὀσμὴν κροκίζουσαν ἀναδίδωσιν.

¶. 182.] *CLXI.* Anthologia Lat. II. XIV. T. I. p. 195.

*Qui Perſas bello vicit Marathonis in arvis,*
*Civibus ingratis et patria interiit.*
Πάντες, Μιλτιάδη, ταλαεργία ἔργα ἴσασιν
Πέρσαι, καὶ Μαραθὼν σῆς ἀρετῆς τέμενος.

Ad hoc Epigramma *Burmannus* commemoravit ſcriptores, apud quos hi verſus reperiuntur, omiſſo tamen *Fleetwoodio* p. 168. 3. — V. 1. *Reineſius* ap. *Gruterum* ταλαεργία in μάλ' ἀρήϊα mutat. τὰ σ' ἀρήϊα emendavit *Weſſel.* ad *Herodot.* VI. p. 501. 6. Eandem emendationem

ut ſuam profert *Klotzius* ad *Tyrt.* p. 52. — V. 2. σῆς ἀρ. eſt ap. *Gruterum* p. CCCCXXXVIII. τῆς ap. *Pithoe.* in Praeterm. poſt L. IV. Ep. p. 181.

*CLXII.* „Extat hoc Epigramma ap. Aelian. H. A. „X. 40. ubi mendoſe editum. Emendatius vero in Sto„baei Ecl. Phyſ. p. 167. *Grot.*“ *Br.* *Stobae.* l. c. LII. nr. 48. T. II. p. 1017. ed. *Heer.* Φίλων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ πρὸς Νύμφιν περὶ θαυμασίων ἐν Σκυθίᾳ, φησὶ ὄνους γίγνεσθαι κέρατα ἔχοντας, ταῦτα δὲ τὰ κέρατα δύνασθαι τοῦτο τὸ ὕδωρ διαφέρειν. Καὶ Ἀλεξάνδρῳ Μακεδόνι ἐνεχθῆναι ὑπὸ Σωπάτρου κέρας τοιοῦτον, ὃ καὶ ἀνατεθεῖναι ἐν Δελφοῖς, ἐφ᾽ οὗ καὶ ἐπιγεγράφθαι· Σοὶ τόδ᾽ κ. τ. λ. Ad hunc locum clariſſ. Editor veterum loca de Stygis aqua collegit poſt *Beckmann.* ad *Antigon. Car.* c. CLXXIV. p. 217. *Nicol. Loënſ.* in Epiphyll. III. 10. (Fac. crit. Suppl. V. p. 353.) et *P. Leopardum* in Emendd. IV. 8. p. 98. — V. 2. σχῆμα τὸ ὁ. *Aelian.* quod variis conjecturis locum fecit. Verum viderunt *Trillerus* et *Kuhn.* ad *Aeliani* V. H. I. 27. p. 48. ubi quaedam de κάνθωνι. Cf. ad *Apollinar.* Ep. I. T. II. P. II. p. 318. — V. 3. „Λουσηὶς dicitur Styx ab Arca„diae vicina urbe, cui nomen Λουσοί, de qua praeter „Stephanum videndus Pauſanias p. 636.“ *Br.* Ap. *Aelian.* eſt Λουθησιάδος, in codd. quibusdam *Stobaei* Λουκίδον. — Vulgatum ἀχράντου *Brunckius* in ἀχράντῳ mutavit. Sic certe epithetorum elegantior collocatio. — V. 4. βάσταζε vulgo ap. *Aelian.* — ἠνορέην. vim illam aquae omnia perrumpentis.

*Lect. p.* 287.] *CLXII.*[b] Ex *Gruteri* Inſcript. p. MDCCIII. Deeſt finis. Bales quidam Aeſculapio, qui ipſi cum adverſa valetudine conflictanti opem tulerat, columnam ſive ſtatuam ex marmore ponit. — V. 1. Παιῆον et Παιὰν Aeſculapius. — V. 3. Major diſtinctio ponenda poſt βαρυαλγέος. Tibi ſtatuam Bales ponit, memor eorum, quae tibi, aegritudinis, qua laborabat, averruncatori, debet; quod autem ad futuram ipſius

aetatem attinet . . . . — V. 2. ἐτήλλην ap. *Grut.* frequenti errore lapidariorum, qui literas temere duplicabant, et σ cum ε confundebant. — V. 4. εἰλαθείς. *Grut.*

¶. 182.] *CLXIII.* Anth. Plan. p. 10. St. 18. W. Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniae, Ciroada, Odryſarum rege, ſuperato, Dianae manubiarum partem dedicat. *Alcaei Meſſenii* hoc Epigramma eſſe ſuſpicabatur *Schneiderus* in not. mſt. Hujus poëtae carmen in Planudea praecedit, quod huic conjecturae nonnihil probabilitatis addit. Equidem tamen illud ad *Antipatrum Sidonium* referre malim, quem vide Ep. XVIII. ubi de Philippi expeditionibus contra Odryſas monuimus. Ignotam eſſe hujus Epigrammatis hiſtoriam notavit *Joſ. Scaliger* in notis mſt. Ciroadas rex, quem *Cary* in *Hiſtoria regum Thraciae* ne nominat quidem, inter eos regulos latere videtur, quos Philippus, Amadoco devicto, timore compeſcuiſſe dicitur ap. *Livium* XXXIX. 36.

*CLXIV.* Ex *Plutarchi* Vita Flamin. T. II. p. 417. ed. *Bry.* Anth. *Bonad.* p. 77. Flamininus poſt reſtitutam Graecis libertatem Delphis argentea ſcuta et ſuam ipſius peltam poſuit, Dioscuris hoc munus in titulo ſuperſcripto offerens. — V. 3. Τίτος. In eundem eſt Ep. *Alcaei Meſſen.* XVI. ubi cum Xerxe comparatur: ἀλλ' ὁ μὲν Εὐρώπᾳ δοῦλον ζυγὸν αὐχένι θήσων Ἦλθεν· ὁ δ' ἀμπαύσων Ἑλλάδα δουλοσύνας.

*CLXV.* Ex *Plutarcho* l. c. *Bonadae* Anth. p. 78. Adſcriptum coronae aureae, quam Titus Flamininus Apollini dedicavit. — V. 1. „Corruptum mihi videtur „ἔθηκε, quod verbum ſubjecto caret; nam a ταγὸς pen„dere non poteſt, niſi ſcribatur καὶ πόρεν, quod plus quam „frigidum eſſet, ἔθηκε κεῖσθαι ἐπὶ πλοκάμοις καὶ πόρεν. Lu„bens reponerem ἐπὶ πλοκάμοισι γεγήθοις, quae emenda„tio veriſimilis eſt et elegans.“ *Br.* *Reiskius*, commate poſito poſt ὃν πόρεν, verba ſic junxit: ὁ ταγὸς Αἰνεαδᾶν τόνδε στέφανον, ὃν πόρεν, ἔθηκεν ὥστε κεῖσθαι σοῖς ἐπὶ πλοκά-

μοις. Non omnes inſcriptiones, donariis additae, ab optimis poëtis compoſitae ſunt; fieri igitur potuit, ut verſificator, qui hoc Epigrammation conſcripſit, verſus implendi cauſa ad duram verborum ſtructuram confugeret. Hoc tamen loco minima fortaſſe mutatione ſcribendum:

ὃς πόρεν Αἰνεαδᾶν ταγὸς μέγας.

Auream hanc coronam, Phoebe, Romanorum imperator, cujus ea donum eſt, (ὃς πόρεν) eam ob cauſam dedicavit, ut immortalem tuam ornaret caeſariem.

¶. 183.] *CLXVI.* In Gudianis Inſcriptt. ab Heſſelio editis p. 55. Eandem ex Camilli Peregrini Diſſert. de Campania Felici protulit *Cuperus* in Harpocr. p. 152. et *Bonada* in Anth. p. 81. Arrianus Nemeſi et συννάοις θεοῖς aram dedicat. Qui ſint illi σύνναοι θεοὶ, intelligitur ex Inſcriptione Latina, graeco diſticho addita:

*Juſtitiae, Nemeſi, Fatis, quam voverat aram,*
*Numina ſancta colens, Cammarius poſuit.*

*CLXVII.* „In Notis J. B. Zenobetti in Meleagri „Idyll. p. 20.“ *Br.* Hermae inſculptum fuit. Edidit, praeter *Zenobettum*, *Winkelmann in den Nachr. von den Herkulanenſiſchen Entdeckungen* II. p. 94. Obſcurum Epigramma propter loci, ubi ille Hermes poſitus fuit, ignorantiam. Putaverim, illum ſtetiſſe in veſtibulo bibliothecae, ſive etiam ante januam, in loco platanis conſito. Certe verba ἄλσος Μούσαις ἱερὸν de bibliotheca apte explicari poſſunt, ut Ep. in Byz. Mon. XIII. οἶκος Ἑλικῶνος. Quae ſi vera eſt interpretatio, de aedibus Muſis dicatis proprie dixit poëta ἀνακεῖσθαι, quod in hac re idem eſt ac ἀνεῖσθαι, conſecratum eſſe. Vide cl. *Visconti* Iſcr. Triop. p. 80. *Valcken.* ad Phoen. p. 350.— V. 2. βύβλους et ταῖς πλατ. *Winkelm.* Recte. Nota ſunt plataneta in tectorum impluviis ſata. Fortaſſe in villa

fuit illa bibliotheca, (cf. *Lipſ.* de Biblioth. c. VIII.) ubi platanis inprimis locus. Cf. *Senec.* Ep. XII. 1. et LV. 7. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* II. Od. XI. 13. — V. 3. ἡμᾶς. Muſas puta. Hae promittunt, ſi quis literarum vere ſtudioſus ad hunc locum acceſſerit, ſe eum hedera coronaturas eſſe. — τῷ κισσῷ. Hedera igitur idem ille locus conſitus, ut Muſis et Apollini ſacer eſſe videretur. *Dioscorid.* Ep. XXV. Ἑλικὼν εὔκισσος. Terra circa Ibyci tumulum πολὺν κισσὸν χεύατο. Ep. ἀδέσπ. DXXVIII.

*CLXVIII.* „Refert hoc Epigramma Plutarchus de „Puerorum Educat. T. II. p. 14. Rebus ipſis dedicatis in„ſcribebant epigrammata, ita ut in inſcriptione, quid res „dedicata eſſet, declarare opus non haberent. Sic in „Inſcriptione coronae aut ſecuris, quas Veneri dedica„vit Cornel. Sulla, quamque refert Appianus de Bellis „civil. L. I. p. 411. neutrius comparet nomen. — Forte „Eurydice Muſis etiam coronam dedicaverat; nam τόδε, „in uno codice repertum, manifeſta eſt menda, quae „ne commemorari quidem debebat.“ *Br.* Anth. *Bonadae* p. 121. Eurydice cum Illyrica eſſet et τρίβαρβαρος — *Pſeudo-Plutarchi* verba ſunt — ut filios ſuos erudire poſſet, aetate jam provectior, literis operam dedit. — V. 2. „εὔϊστον minime ſollicitandum. Vox eſt „optimi commatis, licet eam omiſerint Lexicographi. „εὔϊστος πόθος eſt *pulcra cupiditas adipiſcendae ſcientiae*, „diſcendi ſtudium.“ *Br.* Eleganter εὔϊστον πόθον pro ἱστορίης, ſubſtantivo latente in adjectivo. Similiter *Aeſchyl.* in Agam. v. 261. εὐάγγελοι ἐλπίδες, *ſpes boni et fauſti nuntii.* Ibid. v. 9. φέρουσαν ἐκ Τροίας φάτιν Ἁλώσιμόν τε βάξιν, *nuntium de capta urbe.* Multa hujus generis ap. poëtas proſtant, ubi adjectivum poſſeſſivum objective accipitur. Male Toup. Emend. in *Heſych.* IV. p. 325. tentavit: εὔλιστον ψ. πόνον. *quae laborem bene amatum animo ſuscepit.* — V. 3. μνημεῖα λόγων. *Hic uſus eſt literarum, ut cuſtodiant voces et velut depoſitum reddant legen-*

tibus. *Quintil.* Inſt. Or. I. 7. fin. Prometheus ap. *Aeſchylum* v. 459. ἐξεῦρον αὐτοῖς γραμμάτων τε συνθέσεις, Μνήμην ἁπάντων, μουσομήτορ' ἐργάτιν. — Ceterum urbs Illyriae Hierapolis ex hoc uno tantum loco, ni fallor, cognita.

*CLXIX. Reisk.* Anthol. p. 109. nr. 649. In membr. Vat. non legitur, ut nec tria alia Epigrammata, quae ibidem dedit *Reiskius* nr. 648. 650. 651. Ultimum horum, pro *Philodemi* carmine venditum (cf. *Philodemi* Ep. IX.), recentioris eſſe auctoris nunc nullus dubito. Noſtrum habetur in *Gruteri* Inſcriptt. p. MLXVIII. unde illud repetivit *Fleetwood* p. 50. et *Muratori* multis maculis foedatum. Cf. *Leichium* in Miſc. Lipſ. I. 3. p. 450. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 491. ſqq. — Sallonius Menas Mercurio in montibus Tallaeis culto poſt mortem conjugis duplices libationes offert. — V. 1. Ταλλαίοισιν. Schedae Dorv. Ταλαιός. ὁ Ζεὺς ἐν Κρήτῃ. *Heſych.* De montibus Tallaeis vide *Meurſ.* in Creta p. 198. et *Chishull* in Antiqq. Aſiat. p. 134. — Quum in apogr. Lipſienſi eſſet Ταλείοις ἵδρις υἱεῦ, *Reiskius* dedit: Ὦ Ταλλείοις ἱδρυσμένε. *Muratori*: Ταλλαίοις ειδ ευμενε. — V. 2. φιλοφρόσυνος. Huic lectioni, quam plurimorum apogr. conſenſus tuetur, bene patrocinatur *Reiskius*, qui comparat ſimiles formas, γηθόσυνος, ἑταιρόσυνος, δεσπόσυνος, alia. In *Hug. Grotii* apogr. erat φιλοφροσύνης, ap. *Murator.* φιλοφρονέως. — V. 3. Omnes ἥν σοι praeter *Reiskium*, qui ὧν σοι dedit, nulla neceſſitate urgente. Vulgarior junctura foret ᾗ (σπονδῇ et θυσίῃ ſcilicet) σε γεραίρει Σ. ut eſt ap. *Theocrit.* Eid. VII. 94. Ep. ἀδέσπ. CCL. 7. μερόπων φωνὴν ἐγερήραμεν ἐλαίῳ. Noſter per enallagen minime inſolentem ἥν σοι Σ. γεραίρει, *quam tibi Sallonius honoris cauſa offert.* — V. 4. ἐξ ὁσίης. *ex re bene et ſine ulla injuria parta*, quam βίον ἐκ δικαίου appellat *Ariſtoph.* in Plut. 754. ubi vide *T. Hemſterh.* Similia quaedam dedit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 79. Plurimum huc facit Ep. *Cornel. Longini* I. T. II. p. 200.

Ἐκ πενίης, ὡς οἶσθα, ἀκρειφνέος, ἀλλὰ δικαίης, Κύπρι, ταῦτα δέχου δῶρα. — ψυχικὰ δῶρα de *cruentis ſacris* accipiebat *Dorvillius*; vereor, ut recte. Nam haec verba non ad θυσίην tantum, ſed ſimul ad σπονδὴν et λοιβὰς referenda ſunt. Quare ψυχικὰ δῶρα interpretor ἐκ ψυχῆς διδόμενα, *ex animo data*, ſive, ut *Grotius: Dat tibi ſacra libens.* Minime certe probanda *Reiskii* conjectura, temere in textum recepta, πτωχικά. Nec enim *mendici* haec munera erant, nec quisquam eorum omnium, qui in his carminibus donorum ſuorum tenuitatem excuſant, πτωχικὰ illa appellavit, ſed λιτὰ (vide ad *Gaetulici* Ep. III. T. II. P. II. p. 32.), μικρά, πενιχρά, ὀλίγιστα. Cf. *Zonae* Ep. II. *Leonid. Tar.* Ep. VIII. XV. — V. 5. Hunc verſum cl. editor dedit ex emendatione *Dorvillii*. Vulgo abeſt copula. Expreſſus videtur ex *Homer.* Ιλ. α. 88. οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. Non male tamen *Reiskius* mulieris nomen latere ſuſpicatus legit: καὶ πρὶν μὲν Ζώης (Ζωῆς) ἀλόχου —. Ap. *Murator.* eſt ζώοις σ' ἀλ. Idem v. 6. σικικη κατενος τασσου εγεραιρε τοπους. Dubitat *Reiske*, utrum σοὺς fuerit an τούςδ'. Prius plurimorum conſenſu nititur. — V. 7. Ap. Lipſ. ἀνθ' ὧν δὲ χρονίσας ἐφετήσιον. Noſtrum eſt ap. *Fleetwood.* et *Dorvill.* In ἐπετήσιον neglecta eſt adſpiratio, cujus anomaliae plurima exempla dedit *Reiske* ad *Conſtant. Porphyr.* de Cerem. p. 138. Dicit Sallonius, ſe, conjuge extincta, ob graviſſimum dolorem annua illa ſacra omiſiſſe, nunc autem, ne quid in rebus divinis neglexiſſe videretur, dupla eadem afferre. — V. 8. συμβίω pro ἀλόχου. τοῦδε ad Sallonium referendum. — V. 9. δ' poſt μαθὼν *Reiske* mutavit in θ', omnino male. Nam in praecedenti enuntiatione μὲν ſubaudiendum, hoc fere ſenſu: quamvis paratam habens excuſationem in graviſſimo illo dolore, tamen, divina colenda eſſe ſciens, dupla tibi illa ſacrificia offert. — δεῖ γε τὰ θεῖα *Reisk.* lectoribus non monitis. — V. 10. διπλῆ. *Gruter.* δίπλην

Ap. Lipſ. διναῆν *Murat.* διπλῆν hos voluiſſe probabile eſt.— V. 12. σῶον. *Reisk.* ut non male, ita citra neceſſitatem.— δι' ὅλου. *ut tuas aras novo ſemper honore colat.*

¶. 184.] *CLXX.* Edidit *Joſeph. Scaliger* ad *Hieronymi* Chron. p. 215. et *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. I. p. 176. Vide *Gruter.* Inſcript. p. 317. Supra ſcriptum: Κοσμητεύοντος Πλουτάρχου Ἀχαρνέως, et in fine: Ἀγωνοθετήσας Ἀδριανείων. Hinc apparet, Achiriſtum, cujus hoc carmine fit mentio, viciſſe in ludis ab Hadriano Athenis inſtitutis. De his Hadrianeis vide *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* LXIX. 16. p. 1164. — V. 1. μέγα κῦδος ἐν ἀστοῖς ſuſpicatur *Caſaubon.* — V. 2. Εὐπυρίδης dedit *Salmaſius*, cum in marmore eſſet Εὐποριδης. Vide *Stephan. Byz.* in Εὐπυρίδαι. Cf. *Meurſium* de popul. Att. p. 34. Sic etiam ap. *Heſychium* corrigunt T. I. p. 1521. Εὐπυρίδαι (vulgo Εὐπηρίδαι) δῆμος καὶ τόπος Ἀθήνησιν. ubi tamen ordo literarum Εὐποριδαι poſtulat. — *J. Scaliger* in Not. ad Gruter. p. CCCVIII. in noſtro Epigr. Εὐροπίδης ſcribit.— V. 3. ἐκ βρεφέων ἀέθλοισιν ε. καὶ ἐφ' ἥβης ſuſpicatur *Caſaubon.* improbante *Salmaſio*, qui Achiriſtum agonothetam et epheborum κοσμήτην fuiſſe exiſtimat; illud indicari verbis ἐπασκήσας ἀέθλοις, hoc ἐφήβοις. Non perſuadet. Nec tamen *Caſauboni* emendationem veram eſſe putaverim.

*CLXXI.* Ex *Athenaeo* L. XIV. p. 629. A. Ἀμφίων δὲ Θεσπιεὺς ἐν δευτέρῳ περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι Μουσείου (i. e. de feſto Muſis inſtituto. vide *Pauſan.* IX. 31. p. 771.) ἄγεσθαι φησὶν ἐν Ἑλικῶνι παίδων ὀρχήσεις μετὰ σπουδῆς, παρατιθέμενος ἀρχαῖον ἐπίγραμμα τόδε· Ἀμφότερ' κ. τ. λ. Scriptum eſt in ſtatuam Bacchidae Sicyonii, qui et ſaltandi arte praeſtabat et muſicae operam dederat. Illa autem ſtatua ei poſita fuiſſe videtur poſt victoriam a choro, cui Bacchides praeerat, reportatam. Fuit igitur χοροδιδάσκαλος, qualis Antigenes ap. *Simonid.* in Ep. LXXVI. in chori victoriam compoſito, ὃς κείνους ἐδίδασκεν ἄνδρας.

Ibi-

Ibidem commemoratur Ariſto, qui tibiis accinebat, ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς, ut hic Anacus tibicen. Quum hoc Epigramma, teſte *Athenaeo*, in Amphionis opere eam ob cauſam prolatum eſſet, ut doceret, *puerorum* ſaltationes in Helicone fuiſſe exhibitas, ſuſpiceris ſcribendum eſſe: ἐδίδασκον παῖδας. — V. 2. Pro Φιαλεὺς *Caſaubonus* primum Φιγαλεὺς emendandum cenſebat, a vetere Arcadiae oppido Phigalia; deinde nihil mutandum eſſe intellexit ex *Stephano Byz.* in Φιγαλέα. — μετωνομάσθη δὲ Φιάλεια δίχα τοῦ γ, ἀπὸ Φιάλου τινος. — V. 4. τᾷ Σ. et ἀπέκειτο vulgo. Utrumque emendavit *Caſaubonus*. Poſſis et καὶ Σικ. legere, ut Bacchidae ſtatua et Diis et patriae poſita eſſe dicatur.

*CLXXII.* „In Edmundi Chishull Antiqq. Aſiat. „P. II. cujus ultra tertium folium nihil quod ſciam pro„diit. Ibi autem legitur p. 7. Reperta haec inſcri„ptio Epheſi, cujus antiquum nomen Ptelea.“ *Br. Bonadae* Anth. II. p. 515. Dorotheus quidam Antonini ſtatuam, Epheſi terra obrutam, protraxit et iterum dedicavit. — Ἔφεσος — ἐκαλεῖτο Σμύρνα, ἀπὸ Σμύρνης τῆς Ἀμαζόνος. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σάμορνα καὶ Τραχία καὶ Ὀρτυγία καὶ Πτελεύς. *Stephan. B.* Sic vulgo. Sed Πτελέα legendum eſſe monuit *Pinedo* ex *Euſtathii* Comm. ad Dionyſ. Perieg. v. 827. Cf. *Plin.* H. N. V. 31. p. 278.

*CLXXIII.* Vat. C. p. 491. Σατύρου. „Edidit Salma„ſius in Plinianis p. 83. et iterum p. 766. cum latina „verſione metrica. Hoc autem loco ait, auctorem eſſe „veterem poëtam Satyrum. Forte in membranis ad„ſcriptum eſt nomen Σατύρου, idemque erit auctor, qui „vulgo Satyrius Thyillus nuncupatur. Conferendum „Erycii V. T. II. p. 296. et Leonidae Tar. XVII. T. I. „p. 224.“ *Br.* Pan venatoribus aucupibusque, ipſius opem implorantibus, auxilium ſe laturum eſſe promittit. — V. 1. καλαμὶς eſt arundo viſcata aucupis; haec ὀρνεόφοιτος, *aves appetens.* — Aucupium et λαγωβολίαν jun-

git *Propert.* II. El. XV. 23. *Haec igitur mihi ſit lepores audacia molles Excipere, et ſtructo figere avem calamo.* — V. 3. Pan canibus leporum oſtendit veſtigia. λασίου ποδὸς, i. e. δασύποδος, λαγοῦ. — V. 4. ἄνθεσιν ἀκλινῶν πανάγει κ. Vat. C. *Salmaſius* exhibet: σύνθεσιν ἀκλινῶν Πὰν ἀνάγει κ. Arundines compoſitae tacita manu ἀνάγονται, eriguntur et creſcunt, usque dum attingant avem, quae petitur. *Martialis* XIV. 218. in calamos aucupatorios: *Non tantum calamis, ſed cantu fallitur ales, Pallida dum tacita creſcit arundo manu.* Cf. eundem L. IX. 55. Inprimis diſertus eſt locus *Silii Ital.* VII. 675.

*Ut qui viſcata populatur arundine lucos,*
*Dum nemoris celſi procera cacumina ſenſim*
*Subſtructa certat tacitus contingere meta,*
*Sublimen calamo ſequitur creſcente volucrem.*

In noſtro igitur Epigr. Pan aucupi opem ferre dicitur, dum efficit, ut arundinem tacita manu erigat. ἀκλινῶν, quae in neutram partem declinant, rectâ ſurgunt et tolluntur.

*CLXXIV.* Vat. C. p. 149. ſq. Plan. p. 416. St. 552. W. „Eſt in Planudea tanquam auctoris Alexidis. Sed „in Vat. membr. recte ἀνάθημα Ἀλέξιδος. Vulgo deeſt „initium primi pentametri. In membr. ſcriptum δινδυμόνης μύσταις, et ad oram repoſitum δινδυμένης. Salma„ſius legebat δίνδυμον, ἧς μύσταις.“ *Br.* Gallus, aetate provectior, Matri Deûm inſtrumenta dedicat, quibus olim in ſacris obeundis uſus fuerat. Cf. *Philipp.* Ep. VI. *Eryci.* Ep. II. — V. 1. Vulgo inepte diſtinguitur, μῆτερ ἐμὴ γαίη, Φρυγ. *Theocrit.* Eid. IX. 15. Αἴτνα μᾶτερ ἐμά. — θρεπτ. λεόντων. *Jubae tellus - leonum arida nutrix.* *Horat.* I. Od. XXII. 12. Ida μήτηρ θηρῶν paſſim ap. *Homerum.* — V. 2. δινδυμόνης Vat. C. a pr. m. Supra ο poſitum ε. In marg. γρ. δινδυμένης. In Planud. . . . μόνης μ. Aldina 3. lacunam implens ἣ μὲν ἔχεις μ. quo nihil jeju-

nius. Nec multo felicius *Joſ. Scaliger* in not. mſt. καὶ τὸ μόνοις μ. Solus *Huetius* p. 39. veram lectionem ſuboroduratus legit: Δίνδυμα, τοῖς μ. *Salmaſii* emendationem expreſſit magnus *Grotius*: *cujus ſunt ſemper Dindyma plena choris*. Plurali numero utitur *Leonid Tar.* Ep. VII. Δίνδυμα καὶ Φρυγίης — ἀμφιπολεῦσα πρῶνας — μῆτερ. *Virgil.* Aen. IX. 617. *O vere Phrygiae – ite per alta Dindyma.* *Claudian.* de R. Proſ. II. 269.

*Mater, io, ſeu te Phrygiis in vallibus Idae*
*Mygdonio buxus circumſonat horrida cantu,*
*Seu tu ſanguineis ululantia Dindyma Gallis*
*Incolis, et ſtrictos Curetum reſpicis enſes.*

qui locus ad noſtrum Epigramma facit. De forma Δίνδυμον vide *L. Holſten.* ad *Stephan. Byz.* p. 99. ſq. — V. 3. θῆλυς Ἄλεξις. *eviratus.* *Catull.* LXIII. 27 *Atys notha mulier*, ubi vide cl. *Doering*. — οἰστρήματα λύσσης. inſtrumenta, quae eum in furorem conjicere ſolebant. *Aeſchyl.* ap. *Strabon.* T. II. p. 721. C. μέλος ἐπαγωγὸν μανίας ὁμοκλᾶν. — Ille furor χαλκότυπος, quia eo exiſtimulati *quatiunt terga tauri – cava digitis*, ut eſt ap. *Catull.* l. c. 10. et cymbala aënea crepant. — V. 5. „ἀλαλητὸν „repoſui pro vulgato ἀλαλητόν. Ionicum eſt ἀλαλητύς, „ut ἀλητύς, πληθύς, βρωτύς, μαστύς, et infinita talia, „quae fere a Lexicographis omiſſa et a librariis oblite„rata, mutata terminatione nunc in ης, nunc in ος.“ *Br.* De hac forma vide inprimis *Ruhnken.* Ep. crit. p. 132. et *Valcken.* ad *Herodot.* p. 42. In membr. eſt ἀλαλητῦν. — βαρυφθόγγων. *acres tibias* vocat *Horat.* I. Od. XII. 1. 2. *Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.* *Catull.* At. 22. ubi vide quae de Phrygiis tibiis notavit cl. editor. In noſtro loco elegans eſt enallage pro αὐλῶν καμπτομένων, i. e. πεποιημένων ἐκ κέρατος μόσχου. — ¶. 185.] V. 8. φάσγανα φοινιχθέντα. cultros ſanguine infectos, quippe quibus ſe ipſos vulnerabant Galli furibundi. Atys ap. *Ovid.* Fa-

ſtor. IV. 237. *Saxo corpus laniavit acuto.* — *Venit in exemplum furor hinc: mollesque miniſtri Caedunt jactatis vilia membra comis.* *Lucian.* de Syria Dea T. IX. p. 127. Γάλλοι — τάμνονταί τε τοὺς πήχεας, καὶ τοῖσι νώτοισι πρὸς ἀλλήλους τύπτονται· πολλοὶ δέ σφισι παρεστεῶτες, ἐπαυλέουσι, πολλοὶ δὲ τύμπανα παταγέουσι. — Etiam ea, quae ſequuntur, notatu digna ſunt. — V. 8. ξανθὰς κόμας, comam adſcititiam ſive προςθέσεις κομῶν. *Philoſtr.* Epiſt. p. 899. *Clem. Alex.* Paedag. III. p. 218. — V. 10. „ἀγρειοσύνης habent duo Planudeae codd." *Br.* Vulgo ἀγριοσύνης. quod ex hoc uno loco in Lexicis commemoratum *furor* explicatur. Sic *Grotius*: *Liber ab hac facias ſit feritate ſenex.* In *Schneideri* Lex. T. I. p. 12. conjectura depromitur ἀγερμοσύνη, i. e. ἀγυρμός. Vox occurrit ap. *Oppian.* IV. Hal. 249. in deſcriptione feſti Bacchici, ubi bacchantium coetus ſignificantur. Rogat igitur Cybelen Alexis, ut ipſius furoribus finem imponat neque eum diutius inter Gallos verſari ſinat.

*CLXXV.* Vat. C. p. 456. ſq. Plan. p. 348. St. 487. W. Conf. de eadem hiſtoria Not. ad *Paul. Silent.* Ep. XLVIII. — V. 1. πῶς ποτε νικῶ. Vat. C. — V. 2. σπάρτην ὁ Λωκρός, Vat. Σπάρτιν vulgo. De hac nominis diverſitate dictum eſt ſupra l. c. — ἐνέπω eſt in membr. Vulgo ἐρέω. — V. 3. μεσουσα Vat. et mox ἀπεκρέμασεν. Verbum ἀποκρεμᾶν praegnanti ſignificatione accipiendum: plectrum chordam ſolvit, ita ut reſoluta penderet. — V. 5. Quum ſonum poſtularet tempus, chorda illum non ita, ut par erat, reddidit. τὠτρεκὲς ῥυθμῶν eſt pro ὁ ἀτρεκὴς ῥυθμός. In membr. et plurimis edd. vett. ῥυθμόν. Genuinam lectionem reſtituit Aſcenſ. eamque *Joſ. Scaliger* notavit in ſui exemplaris margine. — Haereo in ἔμενε. Quanto facilior ſententia decurreret, ſi legeretur:

εἰς ἀκοὰς ῥυθμῶν τὠτρεκὲς οὐκ ἔμολε.

— V. 7. ἀπ' αὐτομάτου. Vat. C. neglecto doriſmo. ἐπ' αὐτομάτῳ. Ed. Flor. pr. — ἐπιστὰς eſt in membr. Vulgo ἀνα-

στάς. — V. 8. „Vulgo legitur ἐπλήρου τὤτρεκὲς ἁρμο-„νίης. Illud τὤτρεκὲς ab hiante librario e ſuperiori pen-„tametro repetitum; quod ſenſus poſcebat τοὔλλιπὲς re-„poſui. Clemens Alex. Cohortationis ad Gentes initio: „ῥήγνυται χορδὴ τῷ Λοκρῷ· ἐφίπταται ὁ τέττιξ τῷ ζυγῷ· ἐτερέ-„τιζεν ὡς ἐπὶ κλάδῳ, τῷ ὀργάνῳ· καὶ τοῦ τέττιγος τῷ ᾄσματι „ἁρμοσάμενος ὁ ᾠδὸς ΤΗΝ ΛΕΙΠΟΥΣΑΝ ΑΝΕΠΛΗΡΩΣΕ ΧΟΡ-„ΔΗΝ." *Br.* Palmariam hanc emendationem magis etiam confirmant verba *Juliani* in Epiſt. XLI. p. 421. κιθαρῳδῷ τὸν ὄρθιον ᾄδοντι, πρὸς τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς ὑπὸ τῷ τέττιγι τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέγξατο. — V. 9. νεῦρα γὰρ ἐξετίνασσον. pro τὰ ἄλλα μὲν νεῦρα. reliquas quidem chordas ipſe percuſſi, ſeptimae vero ſonum ſuppeditabat cicada. Sic haec explicari poſſunt. Sed vix dubito, ſcribendum eſſe:

νεῦρα γὰρ ἓξ ἐτίνασσον. ἐθ' ἑβδομάδας — — —

In membr. eſt ὅτ' et in fine vſ. δέ μ' ἐλοίμαν. — ὅτε μελοίμαν χορδᾶς, *cum chordae ſeptimae curam agerem*, i. e. ea opus haberem. Dictum ut πολέμοιο μεμηλώς ap. *Homerum*. *Heſych.* μέμηλεν· ἐν ἐπιμελείᾳ ἐστὶν ἢ φροντίδι. — V. 10. τὰν τούτων. Cod. Vat. τὰν edd. veteres. *Stephan.* κἂν τούτῳ ex emendatione *Brodaei*. „τὰν τούτω. Sic legen-„dum et ita ſcriptum eſt in uno regiorum Planudeae „codd. Male Flor. editio τὰν τούτῳ. Vat. membr. τὰν „τούτων. Doricus genitivus τούτω, τοῦ τέττιγος." *Br.* — V. 11. Cicada cantum ſuum ad meum accommodavit. Notanda vox μελέτη, de cantu uſurpata. — ὁ μεσαμβρινὸς (in Vat. C. eſt μεσσαμβρινός) ᾠδὸς, cicada, quae meridie maxime ſolet canere. — φθέγμα μεθηρμόσατο. ut in Ep. *Meleagri* CXXV. 6. *Erinnae* Ep. III. 8. — V. 13. ὅτε Vat. C. — Verba θρόῳ μεταβαλλομένῃ ad cicadae cantum referenda, quem illa nervis eximie accommodabat. *Grotius:*

*Exanimis concors nervis animata canebat,*
*Et pariter flexus emodulata dabat.*

— V. 15. „Vulgo συμφώνων. Vat. et Planudeorum unus „συμφωνῶν, non melius. Legendum συμφώνῳ." *Br.* Sic emendavit *Huetius* p. 33. Alii aliter. *Brodaeus*: τοὔνεκα νῦν σύμφωνον ἔχω ſive ἔγνων χ. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. συμφώνῳ τὴν ἔχω. Vulgo et in membr. ἐγὼ χάριν. Melior lectio non fugit *Grotium*, qui vertit:

*Conſona nunc a me grates mea portat, et una*
*Aere ſuper citharam conſidet ecce meam.*

*CLXXVI.* Vat. C. p. 144. Plan. p. 429. St. 564. W. *Leonidae Tarentini* eſſe dixeris; ſaltem ex antiquo poëta expreſſum. *Salmaſius* in not. mſt. *Juliani Aegyptii* eſſe ſuſpicatur. — Potamo hortulanus Priapo inſtrumenta ſua dedicat. — V. 1. φιλυδρήλοιο. horti irrigui. φίλυδρα. φιλοῦντα τὸ ὕδωρ. *Suid.* — V. 2. ἄσκυλον in membr. et in Plan. ἄγκυλον certatim emendarunt *Brod. Anonymus* Bibl. Bodl. et *Scaliger* in not. mſt. — V. 3. Peram hoc verſu deſcribi cenſebat *Brodaeus*, cujus emendationi nonnihil favet Ep. *Philippi* XIV. ubi agricola cum reliquis inſtrumentis σπερμοφόρον πήρην ὠμαχθέα ponit. At quem uſum agricolae pera praebuerit, facile intelligitur; minus expeditus idem in hortulani vita. Nec verba hunc ſenſum admittere videntur. Ea res, quam poëta deſcribit, tergo inhaerens, arcebat aliquid; hoc quicquid fuerit, de pera certe cogitare vix patitur. V. βροχετὸς pro βρόχος, *funis, reſtis,* habebat *Brodaeus*; *Schneiderus* in Lex. Gr. L. T. II. p. 963. per βροχὴν interpretatur in hoc epigrammate, veſtemque intelligit, quae arcebat pluviam. Hoc idem *Grotio* placuit:

*Et fidam tergo pluvias arcere lacernam.*

Intelligenda igitur *paenula,* φαινόλη, qui fuit habitus eorum, qui ſe contra coeli injurias defendebant. Modo

ſcortea fuit, modo lanea. Cf. inprimis *Donium* in Diſſert. de utraque paenula p. 319. et *Ferrarium* de Re Veſtiar. V. 2. — βροχετὸς autem, a verbo βρέχειν derivatum, *aquam pluvialem* aeque bene deſignare poteſt, ac βροχὶς vaſculum, quo calami humectantur, atramentarium. — Caeterum initio vſ. in membr. legitur τόν τ' ἐπὶ ν. — V. 4. ἐμβάδας. calcei ex crudo corio bovillo. ποδεῖνας vocat *Antiphil.* Ep. IV. *perones* Latini. *Rubenius* de Re Veſt. L. II. 2. p. 144. — ¶. 186.] V. 5. Paxillus deſcribitur, quo terrae impacto hortulani foramina faciunt, quibus tenellas plantas immittant. Solum terrae εὔτρητον per prolepſin appellatur. — V. 6. ἀρτιφανοῦς vulgo; eaque ipſa lectio in Vat. membr. a ſec. man. notata. — V. 7. σκάφος. vas ad irrigandam terram. ἐξ ὀχετῶν. pro ὀχετοῖς. Sunt autem h. l. ὀχετοὶ fiſtulae ſive tubuli in vaſe irrigatorio, unde aqua emittitur. — Pro διψεῦσαν in marg. διψῶσαν legitur. — V. 8. θέρευς. quod non, ut fontes, aeſtate ſiccatur. — V. 9. καὶ τῷ κηπουρός. Vat. C. — V. 10. ἀπεργασίης. Vat. C.

*CLXXVII.* Vat. C. p. 148. Plan. p. 430. St. 564. W. Alcimenes ex parvo horto Pani munuscula offert. — V. 1. πενιχρός. Vat. — V. 2. γευσάμενος θέρεος. cum aeſtas aliquos ipſi fructus genuiſſet, ſive eorum guſtum ipſi dediſſet. Eſt in verbo γεύεσθαι exiguae copiae notio. Cf. *Dioscorid.* Ep. XXI. *Valcken.* ad *Herodot.* VII. p. 532. 77. — V. 3. „In Vat. membr. εἶπε σύ μοι' unde „in fine praeced. verſ. pro κομίζω omnino ſcribendum „erat κομίζων.“ *Br.* κομίζων eſt etiam in membr. Vulgo κομίζω ὅττι σύ μοι. — V. 5. ὑμετέρης πέτρης.' ex rupe, ubi Panis ſimulacrum erat poſitum. Ibi ex fonte ſcaturiente aquam hauſerat, cujus mentio v. 3. — Grotianae hujus diſtichi verſioni tenebras offudit prava diſtinctio. Scribendum:

*Ex hortis nempe illa, tua de rupe ſed iſtam*
*Accipe, et acceptis da, rogo, plura mihi.*

*CLXXVIII.* In Append. Plan. p. 406. St. 11. W. ex *Pauſan.* VI. 8. p. 471. *Bonadae* Anth. p. 273. Inſcriptum ſtatuae Demarchi, filii Dinyttae, Arcadii ex Parrhaſiorum populo, qui Olympiae coronatus fuerat. De hoc Demarcho fabuloſa erat traditio, eum Jovis Lycaei ſacris in lupum converſum, decimo anno poſt humanam figuram denuo recepiſſe. Habet hanc fabulam *Plinius* H. N. VIII. 34. ex Agriopa, Demaenetum appellans, qui ap. *Pauſaniam* Demarchus eſt: *Demaenetum Parrhaſium in ſacrificio, quod Arcades Jovi Lycaeo humana etiam tum hoſtia faciebant, immolati pueri exta deguſtaſſe et in lupum ſe convertiſſe: eundem decimo anno reſtitutum athleticae, certaſſe in pugilatu victoremque Olympia reverſum.* Cf. *Auguſtin.* de Civ. Dei XVIII. 17. et *Böttigerum* de antiquiſſimis Lycanthropiae veſtigiis in Mythol. Graecor. in *Sprengelii Beyträgen zur Geſch. der Mediz.* I. 2. p. 16. ſq.

*CLXXIX.* In Append. Plan. p. 537. St. 13. W. ex *Pauſan.* IV. 22. p. 335. Idem carmen ex *Calliſthene* profert *Polybius* IV. 33. p. 82. ed. *Schweigh. Bonada* in Anth. p. 192. Inſcriptum erat columnae in Jovis Lycaei fano, quam Meſſenii Arcadesque poſuerant, poſtquam de Ariſtocrate, rege, qui a Lacedaemoniis corruptus patriam et ſocios in pugna circa Foſſam prodiderat, poenas ſumſerant. — V. 2. Μεσσήνη *Polyb.* quod non ſpernendum. — V. 4. σάω ex codd. recepit *Schweigh.* quem vide T. VI. p. 56. *Callim.* H. in Cer. 135. χαῖρε θεὰ καὶ τάνδε σάω πόλιν.

*CLXXX.* In Append. St. p. 506. 11. W. ex *Pauſan.* VIII. 5. p. 607. *Bonadae* Anth. p. 113. Tegeae oſtendebatur velum Laodices, Agapenoris filiae, qui, Troja expugnata, cum Arcadum claſſe Cyprum delatus Paphum ibi condidit. Hinc Laodice ἔπεμψεν ἐς Τεγέαν τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἀλέᾳ πέπλον. Patriam appellabat Tegeam, unde Agapenor originem ducebat.

¶. 187.] *CLXXXI.* Legitur, ſed corrupte, in Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Pauſan.* VI. 3. p. 459. Anth. *Bonadae* p. 330. Inſculpta fuerunt haec diſticha Lyſandri ſtatuae, quam Samii ipſi poſuerant Olympiae poſt victoriam ad Aegospotamum de Atheniensibus reportatam Ol. XCIII. 4. — V. 2. ἕστηκε δ' ἀνάθ. Vulgo. Noſtrum eſt ex emendat. *J. Scaligeri.* — V. 3. Lyſander rebus geſtis patriae et Ariſtocrati patri immortale decus peperit. Hic ſenſus. Hinc apparet, quam recte cl. editor emendaverit πάτρα, quod *Facii* codd. confirmarunt. Lyſandri patrem alii Ariſtocritum, alii Ariſtoclitum nominant. Cf. *Palmerii* Exercitt. p. 199. *Facium* ad *Pauſan.* L. III. p. 353. Noſtro loco duo *Facii* codd. Ἀριστοκρίτῳ exhibent.

*CLXXXII.* In Append. Plan. p. 506. St. 11. W. ex *Pauſan.* VII. 17. p. 565. Anth. *Bonadae* p. 275. Oebotae, Oeniae filio, Dymaeo, victoria contigerat Ol. VI. Statua ipſi eſt poſita ſecundum oraculi monitum Ol. LXXX. Cf. *Pauſan.* VI. 3. p. 458. Nihil illa ſtatua fuit illuſtrius. Nam cum Oebotas primus Achaeorum palmam Olympicam tuliſſet, athletae Achaei, priusquam in certamen deſcenderent, ejus ſtatuae parentare, palmamque adepti eandem coronare ſolebant. — V. 2. Παλείαν. Antiquum urbis Dymes nomen, quod, ut antiquius et auguſtius, poëta praetulit. Caeterum cauſa non erat idonea, cur *Kuhnius* emendaret: ὤνατο οἶβ. στ. νικῶν' ὁ δ' Ἀχαιοῖς etc. *Fructum tulit laboris Oebotas, vincendo ſtadium: nam Achivis patriam Paleam reddidit celebriorem.* Multo minori negotio rem confecit cl. *Brunckius* ὁ δ' mutando in ὅδ': *Hic, quem vides, Oebotas, Oeniae filius, Achaeus, vincendo patriam reddidit illuſtriorem.*

*CLXXXIII.* Anth. *Bonadae* p. 191. Ex *Pauſan.* L. I. 37. p. 89. Phytali, qui Cererem in domum recepiſſe dicebatur, tumulo inſcriptum. Huic Phytalo ficus ramum Dea dede-

rat, hoſpiti gratiam referens. Nomen hominis fictum videtur, ut fabulae conveniret, nam φυταλιαὶ arborum appellabantur plantationes, vitium inprimis et olearum. Vide *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 416. E. *Spanhem.* ad H. in Pallad. 26. p. 636. — V. 3. τὴν ἱερὰν συκῆν. Hinc attigit *Caſaubon.* ad Athen. L. III. p. 151. 28.

*CLXXXIV.* In Append. Plan. p. 503. St. 9. W. ex *Pauſan.* IX. p. 741. Anth. *Bonadae* p. 331. Legebatur hoc carmen in Epaminondae ſtatua a Thebanis ipſi dicata. Laudatur ob Meſſenen reſtitutam vindicatamque Graeciae libertatem. Inſtaurata eſt Meſſene Ol. CII. 4. poſt pugnam Leuctricam. Vide *Pauſan.* IV. 26. p. 342. *Diodor. Sic.* XV. 66. T. II. p. 54. — V. 1. ἡμετέραις. Epaminondas loquitur. Laudat h. v. *Plutarch.* T. II. p. 1098. A. eumque vertit *Cicero* in Tuſc. Qu. V. 17. *Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum.* — ἐκείρατο δόξαν. Sic fere *Propert.* IV. 11. 38. *Sub quorum titulis Africa tonſa jacet.* Metaphoricum uſum verbi κείρειν, hoc quoque vſ. allato, docuit *Taylor.* ad Aeſch. c. Cteſiph. p. 605. ed. R. — V. 2. χρόνῳ, poſt longum temporis intervallum; octoginta ferme Olympiadibus poſt Iram expugnatam (Ol. XXVIII.) praeterlapſis. — V. 3. „Sic ſcriptum eſt ap. Pauſaniam, „ubi vide plenam acuminis et judicii notam Sylburgii. „Enarratorem Graeciae fefellit memoria; dubium non „eſt, quin Epigrammatis auctor ſcripſerit: Θηβῶν δ' ὅπλοισι „Μεγάλη πόλις. Poſt Leuctricam pugnam Epaminondae „auſpiciis Megalopolin condiderunt Arcades." *Br.* Sic fere *Sylburgius* emendavit, cujus verba adſcribam: „Θή-„βαι. Nominativum videtur ipſe Pauſanias quoque agno-„viſſe, quum Meſſenen tantum ab Epaminonda conditam „memoret. Alioqui mallem ſine Thebanae reip. detri-„mento, majori Epaminondae cum laude,

Θήβης δ' ὅπλοισι Μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,

„ut ſenſus ſit, Thebani exercitus praeſidio Megalopolin „moenibus ceu corona fuiſſe cinctam. Vide Arcad. „c. 27. et c. 52."

*CLXXXV.* Vat. C. p. 231. Plan. p. 224. St. 325. W. Inſculptum fuit hoc Epigr. baſi, in qua bos ſtabat ex marmore. Quum enim Byzantium oppugnaretur a Philippo Amyntae fil., miſſus eſt Chares ab Athenienſibus, qui ſociis opem ferret. In hac expeditione cum conjugem Boïdion morte amiſiſſet, eam in promontorio Propontidis, inter Chalcedonem et Chryſopolin ſito, ſepelivit, arâ exſtructâ cum columna, in qua bovis imago eſt poſita. Hinc illud patrimonium Δάμαλις appellatum. Hiſtoriam narrant *Heſych. Mileſ.* de Rebus Patr. p. 50. ſq. ed. *Meurſ.* et alii, quos laudat *Gyllius* de Boſp. Thrac. III. 9. Cum inſigni varietate legitur ap. *Conſtant.* de Themat. L. II. nr. 83. Cf. *Bandur.* Antiqq. CPol. T. II. p. 31. — V. 1. Οὐκ εἰμὶ 'Ιν. βοός. nonnulli. In Cod. *Conſtant. Porph.* 'Ιναχίης βοὸς οὐκ εἰμί. Erant, qui hanc bovem pro Iûs ſtatua haberent et ab ea Boſporum appellatum eſſe dicerent. His ſtatua obloquitur. — V. 2. ἀντωπόν. ad cujus oram ſum poſita. Peſſime in Cod. *Conſtant.* Βοσπόριον ἀντωπὸν κέκληται πέλαγος. — V. 3. Illa, Io, gravi Junonis ira agitata in Aegyptum venit. — ἤγαγεν "Ηρης. Vat. C. a pr. man. — V. 4. ἐς Πάφον. *Heſych.* et *Conſtant.* Φάρον reliqui. ἅδε ἐγὼ Vat. C. ſuperſcripto δ'. Hoc omittitur etiam ap. *Heſych.* et *Conſtant.* — V. 188.] V. 5. εὐνέτις ἅδε X. Vat. C. In marg. ἦν δέ. — ἔπλουν δὲ ὅτ' ἔπλοεν ἐκεῖνος. *Conſtant.* — V. 6. τῇ δέ. *Heſych. Conſtant.* — V. 7. „Vulgo legitur Βοΐδιον δ' ἤκουον „ἐγὼ τότε. In membr. Βοΐδιον δὲ καλεύμαν. Veram lectio„nem ſervavit Heſychius." *Br.* Cum Vat. membr. conſpirat *Suidas* in Βοΐδιον T. I. p. 459. Βοΐδιον δὲ καλεύμην τότε ἐγώ, νῦν δὲ Χάρητος εὐνέτις. Adſcribam, quae ad hunc locum notavit Ill. *Heynius* in Comm. Soc. Götting. T. XI. p. 6. „Ultimum epigrammatis diſtichon, niſi interpo-

„latoris manui debetur", depravatum utique eſt: Βοΐδιον— „ἀμφοτέροις. Ita ait, *nomen ſibi olim fuiſſe* Βοΐδιον, *juvencae*; „*nunc ſe Charetis conjugem delectari utroque continente* „(Aſia et Europa, cum ad ſretum, Bosporum dictum, „poſita eſſet.) Sed bos erat. Scriptum fuiſſe videtur: „Οὔνομά δ' ἦεν ἐμοὶ Δάμαλις τότε· νῦν δὲ .... Βοΐδιον. Pro „Χάρητος fuit forte χαραχθέν. *Nunc autem ego juvenca* „*ſculpta, utrumque continentem proſpicio.*" Haec vir clariſſimus. Probabile eſt, literas quasdam in poſtremo hoc diſticho jam obſcuras fuiſſe, cum primum a Byzantinis deſcriberetur carmen. Hinc fortaſſe Χάρητος εὐνέτις ad verſum explendum ex v. 5. huc traductum eſt. Expectabatur: Quo tempore Charetem huc comitabar, Boïdion mihi nomen erat; nunc eadem, ſed ſub bovis imagine, utroque continente delector.

*CLXXXVI.* „E Smetio fol. XXIII. verſo, ubi la„tina verſio, cujus auctor, quisquis ille ſit, graeca non „intellexit." *Br.* *Bonadae* Anth. p. 95. Ex Smetio relatum in Theſaur. Inſcr. Murat. p. LX. Apud utrumque v. 2. καὶ Προδίκου legitur, idque fortaſſe argutius eo, quod cl. editor invexit. Referebatur hoc diſtichon ad ſtatuam Herculis pueri, leonis exuviis amicti, cum clava in manu ſiniſtra. Hic habitus eam pueri indolem ſignificabat, quam Prodicus ei in nobiliſſima illa allegoria tribuerat. Hinc argute Hercules ad mentem Sophiſtae repraeſentatus: Etiam Prodici me opus eſſe noſti; agnoſcis me, qualem Prodici ingenium effinxit. — Haec quis pro marmoris lectione afferre poſſit. Faciliorem tamen ſenſum fundit emendatio *Brunckii*; quam ſi quis pro vera habuerit, equidem non refragabor.

*CLXXXVII.* „In D. Bern. de Montfaucon Diario „Italico p. 425." *Br.* *Muratori* Theſaur p. XXI. 1. *Bonadae* Anthol. p. 98. Superſcriptum: Μαχατας ποησε. Deinde in fine Epigrammatis: Ὠφανης Λασθενεος Ἀσκλαπίῳ ἀνέθηκε. Μαχατας ἐποησε. In ſtatuam Herculis, in

Herculis luco dedicatam. — V. 2. Laſthenes ille quis fuerit, non magis conſtat, quam quis Laphanes. Laſthenem, Thebanum, commemorat *Diod. Sic.* T. I. p. 647. 8. T. II. p. 632. Alius fuit, flagitiis ſuis notiſſimus, Laſthenes Olynthius, qui patriam Philippo prodidit, ſaepenumero commemoratus ap. *Demoſthenem* et *Plutarchum.* — Laphanes Arcas, Euphorionis fil. occurrit ap. *Herodot.* VI. 127. p. 497.

*CLXXXVIII.* Servavit *Agathias* II. Hiſtor. p. 54. qui, Trallibus in Lydia terrae motu vaſtatis, Chaeremonem, obſcuri nominis hominem, in Hiſpaniam properaſſe narrat, ubi tum Auguſtus Cantabrico bello erat occupatus, et ab eo precibus impetraſſe, ut miſerae urbi ſuccurreret. Quo facto civitatem Chaeremoni retuliſſe gratiam, ara ipſi cum ſtatua dedicata. Cf. *Dio Caſſ.* T. I. p. 761. Recepit carmen *Muratori* Inſcr. Theſ. II. p. 1087. *Bonada* in Anth. p. 277. — V. 3. εἰλιχθείς. ad genua advolutus. — V. 4. κεκλιμέναν. dejectam, ornamentis ſuis orbatam. *Tull. Gemin.* Ep. V. Σαλαμῖνος ἔργα, Μακηδονίοις ἔγχεσι κεκλιμένα. De defunctis κλίνεσθαι paſſim. Vide ad *Mnaſalc.* Ep. XVIII. T. I. P. I. p. 411.

*CLXXXIX.* Romae in aedibus Calotianis columellae marmoreae inſcriptum, ſecundum *Smetium* fol. V. verſo. Protulit etiam *J. Scaliger* ad *Hieron.* Chron. p. 203. *Gruter.* p. 85. *Fleetwood* Syll. Inſcr. p. 45. *Muratori* in Theſ. p. CXLIII. *Doni* p. 23. *Bonada* in Anthol. T. I. p. 104. Dioscorus, ejusque conjux, Sarapidis templum cum aurea Dei ſtatua dedicant. — V. 1. Notabilis eſt ſynizeſis in voce νηὸν, quae ut monoſyllabum pronuntianda. — V. 2. βολαῖς. De ſplendore auri, quo ſtatua Dei inducta fuerit, accipiebam, ſive, ut *Lucretius* loquitur L. V. 676. de ſtatua *jactante de toto corpore lucem;* ad quem locum *Wakefieldius* noſtrum Epigr. excitat. At cl. *Visconti* in Muſ. Pio-Cle-

ment. T. VI. p. 25. de radiis interpretatur, quibus Sarapidis caput ſolebat circumdari. βολαὶ de ſolis radiis paſſim ap. poëtas. *Apollon. Rhod.* I. 607. II. 945. Cf. *Arnaldi* Lect. gr. p. 225. et *Mitſcherl.* ad Horat. II. Od. XV. 10. — V. 3. Κυρίλλου. Marmor. *Cyrilli conjux.* — V. 5. καὶ δύο. Haec verba *Hegius Spoletinus*, qui hanc Inſcriptionem vertit ap. *Smetium*, ad Dioscurum et Cyrillam retulit: *Ambo aetate pares concordi lege tuentur Fana.* Male, ſi quid video. Intelligendi potius duo alii ex eadem gente, qui aedituorum munere in eodem Sarapidis templo fungebantur. Repetendum enim ex praecedentibus verbum ἐστήσαντο. — De νεωκόρων ἔργοις, i. e. officio et dignitate, vide *Selden.* in Opp. T. II. p. 1571. ſqq. *Alberti* Gloſſ. N. T. p. 81. et *van Dale* in Diſſ. IV. ubi p. 307. hoc Epigr. excitavit.

¶. 189.] CXC. In aede Divi Nicolai in Calcaria, in ara grandi in duas partes fiſſa, unde deſcripſit *Smetius* fol. XIX. verſo. *Boiſſardus* T. III. Antiqq. p. 47. T. V. p. 33. ſq. *Gruter.* p. XXVIII. *Fleetw.* Syll. p. 13. *Bonada* Anth. p. 104. Repetivit *Burmann.* in Anth. Lat. I. p. 32. ubi ſcriptores, qui de taurobolio et criobolio tradiderunt, diligenter recenſentur. In ara, cui haec inſcripta, conſpicitur Cybele turrita cum tympano, a leonibus vecta; ſubtus taurus; in ſiniſtro latere Attis cum mitra, dextra fiſtulas et crotala, ſiniſtra pedum tenens. A tergo ipſius ſtat pinus et ſub ea aries, ſubtus deinde taurus ſeorſim. — V. 1. *Benedict. Hegius* legit: Μ. τῇ πάντων θνητῶν τε θεῶν τε γενέθλῳ. ideoque vertit: *Cunctorum Cybelae genitrici hominumque Deûmque.* — γενέθλων et mox ὑψιέτῳ *Fleetw.* vitioſe. — Verum eſt γενέθλῳ τεκέων, i. e. proli Rheae, Deorum, qui a Rhea originem ducunt, generi. Laudat hoc diſtichon *Mauſſac.* ad *Harpocr.* in Ἄττις. p. 85. — V. 2. Ἄττει. De nomine Attinis ejusque flexione vide *T. Hemſterb.* ad *Lucian.* T. II. p. 283. ed. Bip. ad Dial. Deor. XII. 2. ubi

pro ὕλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ fortaſſe rectius ſcripſeris Ἄττεω. Ad hanc certe lectionem ducit cod. Flor. Ἄττι. — V. 3. Quum ſecundum nonnullos idem eſſet Attis cum Sole, ei tribuitur omnium rerum ſcientia, ut Soli πανδερκὲς αἰώνιον ὄμμα in Hymno Orphei VII. 1. Cf. *Cuper.* in Harpocrate p. 106. et *Salmaſ.* in Script. Hiſt. Aug. I. p. 805. Ad Solis vim et efficaciam referendus etiam v. 3. ubi omnia quovis tempore gignere et ad maturitatem perducere dicitur. Cf. *Salmaſ.* l. c. et T. II. p. 425. Hinc θερμερώτερα, *maturiora*, emendavit *Scaliger* in not. ad *Gruter.*, quod neſcio quomodo cum metro conciliem. Obſcurior tamen lectio marmoris, quam cl. editor ſervavit, θεμερώτερα. *Heſych.* Θεμέρη. βεβαία. σεμνή. εὐσταθής. Θέμερον. σεμνόν. ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ σεμνύνεσθαι θεμαρύνεσθαι. Θεμερόφρονας. συνετούς. σώφρονας. Senſus igitur eſſe deberet: qui omni tempore omnia ſeveriora, prudentiora gignit. Num igitur Atys meliorum in animis cogitationum auctor habebatur? Sic puto, nec hoc a vi, quam myſtae Attidis numini tribuebant, alienum. Cf. not. ad *Procli* Hymn. I. 25. T. II. P. III. p. 279. ap. quem poëtam Soli ſimilia tribuuntur v. 34.

— ψυχῶν ἀναγωγεῦ,  
κέκλυθι, καί με κάθηρον ἁμαρτάδος αἰὲν ἁπάσης·  
δέχνυσο δ᾽ ἱκεσίην πολυδάκρυον, ἐκ δ᾽ ἐμὲ λυγρῶν  
ῥύεο κηλίδων, ποινῶν δ᾽ ἀπάνευθε φυλάσσοις.

— V. 4. Apollodorus ſacerdos in taurobolio et criobolio. Paſſim haec junguntur in Inſcriptionibus. Cf. *Ferret* in Muſis Lap. I. p. 79. Illud Matri Deûm, hoc Attidi fiebat. Qui taurobolium accipiebat, in ſcrobem profundam demittebatur. Tum ſcrobs ipſa tabulis, multis in partibus perforatis, ſternebatur, et ſuper illud ſtratum taurus mactabatur auratis cornibus, ita ut ſanguis per foramina in ſcrobem deflueret, hominemque in illa caverna poſitum inundaret. Hoc luſtrationis genus tantam vim habere putabatur, ut, qui eo uteren-

tur, ſe renaſci et per viginti annos puros mundosque manere arbitrarentur. *Salmaſ.* l. c. *Van Dale* de Taurobolio p. 30. — ἦδε τι. *Fleetw.* — V. 5. 6. laudat *Dorvill.* ad *Charit.* p. 186. Is, qui ſacris Matris Deûm initiatus hanc aram exſtruxit, Apollodorus nuncupabatur. Quod nomen cum verſus non caperet, poëta id circumſcripſit ἔχων ἐπίκλην Ἀπόλλωνος δῶρον. plane ut Hermodorum circumſcripſit *Meleager* I. 44. ὑμνοθέταν Ἑρμοῦ δῶρον ἀειδόμενον. et Dioscoridem v. 24. ὃς Διὸς ἐκ κούρων ἔσχεν ἐπωνυμίην. — τελετῶν *Smet.*

*CXCI.* Edidit *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 805. *Reineſ.* in Inſcr. p. 83. *Fabretti* p. 666. *Van Dale* de Taurobolio p. 118. *Bonada* in Anth. p. 86. — V. 1. Creſcens, de quo h. l. agitur, erat ex collegio Quindecimvirorum, quibus ceremoniarum, ludorum ſecularium etc. cura demandata erat. *Tacit.* Ann. XI. 11. 3. Cf. *Tiraquell.* ad *Alexandr. ab Alex.* III. 16. — φανηφόρος, *faces geſtans*; quod ad ritum aliunde non cognitum referendum eſt. At alii στεφανηφόρος legunt, fortaſſe rectius. Sunt enim στεφανηφόροι ſummi pontifices. Vide inprimis *Van Dale* Diſſ. V. p. 361. ſqq. — V. 6. ἤμασι μυστοπόλοις. Per plures dies hoc feſtum continuatum eſſe, ex hoc loco apparet. — βωμόν. Aras ponebant taurobolati, qui privatim, ſive pro aliorum ſalute, ſive pro ſemetipſis ſacrum faciebant. Cf. *Van Dale* de Taurob. p. 122. ſqq.

*CXCII.* In Append. Anth. St. p. 537. W. 13. ex *Pauſania* V. 20. p. 428. Repetivit *Muratori* p. CXIX. *Bonada* p. 66. Conſpiciebatur Olympiae non procul ab ara maxima Jovis columna Oenomai, quam, cum reliqua domus conflagraſſet, ſolam ſtetiſſe narrabant. Oenomai domum fulmine tactam tradit *Pauſan.* V. 14. p. 412. — V. 2. *Dorvillius* ad *Charit.* p. 74. στυλὶς repoſuit, quia nemo ἡ στῦλος dixerit. Idem ἐοῦσα legit. Neutrum neceſſarium. Ad ἐγώ εἰμι ſubaudiendum ἡ κίων.

ἡ κίων. Nam in his dedicatoriis nomen rei dedicatae nonnunquam omittitur. Cf. not. ad Ep. CLXVIII. — στῦλος autem pro praedicato, quod vocant, habendum: ἐγὼ ἡ κίων, ἐνοῦσα πρὶν στῦλος ἐν Οἰνομάου δόμοις, εἰμὶ λείψανον κείνων οἴκων. — V. 3. ἔχουσα τὰ δεσμά. Vetuſtate laborantem columnam multis vinculis fulſerant et firmaverant. πεπονηκότι ὑπὸ χρόνου καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ δεσμῶν συνεχομένῳ. *Pauſaniae* verba ſunt. — V. 4. Vulgatum δέξατο in δαίσατο mutabat *Sylburg.* probante *Dorvillio*, qui confert *Phrynichum* ap. *Pauſan.* X. 30. αἰκεία δέ νιν φλὸξ κατεδαίσατο: et ap. *Tzetz.* in *Lycophr.* v. 433. αἰκεία μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις.

CXCIII. Ex *Suida* in Κυψελιδῶν ἀνάθημα T. II. p. 406. Inſculptum fuiſſe traditur hoc diſtichon coloſſo Jovis a Cypſelo Olympiae dedicato, quod eum ex voto feciſſe poſt tyrannidem occupatam, tradidit *Agaclytus* L. II. et *Ariſtotel.* Oecon. I. 1. Illum coloſſum commemorat *Pauſan.* V. 2. p. 378. qui eum poſt Cypſeli demum mortem conſecratum narrat, ceterum nihil de inſcriptione commemorans. In hac autem inſcriptione non facere potes, quin mireris imprecationes in donarii auctorem genusque ejus; nec haec difficultas ſolvitur traditione illa ap. *Pauſaniam* l. c. *Dorvillio* etiam judice in Miſcell. Obſſ. T. VII. p. 28. Fictum videtur Epigramma, nec unquam illi coloſſo inſculptum fuiſſe; idque ut exiſtimem, duabus adducor cauſis: prima, quod nulla ejus ap. *Pauſaniam* mentio; altera, quod diverſa ratione prolatum eſt ab *Apella Pontico* (quem Inſcriptiones ἀναθημάτων collegiſſe probabile eſt), teſte *Suida*:

Νάξιος εἰμὶ ἐγώ, παγχρύσεος εἰμὶ Κόλοσσος,
Ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

tibi nihil priore verſu ineptius. Ceterum illa ſtatua σφυρήλατος appellatur cum ab aliis, qui ejus mentionem fecerunt, tum a *Platone* in Phaedro p. 236. B. (T. X.

p. 298. ed. Bip.) τὸ μὲν τὸν ἐρῶντα τοῦ μὴ ἐρῶντος μᾶλλον νοσεῖν, δώσω σοι ὑποτίθεσθαι. τῶν δὲ λοιπῶν ἕτερα πλείω καὶ πλείονος ἄξια εἰπὼν τῶν Λυσίου, παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι. — V. 2. ἐξώλης — γενεά. Ex formula. *Demoſth.* de Falſa Leg. T. I. p. 363. 22. ὃν ἐκείνοις εὔχεσθε ἐξώλη ποιεῖν καὶ γένος καὶ οἰκίαν, τοῦτον ἀφίετε αὐτοί; Idem in Theocrin. T. II. p. 1342. 7. ὧν γένος ἐξωλέστερον οὐδέν ἐστι. Qui ſibimet ipſis et proli, ſi pejeraſſent, omnia mala imprecabantur, ὀμνύναι κατ' ἐξωλείας ἑαυτῶν καὶ τοῦ γένους dicebantur. *Demoſth.* in Ariſt. T. I. p. 642. 15.

CXCIV. Ex marmore Antonii Askew deſcriptum edidit *Taylor* ad Demoſthen. Or. de Falſ. Leg. (In App. Crit. ad Demoſth. I. p. 461. ed. R.) unde id repetivit *J. Toup.* in Epiſt. crit. p. 57. Scriptum in fontem, cui nomen Δορύναμα, a Grammatico quodam exornatum. Locum ad Boſporum, Δόρυ appellatum, commemorat *Procopius* de Aedificiis cap. III. p. 32. — V. 1. κόρη Διός, fontis Nympha, ut διϊπετὴς ποταμός, ob aquas pluviâ auctas. Vide *Albert.* ad *Heſych.* in διϊπετέος. et *Tollium* ad *Apollon. Sophiſt.* p. 225. Initio verſ. marmor: πλακα νη . . . ανηκε. — V. 2. ὕρφιτε *Taylor.* quod *Toupius* emendavit. Ep. ἀδεσπ. CII. ὡς κρήναις ἄφθιτα ῥεῖθρα ῥέοι. — ¶. 190.] V. 3. Regionis nomen poëta inde derivat, quod reges ibi ſaepenumero haſtas et arma depoſuerint. De ea *Procopius* l. c. ἔστι δέ τις ἐνταῦθα χώρα κατὰ τὴν παραλίαν Δόρυ ὄνομα, ἵνα δὴ ἐκ παλαιοῦ Γότθοι ᾤκηνται· αὕτη δὲ ἡ χώρα τὸ Δόρυ τῆς μὲν γῆς ἐν ὑψηλῷ κεῖται· οὐ μέντοι οὐδὲ τραχεῖα, οὐδὲ σκληρά ἐστιν, ἀλλ' ἀγαθή τε καὶ εὔφορος καρπῶν τῶν ἀρίστων. — V. 4. ἔνχεα et κάθθεσαν. — V. 5. Δορύναμα emendavit *Toupius*; ap. *Taylor.* Δορύκναμα. — V. 6. ἐλαιηρῇ λιβάδι *Toupius* de aquis ſulphureis interpretatur, minus recte. Intelligitur aqua limpida quiete manantis fontis. — V. 7. Balneum ibi exſtruxiſſe vide

tur Grammaticus, cui aedificando tres annos inſumſit. — V. 8. ὑπολλυκ. junctim *Taylor*.

*CXCV.* Vat. C. p. 471. Plan. p. 363. St. 503. W. Scriptum in fontem montis Olympi, ejus, ut videtur, qui in Bithynia fuit. — V. 1. Fons, qui loquitur, ſe reliquis omnibus anteponit, duobus exceptis. ταῖς Προύσης. Inter calidos fontes, qui dulcem ſaporem habeant, τὰ ἐν Προύσῃ, τῇ πρὸς τὸν Μύσιον Ὄλυμπον, τὰ βασιλικὰ καλούμενα, commemorat *Athen.* L. II. p. 43. A. ubi cl. *Schweighaüſer* p. 506. *Leontii* Ep. XVII. T. III. p. 107. comparavit. Commemorantur etiam ap. *Galen.* de Sanit. tuenda L. VI. c. 9. T. V. p. 177. C. D. — Πυθιάδες. thermae Bithyniae, de quibus vide ad *Paul. Silent.* LXXIV.

*CXCVI.* Vat. C. p. 425. Plan. p. 89. St. 130. W. De fonte aquae lethiferae prope Hierapolin. Plures fuerunt urbes hujus nominis. Apud unam in Phrygia antrum erat, noxiam auram ſpirans, de quo vide *Brodaeum.* Ibidem calidos fontes fuiſſe ſatis illuſtres, intelligitur ex *Vitruv.* VIII. 3. Cf. *Wetſten.* ad N. T. II. p. 296. De fontibus, quorum aqua ſtatim enecabat, vide *Beckmann.* ad *Ariſtot.* M. Auſc. c. 131. et ad *Antig. Car.* c. CLVI. p. 203. — V. 2. ἱερᾶς πόλεως. Vulgo et in Vat. C.

*CXCVII.* Vat. C. p. 364. Plan. p. 89. St. 130. W. Notavit ad hoc Epigramma *Salmaſius* in not. mſt. haec: „Εἰς Σαλμάκιδα. perverſum male eſt. Nec enim talis aqua „eſt Salmacidis fontis, qualis hujus fontis, qui in hoc „Epigrammate deſcribitur. At melius lemma conce„ptum in Mſc. ἀδέσποτον εἰς ἑτέραν πηγὴν ἄῤῥεν ὕδωρ φέρουσαν „καὶ τοὺς μαλακοὺς ἀπελέγχουσαν. Quod nullo modo poteſt „convenire Salmacidi fonti.“ At hoc lemma Epigrammati non convenit, in quo de fonte agitur, qui corpora emollire putabatur. Hoc ex v. 2. manifeſte prodit, ubi commemorantur, qui mollitiei ſuae illius aquae

hauſtum praetexebant. Hoc cuinam fonti melius convenit, quam Salmacidi? Egregie autem ad noſtrum Epigramma facit locus *Strabonis* L. XIV. p. 970. A. de Halicarnaſſo, Cariae urbe agentis: ἡ Σαλμακὶς κρήνη διαβεβλημένη οὐκ οἶδ' ὁπόθεν, ὡς μαλακίζουσα τοὺς πιόντας ἀπ' αὐτῆς. Ἔοικε δ' ἡ τρυφὴ τῶν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀέρας ἢ τὰ ὕδατα· τρυφῆς δ' αἴτια οὐ ταῦτα, ἀλλὰ πλοῦτος, καὶ ἡ περὶ τὰς διαίτας ἀκολασία. — V. 4. ἡ φύσις, non aqua, ſed ipſius indoles et natura in culpa eſt: nam ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστ' ἀεί. *Eurip.* Bacch. 315.

*CXCVIII.* Relatum in Append. Plan. p. 534. St. 29. W. ex *Sotione* in Mirab. p. 125. ed. *Sylb.* ad calcem *Ariſtotelis.* Legitur etiam ap. *Vitruv.* L. VIII. 3. ubi in plurimis Mſſ. deeſt, ſicut etiam duo ſequentia, quae idem laudat. — De fonte *Clitorio* haec habentur ap. *Ovidium* XV. 322. *Clitorio quicunque ſitim de fonte levarit, Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis, Seu vis eſt in aqua calido contraria vino, Sive quod indigenae memorant, Amythaone natus, Proetidas attonitas poſtquam per carmen et herbas Eripuit furiis, purgamina mentis in illas Miſit aquas, odiumque meri permanſit in undis.* *Phylarchus* ap. *Athen.* L. II. p. 43. F. φησὶν ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην, ἀφ' ἧς τοὺς πιόντας οὐκ ἔτ' ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν. Vide *Harduinum* ad *Plin.* XXXI. 13. p. 549. et in Emendatt. p. 569. nr. V. — Paulo aliter Epigrammatis auctor, qui ſitim ſine periculo hoc fonte levari tradit, corpus eodem ablui non vult. — V. 1. In Cod. Vitruvii Franequerano, cujus var. enotatam dedit cl. *Frieſemann im Magazin für Philologen* II. 123. hoc diſtichon ſic legitur corruptiſſime: ατρατα συν ποιμναις τομ βρινονηνεε βαρυεν διψος αν εσχατιας κλιτορο ερχομενον. — Locus ille appellatus a Clitore, Azanis filio, rege Arcadiae, qui urbem condidit, in cujus vicinitate fons ille ſcaturiebat. — ἐσχατιαὶ ſunt agri, praeſertim qui montibus proximi jacent. Vide *T. Hemſterh.* ad *Lu-*

*ſian.* Tim. 30. T. I. p. 394. ed. Bip. et *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 103. — ¶. 191.] V. 3. της μεν απιο κρηνη καρυσαι π. κ. π. ν. υδρθασιν στησον παν το σον αιποολιον. Cod. Franeq. — Nymphae Ὑδριάδες. Ep. *Platon.* XIV. *Paul. Silent.* Ep. XLVII. 7. — V. 5. Cave ne, cum vini calorem viſceribus conceperis, hac aqua laveris, ne te vel ſola aura, inde afflans, male afficiat. μὴ ἐπιβάλῃς λουτρὰ χροΐ. Sic fere *Eurip.* Oreſt. 305. λουτρά τ᾽ ἐπὶ χροὸς βάλλε. Hunc verbi βάλλειν uſum attigit *Ruhnken.* ad H. in Cerer. p. 13. fuſius perſecutus eſt cl. *Matthiae* in Anim. ad Hymn. Homer. p. 360. — αὔρη. odorem ſive vapores ex aqua ſurgentes ſignificare videtur. Hoc ſenſu *aura* paſſim ap. latinos poëtas occurrit. — Vulgatum τερπνῆς μέθης cl. edit. in θερμῆς mutavit. Illud fortaſſe non penitus ſpernendum. Omittitur epitheton in cod. Franeq.: γαλλασιμητε πι λουτρα βαπιι εχραμησυ καυδυρη πηνη τυ σεοντα μεθης. Sine cauſa idonea graviorem hic ſuſpicatus eſt corruptelam *G. Wakefield*, qui in Sylv. crit. IV. p. 68. in hunc modum corrigit:

ἀλλὰ σὺ μὴ περὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ, μή σε πάρευτα
πημήνῃ, θερμῆς ἀντιόοντα μέθης.

Poſteriora haec, θερμῆς ἀντιόοντα μέθης, cum locis veterum de fonte Clitorio melius conſpirare, quam vulgatam lectionem, fateor; non tamen propterea mutandus locus. In talibus magna eſſe potuit traditionum diverſitas, quas omnes ad unam normam dirigere ſeverae critices leges non patiuntur. Et ſe ipſum retractavit Vir eruditiſſimus, dum ad *Lucret.* V. 411. T. III. p. 64. ſervata in reliquis lectione Brunckiana, corrigit: σὺ μή τι ᾽πὶ λουτρὰ β. χρόα. *nulla de cauſa corpus inmittas in lavacra.* — V. 6. Vini odium illi fonti inditum exiſtimabatur (vide ſimil. ad *Paul. Silent.* LXXIV. 62.) ab eo inde tempore, quo Melampus Proetidas ibi luſtravit. Fabulam de Proeti filiis narravit *Apollodor.* II, 2, 2. Cf. *Perizon.* ad *Aelian.*

V. H. III. 42. et qui praeclare de ejus interpretatione meruit, *Boettiger. in Sprengels Beyträgen zur Geſch. der Mediz.* II. 38. Adde *Sprengelii* obſervata de eadem, p. 46. ſqq. — Vulgo λουσάμενος legitur. Quod ſi verum eſt, genitivi λύσσης ἀργαλέης jungendi cum καθαρμὸν in ſequ. verſ. quod durum eſſe ſponte apparet. Hinc *Heringa* Obſſ. c. 17. p. 145. correxit: Λυσάμενος ſive Παυσάμενος — ἀρτεμέας, (in Mſc. Franeq. enim Λύσομενος — ſive, ſecundum *Frieſemanni* collationem, Λυσάμενος ἀρτεμεας legitur) *quod apud eum fontem Melampus ſacrificiis purgaviſſet rabiem Proeti filiarum, reſtituiſſetque earum virginum mentes in priſtinam ſanitatem.* quae *Vitruvii* verba ſunt l. c. Hae tamen emendationes ipſi auctori mox displicere coeperunt in Addend. p. 307. Certe nec παυσάμενος locum habet, cum παύσας ſcribendum ſit, nec ἀρτεμέας explicari poteſt, niſi per prolepſin valde duram. At λυσάμενος vulgatae omnino praeferendum. Nec aliter ſummus *Grotius* legiſſe videtur, cujus haec ſunt:

*Odit enim fons hic vites: hac ipſe Melampus*
*Proetidas exſolvit labe furoris aqua.*

Locus, ubi luſtratio peracta, Λουσοὶ vocabatur. *Pauſan.* VIII. 18. p. 636. Alii tamen purgamenta Anigro fluvio immiſſa tradebant, tetrum fluminis odorem inde derivantes. *Idem* V. 5. p. 387. Memorabilis eſt locus *Heſychii* in ἀκρουχεῖ· Ἄκροι δὲ ὄρος τῆς Ἀργείας, ἐφ᾽ οὗ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο Μελάμπους, καθάρας τὰς Προιτίδας ἤγουν ταῖς Χάρισιν. Editores nihil afferunt praeſidii. Num fuit: κ. τ. Πρ. ἐν Λουσοῖς ἐν Ἀρκάσιν? — V. 9. παντα καθαρμεον κοψεν επαχρυψον. Mſ. Franeq. in quo reliqua deſiderantur. — Valde inſolens mihi videtur verbum ἔκοψεν, hoc loco cum ἀπόκρυφον conjunctum, nec ullum ſimilis uſus exemplum ad manus eſt. Haeſit hic etiam vir ingenioſus *G. Wakefield*, qui totum diſtichon ſic conſtituendum putavit:

πᾶν τὸ κάθαρμ' ἐνέκρυψεν ἀποῤῥιφέν· ᾗ γὰρ ἀπ' Ἄργους
οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης.

*hac enim via Argis in Arcadiam venerat.* Vulgo ἃ γὰρ ἀπ' Ἄρ. *Heringa* in Addend. p. 307. αἱ γὰρ – ἤλυθον emendavit, parum opportune. Nam ipſe Melampus Argis habitabat, unde ad ſanandas Proetidas in Arcadiam profectus eſt. *Homer.* Od. ο. 239. — Pro ἃ γὰρ fortaſſe olim ἡνίκ' fuit. Quid pro ἔκοψεν legendum ſit, non definio. *Wakefieldii* certe mutationes nimiae ſunt.

CXCIX. Appendix Plan. p. 534. St. 30. W. *Sotion* de Flum. l. c. Ἀρίστων δὲ ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐν τῇ Χίῳ πηγήν φησιν ὕδατος εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀναισθήτους γίνεσθαι ταῖς ψυχαῖς. *Vitruvius* L. VIII. 3. hoc diſtichon in Chio inſula inſculptum eſſe tradit prope fontem, hac ſententia: *jucundam eſſe potionem illius fontis, ſed qui biberit, ſaxeos habiturum ſenſus.* — In Mſc. Franequ. ſic exhibetur mutilatum diſtichon: ηδεατο ψυχου ποματος λιβας λαναβαινιπε προς την αεπιων. Hinc *Weſſelingius* emendavit in Obſſ. II. 20. p. 231.

ἡδεῖα ψυχροῦ πόματος λιβάς, ἣν ἀναβάλλει
πηγή· ἀλλὰ νόῳ πέτρος ὁ τήνδε πιών.

*Salmaſius* ad *Solin.* p. 724. G. ſic: ἡδέα τοι ψυχροῦ πόματος λιβάς, ἣν α. π. α. ν. π. ὁ τήνδε πιών. Quae in his a vulgatis diſcrepant, non magni momenti ſunt, nec fortaſſe illis praeferenda. In minore verſu haerebat *Toupius* Em. in Heſych. P. III. p. 147. ubi tentat ἀλλὰ νόῳ πηρὸς ὁ τήνδε πιών. *Schol. Ariſtoph.* Plut. 48. ἢ πηρὸν τῷ νῷ. Supervacanea emendatio ex mero mutandi pruritu orta. *Lapides* appellabant eos, qui ſenſu deſtituti erant, homines bardos et ſtupidos, ut ille ap. *Ariſtoph.* Nub. 1203. τί κάθησθ' ἀβέλτεροι – ὄντες λίθοι, ἀριθμός, πρόβατ' ἄλλως ἀμφορῆς νενασμένοι. Cf. *Werſten.* ad N. T. p. 265. — Denique elegantior [illegible] lectio ap. *Sotionem* τῆςδε πιών,

quam *τήνδε.* Hanc enallagen genitivi pro accuſativo, quae locum habet, ubi pars indicatur, illuſtravit *Pierſon.* ad *Moer.* p. 165. 233. et *Koen.* ad *Gregor.* p. 51.

CC. Append. Plan. p. 535. St. 30. W. item ex *Sotione* et *Vitruvio* ll. cc. Fontem Suſis fuiſſe narrant, ex quo qui biberent, dentes amittebant; ibi autem Epigramma inſculptum eſſe hac ſententia: Egregiam eſſe aquam ad lavandum, eandem vero potatam dentem e radicibus excutere. — In Cod. Franequ. hoc Epigramma ſic habetur: *υδατα κραναεντα βλεπεις ξενε των α. χ. λυυτρα μεν ανθρωποι ην αεμβηοκολιαυβοτανη αεο σατμον υδωρ αυτημερ πριστηρες επειπτουσιν γενυων ορφαναθεντεσεαν.* Hinc vſ. 1. *Weſſeling.* in Obſſ. II. 20. p. 230. *ὕδατα κρανάεντα* reſtituendum contendit, i. e. *κρηναῖα*, vocabulo ita formato, ut *δολόεντα*, *τιμήεντα.* Probarem, ſi in reliquo Epigrammate doriſmi veſtigia eſſent. Mihi in depravata Cod. lectione latere videntur haec:

*ὕδατα κηραίνοντα βλέπεις, ξένε, τῶν ἄπο χερσὶ — —*

*κηραίνει. φθείρει. κηραίνοντα. βλάπτοντα. κηραίνειν. βλάπτειν.* *Heſych.*

CCI. „Habet hoc Epigramma Stephanus in *Δῖον*, et „ex eo Euſtath. ad Homer. p. 280. ubi *ἣν δέ γε πίης.* „Scribendum cenſeo *πίνῃς.* Nam in aoriſto *πίῃς* corripi„tur prima. Supra Epigr. in Salmacin: *μή με πίῃς πρό„φασιν.*" *Br.* Append. Plan. p. 534. St. 29. W. Ap. *Steph. Byz.* habetur *ἥνιδε πίῃς.* ap. *Euſtath.* *ἣν δέ γε.*

CCII. Plan. p. 344. St. 483. W. Laudat hoc diſtichon de Nymphaeis agens *Du Cang.* in CPoli Chriſt. L. I. p. 87. — Ap. Steph. vitioſe *κρίναις.*

¶. 192.] *CCIII.* „Ex ipſo Lapide nuper in Angliam „translato, quique tum in muſeo celebris medici Richardi „Mead ſervabatur, edidit Edmundus Chishull in prae„ſtanti opere Antiqq. Aſiatic. p. 59." *Br.* Plures eandem inſcriptionem ediderunt. *Wheler* in Itiner.

p. 179. unde id repetivit V. D. in Miſc. Obſſ. T. III. p. 205. *Taylor* in Praef. ad Legem Decemv. de inope Debitore p. V. *Fleetwood* in Syll. p. 52. *Bonada* in Anth. p. 73. *Reineſ.* in Inſcr. Cl. I. 97. *Donius* in Inſcr. p. 38. Scriptum eſt Epigr. in ſtatuam Jovis οὐρίου, i. e. ſecundos navigantibus ventos excitantis. — V. 1. 2. οὔριος ἐκ πρύμνης eſt ventus πρυμναῖος, qui a puppi oritur. Hinc πρύμνηθεν οὖρος ap. *Eurip.* Troad. 20. Contra ventus adverſus eſt πνεῦμα ἐκ πρώρας. Utrumque illuſtravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 115. ubi hoc diſtichon excitat; et *Valcken.* in Diatr. p. 234. A. — Ap. *Wheler.* et *Fleetw.* ο. ἐπὶ πρ. In fine vſ. *Donius* καλετε. — V. 2. κατεπρευτοναι *Wheler.* qui hinc nobis *Abrotonos* neſcio quos protulit. Senſus eſt: cum navigationem inſtituis, πρότονοι rudentes ſunt in utraque parte navis ad malum retinendum alligati: iidem cum velis juncti eſſe videntur. *Eurip.* Hecub. 109. σχεδίας, λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας. *Apollon. Rhod.* I. 563. in deſcriptione profectionis Argonautarum;

> Δὴ ῥα τότε μέγαν ἱστὸν ἐνεστήσαντο μεσόδμῃ,
> δῆσάν τε προτόνοισι, τανυσσάμενοι ἑκάτερθε,
> καδδ' αὐτοῦ λῖνα χεῦαν, ἐπ' ἠλακάτην ἐρύσαντες.
> ἐν δὲ λιγὺς πέσεν οὖρος.

— V. 3. εἴτ' om. *Wheler.* et *Fleetw.* qui ex ſchedis Spon. profert ἐστεπι. quod etiam *Donius* habet. — ὀρόμος ap. eosdem, pro ὀρόμους, quod alii exhibent. — Quae ſequuntur, ſatis jejunam deſcriptionem undarum circa Cyaneas rupes continent. — V. 5. εἴτε plurimi. In ſched. Spon. επεκαταιγαιην. — ἐρευνᾷ *Don.* reliqui ἐρευνῶν, etiam *Chisbull.* Illud vidit etiam doctus Britannus in Miſc. Obſſ. p. 207. — πόντου πλάκα. *Eurip.* in Palamed. Fr. II. ποντίας ὑπὲρ πλακός. — V. 6. τῷ ξοανῳ. *Don.* τω ανω *Spon.* — V. 7. ὧδε *Don.* Alii ὅδε. — εὐάντητον θεόν. Deum propitium. Opponitur τὸ δυσάντητον. Idem ἀν-

ταῖος. *Apollon. Rhod.* I. 1140. ἡ δέ που εὐαγέεσσιν ἐπὶ φρένα θῆκε θυηλαῖς Ἀνταίη δαίμων· τὰ δ᾽ ἐοικότα σήματ᾽ ἔγεντο. Cf. *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 110. *Ruhnk.* Ep. crit. p. 273. — Philonem, Antipatri filium, qui hic commemoratur, pro ſtatuario habuit *Chisbullius*, eumque hoc ſimulacrum feciſſe. Cf. *Junium* de Pict. Vet. v. *Philon.* Rectius fortaſſe *Anonymus Britannus* in Miſc. Obſſ. de homine interpretatur, qui, navigatione per Pontum et Aegaeum mare feliciter peracta, templum et ſtatuam Deo, cui ſalutem debebat, poſuerit.

CCIV. Plan. p. 351. St. 490. W. In Megarenſium arce conſpiciebatur ara, in qua Alcathous Diis ſacra feciſſe ferebatur, antequam moenium fundamenta poneret. Prope hanc aram lapis ostendebatur, ἐφ᾽ οὗ κατάθεῖναι λέγουσιν Ἀπόλλωνα τὴν κιθάραν, Ἀλκάθῳ τὸ τεῖχος συνεργαζόμενον. — ἣν δὲ τύχῃ βαλών τις ψηφῖδι, κατὰ ταυτὰ οὗτός τε ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα. *Pauſan.* I. 42. p. 101. *Virgilius* in Ciri v. 105.

*Stat Megara, Actaei quondam munita labore*
*Alcathoi, Phoebique; Deus namque adfuit illi;*
*Unde etiam citharae voces imitatus acutas*
*Saepe lapis recrepat Cyllenia munera pulſus,*
*Et veterem ſonitu Phoebi teſtatur honorem.*

*Ovidius* Metam. VIII. 14. in Niſi, regis Megarenſium, hiſtoria: *Regia turris erat vocalibus addita muris, In quibus auratam proles Letoïa fertur Depoſuiſſe lyram: ſaxo ſonus ejus inhaeſit. Saepe illuc ſolita eſt adſcendere filia Niſi, Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo.* De Alcathoo, Phoebi ope arcem condente, vide etiam *Theognid.* v. 751. ſqq. — V. 1. λίθῳ. Cod. Aldi in Lectt. — Νισαίην. Megara, Niſi regiam. — V. 3. δομαῖον λᾶα. Ductus color ex *Apollon. Rhod.* I. 737. ubi de Amphione et Zetho: ἀπύργωτος δ᾽ ἔτι Θήβη Κεῖτο πέλας, τῆς οἵγε νέον βάλλοντο δομαίους ἱέμενοι. Ζῆθος μὲν ἐπωμα-

ἆθλον ἠέρταζεν Οὔρεος ἠλιβάτοιο κάρη, μογέοντι ἐοικώς. — V. 4. Λυκωρείην. i. e. Delphicam. *Callim.* H. in Apoll. 19. ἡ κίθαριν ἡ τόξα, Λυκώρειος ἔντεα Φοίβου. Vide *Schol. Apollon. Rhod.* 1490. — V. 6. κόμισον adſcripſit Anon. Bibl. Bodl. citra neceſſitatem. Nulla enim cauſa, cur h. l. imperativus activi formae mediae praeferatur.

*CCV.* „Apud Schol. Ariſtoph. Acharn. 213. et Euſtath. ad Homer. p. 1591. 56." *Br.* *Suidas* T. III. p. 586. ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, ὑπὲρ τὰ μέτρα. Ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολήν τι πραττόντων· ἀπὸ δὲ τῶν πεντάθλων ἡ μεταφορά. λέγεται δὲ ἀπὸ Φαΰλλου τοῦ πεντάθλου τοῦ Κροτωνιάτου εἰρῆσθαι· ὃς, πεντήκοντα ποδῶν ὄντων πρότερον τῶν σκαμμάτων, πρότερος αὐτῶν ὑπερέβαλε τοῖς πηδήμασι ταῦτα· ὡς τὸ ἐπίγραμμα λέγει τῆς εἰκόνος αὐτοῦ· Πέντ' κ. τ. λ. Hunc Phayllum Crotoniatam *Scholiaſtes Ariſtophanis* l. c. Olympionicam fuiſſe tradit; falſo, ſi audimus *Pauſaniam* L. X. 9. p. 818. qui Phayllo Crotoniatae Olympicam palmam contigiſſe negat, in Pythicis vero ludis ſtadium viciſſe eundem et in quinquertio duas reportaſſe victorias. At plures fuerunt hujus nominis, paſſim a veteribus confuſi. Vide *Schottum* ad *Zenob.* Proverb. VI. 23. p. 160. *Valcken.* ad *Herodot.* VIII. p. 640. 10. *Wolfium* in Epiſt. ad Vaterum in Rhetor. Ariſtot. III. 16. p. 215. — V. 1. πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα. Superavit igitur etiam Chioniden Lacedaemonium, οὗ τὸ ἅλμα ποδῶν ἦν νβ (52.). *Euſeb.* Chron. p. 40. Vicerat hic ſaltu Ol. XXVIII.

*CCVI.* Ex *Athenaeo* L. II. p. 48. unde id ſumſit *Euſtath.* ad *Homeri* Od. α. p. 32. 30. ed. Baſil. p. 1400. 12. ed. Rom. Hinc relatum in Append. Plan. p. 507. St. 12. W. Celeberrimi fuerunt in arte veſtium texendarum artifices Aceſas et Helicon, Aceſae filius, Salaminii in inſula Cypro. Noſtrum diſtichon uni operum Heliconis; quod Delphis ſervabatur, inſcriptum fuit. — ἐν ἐνί. *Athen.* ᾧ praebuit *Euſtath.*

¶. 193.] *CCVII.* In Append. Plan. p. 506. St. 12. W. relatum ex *Pauſan.* V. 10. p. 398. Hoc diſtichon ſi per ſe ſpectas, Naxius, Byzae fil., tegulas e marmore primus adhibuiſſe, et ob hanc aliamve cauſam Apollini munus dedicaſſe dicitur. At hanc interpretationem vix patitur *Pauſanias*, cujus haec ſunt: τὸ δὲ εὕρημα ἀνδρὸς Ναξίου λέγουσιν εἶναι Βύζου· οὗ φασιν ἐν Νάξῳ τὰ ἀγάλματα, ἐφ' ὧν ἐπίγραμμα εἶναι· Νάξιος κ. τ. λ. Hinc apparet, *Naxium* non eſſe proprium hominis nomen, ſed gentile; verba autem, ὃς πρ. – κέραμον, non ad filium, ſed ad patrem Byzen referenda videntur. Jam cum vix ſit credibile, nomen dedicantis a poëta ſuppreſſum eſſe, probanda videtur *Loeſcheri* et *Sylburgii* emendatio Νάξιος Εὔεργος, quam cl. *Facius* in contextum admiſit. Ceterum cf. de tegulis marmoreis *Völkel über den groſsen Tempel zu Olympia.* p. 54.

*CCVIII.* In Append. Plan. p. 506. St. 11. W. ex *Pauſania* VI. 20. p. 504. ubi, deſcriptis carceribus in ſtadio Olympiae, eos a Cleoeta excogitatos eſſe tradit, idque inventum ipſi auctori tam praeclarum fuiſſe viſum, ut illud in ſtatua Athenis poſita notaret. Cf. *Pauſan.* I. 24. p. 57. Locum *Pauſaniae* de carceribus illuſtrat *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 643. et *Gedoyn ſur les Courſes des Chevaux dans les Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. XI. p. 519. ſqq.

CCIX. CCX. In Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Strabone* L. X. p. 463. qui Ephoro auctore tradit, Aetolum, Endymionis filium, ex Elide in eam regionem veniſſe, quae ab ipſius nomine Aetolia nuncupata eſt, Curetasque, qui eam tum habitabant, expuliſſe. Poſt decimam aetatem Oxylum Aemonis fil. ex Aetolia in Elidem profectum urbem ibi condidiſſe. In hujus rei documentum Ephorus excitaverat duo haec Epigrammata, quorum prius baſi ſtatuae Aetoli, in thermis Aetoliae, inſculptum fuit. De Aetolo vide *Pauſan.* V. 1. p. 376. *Apollodor.* I. 7. 6. ibique cl. *Heynium* p.

107. — V. 2. τρεφθέντα. Vulgo. Utrumque recte. Duplex in hoc vocabulo adſpiratio cl. editori fortaſſe poëtica oratione dignior viſa eſt. De στρεφθέντα et θρεφθῆναι (*Eurip.* Hecub. v. 600.) agens *Euſtath.* ad Ιλ. ε. p. 393. 27. προτιμῶνται γὰρ οἱ σοφοὶ τὴν καίριον τραχυφωνίαν τῆς ἀκαίρου λειότητος· ὡς δηλοῖ καὶ τὸ βρεχθῆναι τὴν γῆν παρὰ Δίωνι ἀντὶ τοῦ βραχῆναι καὶ τὸ θαφθεῖσι παρ' Ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ ταφεῖσι. — V. 2. σταδίων. *Strabo.* In Steph. στάδιον vitioſe, quod in σταδίου mutavit *J. Scaliger.* — V. 4. Edd. quaedam vett. *Strabon.* Αἰτωλῶν. aliae Ἠλείων.

CCX. Vide ad Ep. praeced. De Oxylo vide *Strabon.* L. VIII. p. 354. et p. 357. et *Pauſan.* V. 3. p. 381. — V. 1. τόνδε δῆμον. Eleos, qui ſe pro autochthonibus habebant. — V. 2. Κουρῆτιν γῆν. Aetoliam a primis ejus incolis appellatam. Vide *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* IV. 1229. p. 182.

CCXI. Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Athen.* I. p. 19. C. De hoc Cleone, Thebano tibicine, nihil invenio. Eum ante Alexandrum M. floruiſſe, apparet ex hiſtoria, quam *Athenaeus* addit ex Polemone, de Thebano quodam, qui patria profugus aurum in ſinu ſtatuae Cleonis condidit, idque triginta poſt annos, patria reſtaurata, inde protraxit. — ¶. 194.] V. 3. σφετέρης. Vulgo.

*CCXII.* Plan. p. 220. St. 321. W. Illuſtris inter veteres muſicos Pronomus, qui primus invenit tibias, triplici modorum generi accommodatas. Πρόνομος δὲ ὁ Θηβαῖος πρῶτος ηὔλησεν ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐλῶν τὰς τρεῖς ἁρμονίας. *Athen.* XIV. p. 631. E. ut hunc locum egregie reſtituit *Caſaubon.* ex *Pauſan.* IX. 12. p. 734. ubi, Pronomi ſtatuâ commemoratâ, non ſolum ejus inventum celebratur, ſed etiam hoc in ejus laudem additur, quod in theatro ſpectatores τοῦ προσώπου τῷ σχήματι καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς κινήσει σώματος delectaverit. Apud *Ariſtophan.* in Eccl. v.

102. *Pronomi barba* commemoratur, ubi vide *Schol.* et *Suidam* in Πρόνομος. Obliteratum videtur ejus nomen ap. *Athen.* L. IV. p. 184. D. Ἀλκιβιάδην φησὶ μαθεῖν τὴν αὐλητικήν, οὐ παρὰ τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ Προςνόμου τοῦ μεγίστην ἐσχηκότος δόξαν. Lege Προνόμου. Memorabilis eſt locus *Dionis Chryſoſtomi* VII. Or. p. 263. ed. R. a *Schneidero* mihi ſuppeditatus, ubi orator Thebanos nihil tanti feciſſe ait, quam ut tibicinandi artis peritiſſimi exiſtimarentur. Hinc factum eſſe, ut Thebis everſis et dirutis cetera quidem negligerent, eam vero columnam anxie quaererent, ἐφ᾽ ᾧ ἦν τὸ ἐπίγραμμα τὸ περὶ τῆς αὐλητικῆς·

Ἑλλὰς μὲν Θήβας νικᾶν προὔκρινεν αὐλοῖς.

καὶ νῦν ἐπὶ μέσης τῆς ἀρχαίας ἀγορᾶς ἓν τοῦτο ἄγαλμα ἕστηκεν ἐν τοῖς ἐρειπίοις. In verſu a *Chryſoſtomo* laudato ἐν αὐλοῖς reſtituit *Caſaubonus.* Cf. *Boettigerum* in Diſſ. de Tibiarum inventione in Muſ. Attico I. 2. p. 302. ſq.

CCXIII. Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Athen.* L. XIII. p. 609. D. συνέβη δὲ, ὡς ὁ Κλειδημὸς φησι, τὸν Χάρμον ἐραστὴν τοῦ Ἱππίου γενέσθαι, καὶ τὸν πρὸς Ἀκαδημίᾳ ἔρωτα ἱδρύσασθαι πρῶτον, ἐφ᾽ οὗ ἐπιγέγραπται· Ποικιλομήχαν᾽ Ἔρως κ. τ. λ. De Charmo, cujus filiam Hippias, Piſiſtrati fil., in matrimonium duxerat, vid. *Pauſan.* I. 30. p. 75. *Clement. Alex.* in Protrept. p. 38. 33. quem locum correxit *Valcken.* in Diatr. p. 157. B. et *Henr. Valeſius* ad *Harpocrat.* p. 40.

CCXIV. Append. Plan. p. 533. St. 29. W. ex *Suida* T. III. p. 655. Χάραξ Περγαμηνὸς ἱερεὺς καὶ φιλόσοφος, ὡς εὗρον ἐν ἀρχαίῳ βιβλίῳ ἐπίγραμμα οὕτως ἔχον· Εἰμὶ Χάραξ κ. τ. λ. Ἔστι δὲ τῶν κατ᾽ Αὔγουστον πολλῷ νεωτέρος· μέμνηται γοῦν ἐν τῷ β τῶν βιβλίων Αὐγούστου ὡς πάλαι γενομένου Καίσαρος· καὶ ἐν τῷ ζ Νέρωνος καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν βασιλευσάντων· ἔγραψεν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν βιβλία μ. Scripſit etiam Chronica, quae ſaepe commemorantur ap. *Stephan. Byz.* — Vide *Pinedo* in Comment. Auctor. p. 758.

*CCXV.* Plan. p. 298. St. 438. W. cum lemmate: Καλλιάδης στρατηγὸς Βυζαντίου τὸ περιβόητον τοῦ Βύζαντος ἄγαλμα κατὰ τὴν καλουμένην βασιλικὴν ἀνέθηκεν, quae verba ſunt *Heſychii Mileſii* de Conſtant. p. 52. ed. *Meurſ.* qui hoc Epigramma ſervavit. Byzas, Byzantii conditor, Neptuni et Croëſſae filius, ſecundum *Steph. Byz.* in Βυζάντιον. Vide *Du Cang.* in CP. chriſt. I. p. 45. *Petav.* ad *Nicephor.* p. 72.

*CCXVI.* „Epigramma hoc eſt in Planud. p. 438. „et perperam a Brodaeo expoſitum. Referendum eſt „ad Phidaliae ſtrategema, quo urbem a Scytharum obſi„dione liberavit, de quo videndus Heſychius Mileſius „p. 47. et ad eum Meurſius.“ *Br.* Hiſtoriam narrat *Tzetza* in Chil. II. 60. Habet quaedam de Phidaliae ſtatua *Anonym.* de Antiq. CPol. ap. Bandur. L. V. p. 82. nr. 231. Cf. *Du Cang.* in CP. chr. I. p. 17.

*CCXVII.* Vat. C. p. 382. Plan. p. 28. St. 43. W. In ſtatuam Juſtitiae, cujus triſtem vultum poëta interpretatur. — οὗτος ὁ κλέπτης. De magiſtratu quodam rapaci accipe, qui re malis artibus aucta Juſtitiae ſtatuam ponere auſus eſt. — οὐδὲν ἔχων πρὸς ἐμέ. cum tamen nihil mecum commune habeat.

## IN MYRONIS VACCAM.

¶. 195.] *CCXVIII.* Vat. C. p. 477. Plan. p. 304. St. 443. W. Vix bene tornatum diſtichon; ſed inter ea, quae ſequuntur, nonnulla etiam ineptiora ſunt. Haec Grammaticis, ingenium in eadem ſententia variandа exercitantibus, deberi exiſtimo. — V. 1. τάνδε. Vat. — Vitulus, vivam ſe matrem videre exiſtimans, vaccae aëneae blanditur.

CCXIX. Vat. C. p. 476. Plan. p. 302. St. 443. W. — V. 1. ἐπὶ στήλην. Vulgo.

CCXX. Vat. C. p. 476. Plan. p. 302. St. 443. W. Ineptum verſificatorem vel prioris verſus numeri produnt. — V. 2. „ἥδρασας. Sic ſcriptum inveni in uno „regiorum codd. et procul dubio verum eſt. Vulgo „ἵδρυσας. Vat. membr. ἔστασας.“ *Br.*

CCXXI. Vat. C. p. 476. Ἀντιπάτρου Σιδ. cujus duo praecedunt Epigrammata in Plan. p. 303. St. 443. W. Quod haec Epigrammata vulgo tanquam ἀδέσποτα circumferuntur, non *Planudis* culpa factum eſt, ſed editorum, qui lemmata appinxerunt, quibus carent Codd. et Ed. pr. Flor. — Elegans diſtichon, quo poëta ſe pulchritudine vaccae deceptum fingit. Nova converſio et τῷ παραδόξῳ jucunda. — V. 1. Tentabat *Huetius* p. 30. μὴ δάμαλιν —, quod a poëtae mente alienum eſt. Vaccam Myronis vitulo uberà praebere fingit *Antipater*. Paſtorem igitur, reliquum gregem coërcentem, nec ſequi, nec ei fiſtulâ vaccam vocanti obedire poteſt. — V. 2. ἀπεκδέχεται. Vat. C.

CCXXII. Vat. C. p. 476. Ἀντιπ. Σιδων. Plan. p. 303. St. 443. W. — V. 1. „Neſcio an alibi μόλιβος feminino „genere occurrat. Librarii error eſſe videtur, qui quum „reperiſſet ὁ μόλιβος, et qua ratione verſus ſic recto pede „ſtare poſſet non intelligeret, bene ſe emendare cre„didit ά.“ *Br.* Si vera eſt obſervatio cl. editoris, τὸ μ in pronuntiatione duplicandum. Vide *Clark.* ad *Homer.* Ιλ. π. 358. — V. 2. „Sic etiam libri omnes, ſed men„doſe. Scribendum θρόον. Hae voces facile permu„tantur. Vide Theocrit. in Hyla (XIII.) 40. et quae „ibi notavit doctiſſimus Toupius.“ *Br.* θρόον recte exhibent membr. Vat.

*CCXXIII.* Vat. C. p. 476. ἄδηλον. Plan. p. 303. St. 444. W. Myron, cum vacca ſua armento boum immiſta eſſet, eam a vivis ipſe discernere non potuit, donec illas propelleret. — V. 1. Pro ἐρευνᾷ Vat. C. ἐζήτει habet. — V. 2. τὰς βόας. Ibid. Hoc praetulerim vulgatae.

*CCXXIV.*

*CCXXIV.* Vat. C. p. 476. ſine lemmate. Plan. ibid. Myronis manus *vaccam* illam non finxiſſe, ſed peperiſſe videntur. Ejusmodi acumine *Antip. Sidon* Ep. XXX ſ. 6. ubi Onatas Apollinem μετ' Εἰληθυίης ἀπεπλάσατο. Simile Epigramma ante oculos habuit *Auſonius* LVIII.

*Bucula ſum coelo genitoris facta Myronis*
*Aerea: nec factam me puto, ſed genitam.*

¶. 196.] *CCXXV.* Vat. C. p. 476. Plan. p. 304. St. 444. W. — ἁ κεραή. Vat. C.

*CCXXVI.* Vat. C. p. 477. Plan. ibid. „Vulgo legi„tur Φεῦ ὁ Μύρων πλάσας οὐκ ἔφθασας. In membr. omiſ„ſus articulus ὁ, ita ut verſus adhuc minus integer ſit.“ *Br.* Nimia videtur cl. editoris mutatio. Mihi in mentem venit:

Βοῦν σὺ Μύρων πλάσσας οὐκ ἔφθασας.

eo ſenſu, quem ſummus *Grotius* expreſſit:

*Ah nimium, Myro, tardus eras; aes conſtitit ante,*
*Infudit vitam quam tua dextra bovi.*

πρὶν ψυχὴν βαλέειν. Cf. not. ad *Joann. Barbuc.* Ep. VI. T. III. P. I. p. 20.

*CCXXVII.* Vat. C. p. 476. Ἀνακρέοντος. Ejusdem poëtae nomine inſcribitur in Plan. p. 303. St. 443. W. Vide *Fiſcher.* ad *Anacr.* p. 473. Vertit *Auſonius* Ep. LXII.

*Paſce greges procul hinc, ne, quaeſo, bubulce, Myronis*
*Aes, veluti ſpirans, cum bubus exagites.*

Faceta eſt hujus diſtichi parodia *Philippi Theſſ.* Ep. XL.

*CCXXVIII.* Vat. C. p. 476. τοῦ αὐτοῦ. (*Anacreontis.*) Sic etiam Planud. l. c. *Fiſcher.* ad *Anacr.* p. 472. Myronem ſibi gloriam vaccae arte elaboratae falſo vindicare; veram bovem aetate obriguiſſe. — V. 1. χαλ-

νοις. Formam ex luto ſignificare videtur, cui aes infundebatur. Vide inprimis *Schneiderum*, qui de diverſis hujus vocabuli ſignificationibus fuſe disputavit in Lex. L. Gr. T. II. p. 849.

CCXXIX. Vat. C. p. 478. ἄδηλον. In Plan. p. 306. St. 445. W. *Gemino* tribuitur. Conf. *Philipp. Theſſ.* Ep. XLIX. — V. 2. φέρων. Vulgo. φέρων ψευδομένα δαμάλι. Vat. C. quod reponendum. — V. 3. δι' ἔργων. i. e. διὰ τέχνης.

¶. 333.] CCXXIX.[b] Ex *Suida* in βοῦς ἕβδομος. T. I. p. 448. Ineptum colloquium inter hircum et bovem, qui in argentea tabula celati erant. Bos humi cubabat; hircus ei ex adverſo erat poſitus. — V. 3. δ' om. *Suid.*

¶. 196.] CCXXX. Plan. p. 97. St. 142. W. ſine auctoris nomine. Quam auctoritatem ſequutus *Natalis Com.* in Mythol. V. 6. id ad *Ibycum* referat, ignoro equidem. Praecedit in Plan. Ep. *Antiphili*, tum noſtrum ſequitur ſine lemmate. Num ergo *Natalis Antiphilum* cum *Ibyco* confudit? — Ceterum elegans eſt et optimae notae Epigramma noſtrum, in quo Clymenus quidam Pana rogat, ut, fiſtula ſuaviter inflata, gregem ad paſcendum invitare velit. Carminis genus, quod hoc efficere poſſe putabatur, νόμιον appellabant paſtores. Daphnis ap. *Longum* IV. p. 111. ἐνέπνευσε τὸ νόμιον, καὶ αἱ αἶγες ἐνέμοντο, νεύσασαι κάτω. Capellas cantu tibiae demulcentem paſtorem graphice depingit *Alciphron* III. 12. p. 305. ſq. — V. 2. expreſſus videtur ex *Platon.* Ep. XIV. Πὰν, ὑγρὸν ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων. ubi *Ruhnkenio* placebat γυρὸν, Epiſt. crit. p. 63. *Alciphron* l. c. λαβὼν τὴν σύριγγα ἐπέτρεχον τῇ γλώττῃ στενὸν τὸ πνεῦμα μετὰ τῶν χειλῶν ἐπισύρων, καί μοι ἡδύ τι καὶ νόμιον ἐξηκούετο μέλος. — χρύσεοι δόνακες, quamvis in Dei manibus, non ſatis placent, niſi in univerſum *egregii* intelligendi ſunt calami. Putabam

κυρτὸν ὑπὲρ γλυκερῶν χεῖλος ἱεὶς καλάμων.

Ceterum κυρτὰ χείλεα olim lecta fuiſſe videntur in fragm. *Soſicratis* ap. *Athen.* XI. p. 474. B.

λεπτῇ δὲ κυρτοῖς ἐγγελῶσα χείλεσιν,
ἄβρα κόρη Σικελιανὸς, ἡσύχῳ τοδὶ
προςῆγε πρᾴως καὶ καλῶς τὸν κάνθαρον.

Vulgo κυρτοῖς κύμασιν legitur. — V. 3. „βεβριθόσι. Ita „emendavi. Vulgo βεβριθότα.“ *Br.* Convenit *Virgil.* IV. Eclog. 21. *Ipſae lacte domum referent diſtenta capellae ubera.* Haud tamen ſcio, an damnanda ſit enallage βεβριθότα δῶρα, *onuſta munera lactis.* Talia haud pauca et duriora etiam paſſim apud poëtas obvia. — V. 5. τόσις αἰγῶν. *Vir gregis ipſe caper. Virgil.* VII. Ecl. 7.

¶. 197.] CCXXXI. Planud. p. 343. St. 483. W. Priapus, in horto oleribus conſito poſitus, furibus minatur. — V. 2. αὐτῇ ποτὶ πρασιῇ. *non ſatis modeſtas Quicunque attulerit manus agello: Is me ſentiet eſſe non ſpadonem, Hic inter frutices loco remoto.* Luſus in Priap. XIV. — V. 4. τοῦδε χάριν. Eam ob cauſam hic ſum poſitus, ut te ea, quam dixi, poena afficiam. Agricola fanum Lampſaceno Deo dedicans in Luſibus nr. LXXXIII.

*Pro quibus officiis, ſi fas eſt, ſancte paciſcor,*
*Aſſiduus cuſtos ruris ut eſſe velis:*
*Improbus ut ſi quis noſtrum violarit agellum,*
*Hunc tu — ſed taceo. Scis, puto, quod ſequitur.*

CCXXXII. Plan. p. 306. St. 446. W. Hoc Epigramma, ſicut et praecedens, elegantiſſimis Anthologiae carminibus annumerandum. — V. 1. τοὐμπρασιῇ. i. e. τοῦ ἐν πρασιῇ. — V. 2. „Florentina editio et duo „regii codd. τοῖςς ὁ κόων ὃν ὀρᾷς. quam lectionem ſervant „editiones omnes usque ad Stephanum, qui dedit τοῖος γέων ὃν ὀρᾷς, ſalvo quidem ſic metro, ſed non meliori

„conſtructione.“ *Br.* Valde dolendum, quod hoc Epigramma, ut plurima alia, quae ad ſtatuas et ſimulacra ſpectant, in Vat. C. deſideratur. Violentior eſt in hoc verſu cl. editoris mutatio, quam ut poëtae ſua manus reſtituta videri poſſit. Verum tamen exiſtimo κύων de acri cuſtode poſitum. Cf. *Scaliger.* ad *Varron.* de L. L. p. 44. — V. 3. σύκινος. Ligno ficulneo, ut molli aliisque rebus fere inutili, ad Priapos formandos utebantur. *Horat.* I. Serm. VIII. 1. *Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum; Quum faber incertus, ſcamnum faceretne Priapum, Maluit eſſe Deum.* Vide Ep. *Theocrit.* IV. 2. — „Pro οὐ ῥυκάνῃ vulgo οὐ ῥίνῃ πεπονη„μένος. male, ut cenſeo; limae in ligneis operibus uſus „non eſt, ſed runcinae. In Priapeiis:

„*Huc adde, quod me terribilem deum fuſte*
„*manus ſine arte ruſticae dolaverunt.*

„et alio in loco:

„*Non me Praxiteles Scopasve fecit,*
„*nec ſum Phidiaca manu politus:*
„*ſed lignum rude villicus dolavit.*

„ῥυκάνῃ facile in ῥίνῃ depravari potuit. Occurit hujus „inſtrumenti nomen in Leonidae Tar. Epigr. XXVIII. „cujus partem laudat Suidas in hac voce, quae H. Ste„phano in Theſauro omiſſa. ῥίνη vero aurificum inſtru„mentum eſt.“ *Br.* Docta emendatio; an vera, haud dixerim. Rudi ſe manu elaboratum dicit Priapus, ſecuri ſimilibusque inſtrumentis, non iis, quae artifices elegantiorum uſurpant operum. ῥίνη autem non ſolum limam ſignificat, ſed etiam aſperam limaeque ſimilem *ſquatinae* cutem (*Heſych.* ῥίνη. ἰχθύος δέρμα. Cf. *Athen.* L. VII. p. 319. E.), qua *ligna et ebora poliebant* veteres, docente *Plinio* H. N. IX. 12. 14. Eandem eſſe τὴν ῥίνην et *ſquatinam* ſive *ſquatum*, apparet ex eodem

L. XXXII. 53. T. II. p. 595. *Rhina, quem ſquatum vocamus.* ubi *Harduinus* excitavit *Iſidor.* L. XII Origg. 16. *Squatus dicitur, quod ſit ſquamis acutis, unde et ejus cute lignum politur.* Hinc, ni fallor, abunde patet, recte ſcribi:

σύκινος, οὐ ξίνῃ πεπονημένος.

Quae ſequuntur, οὐδ' ἀπὸ μίλτου, non ad rubrum colorem referenda, quo Priapi ſimulacra tingi ſolebant, ſed ad canones rubrica coloratos. Cf. not. ad *Leonid. Tar.* Ep. V. 3. T. I. P. II. p. 61. Solebant autem ſtatuarii in marmoris trunco lineas rubro ducere, quibus illum in quadrata dividerent; id quod etiam hodie a ſtatuariis fieri ſolet. Hoc igitur quoque ad artificium ſtatuae elaborandae facit. — V. 4. ξοὶς, μεταλλικὸν σκεῦος ἢ λιθουργικόν. *Heſych.* Ex noſtro loco apparet, τὴν ξοίδα etiam ad lignum ſcalpendum eſſe adhibitam. *Falcem* appellat *Propert.* IV. 2. 59. ubi Vertumnus: *Stipes acernus eram properanti falce dolatus.* — ποιμενική. *Ego haec, ego arte fabricata ruſtica, Ego arida, o Viator, ecce populus.* *Catull.* in Luſ. LXXXV. *Quercus arida, ruſtica conformata ſecuri.* Ibid. LXXXVI. — V. 5. „Vulgo ἀγρεῖος γέλασσον· μετὰ δ' εὐκλείους πεφύλαξο. Sine ſenſu.“ *Br.* Schol. Wechel. etiam ἀχρεῖος legi notavit, quod probat *Huetius* p. 30. minus commode tamen *Horatii lignum inutile* comparans. ἀχρείως γέλασσον dictum ad imitationem *Homeri* Od. Σ. 162. ἀχρεῖον δ' ἐγέλασσεν. i. e. ἄκαιρον καὶ πρὸς οὐδεμίαν χρείαν. *Euſtath.* p. 663. 45. Hinc vocabulum procudit *Cratinus* ἀχρειογέλως ap. *Hephaeſt.* p. 48. quod *Suidas* interpretatur: ὁ ἐπὶ τοῖς ἀχρήστοις καὶ μὴ σπουδαίοις γελῶν καὶ χαίρων. — Quod ſequitur ap. noſtrum φυτὰ πεφύλαξο, etiam debetur *Scholiaſtae*, qui ut diverſam lectionem protulit, quod equidem pro mera gloſſa habeo. Scribendum enim, ne litera quidem mutata:

ἀχρείως γέλασόν με· τὰ δ' — πεφύλαξο
σίνεσθαι, μὴ καὶ σαρδάνιον γελάσῃς.

τὰ δὲ, *haec*, ſcil. olera, ad quae digitum intendit. Supereſt εὐκλείους, in quo haeremus. *Anonym.* Bibl. Bodl. εὐκλείας in marg. notavit, neſcio quo ſenſu. Nec cl. editoris emendatio ſatisfacit. Fortaſſe emendandum:

τὰ δ', εἴ γε κλύεις, πεφύλαξο.

*Inepti iſtius riſus tibi do veniam; at haec olera, ſi me a u d i s, ne laedas cave; ne forte, injuriam gravi poena luens, Sardonium riſum rideas.* Εἴ γε κλύεις, quod a vulgata proxime abeſt, his minis aptiſſime inſeritur. Similiter Hortorum Deus in Luſibus nr. LIII.

*Quare, qui ſapiet, malum cavebit,*
*Cum tantum hic ſciet eſſe mentularum.*

*Plaut.* Menaech. I. 2. 13. *Malo cavebis, ſi ſapis, virum obſervare deſines.* Viri nomen Eucleïs, nunquam a me lecti, hîc nobis obtruſit *H. Grotius*, cujus felix alias ingenium in hujus carminis interpretatione deſidero:

*Hic ego ſum poſitus ſervare ſed eminus hortum:*
*Nunc talis, qualem, qui prope es, ipſe vides.*
*Ficus eram, nec lima Deum, nec fecit amuſſis,*
*Sed paſtorali ducta dolabra manu.*
*Quantumcumque cupis, ride: ſed ab Eucleïs horto*
*Nil cape, ne riſus ſit tibi Sardonius.*

*Finis Primae Partis Tertii Voluminis.*

# ANTHOLOGIA GRAECA.

## TOM. XII.

# C O M M E N T A R I U S.

## VOLUMINIS TERTII PARS SECUNDA.

FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

# EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS TERTII

PARS SECUNDA.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCCIII.

# INCERTORUM POETARUM
## EPIGRAMMATA.

CCXXXIII. Vat. C. in primis pag. ſine lectionis diverſitate. Plan. p. 328. St. 468. W. In Mercurium Scopae, quem aliunde notum eſſe negat *Heynius* in Comment. Soc. Reg. T. X. p. 83. — τῶν πολλῶν ἕνα. quaſi ex Mercuriorum plebe, quo ſenſu οἱ πολλοὶ uſurpari ſolet. Cf. *Ruhnken.* Epiſt. crit. p. 298. Reſpicitur autem ad magnam illam Hermarum multitudinem, qua plateae urbium et viae publicae exornari ſolebant. Ex multis locis, quae afferri poſſint, inprimis notabilis *Platon.* in Hipparch. p. 228. D. (T. V. p. 262. ed. Bip.) ubi Hipparchus agricolas erudire cupiens, Hermas collocaſſe narratur κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τῶν δήμων ἑκάστων. Cf. *Thucyd.* VI. 27. et *Deſ. Heraldum* in Adv. II. 1. p. 79.

CCXXXIV. Planud. p. 342. St. 482. W. „De lapidum acervis in viis, quos Graeci Ἑρμαίους λόφους et Ἕρμακας appellabant, vide Ouzelium ad Minut. Felic. p. 13. ed. Lugd. Bat. in 4to.“ *Br.* De veterum more, ad quem hoc Epigramma referendum eſt, notavimus quaedam ad *Crinagor.* Ep. VII. 6. T. II. P. I. p. 385.

Illuſtravit eum, et cum ſimili Muhammedanorum ritu comparavit *Joſ. Scaliger* de Em. Temp. L. V. p. 520. et *Seldenus* de Mercurii acervo Synt. II. c. 15. in Operib. p. 398. ubi etiam noſtrum Epigramma excitatur. Adde *Ever. Otton.* de Tutela Viar. I. 9. p. 171. *Intrpp. Heſychii* v. Ἑρμαῖος λόφος. ἑρμαῖα lapidum acervos appellat *Dio Chryſoſt.* Or. LXXVIII. p. 420. ed. R. in loco a *Caſaubono* reſtituto: καὶ τῶν λίθων κινουμένων καὶ ξυνιόντων, ὥςτε μεγάλα ἑρμαῖα ἀθροίζεσθαι λίθων πλησίον αὐτοῦ. Apud *Themiſtium* Or. XX. p. 239. C. ubi de acervo lapidum, quibus Anytus ab Heracleotis obrutus fuerat, agitur, legendum puto: καὶ νῦν δείκνυται λίθων αὐτόθι σῆμα ἐν τῷ προαστείῳ, οὐ μακρὰν θαλάττης, οὓ περιέβαλον τὸν Ἄνυτον οἱ Ἡρακλεῶται. Vulgo legitur ἄνευ τῶν. — V. 2. ἀντ' ὀλίγης οὐ μεγάλην — reſpicitur ad formulam in precibus paſſim obviam, ubi a Diis pro parvis muneribus magna beneficia optantur. *Callimach.* Ep. XXVII. αἱ δὲ, Γλαῦκος ὅπως, ἔδοσαν Ἀντ' ὀλίγου μέγα δῶρον. — V. 3. αὐτῆς. Vulgo quod in αὐτοῖς mutavit *Huetius* p. 33. et *Joſ. Scaliger* in not. mſt. — „ἔγνω. Recte in uno Planudeae reg. cod. quod ut recepi, ſic v. 4. ſcribendum erat λέγει, quod omnino, jubente ſenſu, reponendum.“ *Br.* In vulgata non haeſit *Grotius*. — V. 4. κρήνην vulgo, quod a cl. Editore codicis auctoritate mutatum eſſe ſuſpicor. Praepoſitio ἐπὶ cum verbis motus nonnunquam ſecundum caſum adſciſcit, ut ap. *Apollon. Rhod.* IV. 579. ταῖς αὖτις ἀναρπάγδην φορέοντο Νήσου ἐπὶ κραναῆς Ἠλεκτρίδος. *Aeſchyl.* Prom. v. 663. κἀπὶ Δωδώνης πυκνοὺς Θεοπρόπους ἴαλλεν. ubi *Brunck.* plura notavit. Conf. *Locellam* ad *Xenoph. Epheſ.* p. 206.

¶. 198.] CCXXXV. Planud. p. 342. St. 482. W. Mercurius in Midonis horto poſitus, viatoribus damnum ei inferentibus poenam minatur. De Mercurio, hortorum agrorumque tutore, quaedam monuimus ad *Hermocreont.* Ep. II. T. II. P. II. p. 245. — V. 3. τηνίδε. Vulgo.

— σχοῖνον. Si vera eſt lectio, Mercurius viatoribus viam, non per hortum, ſed per loca juncis obſita ducentem indicare videtur. Quum ἡ σχοῖνος etiam funem et radium ſive decempedam ſignificet, *Grotius* vertit: *Sed recta perge norma quam monſtrat viam.* *Scaliger* ap. *Huetium* p. 33. emendavit τὴν σχῖνον. quo quid lucremur, non ſatis video. Rubis et ſentibus veteres vineta et oliveta circumdediſſe intelligitur ex *Plutarch.* T. II. p. 94. E. οὐ γὰρ αἱρετέον πάντως τὸ ῥᾳδίως ἁλισκόμενον· καὶ γὰρ ἑρείκην καὶ βάτον ἐπιλαμβανομένην ὑπερβάντες καὶ διασάμενοι, βαδίζομεν ἐπὶ τὴν ἐλαίαν καὶ τὴν ἄμπελον. Ad ejusmodi ſepes reſpicit *Liban.* T. IV. p. 1077. ed. R. αἱμασιὰ περιείργε τὸν χῶρον, οὐχ ἧς ἄν τις προσαψάμενος ἔπαθεν. — V. 4. μή τι θράξῃς. ne quid horum, quae cuſtodio, turbes frangasve. θράττειν dicitur pro ταράττειν. Vide *Albert.* ad *Heſych.* T. I. p. 1728. 29.

*CCXXXVI.* Plan. p. 342. St. 482. W. Mercurius, in rupe ſolitaria collocatus, ſe non ſua ſponte, ſed Archelochi voluntatem ſecutum, illam regionem tenere affirmat. Elegans Epigramma et optima aetate dignum. — V. 3. ἀκρολοφίτας. Cf. ad *Leonidae*, non *Alexandrini*, ſed *Tarentini* Ep. XII. T. II. P. II. p. 94. — Non montibus rupiumque verticibus, ſed multo magis hominum in viis publicis conſortio delector. τὸ πλεῦν idem quod ἐπὶ πλέον, *majorem in modum.* *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. I. 30. 7. ἐς πλέον in *Sophocl.* Oed. T. 710.

*CCXXXVII.* Ex *Grutero* p. MXXXIX. Repetivit *Fleetwood* in Sylloge p. 321. quem conſulant, qui ineptae interpretationis ſpecimen cognoſcere cupiunt. Mercurii ſtatuam fur quidam abſtulerat. *Audax* procul dubio facinus, quo quis furum praeſidem auferre conatus erat. Hoc ſenſu θερμὸν uſurpavit *Ariſtoph.* Plut. 415. ὦ θερμὸν ἔργον κἀνόσιον καὶ παράνομον. ubi vide *Berg-*

*ler.* et ad Veſp. 922. Nautas omnia audentes θερμοὺς appellat *Aeſchyl.* VII. c. Theb. 610. θερμουργὸς, Idem Eumen. 563. πολέμιον et ὑποθερμότερον ἔργον junxit *Herodot.* VI. 38. p. 454. ἀθέρμαντον. ἀθράσυντον. *Schol. Aeſchyl.* Choëph. 627. *Calida conſilia* ſunt ap. *Ciceron.* Offic. I. 24. et fortaſſe ap. *Iuvenal.* Sat. VI. 639. *Feci: confiteor, puerisque aconita paravi, Quae deprenſa patent; facinus* c a l i d u m *ipſa peregi.* Vulgo *tamen*, quod in illo contextu nullam vim habet. Obverſabatur autem, quod obiter monendum, Satyrico Romano Clytaemneſtraè Aeſchyleae imago in Agam. v. 1373. οὕτω δ' ἔπραξα, καὶ τάδ' οὐκ ἀρνήσομαι. cf. v. 1396. ſqq. — V. 2. ἄνακτι. *Gruter.* et *Fleetw.* Veram lectionem ſecutus eſt *Grotius* in Mantiſſa Tertia. T. III. p. 413.

*Eſt qui Mercurium furem furatus abivit:*
*Fur audax, furum qui rapiebat herum.*

CCXXXVIII. Vat. Cod. p. 171. Plan. p. 411. St. 546. W. Primum et ſecundum diſtichon laudat *Suidas* in Κολοσσαεύς. T. II. p. 338. Conf. notata ad *Simonid.* Ep. LXXXIX. T. I. P. I. p. 258. — V. 3. „κατευνήσαντες. Hoc vulgato praeſtare videtur, κατευνάσαντες. At Vat. membr. et Florent. ed. [etiam Schedae Krohn. et *Suidas*] κατευνάσαντες, quod verum et genuinum eſt, nempe Dorice pro κατευνήσαντες. Epigramma hoc Rhodi factum, et Coloſſi baſi inſculptum, Dorice ſcriptum fuit totum. " *Br.* Unde, quaeſo, noverat cl. editor, hoc Epigramma, non, ut plurima alia hujus generis, ἐπιδεικτικὸν, ſed baſi ſtatuae inſculptum fuiſſe? Nec ulla cauſa ſatis gravis apparet, quae nos credere cogat, illud Rhodi ſcriptum fuiſſe; niſi forte et *Leonidae Tar.* Ep. XXXVII. in Anacreontis ſtatuam, quae Athenis erat, in illa urbe compoſitum fuiſſe exiſtimari debet. — Κατευνάσαντες. *Apollon. Rhod.* I. 1155. αἰθὴρ νήνεμος ἐστόρεσεν δίνας κατὰ δ' εὔνασε πόντον. *Aeſchyl.*

Eumen. 818. Κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος. — κῦμα Ἐνυοῦς. Similiter *Aeſchylus* VII. c. Theb. 114. κῦμα περὶ πτόλιν καχλάζει, πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον. Cf. *Stanlei.* ad Perſ. v. 90. *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 89. Ex hoc loco intelligitur, Coloſſum ex hoſtium manubiis factum eſſe. ¶. 199.] V. 5. Terra marique Rhodienſes hoſtes ſuperaverant, et in harum victoriarum memoriam ſtatuerant Apollinis imaginem. Referri poſſe videntur haec ad vanas Demetrii molitiones, quibus Rhodum expugnare inſtituit. Cf. *Diodorum* L. XX. c. 96 – 100. *Vitruvium.* L. X. 22. — πελάγους et κάτθεσαν. Vat. C. — V. 6. ἐλευθερίης. Vat. C. et Plan. φέγγος ἐλευθ. eſſe videtur σύμβολον ἐλ. cum notione laetitiae, quam libertas parit. Fortaſſe huc etiam referri poteſt, quod de Sole tradit *Artemidor.* Oneir. II. 36. Ἥλιος – δούλους ἐλευθέρους ποιεῖ. ἥλιον γὰρ καὶ τὴν ἐλευθερίαν καλοῦσιν ἄνθρωποι. De Rhodiorum felicitate et libertate memorabilis eſt *Strabonis* locus XIV. p. 964. B. θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ εὐνομία καὶ ἡ ἐπιμέλεια πρός τε τὴν ἄλλην πολιτείαν, καὶ τὰ ναυτικά, ἀφ᾽ ἧς ἐθαλασσοκράτησε πολὺν χρόνον, καὶ τὰ λῃστήρια καθεῖλε, καὶ Ῥωμαίοις ἐγένετο φίλη — ἀφ᾽ ὧν αὐτόνομος δὲ διετέλεσε καὶ πολλοῖς ἀναθήμασιν ἐκοσμήθη. — V. 7. Proprium enim Herculeae ſoboli maris terraeque imperium. Tlepolemus, Herculis filius, Rhodum venerat ibique plures exſtruxit urbes, teſte *Homero* Ιλ. β. 686. cf. *Strabon.* L. XIV. p. 965. D. — γενέθλης Vat. C. a pr. m. — V. 8. κοιρανίᾳ vitioſe Vat. C.

*Lectiones p.* 311.] *CCXXXVIII.* [b] De hominum ſanctitate et innocentia agens *Clemens Alex.* Strom. V. 1. p. 652. 19. καὶ τοῦτο ἦν, ὃ ᾐνίξατο, ὅστις ἄρα ἦν, ἐκεῖνος ὁ ἐπιγράψας τῇ εἰσόδῳ τοῦ ἐν Ἐπιδαύρῳ νεώ· Ἁγνὸν χρή κ. τ. λ.

CCXXXIX. Plan. p. 357. St. 496. W. Bonis templa Deorum patere docet, nec luſtrationibus iis opus eſſe; nam ſecundum *Epicharmi* dictum καθαρὸν τὸν νοῦν

ἐὰν ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμα καθαρὸς εἶ, ap. *Clement. Alex.* Strom. VII. 844. 30. Facit huc verſus *Menandri* ab eodem ſervatus: πᾶς ἁγνός ἐστιν ὁ μηδὲν ἑαυτῷ κακὸν ξυνιδών. — V. 3. οὐλοὸς emendabat Vir D. ap. *Huetium* p. 34. Sed οὐλοὸν ἦτορ de perſona dici potuit, ut κακὴ φρήν, πονηρὸς νοῦς et ſimilia. — V. 4. „Corrupte vulgo legitur ψυχὴν ἐκνίψει σῶμα μιαινόμενον. Emendaveram νᾶμα μιαινομένην. At praetuli conjecturam E. H. van Eldick in Suſp. p. 29." *Br.* In eandem fortaſſe emendationem inciderat *Scaliger*, qui ap. *Huetium* p. 34. emendaſſe dicitur ψυχὴν ἐκνίψεις σῶμα μιαινόμενος. At multa ibi vitioſe exſcripta eſſe ſatis conſtat. *Pierſon.* in Veriſim. p. 148. νᾶμα μιαινομένην tentabat. Appoſite comparavit *Eldickius Ciceronem* de LL. II. 10. *Animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec omnibus undis elui poteſt.* Animam vitia et virtutes tanquam colorem quendam imbibere dicebat *Plato* de Rep. IV. p. 634. ita ut anima pro rerum, quibus imbuta fuerit, varietate varios colores oſtendere videretur. Confer inprimis *Gatacker.* ad *M. Anton.* L. III. 4. p. 70. et *Wyttenb.* ad *Plut.* de S. N. V. p. 111. Ad luſtrationis ritum ſpectant Aeſchylea in Eumenid. v. 281. Βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χρέος Μητροκτόνον, μίασμα δ' ἔκπλυτον πέλει. Sic hos verſus ſcribendos et diſtinguendos exiſtimaverim. — Ceterum *Grotium* in noſtro Epigr. νᾶμα μιαινόμενον legiſſe, apparet ex ejus verſione:

*Impurum cui pectus, abi: non eluet unquam*
*Mentem, quae de te ſordida fiet, aqua.*

CCXL. Vat. C. p. 626. Χρησμὸς τῆς Πυθίας. Primus hoc oraculum edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 64. unde id repetivit *Pierſon* in Veriſim. p. 148. — V. 1. ἁγνὸς εἰς et καθαρός. Utrumque emendavit *Dorvill.* quem velim docuiſſe, ἁγνᾶς pro ἁγνὸς in veterum libris reperiri. — V. 2. νυμφαῖον νᾶμα eſt *purum* et *limpidum*, quo ſen-

ſu παρθένος πηγὴ occurrit ap. *Aeſchyl.* Perſ. 617. et παρθένιον φρέαρ in Hymn. Homer. in Cerer. v. 99. — V. 3. κεῖται. Si vera eſt lectio, ſenſus eſſe debet: Exiguus hic fons bonis viris deſtinatus eſt. κεῖσθαι enim dicuntur ea, quae uſui ſunt repoſita. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 438. At hunc ſenſum antitheſis non patitur. Nam ſi poëta dixit: *Exiguo hoc* fonte boni viri fruentur, epitheton *fonti* additum nullam vim habet et ſine ullo ſenſus detrimento omitti poteſt. Jam vero ſq. vſ. νάματα Ὠκεανοῦ opponuntur τῇ βαιῇ λιβάδι, unde apparet, generalem eſſe ſententiam, non ad unum modo, ſed ad omnes exiguae aquae fontes valentem. Hinc ſuſpicor poëtam ſcripſiſſe:

ὡς ἀγαθοῖς ἀρκεῖ βαιὴ λιβάς.

quo admiſſo nihil ad ſenſus integritatem deſiderabitur. Senſus fere ut ap. *Aeſchyl.* Choëph. 70. πόροι τε πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ Βαίνοντες τὸν χειρομυσῆ φόνον Καθαίροντες λούσειαν μάτην. *Sophocl.* Oedip. T. v. 1227. Οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον, οὔτε Φᾶσιν ἂν Νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην, ὅσα Κεύθει. *Catull.* LXXXVIII. 5. Scelus *Suscipit, o Gelli, quantum non ultima Tethys, Non genitor Nympharum abluit Oceanus.* ubi vide cl. *Doering.* Similia collegit *Gatacker* in Miſcell. Adv. Poſthum. c. XL. p. 838. — V. 4. νίψῃ Vat. C.

CCXLI. Vat. C. p. 483. Plan. p. 382. St. 519. W. — V. 1. οὐρανὸν perperam corrigit *Brodaeus*, qui Doriſmos in reliquis patienter tulit. — χωροῖσα. Vat. C. Optime hujus diſtichi ſenſum explicuit *Salmaſius* ad *Solin.* p. 449. A. „Veteres breviſſimum diem et longiſſimum aeque in duodecim horas partiebantur. Hinc longiſſimae horae ſolſtitiales, brumales vero breviſſimae. Horologia itaque, quibus ad totum annum uterentur, iis rationibus facta oportuit, ut horarum incrementa et decrementa per ſingulos menſes et dies pe-

ne ſingulos deſcripta haberent et notarent. *Vitruv.* L. IX. 8. Hinc explicandum hoc diſtichon: ad omnem Solem accommodari dicit horologii lapidem, ad aeſtivum nimirum et brumalem aequinoctialemque atque omnium menſium.“ In eandem rem disputans *Erneſtus* de Solar. Opuſc. Philol. T. II. p. 24. recte monuit, ſingulis menſibus aut ſingulas aut paucas lineas attributas fuiſſe, e quibus omnium dierum horae ſine inſigni errore colligi poſſent. Nam omnium dierum lineas deſcriptas fuiſſe, nec veteres prodiderunt, nec probabile eſt; quod linearum multitudo turbare homines potuiſſet et vix locum in lacunaris anguſtiis habuiſſet.

*CCXLII.* Vat. C. p. 495. Plan. p. 122. St. 176. W. Senſum hujus diſtichi, quem Interpretes minime perſpexerunt, aperuit Scholion a *Brunckio* ex membranis erutum: Ὅτι φησὶ δεῖ μέχρι τῆς ἕκτης ὥρας τῆς ἡμέρας ἐργάζεσθαι, μετὰ δὲ ταύτην ἐπ' ἄριςον ἔρχεσθαι. τοῦτο δέ φησι δηλοῦν καὶ τὸ ὡρολόγιον· τὰ γὰρ μετὰ τὴν ἕκτην σημεῖα, τουτέστι τὸ τῆς ἑβδόμης, τὸ Ζ, καὶ τῆς ὀγδόης, τὸ Η, καὶ τῆς ἐνάτης, τὸ Θ, καὶ τῆς δεκάτης, τὸ Ι, κατὰ συλλαβὰς συναπτόμενα, ΖΗΘΙ δίδωσιν ἀναγινώσκειν, τουτέστι προτρέπεται· φάγε, ἵνα ζῇν ἔχῃς. Idem Scholion dedit *Stephanus* proximo ante *Annotationes* loco. Noſtrum fortaſſe diſtichon in mente habebat *Euſtath.* ad Ἰλ. Η. p. 554. 46. ἰστέον δέ, ὡς οὐ νυκτὶ μόνον πείθεταί τις εἰς τὸ σχολάζειν ἀπ' ἔργου, ἀλλὰ καὶ ταῖς μετὰ σταθερὰν μεσημβρίαν ὥραις, εἴ τι προσεκτέον τῷ ἀποφηναμένῳ, ὡς αἱ μὲν ἓξ πρῶται τῆς ἡμέρας ὧραι, ἔργων εἰσίν, αἱ δὲ ἄλλαι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖσι. — τοῦτο δὲ ἐσοφίσατο ἐκεῖνος, ἐκ τοῦ ἀριθμητικὰ σημεῖα τῆς ἑβδόμης, ὀγδόης, ἐνάτης καὶ δεκάτης ὥρας ὁμοῦ παρακείμενα, δοκεῖν ἐπιτάσσειν τοῖς ἐργατίναις ἑκάστῳ τὸ ζῆθι. Conf. *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 447. C. D. In horarum diei enumeratione, et quid in unaquaque earum conveniat fieri, *Martialis* L. IV. 8.

*Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.*
*Sufficit in nonam nitidis octava palaeſtris;*
*Imperat exſtructos frangere nona toros.*

Hinc ſex priores diei horas *ſerias* ejus *partes* appellat *Plinius* in Panegyr. c. XLIX. Paraſiti, σκιὰν ἀναμετροῦντες ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ut *Plutarchus* loquitur T. II. p. 50. E. ſextam inprimis horam obſervabant. *Alciphron* L. III. 4. p. 284. ὁ γνώμων οὔπω σκιάζει τὴν ἕκτην· ἐγὼ δὲ ἀποσκλῆναι κινδυνεύω τῷ λιμῷ κεντούμενος. — Voc. ζῆθι non recte explicatur in Scholio ſupra laudato. Non enim ſignificat *ede, ut vivas*, ſed potius *vita fruere*, quo ſenſu Graeci ſemper ζῆν adhibent. Hoc itaque a βιοῦν accurate diſtinguit Epitaphium *Similis*, qui ſub Hadriano praetorii praefecturam exercuit: Σίμιλις μὲν ἐνταῦθα κεῖται βιοὺς μὲν ἔτη τόσα, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά. *Dio Caſſ.* L. LXIX. 19. p. 1167. Cf. *Fabrettum* Inſcr. p. 76. — Reſpondet Latinorum *Vive*, *Vivamus*, de quibus cf. *Burmann.* ad *Petron.* c. XXXIV. p. 164. *Mitſcherl.* ad *Horat.* T. II. p. 289. et quae notavimus ad *Agath.* Ep. XXVI. T. III. P. I. p. 70.

*CCXLIII.* Vat. C. p. 458. Plan. p. 322. St. 461. W. Qui in lemmate Erechtheus vocatur, idem eſt, quem vulgo Erichthonium vocant. Cf. Violarium Zenobiae p. 151. καὶ ἐκ τῆς γῆς ἐγένετο καὶ τοῦ ἐρίου ἄνθρωπος δρακοντόπους, ὃς καλεῖται Ἐρεχθεὺς καὶ Ἐριχθόνιος· ἀπὸ τοῦ ἐρίου καὶ τῆς χθονὸς τοὔνομα λαβών. Utrumque nomen apud poëtas obvium. — Caeterum hoc diſtichon non de una ſtatua ſeu Herma, Vulcanum una cum Minerva et Erichthonio exhibente, ſed de plegmate (*Gruppo*) accipiendum videtur. — Ἡ τέχνη συνάγειρεν ἃ μὴ φύσις. Haec parum acute dicta. Quae enim in ſequentibus ut a naturae legibus aliena proferuntur, non a ſculptore conjuncta erant, ſed ab eo, qui primus mythum de Erichthonii natalibus concepit.

¶. 200.] *CCXLIV.* Vat. C. p. 458. Plan. p. 322. St. 462. W. In tabulam pictam, quae Martem cum Venere cubantem exhibebat. Per feneſtram Sol amantium myſteria illuſtrabat. Jejunum Epigramma. V. 1. εἰς. Vat. C. — ἀμφιπεριπλέγδην. *Repoſian.* in Concub. Mart. et Vener. v. 108. *Quam bene conſertis haeſerunt artibus artus.* Cf. not. ad *Paul. Silent* Ep. VII. 17. T. III. P. I. 128. nam de vinculis Amoris, quibus ſeſe innexos tenebant amantes, non de Vulcani catenis agitur, ut ap. *Statium* Sylv. I. 2. 59. *Feſſa jacet ſtratis, ubi quondam conſcia culpae Lemnia repſerunt deprenſo vincula lecto.* ubi certa emendatione legendum:

*deprenſo vincula moecho.*

Mercurius ap. *Lucian.* D. D. XVII. 2. T. II. p. 50. ἐφθόνουν τῷ Ἄρει, μὴ μόνον μοιχεύσαντι τὴν καλλίστην θεὸν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς. *Ovid.* Metam. IV. 182. *Ut venere torum conjux et adulter in unum, Arte viri vinclisque nova ratione paratis, In mediis ambo deprenſi amplexibus haerent.* V. 3. ἐκ θυρίδος. *multo manifeſti lumine, quo ſe Plena per inſertas fundebat Luna feneſtras. Virgil.* III. Aen. 152. cf. *Burm.* ad *Propert.* p. 40. — V. 4. ἔστη σκοπέων. *Viderat effuſis Gradivum Phoebus habenis In gremio Paphiae ſpirantem incendia amoris. Repoſian.* l. c. v. 138. — Pro σκοπέων in Vat. C. vitioſe σκοπήσας. — V. 5. κήρη. Vat. C. — οὐδ' ἐπὶ κηροῦ. ne pictus quidem in tabula iram deponere voluit. Minus recte haec accepit *Brodaeus.* Tabula, Medeam repraeſentante, deſcripta *Philippus* Ep. XLII. ἔῤῥε, καὶ ἐν κηρῷ παιδοκτόνε. Ep. ἀδεσπ. CCXCVII. ἁ δ' ἀγέρωχος Λύσσα καὶ ἐν χαλκῷ κεῖνο τὸ πικρὸν ἔχει.

*CCXLV.* In primis Vat. C. paginis ſine lectionis varietate. Plan. p. 323. St. 462. W. Venerem Praxitelis conſpicatus poëta, dubitat, an non Venus ipſa, Olympo relicto, in Cnidum deſcenderit. — V. 1. τίς λι-

θον. *Quae manus hos animavit equos?* Anth. Lat. II. p. 458. Pro ἐψύχωσε *Lennepius* ad *Phalar.* p. 22. 2. malebat ἐμψύχωσε. Ep. ἀδ. CCLXXIII. ὥςτε τὶς ἔμψυχον ἀνδρόσινιν ἤνυσε τέχνα. Ep. CCLXXXIV. ἔμψυχον τὸ πλάσμα. *Lucian.* T. II. p. 198. κινήσεως αὐτῷ καὶ μυκηθμοῦ ἔδει μόνον πρὸς τὸ καὶ ἔμψυχον εἶναι δοκεῖν. *Ariſtaen.* L. II. Ep. X. p. 88. εἴθε μοι τοιαύτην ἔμψυχον δοίητε φίλην.

*CCXLVI.* Planud. p. 323. St. 463. W. Cf. Ep. *Luciani* III. — Schedae *Krohnianae* noſtrum diſtichon cum diſticho vulgo inter *Platonis* Epigrammata edito veriſimiliter conjungunt, ſic:

Ἁ Κύπρις τὰν Κύπριν ἐνὶ Κνίδῳ εἶπεν ἰδοῦσα·
    Φεῦ, φεῦ, ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;
Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν, ἃ μὴ θέμις· ἀλλ' ὁ σίδηρος
    Ἔξεσεν, οἵαν Ἄρης ἤθελε τὴν Παφίην.

Vide notata ad Ep. *Platonis* IX. T. I. P. I. p. 346.

*CCXLVII.* Planud. p. 324. St. 463. W.

*CCXLVIII.* Planud. p. 324. St. 463. W. Comparantur Veneris et Minervae ſtatuae, utraque pulchritudinis palmâ digniſſima. Geminum germanum eſt Epigramma *Hermodori* T. I. p. 262. — V. 2. τὸν Πάρι. Ed. Flor. pr. Ald. pr. et Aſcenſ.

¶. 201.] *CCXLIX.* Planud. p. 325. St. 464. W. Venus armata a Pallade ad novum certamen provocata, illud detrectat. Bis vertit hoc Epigramma *Auſonius* XLII. et XLIII.

*Armatam vidit Venerem Lacedaemone Pallas.*
    *Nunc certemus, ait, judice vel Paride.*
*Cui Venus: Armatam tu me, temeraria, temnis,*
    *Quae quo te vici tempore, nuda fui.*

* * *

*Armatam Pallas Venerem Lacedaemone viſens,*
*Visne, ut judicium ſic ineamus? ait.*
*Cui Venus arridens: Quid me galeata laceſſis?*
*Vincere ſi poſſum nuda, quid arma gerens?*

De Venere armata quaedam monuimus ad *Leonidae Tar.* Ep. II. T. I. P. II. p. 106. ſq. — V. 1. τὴν. Sched. *Krohn.* — V. 3. τί μοι σάκος ἀντίον αἴρειν. quid mihi opus eſt ſcutum contra te attollere i. e. armis in te uti? In talibus Graeci infinitivo elliptice poſito ad indignationem quandam exprimendam utuntur; ut praeter alios docuit *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoen. p. 572.

*CCL.* Planud. p. 327. St. 466. W. Miranti cuidam, quomodo fiat, ut Bacchus prope Minervam ſit poſitus, Bacchus rem explicat, multa ſibi cum Pallade communia eſſe docens. Argutum carmen, quod illuſtravit *Arnaldus* de Diis Παρ. c. XII. p. 70. ſq. — V. 1. τῷ γὰρ ἄκοντες — ἐλλαπίναι. Comparavit haec cl. *Mitſcherl.* cum Horatianis II. Odar. XIX. 25. *Quamquam, choreis aptior et jocis Ludoque dictus, non ſat idoneus Pugnae ferebaris: ſed idem Pacis eras mediusque belli.* Similiter Martem a Baccho alienum deſcribit *Euripid.* Phoen. v. 792. et 797. — V. 2. Vulgo poſt πόλεμοι diſtinguitur, quod minime ferendum. Nec ſic tamen verſus valde elegans. — V. 4. εἴκελος. Vulgo. Sed ἴκελος in optimis edd. lectum revocavit *Arnaldus.* — V. 7. Notandum φυὴν pro φῦλον, γενέθλην poſitum. — Utrumque Minervae et Bacchi munus junxit *Nemeſian.* Cyneg. 206. *Quin acidos Bacchi latices Tritonide oliva Admiſcere decet.* — V. 6. ἠῷος vulgo. ἐπ' Ὠκεανὸν ſuſpicabatur *Arnaldus*, ut Bacchus ſe Indos usque ad ultima Orientis maria ſuperaſſe dicat. Non video, quid inde lucremur. Ἰνδὸς ἀπ' Ὠκεανοῦ eſt circumſcriptio apud poëtas utriusque linguae frequenter obvia. *Paſtor ab Amphryſo. Virgil.* Georg. III. 2. *Atlas a litore Hibero. Sil. Ital.* V. 271. ubi vide *N. Heinſium.*

CCLI. Planud. eodem quo ſuperius loco. Cauſae, cur Bacchus juxta Herculem collocatus ſit, explicantur. Conf. *Arnaldum* de Diis Παρ p. 111. — V. 2. „Vulgo κὴκ Ζηνός· θύρσῳ δεινός, ὁ δὲ ῥοπάλῳ. Manifeſta corruptela.“ *Br.* Plane ſic, ut cl. editor, hunc verſum emendavit *Joſ Scaliger* in not. mſt. — θύρσῳ δεινός. *gravi me tuende thyrſo. Horat.* II. Carm. XIX. 8. *Corniger increpuit thyrſo graviore Lyaeus. Ovid* III. Amor. XV. 17. — V. 3. ὅπλα. ea, quibus uterque inſtructus eſt, praecipue, quae ad tela arcenda faciunt. Hunc uſum Herculi pellem leonis praeſtitiſſe, conſtat. *Diodor. Sic.* L. IV. p. 257. τὴν δὲ δορὰν αὐτοῦ περιθέμενος καὶ διὰ μέγεθος ἅπαν τὸ ἴδιον δέμας περιλαβὼν εἶχε σκεπαστήριον τῶν μετὰ ταῦτα κινδύνων. Idem ad Ajacem Telamonium poëtae transtulerunt, ut apparet ex *Argum Ajacis Sophoclei* fin. περὶ δὲ τῆς πλευρᾶς, ὅτι μόνην αὐτὴν τρωτὴν εἶχεν, ἱστορεῖ καὶ Πίνδαρος, ὅτι τὸ μὲν σῶμα, ὅπερ ἐκάλυψεν ἡ λεοντῆ, ἄτρωτον ἦν· τὸ δὲ μὴ καλυφθὲν, τρωτὸν ἔμεινε. — V. 4. „Vulgo male νεβρίς.“ *Br.* — πλαταγή. Crepitaculum illud, quo Hercules Stymphalides fugavit, quae χάλκεα κρόταλα appellat *Apollodor.* L. II. 5. 6. Fabulam illam enarrans *Apollon. Rhod.* L. II. 1056. ὅγε χαλκείην πλαταγὴν ἐνὶ χερσὶ τινάσσων Δουπεῖ ἐπὶ σκοπιῆς περιμήκεος, αἱ δ' ἐφέβοντο Τηλοῦ, ἀτυζηλῷ ὑπὸ δείματι κεκληγυῖαι. *Etymol. M* pag. 731. Στυμφαλίδας ὄρνιθας. — ἐξεδίωξεν αὐτὰς ὁ Ἡρακλῆς πλαταγῇ, μὴ δυνάμενος αὐτὰς κατατοξεῦσαι διὰ τὸ πλῆθος. — Vulgo παροξυτόνως ſcribitur πλατάγη, invitis Grammaticis, quorum auctoritatem ſequutus eſt *Eichſtaedt* V. cl. in *Diodoro* L. IV. 13. Cf. Praefat. p. XXVI. — ¶. 202.] V. 5. Uterque domum, mortali natura per flammas purgatâ, ad ſuperos evolaverunt. — Similiter Aeneam et Herculem, poſt obitum mirabilem, inter Deos relatos comparat *Iuvenal.* Sat. XI. 61. — *venies Tirynthius, aut minor illo Hoſpes, et ipſe tamen contingens ſanguine coelum, Alter aquis, alter flammis ad ſide-*

*ra miſſus.* In verſu, qui proxime ſequitur: *Fercula nunc audi nullis ornata macellis*, probe perſpexit *Schraderus* vitium, ſed quod ipſe proponit *portata macellis*, nihili eſt. Tu ſcribe:

*Fercula nunc audi nullis corraſa macellis.*

CCLII. Vat. C. p. 483. Planud. p. 329. St. 468. W. In Hermaphroditi ſtatuam, in balneo viris mulieribusque communi collocatam. De ejusmodi ſtatuis quaedam acute monuit *Boettigerus in den Vaſengemählden.* III. p. 16. not. — V. 1. Ἑρμῆς — Κύπρις. Similiter de Hermaphrodito *Auſonius* Ep. C.

*Mercurio genitore ſatus, genitrice Cythere,*
*Nominis ut mixti, ſic corporis Hermaphroditus,*
*Concretus ſexu, ſed non perfectus, utroque:*
*Ambiguae Veneris, neutro potiundus amori.*

Cf. *Ovid.* IV. Metam. 384. — V. 2. σύμβολα. Puerum ſimul puellamque referens; muliebrem pulcritudinem in puerili corpore oſtendens. *Heynius* in Comm. T. X. p. 84. ne forte de ſtatua utriusque ſexus partes habente cogites. Cf. *Winkelmannum in den Anmerkungen zur Geſch. der Kunſt.* p. 37. — V. 4. ἀμφίβολον. *Lucian.* D. D. XXIII. 1. T. II. p. 79. de Hermaphrodito: ὁ δὲ θῆλυς καὶ ἡμίανδρος καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. Οὐκ ἂν διακρίναις, εἴτ' ἔφηβός ἐστιν, εἴτε καὶ παρθένος. De puero formoſo *Horatius* II. Od. V. 21. *Quem ſi puellarum inſereres choro, Mire ſagaces falleret hoſpites Diſcrimen obſcurum ſolutis Crinibus ambiguoque vultu.* qui locus obverſabatur *Statio*, Achillem deſcribenti, cultu muliebri inſtructum, in Achill. I. 336. *fallitque tuentes Ambiguus, tenuique latens diſcrimine ſexus.* Plura vide ap. *Marklandum* ad *Statii* Sylv. II. 6. 39. p. 112. ſeq.

*CCLIII.* Plan. p. 331. St. 470. W. In Amoris, quatuor coronis inſtructi, ſtatuam. Vid *Mariani Schol.* Ep. I. Byzantini poëtae eſſe videtur. — V. 1. Scribendum: τὸν ἐκ Λιβάνοιο. agitur enim de monte Libano, ubi Venerem cum Amore cultam eſſe conſtat. Iis, quae notavimus ad *Leontii* Ep. X. T. III. P. I. p. 197. adde *Euſebium* in Vita Conſtant. III. 53. qui Venerem, in Libano cultam, αἰσχρὸν δαίμονα appellat, in cujus ſacris viri muliebria paterentur, mulierum vero eſſent παράνομοι ὁμιλίαι, ἄῤῥητοί τε καὶ ἐπίῤῥητοι πράξεις, ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀποστάτῃ χώρῳ. — V. 3. Νύμφης. Unus Amor Veneris erat filius, reliqui Nympharum. *Claudian.* X. 72. *Mille pharetrati ludunt in margine fratres, Ore pares, ſimiles habitu, gens mollis Amorum. Hos Nymphae pariunt, illum Venus aurea ſolum. Philoſtrat.* I. Imag. VI. p. 770. εἰ δὲ πλῆθος Ἐρώτων, μὴ θαυμάσῃς· Νυμφῶν γὰρ δὴ παῖδες οὗτοι γίγνονται. — V. 4. ἔργα φυτοσκαφίης. An alibi apud veteres poëtas Amor rei olitariae praepoſitus occurrat, ignoro. Nec tamen haec imago mirabilis videbitur iis, qui in antiquae artis monimentis Amores (ſive Genios potius, ſub Amoris ſpecie repraeſentatos) ad omnia fere vitae miniſteria adhibitos meminerint. — Hoc Epigramma in Ed. Flor. pr. deſideratum, primus edidit Aldus in Lectionibus ed. Ald. pr.

*CCLIV.* Vat. C. p. 457. Plan. p. 333. St. 473. W. Ineptum diſtichon in Iunonem, mammam Herculi praebentem. Nota fabula, unde viae lacteae origo explicabatur. Vid. *Eratoſthen.* Cataſter. c. XLIV. *Hygin.* P. A. II. 43. Supereſt ſtatua Iunonis cum Hercule infante, cujus delineationem vid. ap. *Winkelm.* Monim. ined. T. XIV.

*CCLV.* Plan. p. 335. St. 474. W. Cf. *Meſomedis* Hymn. in Nemeſ. T. II. p. 292. Epigramma noſtrum cum ſequente explicavit *Spanhem.* ad Callim. p. 472.

¶ 203.] *CCLVI.* Planud. l. c. τίνος οὕνεκα. Vulgo.

*CCLVII.* Planud. p. 344. St. 483. W. In Nemeſin Rhamnuſiam, ex marmore, a Perſis in Atticam allato, factam. Cf. not. ad *Parmenion.* Ep. VI. T. II. P. II. p. 113. et ad *Theaetet. Schol.* Ep. IV. T. II. P. III. p. 406. Vertit hoc Epigr. *Auſonius* Ep. XXI.

*Me lapidem quondam Perſae advexere, tropaeum*
*Ut fierem bello: nunc ego ſum Nemeſis.*
*At ſicut Graecis victoribus adſto tropaeum,*
*Punio ſic Perſas vaniloquos Nemeſis.*

V. 2. „στήσωνται. Malim στήσοιντο. In uno Planud. R. στήσονται.“ *Br.* — V. 4. τοῦ πολέμου, ſuperbiae, qua bellum in Graeciam ſuſceperant, vindex.

*CCLVIII.* Vat. C. p. 488. Plan. p. 335. St. 475. W. Senſum h. verſus lemma diſerte explicat.

*CCLIX.* Plan. p. 27. St. 41. W. Simile Ep. *Platonis* XIII. — V. 1. ἔρχεο. Vulgo. Noſtrum habetur in membr. Vat. ubi hoc Epigr. in prioribus pag. legitur. Ibid. ἧ et κεκλιμένη. Pinus Zephyris oppoſita, κεκλιμένη, ut ap. *Alciphr.* III. 12. p. 304. μεσημβρίας οὔσης σταθερᾶς φιλήνεμόν τινα ἐπιλεξάμενος πίτυν, καὶ πρὸς τὰς αὔρας ἐκκειμένην. — V. 3. ἠνὶ δέ. Vulgo. — ἔνθα. ubi fiſtulam inflans ad dulcem ſomnum invito. Sic fere *Plato* l. c. καὶ σοὶ — σύριγξ θελγομένῳ ἄξει κῶμα κατὰ βλεφάρων. — V. 4. ἐρημαίοις. *Meleager* Ep. CXI. τέττιξ — ἀγρόνομον μέλπεις Μοῦσαν ἐρημολάλος.

*CCLX.* Plan. p. 335. St. 475. W. Boni poëtae Epigramma, cui comparandum Ep. nuper editum a V. cl. *Huſchkio* in Anal. crit. p. 232. ex Vat. membr. p. 491. — V. 2. In ed. Fl. pr. et Ald. 1. γυῖα καμάτου, quod poſteriores in μόθου mutarunt. At hoc non de quovis labore, ſed de labore bellico uſurpari ſolet. Hoc nomine praeſtat *Brunckii* emendatio, quam tacite in

textum admiſit. Non minus tamen probabiliter ſcripſeris:

ἄμπαυσον μογεροῦ μαλθακὰ γυῖα ΚΟΠΟΥ.

quod etiam facilius in καμάτου depravari potuit. *Rufin.* Ep. V. ἔκλυτος ὑπναλέῳ γυῖα κέκμηκα κόπῳ. Incert. Ep. CCCLXIII. δίψαν ἀλαλκὼν Ἄμπαυσον παρ᾽ ἐμοὶ καὶ κόπον (ſic Vat. C. pro πόνον) ἡσυχίῃ. — V. 3. ἦχί σε. *Meleager* Ep. CXI. ὄφρα φυγὼν τὸν Ἔρωτα, μεσημβρινὸν ὕπνον ἀγρεύσω Ἐνθάδ᾽ ὑπὸ σκιερῇ κεκλιμένος πλατάνῳ. — ¶. 204.] V. 5. ποιμήν. Vulgo. Apte haec comparavit cl. *Mitſcherlich* cum Horatianis III. Od. XXIX. 18. *Iam Procyon furit — Et ſtella veſani leonis, Sole dies referente ſiccos. Iam paſtor umbras cum grege languido, Rivumque feſſus quaerit, et horrida Dumeta Silvani.* — V. 7. καύματ᾽ ὀπωρινοῖο φυγὼν κυνός. ἀστέρ᾽ ὀπωρινὸν appellat *Homer.* Ιλ. Ε. 5. cf. Euſtath. p. 389. 22. *Aratum* v. 333. ibique *Schol. Tibull.* I. El. I. 27. *Sed Canis aeſtivos ortus vitare ſub umbra Arboris, ad rivos praetereuntis aquae.* Iam ponamus Epigr. ab *Huſchkio* V. cl. optime emendatum:

Τᾷδ᾽ ὑπὸ τὰν ἄρκευθον ἴτ᾽ ἀμπαύοντες, ὁδῖται,
γυῖα παρ᾽ Ἑρμείᾳ σμικρὸν, ὁδοῦ φύλακι·
μὴ φύρδαν, ὅσσοι δὲ βαρεῖ γόνυ κάμνετε μόχθῳ
καὶ δίψᾳ, δολιχὰν οἶμον ἀνυσσάμενοι.
πνοιὴ γὰρ καὶ θῶκος εὔσκιος· ἅ θ᾽ ὑπὸ πέτρᾳ
πίδαξ εὐνήσει γυιοβαρῆ κάματον.
ἔνδιον δὲ φυγόντες ὀπωρινοῦ κυνὸς ἆσθμα,
ὡς θέμις, Ἑρμείην εἰνόδιον τίετε.

ἄλμα. *ſaltum.* τὸ ἄλσος. Λυκόφρων. ἵν᾽ ἄλμα πομποῦ καὶ χαμαινίδου διπλοῦν· λέγεται δὲ καὶ ὁ κλάδος παρ᾽ Αἰολεῦσιν. *Etymol. M. Euripid.* Ion. v. 1268. ὅθεν πετραῖον ἅλμα δισκευθήσεται.

CCLXI. Vat. C. p. 378. Plan. p. 343. St. 482. W. Etiam hoc Epigramma ſcriptum in Pana, ad fon-

tem in antro poſitum. — V. 1. Νυμφῶν. Vulgo et in Vat. C. Nympharum dux dicitur, qui cum Nymphis choros inſtituit. *Homeri* Hymn. in Pan. VII. 2. αἰγοπόδην, δικέρωτα, φιλόκροτον, ὅστ' ἀνὰ πίσεα Δενδρήεντ' ἄμυδις φοιτᾷ χοροήθεσι Νύμφαις. Ibid. 19. Σὺν δέ σφιν τότε Νύμφαι ὀρεστιάδες, λιγύμολποι, Φοιτῶσαι πύκα ποσσὶν ἐπὶ κρήνῃ μελανύδρῳ — Μέλπονται. Cf. *Platon.* Ep. XIV. et *Alcaei Meſſen.* Ep. XII. — V. 2. „τόνδε δόμον. Subauditur κατά. *qui latitat in hoc antro.* Mallem τόνδε λέλογχε δόμον.“ *Br.* Vitioſam eſſe vulgatam dubitare noli. Scribendum puto;

ὃς πέτρινον τόνδε γέγηθε δόμον.

*qui hoc antro delectatur.* Verba χαίρειν, ἥδεσθαι, γήθειν plerumque ablativum, nonnunquam accuſativum adſciſcere conſtat. *Homer.* Ιλ. Ι. 77. τίς ἂν τάδε γηθήσειε. ubi *Euſtath.* p. 631. 21. φασὶ δὲ καὶ Κρατῖνον οὕτω που γράψαι, γέγηθα τὸν ἄνδρα· τοιοῦτον καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τό· τοὺς εὐσεβεῖς θεοὶ θνήσκοντας οὐ χαίρουσι· καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ τό· ἥσθην πατέρα τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε. Εἴη δ' ἂν οὐκ ἀπᾷδον πρὸς ταῦτα οὐδὲ τό· τὸ δ' ἔπος ὃ ἐξερῶ τάχα ἥδοιο μέν. χρήσιμον δ' εἰς αὐτὰ καὶ τό· πρᾶξιν ἣν ἤλγησ' ἐγώ. His exemplis addendus fortaſſe locus *Sophocl.* Elect. 922. nuper merito impugnatus a *Purgoldio*, juvene acutiſſimo, in Obſervatt. crit. p. 136. Scripſiſſe videtur Tragicus;

οὐκ οἶσθ' ὃ γηθεῖς, οὐδ' ὅποι γνώμης φέρῃ.

non, ut vulgo legitur, ὅποι γῆς. Illud contextui unice accommodatum, et praecedentibus Chryſothemidis verbis: τί δ' ἔστιν; οὐ πρὸς ἡδονὴν λέγω τάδε — tantum non flagitatur. — πέτρινος δόμος, ut λάϊνον ἄντρον ap. *Theocrit.* Eid. VII. 149. — V. 3. ἄμμι. Vat. C.

*CCLXII.* Plan. p. 336. St. 475. W. In Pana, ſupra cujus caput nubecula conſpiciebatur. Hinc poëta eum revera Jovis progeniem eſſe affirmat. Fruſtra

alium ſenſum ex planiſſimis hujus Epigram. verbis extundere inſtituas. Sed quid pictor — nam de picta imagine agitur — nubecula illa ſignificare voluerit, non exputo. *Brodaeus* quidem *Euſebium* laudat, qui Praep. Evang. L. III. Pana σφαῖραν χρυσῆν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα fingi ait, quae eum *univerſae ſubſtantiae materialis dominatorem* (*Macrob.* Saturn. I. 22. init.) ſignificaret. Sed aliud eſt ſphaera, aliud nubecula.

*CCLXIII*. Plan. p. 343. St. 483. W. In Pana ex aere, qui in loco Dictynnae ſacro in antro ſtabat. Dictynna ap. Cretenſes colebatur, a monte Dicte vocata. Vide *Strabon.* L. X. p. 733. C. 734. A. et *Spanhem.* ad *Callim.* p. 309. ſq. — V. 1. τοῖόν με καθ' ἱερὸν. Sic, ut me vides, Cretenſis collocavit in hoc fano. Hoc ſenſu accipi poteſt vulgatum τοῖον· ſed longe probabilius mihi videtur, depravatum eſſe vocabulum ex nomine hominis, qui illam ſtatuam dedicaverat. Fac enim, ſcriptum fuiſſe:

Δικτύννης Πείθων με καθ' ἱερὸν ἔμπυρον ὁ Κρὴς

vel aliud nomen repone, et aliquid elegantiae huic loco accedere ſenties. Perperam *Iunius* in Pictor. Catal. ex hoc Epigrammate p. 57. ſtatuarium nobis *Cres* appellatum obtrudere conatus eſt. — V. 3. „Vulgo legitur ἐκ δέ γε πέτρας σπήλυγγος.“ *Br.* Emendationis fontem indicare neglexit cl. editor, quem ſic ex ingenio ſcripſiſſe nullus dubito. At in vulgata

ἐκ δέ ΓΕ ΠΕΤΡΑΣ

non id latet, quod *Br.* dedit, ſed potius

ἐκ δὲ ΠΕΤΡΑΙΑΣ
σπήλυγγος — —

πέτρινος δόμος ſupra eſt de antro Pani ſacro Ep. CCLXI. nec aliter loquitur *Eurip.* Iph. in Aul. v. 1082. πετραίων

ἀπ' ἄντρων ἐλθοῦσαν. et Cycl. v. 82. ἄντρα δ' εἰς πετρηρεφῆ. — V. 4. τείνω βλέμμα. Oculos in montes intendo, feras, ſi quae prodierint, obſervans. Pana enim venatorem, Dianae πάρεδρον, hoc Epigramma nobis ſiſtit.

¶. 205.] *CCLXIV.* Planud. p. 343. St. 483. W. De Pane, in pugnae Marathoniae memoriam, Athenis ſub arce collocato, vide notata ad *Simonid.* Ep. XXVIII. T. I. P. I. p. 219. — V. 1. ἄκρης. Aldin. 1. 2. 3. ἄκρην Aſcenſ. et Steph.

*CCLXV.* Planud. p. 340. St. 480. W. In Veneris ſtatuam, in maris litore a Glycera, Dionyſii filia, collocatam. — V. 2. ἑζόμενος vulgo et in fine ἠιόνος. — V. 4. „Omnino ſcribendum mihi videtur πορφύρεον ἁπαλᾶς κῦμα παρ' ἀϊόνος." *Br.* Non perſuadet. ἁπαλὸν κῦμα molles undae ſunt, quae leniter litus alluunt, quales deſcribit *Lucretius* L. II. 375. *qua mollibus undis Litoris incurvi bibulam pavit aequor arenam.* quod *Virgil.* expreſſit IX. Aen. 816. *Ille* (fluvius) *ſuo cum gurgite flavo Accepit venientem, ac mollibus extulit undis.* — Litus πορφύρεον ſic dicitur ab undis, ad quas hoc epitheton proprie pertinet, permutatione ubivis obvia.

*CCLXVI.* Plan. p. 341. St. 481. W. In Amorem, fulmen frangentem. Vide Gemmam ap. *Lippert.* Dactyl. I. nr. 775. — Diſtinctionem poſt ἰδὼν poſitam melius deleveris. Fortaſſe praeterea ſcribendum:

L. 129. Ὁ πτανὸς τὸν πτανόν, ἰδού, ἄγνυσι κεραυνόν.

Hoc mihi quidem veriſimilius videtur, quam hoc diſtichon, quod vulgo fieri video, de Anterote accipi. — V. 2. πῦρ πυρός. Amor fulmine potentior.

L. *CCLXVII.* Planud. p. 341. St. 481. W. Elegans Epigramma et *Meleagro*, vel meliore etiam poëta dignum. Scriptum in Amorem, ab alio Amore vulneratum. De Anterote explicant, de quo tradidit *Pauſan.* I. 30. p. 75. et *Suid.* in Ἀντέρως. cujus articuli

pars poſterior ducta videtur ex *Heraclide Pontico* περὶ Ἐρωτικῶν. unde hiſtoriam de Charitone et Melanippo derivavit *Athen.* L. XIII. p. 602. et *Aelian.* V. H. II. 4. Elide in gymnaſio Ἔρωτος et Ἀντέρωτος arae conſpiciebantur, teſte *Pauſan.* L. VI. 23. p. 511. In Gemma ap. *Lippert.* nr. 833. Amor triſtis humi ſedet, Anterote aufugiente. Cf. *Manſo über verſchiedene Gegenſt. der Mythol.* p. 337. ſqq. Diverſo autem modo veteres de Anterote tradiderunt. Alii *mutuum* Amorem intelligunt, alii *contrarium*; qui Amorem reſolvat. Vide *Servium* ad *Virgil.* Aen. IV. 520. et quae docte de eo monuit *Huſchkius* in Anal. Cr. p. 47. Cum *Servio* facit Epigramma noſtrum, quo Amoris impotentia ſuis ipſius telis impugnata inſolentisque pueri ſuperbia Nemeſios armis fracta repraeſentatur. Iam conf. *Meleagri* Ep. XLII.

> Τί κλαίεις, φρενολῃστά, τί δ' ἄγρια τόξα καὶ ἰοὺς
> ἔῤῥιψας, διφυῆ ταρσὸν ἀνεὶς πτερύγων;
> Ἦ ῥά γε καὶ σὲ Μυΐσκος ὁ δύσμαχος ὄμμασιν αἴθει;
> ὡς μόλις, οἷ' ἔδρας πρόσθε, παθὼν ἔμαθες.

et quae ibi notavimus T. I. P. I. p. 61. — V. 1. τὸν ἀντίον. Si codex offerret

> πτανῷ πτανὸν Ἔρωτα κατάντιον ἔπλας' Ἔρωτι

id non repudiarem. — V. 3. τά κ' ἔρεξεν. Vulgo. Locutionem illuſtravimus ad *Meleagrum* l. c — V. 4. ἐς κόλπον ἀπέπτυσεν. Ad avertendam Nemeſios impotentiam ter in ſinum ſpuit. Cf. not. ad *Straton.* Ep. LXXI. T. II. P. III. p. 112.

*CCLXVIII.* Planud. eodem quo ſuperius loco. Et eſt ejusdem poëtae et praecedentis quodammodo continuatio. — V. 2. ἤγειρα pro compoſito παρήγειρε, me excitavit, ut alas in fratrem moverem eumque telis peterem.

¶. 206.] CCLXIX. Plan. p. 341. St. 481. W. Dianam ad ſacra euntem poëta deſcribit. Arcu Dea et pharetra depoſita, pedibus nudis et veſte ad talos demiſſa incedit. Suſpicabatur Ill. *Heynius* in Comment. T. X. p. 105. poëtae obverſatam eſſe Apellis tabulam, qui Dianam *ſacrificantium virginum* choro mixtam pinxiſſe traditur ap. *Plin.* H. N. XXXV. 36, 17. ubi tamen de lectionis ſinceritate dubitat *Leſſingius* in Laoc. p. 224. not. *c.* Diana, ad ſacrificium ipſi a mortalibus factum accedens, omnia, quae illis timorem incutere poſſent, depoſuiſſe putanda eſt, ut placida videretur omnibus et propitia. Eandem ob cauſam, ubi, ſylvis relictis, puerperas adjuvat, arcum Nymphis tradere fingitur in Ep. *Noſſidis* III., et apud *Phaedimum* Ep. III. laudatur, quod ad Themiſtodicen, puerperio laborantem, ἄτερ τόξου venerit. Quamvis ibi ſimul ad Εἰλειθυίης βέλη reſpicitur. — V. 1. παρ' αὐχενίῃ. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 2. — V. 2. ἐνδρομίδες. caligarum genus, venatoribus inprimis uſurpatum. *Pollux* VII. 93. Hinc ap. *Callimach.* H. in Dian. v. 16. infans Diana Jovem ἐνδρομίδας rogat. Etiam Iris, ut Deorum nuncia, ἐνδρομίδας gerit. Vide *Graevium* ad *Callim.* H. in Del. 237. Et Furiae venantium habitu repraeſentatae, quod nuper docuit *Boettigerus in der Furienmaske* p. 40. Cretenſem caligarum illarum originem indicat Λυκαστείων ἐνδρομὶς ἀρβυλίδων. — V. 3. Cum vulgo legatur πρὸς ἄκρην ἰγνύϊν, *Ioſ. Scaliger.* emendavit πρὸς ἄκροιν ἰγνύοιν. *Brunckii* emendatio lenior. *Chriſtodor.* in Ecphr. v. 307. de Diana:

οὐ τόξον ἑκηβόλον, οὐδὲ φαρέτρην
ἰοδόκον ἀνέχουσα κατωμαδόν· ἦν δ' ἐπὶ γούνων
παρθένιον λεγνωτὸν ἀναζωσθεῖσα χιτῶνα.

ubi vide not. T. II. P. III. p. 120. *Ovid.* X. Metam. 536. *Nuda genu, veſtem ritu ſuccincta Dianae.*

CCLXX. Plan. p. 342. St. 482. W. In ſtatuam Bacchi a Myrone conflatam. De hac imagine nihil aliunde conſtat. V. 1. „Vulgo χαλκῷ legitur.“ *Br.* — γενεήν. Similiter Apelles Venerem genuiſſe dicitur ap. *Ovid.* III. A. A. 401. *Si Venerem Cous nunquam genuiſſet* (al. *pinxiſſet.* al. *poſuiſſet*) *Apelles, Merſa ſub aequoreis illa lateret aquis.* *Iul. Aegypt.* Ep. XXXII. ἄρτι θαλασσαίης Παφίη προὔκυψε λοχείης Μαῖαν Ἀπελλείην εὑραμένη παλάμην. Ep. in Stat. Athlet. LX. T. III. 32. χεὶρ οἶδε γεννᾷν τοὺς πάλαι τεθνηκότας. Ep. ἀδεσπ. CCXXIV. ἃ δὲ Μύρωνος χεὶρ οὐ πλάσεν, ἀλλ' ἔτεκε.

CCLXXI. Plan. p. 344. St. 483. W. — V. 1. καρποτόκῳ. Fertilitatis auctor habebatur, cujus indicium viperae inſurgentes ejus dextra laevaque et ſpicae Cereales, quibus eam inſtructam fingit *Appul.* Metam. XI. init. Eandem cum Cerere comparabant Graeci. — μυριομόρφῳ. Unice huc facit memorabilis locus ap. *Appulejum* l. c. ubi Iſis Lucio per quietem viſa, his verbis utitur: *En adſum – rerum Natura parens,* (i. e. παχυμήτωρ. niſi forte fuit πολυμήτορι) *elementorum omnia domina – Deorum Dearumque facies uniformis – cujus numen unicum, multiformi ſpecie, ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis.* — V. 2. Iſidis feſtum in nonnullis urbibus ita celebrari ſolebat, teſte *Diodoro Sic.* I. 14. p. 18. ut in pompa vascula circumferrentur, hordei et tritici plena, ἀπομνημόνευμα τῶν ἐξαρχῆς τῇ θεῷ φιλοτέχνως εὑρεθέντων. — μογερῶν ἀπάνευθεν ἀρότρων. ut aureo aevo, quo καρπὸν ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. *Heſiod.* E. καὶ H. 118. *Ovid.* III. Amor. VIII. 39. *At meliora dabat curvo ſine vomere fruges, Pomaque.* *Horat.* Epod. XVI. 43. *reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis.* Cf. *Antip. Theſſ.* Ep. XXXIX. 7. 8.

CCLXXII. „In Planud. p. 344. St. 484. W. duo ſunt Epigrammata, quorum prius diſtichis primo, ſe-

cundo et ultimo hujus carminis conſtat; alterum, repetito primo diſticho, tertium illi et quartum ſubjungit. Mihi controverſia nulla obmoveri poſſe videtur, quin haec male divulſa et turbata ſuerint." *Br.* Valde dolendum eſt, quod hoc Epigramma cum plurimis illis, quae artis opera deſcribunt, in Vat. membr. deeſt. Recte clar. Editor duo carmina in unum contraxit, deleto primo diſticho, quod, cum poſterior pars Epigrammatis in alteram forte paginam procurreret, aut in ſumma pagina, aut in margine iterum erat ſcriptum, cujusmodi repetitionum haud pauca ſunt in Vat. membr. exempla. „Exhibuerat artificis manus ſenem in terram projectum, frendentem dentibus nudatis, emaciatum, capite manu ſubnixo, baculo terrae innitentem, coma hirta, cute rugoſa; ut tantum non Livor ſeu Invidia expreſſa videri poſſit." *Heynii* verba ſunt in Comment. T. X. p. 93. Livorem ab Apelle pictum commemorat *Lucian.* T. III. p. 131. ſq. ed. R. ἀνὴρ ὠχρὸς καὶ ἄμορφος, ὀξὺ δεδορκὼς καὶ ἐοικὼς τοῖς ἐκ νόσου μακρᾶς κατεσκληκόσι. Poëta in Anthol. Lat. T. I. p. 546. de Livore:

*Ut debet, ſibi poena ſemper ipſe eſt.*
*Teſtatur gemitu graves dolores:*
*Suſpirat, fremit, incutitque dentes.*
*Sudat frigidus, intuens quod odit.*
*Effundit mala lingua virus atrum;*
*Pallor terribilis genas colorat;*
*Infelix macies renudat oſſa.*

V. 1.2. „In primi diſtichi, quod bis legitur in Planud. hexametro abſurde ediderunt παναπενθέα, quum manifeſto ſenſus requirat βαρυπενθέα, πολυπενθέα. At unica mutata litera vox genuina rediit. Ἐσθλοῖσι ſine ν et ἀνεπλάσατο habent duo regii codd. in iisdem v. 7. ut in editis omnibus ante Stephanum σεσηρὸς." *Br.* ταλα-

πενθέα emendavit *Huct.* p. 33. — V. 3. Quam vivida vis imaginis! Spirare videtur ſenex humi recumbens. In fine diſtichi major diſtinctio ponenda. Deinde nulla cauſa erat ſatis gravis, cur *Brunckius* verba μανύει δίστοιχος – εὐτυχίας, quae vulgo poſt v. 4. leguntur, inde removeret et in ultimo carminis loco collocaret. His in priſtinum locum, jure poſtliminii, revocatis, ſententiarum contextus et elegantior eſt et facilior. μανύει, αὐτὸν ſcil. Momum eſſe indicant dentes, cutis arida etc. Sic ſtatim proximo Epigr. νεῦρά σε μανύει τετανυσμένα. Cf. notata ad *Asclepiad* Ep. X. T. I. P. II. p. 29. „Vulgo ὀλέθριος, quod ſic ad ὄγμος inepte refertur, quum ad Momum referendum ſit: ὁ δίστοιχος ὄγμος ὀδόντων πριομένων – μανύει αὐτὸν ὀλέθριον ὄντα.“ *Br.* Quaſi ὀλέθριος non et ſic ad Momum referri poſſit, epitheto a perſona ad partem translato, ὄγμος ὀδόντων τοῦ ὀλεθρίου. Quodſi tamen duplex epitheton in eundem ſonum exiens offenſioni fuerit, admittatur ὀλέθριον, ita tamen, ut pro αὐτὸν ſimpliciter accipiatur. ὄγμος ὀδόντων, dentium ordo. *Schol. Nicandri* Ther. 571. ὄγμος. – ἡ τάξις, ἡ ἐπίστιχος φυτουργία τῶν δένδρων, καὶ ἡ κατὰ τάξιν ἀγωγή. Dentibus autem inter Livoris ſigna primus debebatur locus, quippe quibus alios carpere et rodere ubique dicitur. Hinc *dens invidus* ap *Horat.* IV. Od. III 16. ubi vid. *Mitſcherlich.* — V. 5. „Pro κεῖνος ſcribendum κρατός. Illud otioſum, frigidum et ineptum eſt, quod eo liberius dicere poſſum, quia meum eſt; in Planudea enim legitur κείνου, toto loco aliter interpuncto, ſed non melius.“ *Br.* Legitur enim apud Planudem:

καὶ τὸ κατεσκληκὸς ΚΕΙΝΟΥ βάρος· ᾇ μὲν ἐρείδει
ψιλὸν γηραιᾷ χειρὶ βαλὼν κρόταφον.

Illo diſticho, de quo paulo ante dixi, in priſtinam, quam olim recte obtinebat, ſedem revocato, totum hunc locum ſic emendandum et diſtinguendum puto:

Μανύει δίστοιχος ὀλέθριον ὄγμος ὀδόντων,
πριομένων ἐπὶ τὰς τῶν πέλας εὐτυχίας,
καὶ τὸ κατεσκληκὸς ΣΚΗΝΟΥΣ βάρος· ᾇ μὲν ἐρείδει
ψιλὸν γηραιᾷ χειρὶ βαλὼν κρόταφον.

In hac emendatione me veram et genuinam poëtae manum aſſecutum eſſe nullus dubito. Momum conſpici indicat *aridi corporis macies*. De σκῆνος, σῶμα, vide *Intrpp. Heſychii* T. II. 1208. 25. *Barneſium* ad *Eurip.* Heracl. v. 690. et *Daviſium* ad *Maxim. Tyr.* Diſſ. VIII. 3. p. 133. ed. R. Iuſto fortaſſe videbor audacior, ſi proximum quoque vocabulum in mendo cubare dixero. Fieri poteſt, ut fallar: ſed parum abeſt, quin ſcribendum eſſe contendam:

καὶ τὸ κατεσκληκὸς σκήνους ῥάκος.

Certe hoc a codice oblatum nemo facile ſperneret. *Lucian.* Tim. 32. T. I. p. 102. ἵν' αὖθις ὁ Πλοῦτος παραλαβὼν αὐτὸν — μαλθακὸν καὶ ἀγεννῆ καὶ ἀνόητον ἀποφήνας, ἀποδῷ πάλιν ἐμοὶ ῥάκος ἤδη γεγενημένον. ubi vide *T. Hemſterh.* p. 398. *Crinagor.* Ep. XXXVI. κεῖται δὲ τῇδε τοὐλιγηπελὲς ῥάκος Εὐνικίδαο. *Antiphil.* Ep. XLI. μυριέτης, ἀλίοιο βίου ῥάκος. Iam his noſtris conjecturis praeclare reſpondet magni *Hug. Grotii* interpretatio:

*Et* c o r p u s, *fera quod tabes edit: altera languens*
*Suſtinet annoſi tempora macra manus.*

βαλὼν κρόταφον. Eadem manu, qua caput fulcit, idem percutit, quod indignabundi eſt et deſperantis. — ¶. 207.] V. 7. Ut altera manu caput feriebat, ſic altera, qua baculum tenebat, percutiebat terram. κωφὰ ἀπεχθ. i. e. μάτην. αὔτως. ut ap. *Theon.* Ep. III. κωφὰ δὲ μήτηρ μύρετο. Minus recte haec accepit *Grotius*, qui vertit:

*Altera ringentis baculo veſtigia firmat,*
*Dum nil ſenſurum murmurat in lapidem.*

CCLXXIII. Planud. p. 344. St. 484. W. „Aldus Manutius primus in Append. edit. 1503. epigramma hoc protulit, quo caret editio Florentina, et quod a quibusdam Planudeae codd. abeſſe comperi." *Br.* — V. 1. Tabeſce inde ab unguibus. Parum commode *Brodaeus* comparavit *Ciceron.* Tuſc. Qu. II. 24. *Toto corpore et omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis aſſerviunt.* Cf. V. D. in Miſcell Obſſ. T. I. p. 401. Noſter eorum morem ſpectavit, qui, ubi ipſis aliquid displicet, ungues ſibi rodunt. *Martial.* IV. 27. *Ecce iterum nigros corrodit lividus ungues. Da, Caeſar, tanto tu magis ut doleat.* — V. 2. ἰοβόλους *veneni plenos. rubiginoſi dentes* lividi ſunt ap. *Martial.* V. 28. *dens ater* ap. *Horat.* VI. Epod. fin. — πάμφαγε Μ. *Livor edax. Ovid.* II. Amor. XV. 1. — V. 3. νεῦρα. Similiter de Eryſichthone, fame confecto, *Callim.* H. in Cerer. 93. ἐτάκετο, μέσφ' ἐπὶ νευραῖς Δειλαίῳ ῥινός τε καὶ ὀστέα μῶνον ἔλιφθεν. — φλέβες. *Silius Ital.* II. 466. *jam lurida ſola Tecta cute et venis male juncta trementibus oſſa Exſtant.* — V. 4. κενεὰ σ. δύναμις corporis tantum non exanimati debilitas. Carnem putridam, ſiccatam, ceu defuncti hominis, a pictore repraeſentatam tibi finge. — V. 6. Quae tandem ars te mortalibus inimicum daemonem egregia arte ita animavit, ut ne tuis quidem dentibus (i. e. tuae reprehenſioni) locum relinqueret? — Senſus igitur, opus eſſe ἀμώμητον. — Vulgo ἀνδρόσσινιν et v. ſq. δήκτα. Utrumque cl. editor tacite emendavit. ἀνδρόσινις eſt Momus, qui omnes laedit. — V. 7. In δήκτᾳ στόματι non offenderet equidem, nec juſtam emendandi cauſam video, niſi forte praeſtantiores Planudeae codd. ſic exhibent. Tum praeferenda lectio δῆκτα, cum ob licentiam poëticam, qua poſterior ſyllaba in caeſura producitur, tum quod ſic vividior evadit oratio.

*CCLXXIV.* Plan. p. 321. St. 460. W. In Echûs ſtatuam, quam ad templum Bacchi collocatam poëta ita interpretatur, ut eam a Pane, Bacchi comite, non, ſicut olim, alieno animo eſſe dicat. — V. 1. Λυκαίου tentabat *Brodaeus* contra poëtae mentem. — V. 3. „Vulgo Βακχεῦ φίλε, quod librarii eſſe credo de metro male ſolliciti, non quia nomen Βακχεὺς per ſe bonum non ſit, ſed hujus loci alienum eſt.“ *Br.*

*CCLXXV.* Vat. C. p. 479. Plan. p. 321. St. 461. W. Scyllam a Phalerione pictam commemorat *Plinius* XXXV. 11. Sed in noſtro Epigrammate deſcribitur Scylla aenea, fortaſſe ea, quam in Hippodromo CPolitano poſitam deſcripſit *Anonym.* in Antiqq. CP. ap. *Bandur.* T. I. nr. 114. p. 42. Hominem illa tenebat capite. Eam ἀγριότητος μεστὴν fuiſſe ait *Nicetas* de Statuis ap. eundem T. I. nr. 313. p. 110. eamque cum multis aliis, capta a Latinis urbe, fractam eſſe narrat. Non dubito, quin eandem ante oculos habuerit *Themiſtius* XXII. Or. p. 279. B. τεθέαμαι, οἶμαι, πολλαχοῦ Σκύλλης εἰκόνα, οὐχ οἵαν Ὅμηρος διηγεῖται . . . . . οἱ πλάσται δὲ ἔτι μᾶλλον κομψεύονται ἐν τῷ ἔργῳ· ποιοῦσι γὰρ αὐτῆς τὰ μὲν ἀπ' ἄχρι (ἀπ' ἄκρας *Petav.*) κεφαλῆς ἄχρι λαγόνων, παρθένον, ἀπὸ δὲ τῆς ἰξύος εὐθὺς εἰς τοὺς κύνας ἐκφερομένην, δεινοὺς ὄντας καὶ σμερδαλέους· καὶ τρίστιχοι μὲν αὐτοῖς (ſic leg. pro αὐτῆς) οἱ ὀδόντες, ἀνεστήκασι δὲ αἱ κεφαλαί, ζητοῦσι δ' ἰσάριθμον θήραν. Cf. *Fabric.* ad *Sext. Empir.* L. VII. p. 386. De Scyllae in Hippodromo ſtatua noſtrum Ep. interpretatur etiam *Bandur.* Antiqq. CP. T. II. p. 846. — V. 1. Εἰ μή. Niſi aes ſplendens conſpiceretur, nec id argueret opus Vulcaneae artis, multi procul dubio ipſam Scyllam, mari relicto, huc commigraſſe exiſtimarent. Hic ſenſus non fefellit magnum *Grotium*, qui vertit:

*Aere niſi fulgeret opus, ſi tale quid eſſet,*
*Qualia Daedaliae Mulciber artis habet,*

*Eminus aſpiciens Scyllam quis crederet ipſam*
*Migrato terras nunc habitare mari.*

ubi in edit. cl. *H. de Boſch.* ſignum interrogandi irrepſit poſt *mari*, quo ſenſus peſſumdatur. — In Vat. C. ἐμάνυε et τέχνας legitur. — ¶. 208.] V. 3. τηλόθι Vat. C. quod revocandum. — οἴσατο vulgo. — V. 4. ἀμειψαμένην. Vat. C. — V. 5. ἐπισσείει. φόβον intell tam vehementer minatur. *Heſych.* ἐπισσείειν. ἐκφοβεῖν. — V. 6. Junge νέας ἀπὸ πελ. *naves marinas*, abundante ἀπὸ, ut in plurimis locis. — συγκλονέουσα. Rem poëta hyperbolice auget, quaſi Scylla non homines tantum ex navibus, ſed ipſas naves fluctibus ereptas fregiſſet.

*CCLXXVI.* In primis pag. Vat. Cod. Plan. p. 313. St. 453. W. „Tres hi verſus in Planudea male divulſi, melius in membranis cohaerent et unicam Epigramma faciunt.“ *Br.* Luſus non valde ingenioſus in mirabilem Hippocentaurorum figuram. Vſ. 3. *Juliano Caeſari* tribuit *Io. Tzetza* in Chil. VII. 94. vſ. 962. de Chirone:

ἱππομιγῆ συμπλάττουσιν ἄνθρωπον μυθογράφοι·
ἄνθρωπον μέχρις ὀμφαλοῦ, ἵππον τὰ κάτω μέρη·
καὶ δὴ καὶ Ἰουλιανὸς ὁ αὐτοκράτωρ γράφει
ἡρώῳ μέτρῳ, ἀνθρώπου δ' ἀποπέρδεται ἵππος.

non ἀποπέρδετε, ut eſt in *Lectii* Collectione, ubi abſurde hoc verbum vertitur. Pulchra haec Centauri deſcriptio videbatur *Rittershuſio*, hunc verſum laudanti ad *Oppian.* Cyneg. II. 6. p. 47. et *Euſtathio* ad Homer. Ιλ. α. p. 76. 41. ubi Centauris deſcriptis: καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, ait, ἵππους τε ὄντας ἀκεφάλους καὶ ἀνθρώπους ἄποδας. ὅθεν καὶ τὸ ἀστεῖον ἐκεῖνο εἴρηται, ὅτι δηλαδὴ ἐν τῇ τῶν ἱπποκενταύρων φύσει, ἵππος μὲν ἀπερεύγεται ἄνδρα, βροτὸς δ' ἀποπέρδεται ἵππον — Pro ἄνδρα erat qui ἀνέρ' vellet; fruſtra.

*CCLXXVII.* Plan. p. 340. St. 480. W. „In Satyrum tam perite factum, ut aut ille ſe in aes inſinuaſſe, aut aes ipſi circumfuſum videri poſſet. Fuere ſane

Satyri nobiles plures, in his tamen inprimis Praxitelis περιβόητος dictus ex aere. *Plinius* XXXIV. 19. 10. Ad hunc hoc Epigramma referam." *Heynii* verba ſunt in Comment. T. X. p. 89.

*CCLXXVIII.* Plan. p. 296. St. 436. W. In Bacchae ſaltantis et furibundae ſtatuam. Cf. not. ad *Paul. Silent.* Ep. LVIII.

*CCLXXIX.* Vat. C. p. 466. εἰς Ῥώμην ἀδέσποτον. In Plan. p. 357. St. 496. W. Πομπηΐου inſcribitur, neſcio qua auctoritate. At nomen auctoris non magis ſincerum videtur, quam reliquum lemma, quod Victoriae Romanae alas fulmine ambuſtas tradit. Victoria enim paſſim boni ominis cauſa ſine alis repraeſentabatur. Νίκην ἄπτερον Calamidis laudat *Pauſan.* V. 26. p. 447. Idem ap. Lacedaemonios Martem compedibus vinctum conſpici tradens L. III. 15. p. 245. γνώμη δὲ τῇ αὐτῇ, ait, Λακεδαιμονίων τε ἐς τοῦτό ἐστιν ἄγαλμα, καὶ Ἀθηναίων ἐς τὴν ἄ π τ ε ρ ο ν καλουμένην Ν ί κ η ν· τῶν μὲν οὔποτε τὸν Ἐνυάλιον φεύγοντα οἰχήσεσθαι σφίσιν ἐνεχόμενον ταῖς πέδαις, Ἀθηναίων δὲ τὴν Νίκην αὐτόθι ἀεὶ μένειν οὐκ ὄντων πτερῶν. Similiter de Romanorum Fortuna *Plutarch.* T. II. p. 318. A. ἡ Τύχη τῷ Παλατίῳ προσερχομένη καὶ διαβαίνουσα τὸν Θύμβριν, ὡς ἔοικεν, ἔθηκε τὰς πτέρυγας, ἐξέβη τῶν πεδίλων, ἀπέλιπε τὴν ἄπιστον καὶ παλίμβολον σφαῖραν· οὕτως εἰςῆλθεν εἰς Ῥώμην ὡς μενοῦσα. Recentiores, qui de Victoria non alata disputarunt, laudat *Klotzius* ad *Tyrtae.* p. 40. quibus adde *Boettigerum* nuper de aënea Victoriae ſtatua diſputantem in der *Allgem. Liter. Zeit.* Ann. 1803. T. II. p. 111. ſqq. ubi antiquiſſimis temporibus omnes Victoriae ſtatuas ſine alis fuiſſe ſtatuit. — V. 1. τὸ σὸν κλ. Vat. C. quod ob membran. auctoritatem revocandum. — Ad κλέος in marg. Wechel. notatur γρ. καὶ κράτος.

¶. 209.] *CCLXXX.* Servavit hoc Epigr. *Euſebius* in Praepar. Evang. XI. 6. p. 520. de Iudaeorum Deo illud interpretatus. De Sarapide agi primus docuit *Joſ. Scaliger* ad calcem Libri de Emend. Temporum

p 38. cujus ſententiam ſecutus *H. Valeſius* in not. ad *Socratis* Hiſt. Eccl. V. 17. et in Emendatt. L. I. 2. p. 4. ſqq. monuit praeterea, prius Epigr. diſtichon non ſolum nomen Sarapidis ſeptem literis conſtans ſignificare, ſed ſimul ad eum ritum reſpici, quo hic Deus ſeptem vocalibus (γράμματα φωνήεντα appellantur) ſubinde repetitis, coli ſolebat. *Dion. Hal.* περὶ Ἑρμ. §. 71. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ τοὺς θεοὺς ὑμνοῦσι διὰ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων οἱ ἱερεῖς, ἐφεξῆς ἠχοῦντες αὐτά, καὶ ἀντὶ κιθάρας τῶν γραμμάτων τούτων ὁ ἦχος ἀκούεται. Prius diſtichon excitavit *Sopingius* ad *Heſychium* in Ἑπταγράμματον· τὸ ὄργιλον ἢ σκληρόν· καὶ Σάραπιν. Diſputavit de hoc argumento *le Moyne* Diſſert. ad Ieremiae c. XXIII. 6. p. 64. ſq. qui non ad manus eſt. — V. 3. χέλυς. hoc ad ſeptem planetas eorumque harmoniam referendum. *Macrob.* I. Saturn. 19. fin. *ut lyra Apollinis chordarum ſeptem tota coeleſtium ſphaerarum motus praeſtat intelligi, quibus ſolem moderatorem natura conſtituit.* — Deus converſionis coeleſtis cantum moderatur. *Maxim. Tyr.* Diſſ. XIX. 3. p. 363. ἀλλ' ἡγοῦ τὸ πᾶν τοῦτο ἁρμονίαν τινὰ εἶναι ὀργάνου μουσικοῦ, καὶ τεχνίτην μὲν τὸν θεόν, τὴν δὲ ἁρμονίαν ταύτην ἀρξαμένην παρ' αὐτοῦ, δι' ἀέρος ἰοῦσαν καὶ γῆς — ἐμπεσοῦσαν μετὰ τοῦτο εἰς πολλὰς καὶ ἀνομοίους φύσεις, συντάττειν τὸν ἐν αὐταῖς πόλεμον· ὡς κορυφαία ἁρμονία, ἐμπεσοῦσα εἰς πολυφωνίαν χοροῦ, συντάττει τὸν ἐν αὐτῇ θόρυβον. Cf. not. ad *Procli* Hymn. T. II. P. III. p. 274.

*CCLXXXI.* Plan. p. 307. St. 447. W. Bonae notae Epigramma in Herculem puerum, dracones a noverca ipſi immiſſos manibus jugulantem. Conf. inprimis *Theocrit.* Eid. XXIV. 26. ſqq. — V. 1. „In Planudea peſſime habitum primum diſtichon, quo in emendando fruſtra ſe torſit Munkerus ad Antonin. Liber. Metam. XXXIV. cui tamen σπείρας debeo. Ex ἄγχι βαθεῖς, quod certo certius eſt a poëta fuiſſe relictum, imperitus librarius ἀγχιβαθεῖς fecerat, ſine ullo

ſenſu. φάρυξ ea ſignificatione, qua hic poſitum, maſculini eſt generis, ut docent Lexica. *Leonidas Tar.* XCIII. ᾤχετ' ἐπὶ στεινὸν παλλομένη φάρυγα. Verbum autem ἄγχω hac in re proprium eſt. Hercules apud Theocritum (XXV. 264.) ubi narrat certamen cum Nemeaeo leone: αὐχένος ἀῤῥήκτοιο παρ' ἰνίον ἔφθασα μάρψας, Ἦγχον δ' ἐγκρατέως." *Br.* In Planud. eſt χεῖρας Η. δ. ἀγχιβαθεῖς φ. Prius cum optime emendaſſet *Munkerus*, eum mox poenituit facti, ita ut interpretationem tentaret. Fruſtra. περιμήκεας σπείρας tuetur *Theocrit.* l. c.

ἄμφω δὲ βαρεῖ ἐνεδήσατο δεσμῷ
δραξάμενος φάρυγος, ὅθι φάρμακα λυγρὰ τέτυκται
οὐλομένοις ὀφίεσσι, τὰ καὶ θεοὶ ἐχθαίροντι·
τὼ δ' αὖτε σπείραισιν ἐλισσέσθην περὶ παῖδα.

ὁλκοὺς interpretatur *Philoſtrat. Iun.* Imag. V. p. 869. ἀλλ' οἱ μὲν ἤδη παρεῖνται, μηκύναντες ἐς γῆν τοὺς ὁλκούς. *Apollon. Rhod.* IV. 150. de dracone aurei velleris cuſtode: δολιχὴν ἀνελύετ' ἄκανθαν Γηγενέος σπείρης, μήκυνε δὲ μυρία κύκλα. — In marg. ed. Wechel. ad χεῖρας notatur: γρ. θῆρας. laudato *Theocriti* loco XXIV. 54. — βαθεῖς φάρυγες *ingentes fauces.* βαθὺς enim pro magnus, robuſtus interdum ponitur. ταῦρον βαθὺν τένοντα *Antip. Sidon.* Ep. XL. elephanti βαθὺς αὐχὴν *Philipp.* Ep. XXIX. — Pro δρακοντείους in quibusdam edd. δρακοντίους. In Ald. 3. δρακοντείουν. — Partem emendationis Brunckianae occupavit *Grotius*, vertens: *Stringe feris longis fauces, animoſe, profundas, Alcide: valida comprime monſtra manu.* — V. 3. ἐξέτι νηπιάχοιο ut ap. *Homer.* ιλ. IX. 106. ἐξέτι τοῦ. Jam inde a teneris unguiculis Junonis iram fortiter factis placare ſtudeas. — Quo ſenſu Juno h. l. ζηλήμων appelletur, apparet ex *Callim.* H. in Dian. 29. ubi Jupiter de Diana gaudens: ὅτε μοι τοιαῦτα θέαιναι Τίκτοιεν, τυτθόν κεν ἐγὼ ζηλήμονος Ἥρης Χωομένης ἀλέγοιμι. — ἐκ βρεφέος. *Cunarum labor eſt angues ſuperare*

*mearum*, Hercules ait ap. *Ovid.* IX. Met. 67. — V. 5. οὐ γάρ σοι. Idem color in *Diotimi* Ep. V. de Herculis cum Antaeo certamine: κεῖται δὲ σφιν ἀγὼν οὐ χαλκέου ἀμφὶ λέβητος, Ἀλλ' ὅστις ζωὰν οἴσεται καὶ θάνατον. ubi vid. not. T. I. P. II. p. 162. — V. 6. ὁδὸς εἰς αὐλὴν Ζ. *Horatius* de fortitudinis et juſtitiae praemiis III. Od. III. 9. *Hac arte Pollux et vagus Hercules Innixus arces attigit igneas.* ubi vide cl. *Mitſcherl.* Statius III. Sylv. I. 25. de Hercule: *Sive tui ſolium Jovis, et virtute parata Aſtra tenes.*

*CCLXXXII.* Plan. p. 308. St. 447. W. Scriptum videtur hoc Epigramma in tabulam, quae Herculis labores opere anaglypho exhibebat, qualem edidit *Winkelmann* Monim. inediti. tab. 64. 65. Hoc anaglyphum in templo quodam Pergami collocatum fuiſſe, ex ultimo diſticho ſit probabile. — V. 2. ὀλ. ἔχεις. Ed. pr. Flor. ἔβης. Aldin. 1. 3. Sched. *Krohn.* — V. 5. θωϋκτῆρα χάους. canis, orcum cuſtodientis, *tria latrantia colla. Propert.* III. El. XVI. 23. — χάος eo ſenſu, quo ap. *Virgil.* VI. 265. *Dî, quibus imperium animarum, umbraeque ſilentes, Et* *c h a o s* *et Phlegethon loca nocte ſilentia late.* quem multi ſecuti ſunt. *Heliodor.* II. 4. p. 91. καὶ ζόφος τὴν πυρφόρον, καὶ χάος τὴν ἐκ τῶν ἀνακτόρων κατείληφεν. — V. 7. κατ' ἄκρα πόλ. Herculis templum Pergami in arce fuiſſe videtur. Cives hujus urbis Τηλεφίδας appellat poëta a Telepho, cui Myſia antiquiſſimis temporibus paruit. Pergamus Τηλέφου πόλις in oraculo ap. *Ariſtidem* T. I. p. 312. ed. *Jebb.* ibique Telephum ut indigenam heroëm cultum eſſe, apparet ex *Pauſan.* V. p. 407. Probabilis eſt conjectura *Brodaei*, Pergamenos Herculem, quod Telephi pater eſſet, inſigni honore coluiſſe. Certe ab eo ſtirpis originem derivabant. Vide *Wernsdorf.* ad *Himer.* Orat. XXVIII. 2. p. 847. Caeterum hoc Epigramma ſcriptum eſſe

debuit, cum regnum Pergamenum opibus et potentia floreret.

¶. 210.] *CCLXXXIII.* Plan. p. 309. St. 449. W. „Planudeae libri IV. carmina non pauca ſerioris aevi poetarum ſunt, quorum inter peſſimos cenſendus eſt auctor hujus Epigrammatis. Quum ad ea nullas varietates lectionis e Cod. Vat. adnotaſſe videam Salmaſium, ſuſpicor illis non fuiſſe locum in membranis conceſſum. Ejusdem farinae eſt ſequens carmen.“ *Br.* Cf. quae diximus in Prolegg. noſtris p. LXXXV. ſq. — V. 1. τί πρῶτον – τέχνης ἀνέρος ἠδ' ἐλ. Quid in hoc opere, quod virum cum cervo pugnantem repraeſentat, primum aut ultimum admirer? — V. 2. θαυμάσω. edd. antiq. — V. 3. Tenebat Hercules cornua cervi et ejusdem latus genu ſuo premebat. γόνυ βρίθει. pondus genuum nititur, τὸ βρῖθος, τὸ βάρος τοῦ γόνατος ἐρείδει. Male *Spanhemius* ad *Callim.* p. 253. Herculem ſibi finxit cervo inſidentem, cujus errorem notavit jam *Viſconti* in Muſ. Pio-Clement. T. IV. p. 82. not. [d.] Hic Herculem, cervam capientem, in omnibus monimentis eodem habitu, qui hîc deſcribitur, repraeſentatum inveniri monuit, illum habitum fortaſſe ab Alcamene aliove illuſtri artifice repertum eſſe ſuſpicatus. — V. 4. εὐπτόρθων κεράων. *ramoſa cornua Virgilii* Eclog. VII. 30. cervos — *capita alta ferentes Cornibus arboreis.* Idem Aen. I. 189. κλάδους, ὄζους, ἔρνεα alii appellant. Notavimus quaedam in Cur. Sec. in Euripid. p. 5. ſq. — Caeterum cervam cornibus inſtructam poſt crebras doctorum virorum obſervationes nemo mirabitur. — V. 5. Nihil hoc verſu ineptius. χάσμα eſt rictus ferae, ut ap. *Alcae. Meſſ.* Ep. VIII. λέων ἤντησε πελώριος, ὡς ἐπὶ θοίνην χάσμα φέρων, — ὑπὸ cum φυσιόωσα videtur jungendum. Os apertum, anhelitus et lingua prominens oppreſſum ejus pectus indicant. — φυσιόωσσα. edd. vett. — V. 8. Vulgo gravi metri detrimento: ἀλλὰ τέχνη χρυσέη. — Cur cerva

*κέρασι θάλλειν* dicatur, apparet ex iis, quae ad v. 4. notavimus. Arte eadem floret, ut omnia, quae ſplendent et inſigni honore conſpicui ſunt. *χρυσέῃ τέχνῃ* eſt omnino *pulchra* ars; ſed ſimul, ni fallor, ad *aurea* cervae *cornua* reſpicitur.

*CCLXXXIV.* Planud. p. 309. St. 449. W. „Signum ex aere Herculem referebat cum Antaeo luctantem, cujus, a qualicunque artifice illud profectum fuit, extat ſimile marmor Florentiae: Hercules a tergo amplexus Antaeum brachiis ſtringit a terra ſublatum et ilia ita comprimit, ut ſpiritus eum deficiat. Jam in ore Antaei audacia et dolor cernitur, ipſe autem Hercules vultu terribilis. Atqui haec ipſa in carmine memorantur; ut adeo probabile ſit, ſignum illud Florentinum expreſſum eſſe ad exemplar alterius praeſtantioris operis; nam non adeo praeſtantis artis illud ſignum eſſe memoratur.“ *Heynii* verba ſunt in Comment. T. X. p. 85. ſq. Idem certamen duobus capitibus deſcripſit *Libanius* T. IV. p. 1082. ſqq. — V. 2. *πόνον.* dolorem in Antaei vultum. *θράσος.* Herculem virtutis et audaciae plenum. — Vulgo *ἐκ μορφᾶς* legitur. — V. 3. *μογέοντα.* Antaeum Herculis lacertis ſublatum et conſtrictum. *Theocrit.* XXIV. 32. de draconibus, *ἐπεὶ μογέοιεν ἀκάνθας, Δεσμῷ ἀναγκαίῳ πειρώμενοι ἔκλυσιν εὑρῆν.* Hercules Morti inſidias facturus ap. *Euripidem* in Alc. 851. *μάρψω, κύκλῳ δὲ περιβαλῶ χεροῖν ἐμαῖν, Οὐδ᾽ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται.* ubi Tragico fortaſſe pugna cum Antaeo obverſabatur. Conf. deſcriptionem illius certaminis ap. *Lucan.* IV. 612. ſqq. — V. 4. *φρίττω.* Vulgo. — V. 6. *ἰδνωθείς.* cf. Ιλ. β. 266.

*CCLXXXV.* Plan. p. 309. St. 449. W. Hercules ebrius et ſomno oppreſſus. Nihil frequentius in ſcena veterum, quam Hercules temulentus, unde ſculptores et pictores eum arripuerunt. — V. 2. *Κενταυρ.* *Οἶνος καὶ Κένταυρον -- ἄασεν.* *Hom.* Od. φ. 298. Cf. not. ad *Al-*

*cae. Meſſen.* Ep. XV. T. I. P. II. p. 358. — V. 2. ὤλεσεν. Ed. pr. Flor.

*CCLXXXVI.* Plan. p. 310. St. 449. W. In Herculem Baccho, imbelli quamvis deo, ſuperatum. — ¶. 211.] V. 3. Stantem, ſed vacillantibus pedibus, artifex Herculem exhibuerat.

*CCLXXXVII* Plan. p. 310. St. 450. W. „Signum fuit *Herculis bovem cornu prehendentis et altera clavam elatam intentantis.* Interpretatur poëta bovem Thiodamantis, in quem Hercules inciderat arantem, abductumque jugo bovem devoraverat. Vid. Apollodor. II. 7. 7. " *Heynius* in Comm. S. G. T. X. p. 86. — V. 4. γράψε. Tabula picta fuit igitur; *Heynius* tamen, qui ſignum intelligi malit, γλύψε emendandum cenſet. Tum opus trium figurarum fuiſſe cenſendum; nam Thiodamantem quoque exhibitum fuiſſe, apparet ex ultimo diſticho. Hunc triſti vultu, deprecanti ſimilem, repraeſentaverat artifex.

*CCLXXXVIII.* Plan. p. 310. St. 450. W. Perperam *Huetius* p. 30. Herculem in eadem imagine naſcentem, pugnantem et morientem exhibitum fuiſſe cenſet. Alium ſenſum poëta efficere voluit; talem nempe Herculem artificis opera repraeſentatum eſſe, ut agnoſcas Jovis filium, triplici illa nocte elaboratum, Euryſthei miniſtrum, duodecim laborum effectorem, eum denique, qui, maximis rebus peractis, victor ad Deos adſcenderit. — V. 1. τῇ τρισελήνῳ. unde Hercules ipſe τριέσπερος appellatur in *Doſiadae* Ara ſecunda v. 11. ubi vide not. T. I. P. II. p. 222. — V. 3. ὄλυμπον. Ed. pr. Fl. Ald. 1. 3. — ἐκώμασας. ex rogo pompa triumphali in Deorum coetum ingreſſus es. κωμάζειν et κῶμος de pompa victoris paſſim obvium ap. *Pindarum* et alios. — V. 5. Hoc marmor Herculem, Alcmenae vulgo filium dictum, peperit; unde nunc quidem fabulae Thebanorum, Herculem apud ſe ex Alcmena natum dicen-

tium, minus videbuntur verae. Simile eſt acumen, ſed elegantius, Ep. ἀδεσπ. CCLXX. – Perperam haec accepit *Schol.* in ed. Wechel.: ὡς τῶν Θηβῶν καταστραφεισῶν ἡττόνων πιστευομένων εἶναι πατρίδος Ἡρακλέους.

*CCLXXXIX.* Plan. p. 314. St. 454. W. In Herculis ſtatuam, a Dionyſio quodam ad feras et fures arcendos, in paſcuis forte, collocatam. Ipſe Deus loquitur, ſuumque ipſe numen jurat, quod facetum. Praeivit *Ariſtophan.* in Avib. 1613. qui Neptunum per ſe ipſum jurantem fecit. — De Hercule, agreſtibus Diis annumerato, vide ad *Erycii* Ep. IV. T. II. P. II. p. 355. — V. 1. βουθοίναν. Hercules εἰς τὴν τοῦ Κορωνοῦ στέγην ἀφικόμενος, σιτεῖται βοῦν ὅλον, ὡς μηδὲ τὰ ὀστέα περιττὰ ἡγεῖσθαι. *Philoſtr.* II. Icon. p. 849. Cf. *Spanheim.* ad *Callim.* p. 481. δαμαληφάγον appellat *Erycius* Ep. IV. — ἀγρότας. Vulgo. *Huetius* p. 30. ἀγροῖται, quod pro ἀγροιῶται poni poſſe cenſebat. At illum ἀγρῶται ſcripſiſſe vix dubito. — Poſſis etiam ἀγρῶσται legere, quod non ſolum de venatoribus, ſed de paſtoribus quoque uſurpatur. Rheſus v. 266. et 287. *Archiae* Ep. XXVII. de Hercule: Μηκέτι ταυροβόροιο βαρὺ βρύχημα λέοντος Πτήσσετε, ληϊνόμοι γειαρόται Νεμέης. — V. 4. ἄκριτος ὕπνος. gravis et altus ſomnus. τὰ ἄκριτα enim ſunt ea, quae immodice fiunt et ſine judicio. v. *Stephani* Theſ. Gr. L. T. II. p. 430. D. — V. 6. Vulgo χαίρω τῷδ'. quod in χώρῳ mutavit *Brodaeus.* Eandem emendationem *Joſ. Scaliger* adſcripſit exemplari ſuo.

¶. 212.] *CCXC.* Plan. p. 314. St. 454. W. In ſtatuam Herculis σωτηρίου ſive ἀλεξικάκου, clavam manu tenentis leonisque exuvias induti; arcus et ſagittas ante pedes jacent. — V. 5. ἀλλὰ κακούργους. Ap. *Callim.* H in Dian. 153. Hercules Dianam his verbis hortatur: βάλλε κακοὺς ἐπὶ θῆρας, ἵνα θνητοί σε βοηθὸν, Ὡς ἐμὲ κικλήσκωσιν. ubi vid. *Spanhem.* p. 283.

*CCXCI* [a]. Hercules cum Asbolum Centaurum cruci affixiſſet, hos ei verſus adſcripſiſſe traditur ap. *Philoſtratum* in Heroic. c. XIX. p. 748. Ex illo fonte hanc inſcriptionem laudat *Tzetza* in Chiliad. V. 22. Accenſetur Asbolus ſcriptoribus, qui ante Homerum floruerint, ap. *Euſebium* Praep. Evang. X. p. 495. Conf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 12. ed. *Harl.* — V. 2. κατακρεμαστὸς κατ' εὐλ. π. – εὐλιπὴς πεύκη. Sic *Bianor* Epigr. IX. πεύκης τῇ λιπαρῇ νοτίδι. *Oppian.* Hal. IV. 644. ἔνθ' οἱ μὲν πεύκης λιπαρῇ φλογὶ καγχαλόωντες. — V. 3. ἔγκειμαι. *Philoſtr.* – ἀμετροβίοις. fictum vocabulum ad ſimilitudinem v. ἀμετροεπής, ἀμετρόκακος. Notae ſunt fabulae de corvorum longaevitate.

*Lectt.* p. 288.] *CCXCI.* [b]. „Apud Chandler. Inſcriptt. Syll. p. 13. In muro urbis Prienes, cui veriſimile eſt olim impoſitam fuiſſe ſtatuam herois cujusdam, repertum hoc Epigramma, quod ſic ſcribendum eſſe credo. Veriſſima eſt emendatio vſ. 1. ubi pronuntiationis affinitate deceptus quadratarius ſculpſit ΕΞΑΛΑΜΙΝΟΣ pro ἐκ Σαλαμῖνος. Tum v. 2. nomen patris Philii deeſt et latet in corrupta voce δυςτονοεν, quam cl. Chandler *triſte* vertit: ſed nihil triſte in ſomnio, quo quis jubetur herois ſtatuam erigere. Non longe a veſtigiis genuinae lectionis abscedit υἱὸς Ἀριστονόου, pro quo tamen melius quid reponi poſſe, facile, ut credam, adducar. Quarti verſus, qui ſic concinnior fit, voces transpoſui; an ἥρωα dactylus ſit, valde dubito; talis prosodiae non ſuccurrit exemplum. Caetera, quae mutavi, leviora ſunt, et ſe ipſa commendant.“ *Br.* Ap. *Chandler.* nr. XXXVII. totum hoc Epigr. ſic habetur:

Υπνωδης Φιλιος, Κυπριος γενος, Εξαλαμινος
υιος, δυςτονοεν απλοκον ειδεν οναρ,

Θεσμοφερους τε αγνας ποτνιας εμ φαρεσι λευκοις·
οψεσι δ' εν τρισσαις ηρωα τονδε σεβειν
Ηναγον πολειας φυλακογ χωραν τ' απεδειξαν·
ων ενεκα ιδρυσεν τονδε Θειον Φιλιος.

V. 1. Salamis una ex nobiliſſimis Cypri urbibus. — V. 2. ἄπλοκον. σαφές, diſertum et minime implicatum. — V. 3. Θεσμοφόρους. Cererem cum Proſerpina. *Ariſtoph.* in Theſm. 304. εὔχεσθε ταῖν Θεσμοφόροιν, τῇ Δήμητρι καὶ τῇ Κόρῃ. Easdem Θεσμοφόρω μάλα πότνια appellat idem v. 1167. — Cl. editor otioſam conj. τε e textu circumſcripſit. At in marmore fuiſſe videtur: ΣΕΜΝΑΣ, quod facile ΤΕΑΓΝΑΣ legi poterat. — V. 4. ἥρωα in *Chandleri* editione deſcribentis fortaſſe negligentiae tribuendum, ut plurima alia vitia in illo opere; fieri tamen poſſit, ut ipſe verſuum auctor ἥρωα pro dactylo habuerit, quales licentiae in Inſcriptionibus haud paucae occurrunt. Melius quid non habeo quod reponam; ſed audacem *Brunckii* transpoſitionem admittendam non eſſe, certe ſcio. — V. 5. χῶρον jam *Chandler.* emendavit. Orthographiae φυλακογ, ut et v. 3. ἐμ φαρ. pro φύλακον et ἐν φ. multa in marmoribus exempla inveniuntur. Vide *Viſconti* Iſcr. Triop. II. 44. p. 98.

CCXCII. Plan. p. 311. St. 450. W. Hominis, taurum ſuperantis, deſcribitur ſtatua, quam lemma de Theſeo interpretatur. Videtur hoc Epigramma ejusdem auctoris eſſe, qui Ep. CCLXXXIII. compoſuit. Hiſtoriam de tauro Marathonio a Theſeo devicto pete ex *Plutarch.* in Theſ. c. 30. *Pauſan.* l. c. 27. — V. 1. In vocabulo ἀλκὰν interpretando trepidat *Brodaeus*, qui de Alcibus cogitabat. Deinde ſubſtantivum pro ἀλκήεντα accipiendum exiſtimabat. Mihi depravatum videtur vocabulum et fortaſſe emendandum:

ὧν ὁ μὲν ἀκμῶν
θῆρα βίῃ βρίθει —

*vi manuum feram deprimit.* ἀκμαὶ de extremis corporis partibus uſurpatur; χειρῶν ἀκμὴ *Aeſchyl.* Perſ. 1065. *Eurip.* Bacch. v. 1205. — V. 2. γυῖα τιταινόμενος. omnibus membris, pedibus inprimis et brachiis, extenſis. — V. 3. ἶνας. cervicem deprimit. Cum hac deſcriptione inprimis comparandus *Theocritus* Eid. XXV. 145. Herculem cum tauro luctantem pingens:

> τοῦ μὲν ἄναξ προσιόντος ἐδράξατο χειρὶ παχείῃ
> σκαιοῦ ἄφαρ κέραος· κατὰ δ' αὐχένα νέρθ' ἐπὶ γαίης
> κλάσσε βαρύν περ ἐόντα· πάλιν δέ μιν ὦσεν ὀπίσσω,
> ὤμῳ ἐπιβρίσας· ὁ δέ οἱ ἐπὶ νεῦρα τανυσθεὶς
> μυῶν ἐξ ὑπάτοιο βραχίονος ὀρθὸς ἀνέστη.

V. 5. Cervicem retorſit ita, ut vertebrae inflecterentur; quae eſt *Heynii* interpretatio in Comm. S. R. T. X. p. 95. ἀστράγαλοι enim *vertebrae* ſunt ap. *Homerum* Od. κ. 560. ἐκ δέ μοι αὐχὴν Ἀστραγάλων ἐάγη. Eidem poſt αὐχένα diſtinguenti accedere nolim. Cum poëta cauſam reddere vellet, cur taurus retro ſubſideret, non ſimpliciter dixit δαμνάμενος, ſed αὐχένα addidit, quod cervix repreſſa poſteriorem tauri partem ad terram afflixit. Haec mihi verior videtur interpretatio, quam *Arnaldi* in Lectt. Gr. p. 221. qui vertit: *Et collum fera, manibus victa validis, retro flexit.* Recte *Grotius*:

> *Jam domitus collo, luxatis verticulis bos*
> *Deficit, et labens in ſua crura ſedet.*

V. 7. οἴσασθαι. Vulgo. Cf. Ep. CCLXXV. 3.

CCXCIII. Plan. p. 311. St. 451. W. Capanei furorem, quo in Thebanos muros impetum faciebat, tam egregie expreſſerat ſtatuarius, ut eum vel Jovi tremendum fuiſſe poëta judicet. Faciunt huc inprimis ex *Euripid.* Phoen. vſſ. 1183 — 1187.

Καπανεὺς δέ, πῶς εἴποιμ' ἄν, ὡς ἐμαίνετο;
μακραύχενος γὰρ κλίμακος προσαμβάσεις
ἔχων ἐχώρει, καὶ τοσόνδ' ἐκόμπασε,
μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθειν Διὸς
τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν.

Hinc *Valckenarius* p. 405. in Epigr. noſtri v. 2. certa emendatione repoſuit ἄμβασιν ἠερίην, cum vulgo ἄμμασιν legeretur. Haud aliter emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. Minus perſpicax fuit *Dorvillius*, qui in Vann. crit. p. 591. ſq. mendoſa Epigrammatis verba comparavit cum *Statio* X. Theb. 834. *Torvo metitur culmina viſu, Innumerosque gradus, gemina latus arbore cluſus, Aerium ſibi portat iter.* Ex his Latini poetae verbis apparet, recte legi ap. noſtrum κλίμακα, quod pro appoſitione habendum eſt. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. κλίμακι corrigebat. — ¶. 213.] ὑπὲρ μόρον. Homericum. Ιλ. β. 155. ἔνθα κεν Ἀργείοισιν ὑπέρμορα νόστος ἐτύχθη. Cf. cl. *Heyn.* ad Ιλ. υ. 336. T. VIII. p. 84.

CCXCIV. Plan. p. 312. St. 452. W. Sculptorem Philoctetes incuſat tanquam ipſo Ulyſſe crudeliorem, quod ipſius morbum aeternum fecerit. Cf. *Glauci* Ep. V. *Juliani Aeg.* Ep. XXVII. — V. 1. ἐμός. Vulgo — V. 2. Similiter Ep. CCCIII. ſtatuarius ὑπὸ τέχνης λαϊνέην Μηδείαν ὅλης ἔμνησεν ἀνίης. — V. 3 πέτρη. antrum ſaxeum, ubi Philoctetes habitabat. τρῦχος. veſtis detrita, qua indutus erat, vel panni, quibus vulnus obligabat. *Sophocl.* Phil. 38. καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται ῥάκη, βαρείας του νοσηλείας πλέα. — V. 4. ἐν χαλκῷ. *Anonymus* in Anthol. Lat. I. CXXV. T. I. p. 95.

*Prodentem ducibus Tirynthia tela Pelasgis,*
*Laeſa Philoctetam vulnere planta domat.*
*Docta manus vivos duxit de marmore ſenſus,*
*Sentit adhuc poenam triſtis et inde lapis.*

*CCXCV.* Plan. p. 302. St. 442. W. Ex illuſtrioribus antiquitatis tabulis erat Timomachi Ajax furens, quam tabulam una cum ejusdem artificis Medea Caeſar Dictator octoginta talentis emtam in Veneris genetricis aede dicavit, ſecundum *Plinium* VII. 38. Cf. *N. Heinſium* ad *Ovid.* Triſt. II. V. 525. Caeterum non optimi poëtae carmen, in quo auctor omnes Sophiſtarum argutias coacervare conatus eſt. — V. 1. *αἶσαν.* Vulgo. Vitioſa lectio commovit *Brodaeum*, ut de Oreſte agi putaret. *Scholiaſtes* tamen in Wechel. recte comparavit *Philoſtratum* Vit. Apollon. II. 22. p. 76. qui hujus de Ajace tabulae mentionem fecit. – ἥρπασε τ. τὴν φύσιν. Ars naturam arripuit, i. e. non artis opus, ſed ipſum hominem videre putamus. — V. 3. „Elegantem Grotii verſionem in Artificum Catalogo dedit Junius, qua tamen vis vocis κεραστὰ non exprimitur, derivatae a κεράννυμι, et qua augeri Lexica poſſunt: *mixtas lacrymas ex iniqui judicii dolore, et e furoris pudore.* At Grotius: *omne doloris Ingenium trucibus miſcuit in lacrymis.*“ *Br.* At rectius κεραστὰ a κέρας deduxeris, ut *rigentes* intelligantur *oculi.* *Homer.* Od. τ. 211. ubi Ulyſſes Penelopen miſeratus, ſed dolorem reprimens,

ἑὴν ἐλέαιρε γυναῖκα,

ὀφθαλμοὶ δ' ὡςεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος,

ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι· δόλῳ ὅγε δάκρυα κεῦθεν.

quo reſpexit *Themiſt.* Orat. XX. p. 234. A. ἀνάγκη οὖν ἱστᾶν μου τοὺς ὀφθαλμοὺς ὥςπερ σίδηρον ἢ κέρατα. et *Heliodor.* T. II. p. 365. ed. Bip. — V. 3. συνελυσσήθη. Cf. ad *Philippi* Ep. XLII. T. II. P. II. p. 176. — V. 4. τοὺς λ. πάντας ἔμιξε πόνους. Vulgo. quod cl. editor non ex codd. ſed ex ingenio emendavit. Si quid mutandum, minori mutatione legendum videtur:

καὶ τὰ κεραστὰ

δάκρυα τοὺς λύπης πάντας ἜΔΕΙΞΕ πόνους.

*rigentes oculi omnem doloris vim oſtendunt.* Fortaſſe tamen ſincera eſt vulgata, ita ut ἔμιξε neutra ſignificatione accipiatur: *rigentes lacrymae omnem dolorem miſcent* pro *mixtum habent.*

*CCXCVI.* Plan. p. 315. St. 455. W. In Minotaurum, cujus plurimae ubique occurrunt imagines in numis et gemmis. Vide cl. *Heyne* in den Antiq. Auſſ. T. I. p. 19. et *Boettiger.* in den Vaſengemälden. T. I. faſc. 3. p. 24. — V. 1. Diſtinguendum puto ὁ παῖς, ὁ ταῦρος. ut dubius eſſe videatur et incertus poëta, utrum puerum appellet id, quod videt, an taurum. *tauri geminam juvenisque figuram. Ovid.* Met. VIII. 169. ὁ κατὰ μηδὲν ἐντ. in quo neque taurus perfectus neque homo. — V. 2. Nefandi amoris, quo Paſiphaë flagravit, teſtis et *opprobrium generis*, ut dicitur ap. *Ovid.* VIII. Met. 155. — V. 4. ταυρόκρανος. Achelous βούκρανος ap. *Sophocl.* Trach. v. 13. in antiquioribus quidem edd. Sed rectius ap. *Strabonem* βούπρωρος legitur, quod *Brunckius* recepit. — V. 5. ὅλος Sched. Krohn.

*CCXCVII.* Plan. p. 315. St. 455. W. In Lycurgi, regis Thraciae, ſtatuam, quae eum, ſecurim tenentem, repraeſentabat. Nota ejus fabula ex *Homeri* ιλ. Ζ. 130. et *Apollodor.* L. III. 5. 1. qui eum, a Baccho in furorem actum, et filium interfeciſſe et ſe ipſum mutilaſſe narrat. Cf. Ill. *Heynium* ad *Apollodor.* p. 576. ſqq. — In Ed. Flor. pr. lemma eſt erroneum: Εἰς Ὀρέστην. — V. 1. μονοκρήπιδα. altero pede nudo, quo malum, quod Lycurgus ſibi intulit, indicare voluiſſe videtur artifex. Erat autem apud nonnullos et Graeciae et Italiae populos more receptum, ut altero pede discalceato incederent; quem morem ad *Virgilii* VII. Aen. 680 *veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis; crudus tegit altera pero.* illuſtravit *Heynius* in Exc. VIII. T. III. p. 152. ſq. Cf. *Valckenarium* ad Schol. in Phoen. v. 140. p. 624. Iaſon, cum Anaurum transiiſſet, μονόκρηπις erat, ſecun-

dum *Pindar.* IV. Pyth. 133. de qua fabula verbo monuit *Boettigerus in den Vaſeng.* T. I. faſc. II. p. 128. not. Etiam Perſeus ἕτερον μόνον τῶν ὑποδημάτων ἔχων traditur ap. *Artemidorum* IV. Onirocr. c. LXV. p. 239. De Lycurgo noſtro *Ovid.* in Ibid. v. 347. *Usque Dryantidae Rhodopeïa regna tenenti, In gemino dispar cui pede cultus erat.* quod *Conſtantius* de crepida ſucciſo pedi adjuncta interpretabatur; rectius *Meziriac.* ad *Ovidii* Heroid. T. I. p. 164. ubi totam de Lycurgo fabulam diſerte explicuit. — ¶. 214.] V. 3. παρὰ πρ. ſtans ad vitem. *Veſanumque nova nequidquam in vite Lycurgum. Propert.* III. El. XV. 23. — V. 4. ὑπὲρ κεφαλᾶς. Lycurgum tibi finge ſecurim, quam manu tenebat, alte tollentem, quo fortius eam ligno impingeret. Totum hunc locum male interpretatur *Brodaeus. Bipenni* armatus fingebatur Lycurgus; unde *bipennifer* ap. *Ovid.* IV. Met. 22. V. Triſt. III. 39. *Seneca* Oedip. 471. *Regna ſecurigeri Lycurgi.*

*CCXCVIII.* Plan. p. 315. St. 456. W. Hoc fortaſſe Epigr. ante oculos habuit *Auſonius* in Epitaph. nr. XXVIII.

*Vivebam: ſum facta ſilex, quae deinde polita*
*Praxitelis manibus, vivo iterum Niobe.*
*Reddidit artificis manus omnia, ſed ſine ſenſu.*
*Hunc ego, cum laeſi numina, non habui.*

CCXCIX. Plan. p. 317. St. 457. W. In Medeam Timomachi, in qua mixtus amoris et furoris ſenſus, a pictore artificioſe expreſſus, laudari ſolebat. Cf. not. ad *Antiphili* Ep. XX. T. II. P. II. p. 52. — V. 3. τῇ μέν. partim enim ad enſem inclinat, partim ab incepto facinore declinat. — ξίφος. Medea ap. *Euripidem* v. 1246. ἀλλ' ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμή, λάβε ξίφος. In veterum operibus Medea gladio, quem tenet, agnoſcitur. *Calliſtrat.* Cap. XIII. p. 905. ἦν αὐτῇ καὶ ξιφοφόρος ἡ χεὶρ — ἐπὶ τὸ μι-

ασμα σπευδούσῃ. Conf. inprimis *Boettiger.* in den Vaſengem. T. I. faſc. II. p. 168. *not.*

*CCC.* Plan. p. 318. St. 457. W. Bonae notae Epigramma. V. 1. παιδολέτειραν. Wech. παιδοκτόνον eam appellat *Theophyl. Simoc.* Ep. XXX. in loco depravato: παιδοκτόνον ἐκείνην ἐδίδασκεν ἀγνώμων ὁμόζυγος τὴν αἰνετὴν καὶ τῶν ἀγώνων τὴν σύμμαχον. Legendum, ni fallor: τὴν γαμετήν. Fruſtra hunc locum tentavit *Bernard.* in Act. Traject. T. I. p. 199. — V 3. Vulgo majori diſtinctione in fine praecedentis verſus poſita, θυμὸς μέγα; legitur; quod nec ipſum malum. *Grotius*:

*Ferro armata manus, cor ingens, lumina ſaeva,*
*Queis tamen ob parvos lacryma parva ſubit.*

*Brunckii* lectio, ſi ex cod. fluxit, probanda fortaſſe, accuſativis ab ἴδε pendentibus; ſi ex ingenio, vulgata procul dubio revocanda. — V. 5. ἀγείρας. Vulgo. — Laudat poëta pictorem, quod matrem de liberorum caede conſilia agentem nec jam ipſum facinus perpetrantem repraeſentaverit. Sic *Antiphilus* Ep. XX. αἷμα δὲ τέκνων ἔπρεπε Μηδείῃ κοὐ χερὶ Τιμομάχου.

¶. 215.] *CCCI.* Plan. p. 318. St. 458. W. — V. 1. θυμὸς et οἶκτος ſimul in Medeae vultu expreſſi. Vide, quae laudavi in Exercitatt. crit. T. II. p. 60. — V. 2. βλεφάρων ἴτυν. oculorum igneos orbes. *Lucian.* T. II. p. 411. βλεφάρων ἴτυν κελαινήν. apud *Euripid.* autem Ion v. 210. γοργωπὸς ἴτυς eſt Minervae ſcutum, Gorgús terrifico vultu inſigne. — V. 3. Conjux graviter offenſa ad caedem perpetrandam properat, mater inde abhorret; hinc ὀργῇ φειδομένη. Similiter de Althaea, fratrum caedem in filio ultura, *Ovidius* VIII. Metam. 463.

*pugnant materque ſororque,*
*In diverſa trahunt unum duo nomina pectus.*
*Saepe metu ſceleris pallebant ora futuri.*

*Saepe ſuum fervens oculis dabat ira ruborem,*
*Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti*
*Vultus erat, modo quem miſereri credere poſſes.*
*Cumque ferus lacrymas animi ſiccaverat ardor,*
*Inveniebantur lacrymae tamen.*

V. 6. θάμβος. juſtam illam admirationem, qua tabula ſpectatur. — ἀμβλῦναι pro *vim imminuere*, *retundere* uſurpavit *Aeſchyl.* VII. c. Theb. 850. θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται. Epigr. ἀδ. DCXV. οὐ γὰρ ἀοιδὰς Ἀμβλύνειν αἰών, κἢν ἐθέλῃ, δύναται.

*CCCII.* Plan. p. 318. St. 458. W. In ſtatuam Medeae ex marmore. Totum hoc Epigramma inſigniter depravatum, ſic emendandum videtur:

Μαίνῃ καὶ λίθος οὖσα, καὶ ἐκ κραδίης σέο θυμὸς
ὄμματα κοιλήνας σ' ἐς φόνον ἠὐτρέπισεν.
ἔμπης οὐδὲ βάσις σε καθέξεται, ἀλλ' ἄρα θυμῷ
πηδήσεις, λεχέων εἵνεκα μαινομένη.

*Furis etiam nunc, cum marmor ſis, et animi ira, in tumeſcentibus oculis conſpicua, te ad caedem inſtigat.* κοιλήνας, oculos reddens κυλοιδιῶντας, *tumidos*, quod inter irae et furoris ſigna habetur. De Philoctete *Philoſtratus Jun.* XVII. Icon. p. 889. τῷ προσώπῳ ξυννεφῆ ὀφρῦν ἐπὶ τὼ ὀφθαλμὼ ἐφέλκων, κάτω ποὺ καὶ ἐν βάθει ὄντας, καὶ ἀμενηνὸν ὁρῶντας. Vide inprimis *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 169. – Mox recte mihi emendaſſe videor

σ' ἐς φόνον ἠὐτρέπισεν.

Quid enim vulgata ineptius, ubi ira Medeam ad bilem, i. e. ad iram, compuliſſe dicitur? Eundem errorem in *Calliſtrato* ſuſtulimus c. XIII. p. 44. Exercitatt. crit. T. II. p. 60. — V. 3. οὐδὲ βάσις σε καθ. Similiter de Lada Ep. CCCXIII. πηδήσει τάχα χαλκὸς ἐπὶ στέφος, οὐδὲ καθέξει Ἁ βάσις. et *Philippus* Ep. L. ὁ σὸς πόνος, Λύσιππε, καὶ

παρ' ἐλπίδα Τάχ' ἐκδραμεῖται. — ἀλλ' ἄρα. ira inflammata exſilies, *conjugii cauſa* furens. λεχέων εἵνεκα, non τεκέων; *in* liberos enim furebat propter laeſum conjugii foedus, non *propter liberos*, ut eſt in vulgata. λέχος pro connubio ſatis notum, nec minus plurali in hac ſignificatione utuntur poëtae quam ſingulari. *Euripid.* Med. v. 15. εἰ δὲ σὸς πόσις καινὰ λέχη σεβίζει. et, qui locus inprimis huc facit, v. 998. ἃ φονεύσεις τὰ τέκνα νυμφιδίων εἵνεκεν λεχέων. — V. 5. τόδ' ἀνέπλασεν. Vulgo τόδε γ' ἔπλασεν. quod non codd. auctoritate, ſed ex ingenio emendatum eſſe videtur. — V. 6. εὐτυχίῃ. Ed. Flor. pr.

*CCCIII.* Vat. C. p. 458. Plan. p. 319. St. 458. W. — V. 1. οἶκον. Ed. Flor. pr. et Ald. 1. — V. 3. „Priſtinum dolorem in lapideam Medeam revocavit. Legerim tamen ἔπλησεν.“ *Huet.* p. 31. Nulla emendatione opus eſt. Ep. CCXCIV. ἐχθρὸς ὑπὲρ Δαναοὺς πλάστης ἐμοί – ὅς μ' ἔμνησε κακῆς οὐλομένης τε νόσου.

*CCCIV.* Plan. p. 319. St. 459. W. Ariadnen dormientem et ſaxo acclinem repraeſentaverat artifex. Sic eam in tabula picta exhibitam deſcripſit *Philoſtrat.* I. Imag. XV. p. 786. ἐπὶ τῶν πετρῶν μαλακῷ κειμένην ὕπνῳ. ad quem vide cl. *Heynium* in Opuſc. Acad. T. V. p. 53. Frequentatum fuiſſe debet hoc argumentum, quippe ad quod poëtae paſſim reſpiciunt. *Propert.* I. El. III. 1. de Cynthia dormiente: *Qualis Theſea jacuit cedente carina Languida deſertis Gnoſia litoribus.* Illuſtris eſt ſtatua Ariadnae dormientis, quae olim pro Cleopatra habebatur. v. *Boettigeri archaeol. Hefte.* I. p. 29.

¶. 216.] *CCCV.* In Planud. l. c. Color ut in Ep. *Platonis* XVI. ubi ſimilia notavimus T. I. P. I. p. 350. — V. 2. „ἀναθρώσκῃ ſcil. ἐξ ὕπνου ἐγερθεῖσα, *ne ſomno excita proſiliat.* Sic ſupra in *Macedonii* Ep. XXXIV. e mea emendatione ἤθελ' ἀποθρώσκειν.“ *Br.* Ariadne ap. *Ovidium* in Heroid. X. 13. *Excuſſere metus ſomnum;*

*conterrita ſurgo: Membraque ſunt viduo praecipitata toro. – Interea toto clamanti littore, Theſeu, Reddebant nomen concava ſaxa tuum.*

*CCCVI.* Plan. p. 315. St. 455. W. Iphigenia furens, ſed agnito fratre in miſerationem adducta. Scena igitur fabulae, quam pictor exprimere voluit, in Tauris ponenda; ſed quinam in illa parte fabulae de Oreſte et ſorore furori Iphigeniae locus fuerit, non facile dictu eſt. Hanc difficultatem tangens Ill. *Heynius* in Comment. S. R. T. X. p. 114. „Eſt, ait, in Euripidis Iphigenia in T. 795. 798. ſq. locus, quem artifex exprimere potuit, cum Oreſtes eam amplectitur tanquam ſororem per ipſius verba proditam, cum ipſa adhuc ignoraret fratrem adſtare. Potuit tamen (nam fuit Iphigenia *Aeſchyli*, *Sophoclis*, aliorum) eadem res ab alio poëta aliter eſſe tractata; forte ut illa, ira in omnes Graecos incenſa, (ut ap. ipſum Euripidem v. 344. 348. ſq.) exardeſceret in captos, ſimulque vultum Oreſtis ſimilem in altero ex captivis animadvertens, miſeratione moveretur. Prius tamen veriſimilius.“ Quam diverſa veteres de Iphigenia tradiderint, intelligi poteſt ex *Pauſ.* I. 43. p. 103. — V. 3. ἀδελφόν. Ed. pr. Flor. Ald. 1. 2. 3. Aſcenſ. — V. 4. συνεξάγεται. Eſt ac dixiſſet ὁμῶς οἴκτῳ καὶ μανίῃ ἐξάγεται. ἐξάγεσθαι autem dicuntur, qui commoventur affectu quodam. Cf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 481. Hoc loco oculus, qui animum furore et commiſeratione affectum indicat, οἴκτῳ καὶ μανίῃ ἐξάγεται.

*CCCVII.* In Plan. p. 320. St. 460. W. Dido Virgilium incuſat, quod falſa de ea tradiderit. De Didonis fabula, apte Aeneae erroribus a Virgilio intexta, vide acute disputantem ill. *Heynium* ad L. IV. Excurſ. I. p. 541. ſq. Noſter ante oculos habuit *Meleagri* Ep. CXIX. de Lycambis filiabus. Vertit *Auſonius* Ep. CXVIII.

*Illa ego ſum Dido vultu, quem conſpicis, hoſpes,*
*Aſſimilata modis pulchraque mirificis.*
*Talis eram: ſed non, Maro quam mihi finxit, erat mens;*
*Vita nec inceſtis laeta cupidinibus.*
*Namque nec Aeneas vidit me Troius unquam,*
*Nec Libyam advenit claſſibus Iliacis.*
*Sed furias fugiens atque arma procacis Iarbae,*
*Servavi, fateor, morte pudicitiam,*
*Pectore transfixo: caſtus quod perculit enſis,*
*Non furor, aut laeſo crudus amore dolor.*
*Sic cecidiſſe juvat: vixi ſine vulnere famae.*
*Ulta virum, poſitis moenibus, oppetii.*
*Invida cur in me ſtimulaſti Muſa Maronem,*
*Fingeret ut noſtrae damna pudicitiae?*
*Vos magis hiſtoricis, lectores, credite de me,*
*Quam qui furta Deûm concubitusque canunt*
*Falſidici vates, temerant qui carmine verum,*
*Humanisque Deos aſſimilant vitiis.*

V. 3. τοίη καὶ γεν. Vulgo. At vide, annon legendum ſit:

τοίη ναὶ γενόμενη —

ἀλλ' οὐ νόον. non ea eram mente, quam mihi turpis affinxit fama, quamvis praeclare rebus geſtis. ἐπ' εὐφήμοις. poſt laudanda facinora. Sic enim ſerioris aevi ſcriptores εὔφημα pro *laudandis*, εὐφημίαν pro *laudatione* ponere ſolent. v. *Spanhem.* ad *Julian.* Orat. I. p. 26. et *Lennep.* ad Phalar. p. 23. — V. 5. οὐδὲ χρόν. Longe ſerius enim Dido in Africam venit. Vide *Simſon.* ad Ann. M. 3132. ibique *Weſſeling* et inprimis *Heynium* l. c. — V. 7. Ἰαρβ. ὑμ. Haec optime explicat narratio ap. *Juſtin.* XVIII. 6. ubi, cum Poeni eam coëgiſſent, ut Hiarbae, Maxitanorum regi, nuberet, *pyra in ulti-*

*ma parte urbis exſtructa, velut placatura viri manes inferiasque ante nuptias miſſura, multas hoſtias caedit, et ſumto gladio pyrām conſcendit; atque ita ad populum reſpiciens, ituram ſe ad virum, ſicut praeceperant, dixit, vitamque gladio finivit.* — V. 9. „Ultimum diſtichon corrupte in Planudea legitur, cui medicam admovi manum; quam perite, judicent eruditi.“ *Br.* Vulgo legitur:

— τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσσασθε Μάρωνα;
τοῖα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης.

quae ſi cum Brunckianis comparaveris, parum probabile videbitur, tam multa a librariis depravari potuiſſe. Primum autem ἁγνὸν damnare non audeo; cum, quantopere Virgilius pudicitiae laude floruerit, inter omnes conſtet. *Donatus* in Vit. Virg. V. 22. *Caetera ſane vita et ore et animo tam probum fuiſſe conſtat, ut Neapoli Parthenias vulgo appellaretur.* ubi vid. *Heynium.* Nec hoc Virgilii epitheton a noſtro loco alienum videri debet, cum magis etiam reprehendendae videantur Muſae, quod caſtiſſimum poëtam excitaverint, ut turpem Didoni famam conciliaret. Quod ſi quis tamen αἰνὸν praeferre velit, is ſuam ſententiam firmaverit Ep. *Meleagri* ſupra laudato: Πιερίδες, τί κόρῃσιν ἐφ' ὑβριστῆρας ἰάμβους Ἐτράπετ', οὐχ ὁσίῳ φωτὶ χαριζόμεναι; Quod ad reliqua attinet, minima mutatione totum hunc locum ſic corrigendum cenſeo:

Πιερίδες, τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσσασθε Μάρωνα,
τοῖα καθ' ἡμετέρης ψεύσματα σωφροσύνης;

Hic omnem rem una litera inſerta, altera leviter immutata, profligatam vides. Nec de verborum ſtructura dubitandum. Non ſolum dicitur ἐφοπλίζεσθαί τινά τινι, ut ap. *Platon.* Ep. XXX. τὸν Ἔρον ὔμμιν ἐφοπλίσομαι. ſed etiam inſtrumentum, quo quis armatur, in accuſativo

additur, ut apparet ex Ep. ἀδεσπ. XXV. ὥπλισμαι πολλὴν εἰς ὁδὸν Ἀφροσύναν. *Diocles Caryſt.* Ep. III. de pelta: τὴν ἐπὶ πολλοὺς Ἀντιπάλους πιστὴν σύμμαχον ὡπλισάμην. — Ejusmodi emendationem obverſatam eſſe *Grotio* apparet, qui vertit:

*Invida cur caſto dictabas Muſa Maroni*
*Falſa adeo in noſtram probra pudicitiam.*

*Lect. p.* 274.] *CCCVII.* [b] Ex *Stobaei* Florileg. CXIX. p. 603. *Geſn.* 495. *Grot.* Ad verbum expreſſum eſt hoc Epigramma ex *Herodot.* L. I. 31. p. 14. ubi vide *Weſſeling.* et *Daviſium* ad *Ciceron.* Tuſc. Qu. I. 47. Cleobin et Bitonem matrem in plauſtro ſedentem trahentes vidit *Pauſanias* e marmore ſculptos L. II. 20. p. 155. Epigramma in idem nobile facinus ex membranis edidi in Exercitatt crit. T. II. p. 200. idque hîc emendatum adſcribam:

Οὐ ψευδὴς ὅδε μῦθος, ἀληθείῃ δὲ κέκασται,
Κυδίππης παίδων εὐσεβίης θ' ὁσίης.
ἡδυχαρὴς γὰρ ἔην κόπος ἀνδράσιν ὥριος οὗτος,
μητρὸς τ' εὐσεβίῃ κλεινὸν ἔθεντο πόνον.
χαίροιτ' ἐν ἐνέρoισιν ἐπ' εὐσεβίῃ κλυτοὶ ἄνδρες,
καὶ τὸν ἀπ' αἰώνων μῦθον ἔχοιτε μόνοι.

V. 7. αὐτῷ *Grotius* ex Codd. ſuis reſtituit pro vulg. αὐτοῦ.

*CCCVIII.* Vat. Cod. p. 568. Plan. p. 298. St. 438. W. in Vitis Homeri ap. *Allatium* p. 28. et p. 30. Cf. *Villoiſon.* Anecdot. T. II. p. 185. — V. 1. „Vulgo legitur τρίς με τ. - καὶ τρὶς ἐπ. – contra hiſtoriae fidem, quae Athenis notior fuit, quam ut in eam peccare potuerit, qui Epigramma hoc Piſiſtrati ſtatuae baſi inſcribendum fecit, ita ut error librario tribuendus ſit, et proinde corrigendus. Vide Meurſium

in Piſiſtr. c. IV." *Br.* Hoc Epigramma non magis quam plurima alia hujus generis ἐπιδεικτικὰ marmori inſculptum fuiſſe confido; nec Athenis igitur, nec ab homine hiſtoriae perito ſcriptum eſſe oportuit. Hoc primum emendandi conatum retundere debet. Jam alia vide. Lectio a cl. editore damnata conſtanter habetur in membr. Vat. in Vitis ab *Allatio* editis, in *Tzetzae* Exegeſi Homeri, unde locum protulit *Fabricius* Bibl. Gr. T. I. p. 330. ed. *Harl.* Verum quidem eſt, Piſiſtratum non ter, ſed bis tantum ejectum eſſe; ſed cum poſt alterum exſilium rediiſſet, imperium usque ad mortem tenuit, et tyrannidem adeo triplici vice exercuit. Hinc apparet, errorem hic commiſſum non librariis, ſed poëtae ipſi tribuendum eſſe, et *Brunckii* emendationem vetus vitium tollendo novum inducere. Ea enim admiſſa fides hiſtorica non minus vacillat quam antea. Recte *Waſſenbergius* p. 7. *Herodotum* excitavit ad firmandam lectionem: τρίς με τυραννήσαντα – L. I. 64. οὕτω δὴ Πεισίστρατος τὸ τρίτον σχὼν Ἀθήνας ἐῤῥίζωσε τὴν τυραννίδα. Caeterum jam *Barneſius* δίς με τυρ. legendum propoſuit. Poëtae errorem notavit *Edw. Simſon* ann. M. 3454. — Pro ἐξεδίωξε, quod eſt in Planud. et Vat. C. ἐξεκύλισε habetur in Cod. Leidenſ. ἐξετίναξε in Schol. inedit. *Dionyſ. Thrac.* ap. *Fabricium*. In hac lectionis diverſitate *Valckenarius* vulgatam praetulit. — V. 2. δ. Ἐρεχθειδῶν. Plan. Allat. Barneſ. Cod. Leidenſ. prior. Alter cum *Tzetza* ap. *Fabric.* et cum membr. Vat. Ἐρεχθῆος. — Deinde vulgo et in membr. καὶ τρὶς ἐπηγάγετο. In Codd. Leid. et ap. Allat. καὶ τρὶς ἐπεσπάσατο. *Tzetza* τρὶς δ' ἐπανηγάγετο. quod cl. editor totum debebat amplecti. — ¶. 217.] V. 3. ἐν βουλῇ Plan. et Vat. C. reliqui βουλαῖς. — ὃς τὸν Ὅμηρ. Res inter veteres criticos celeberrima, *Piſiſtratum primum Homeri libros, confuſos antea, ſic diſpoſuiſſe, ut nunc habemus.* *Cicero* de Orat. III. 34. Veterum loca collegit cl. *Wolfius* Prolegg. ad

Homer. p. CXLIII. not. 5. - Ad σποράδην ἀειδόμενον facit inprimis *Scholion* ap. *Villoiſ.* in Anecd. T. II. p. 182. not. 1. λέγεται, ὅτι συνεῤῥάφησαν ὑπὸ Πεισιστράτου – τὰ Ὁμήρου ποιήματα καὶ κατὰ τάξιν συνετέθησαν τὰ πρὶν σποράδην καὶ, ὡς ἔτυχεν, ἀναγινωσκόμενα, διὰ τὸ τὴν ἁρμογὴν αὐτῶν τῷ χρόνῳ διασπασθῆναι. In ſimili re *Artemidorus Grammaticus* (T. I. p. 263.) carminum Theocriteorum collector: Βουκολικαὶ Μοῦσαι σποράδες πόκα· νῦν δ' ἅμα πᾶσαι Ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας. — V. 5. κεῖνος unus Vat. quod vulgatae non praeferendum. — Homerum Athenienſes ſibi vindicabant ob neceſſitudinem, quae iis cum Smyrnaeis intercedebat. Smyrna enim, cum primum una eſſet e duodecim Aeolenſium urbibus, procedente tempore Ionibus accenſeri coepit, et in commune Ionum concilium admiſſa eſt. Vide *Pauſan.* VII. 5. p. 532. Jam vero Iones Athenienſibus propinquitate proximi, unde *Herodotus* I. 147. εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασι. Cf. *Valckenar.* ad L. VII. p. 547. 100. et *Jebb.* ad *Ariſtid.* T. II. p. 559. — Pro ἐπῳκίσαμεν Plan. et Vat. C. ἀπῳκίσαμεν. unus Leidenſ. ἐπωκήσαμεν, vulgari errore.

*CCCIX.* ap. Plan. p. 314. St. 454. W. Cf. Epigr. *Archelai* I. T. II. p. 58. — V. 1. τεκμαίρεο. *ipſum Alexandrum hoc vultu fuiſſe tibi finge.* Sic haec accipienda, docente *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 60. — τἀκείνου. edd. vett. — V. 2. ὄμματα. Oculos in aënea ſtatua inprimis commemorari, ubi de ſimilitudine expreſſa agitur, nonnihil mireris. At non ipſos oculos, ſed obtutum ſignificari puta. *Poſidippus* in Alexandri ſtatuam Ep. XIV. δάϊε τεχνῖτα, πῦρ τοι ὁ χαλκὸς ὁρᾷ.

*CCCX.* Planud. p. 314. St. 454. W. Si recte ſe haberet ſecundi verſus diſtinctio, ſcriptum eſſet hoc tetraſtichon in imaginem Alexandri infantis recens nati. At hoc parum veriſimile. Probabilius, poëtam regem Macedonicum ab ipſis natalibus quaſi exceptum usque

ad ſummum gloriae faſtigium proſequi. Diſtinguendum ergo:

μεγαλήτορος υἷα Φιλίππου
δέρκεαι· ἀρτιλόχευτον Ὀλυμπιὰς ὄν π.

quod monuit *Heynius* in Commentat. S. R. T. X. p. 97. *quem Olympias ipſo partu fortem edidit.*

*CCCXI.* Plan. p. 310. St. 449. W. In Lyſimachum, Herculis robur et fortitudinem referentem, ut, ſi leonis exuviae addantur, ipſum te Herculem videre cenſeas. Hoc ad inſignem Lyſimachi virtutem referendum eſſe, nemo non videt. In numis cornibus arietinis inſtructus repraeſentatur, quo genus a Jove deductum indicare voluit. — V. 1. ἀταρβῆ θυμόν. De animo intrepido Lyſimachi multa ap. veteres narrantur. Vide *Pauſan.* I. 9. 22. *Plin.* VIII. 6. — V. 2. βλοσυρὸν ἐπισκύνιον. De Harpalyco *Theocrit.* XXIV. 116. τοῖον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.

*CCCXII.* Plan. p. 295. St. 435. W. Eſt in Ladam, dolichodromum longe praeſtantiſſimum, de quo *Pauſan.* III. 21. p. 261. Alius fuit Ladas Aegienſis, qui ſtadio vicit Ol. CXXV. *Pauſan.* ibid. et L. X. 23. p. 857. Prioris illius ſtatua conſpiciebatur in templo Apollinis, Corinthi, *Pauſan.* II. 19. p. 153. qui haec habet: Λάδας ποδῶν ὠκύτητι ὑπερβαλλόμενος τοὺς ἐφ' αὑτοῦ. Eum cum Perſeo et Pegaſo jungit *Catull.* LV. 24. *Non ſi Pegaſeo ferar volatu, Non Ladas ſi ego pennipesve Perſeus.* Ad eundem reſpicit etiam *Juvenal.* Sat. XIII. 96. ubi vide *Grang.* Cf. etiam *Raderum* ad Martial. II. 85. X. 100. — Ex comparatione hujus diſtichi cum Ep. ἀδεσπ. CVI. et Ep. *Nicarchi* XXVI. noſtrum carmen mutilum eſſe apparet, quod monuit *Brunckius* in Lectt. ad *Nicarchi* Ep. p. 206. Pars ejus diſtichi, quod periit, habetur in parodia illa ſatis faceta:

Τὸ στάδιον Περικλῆς εἴτ' ἔδραμεν, εἴτ' ἐκάθητο,
οὐδεὶς εἶδεν ὅλως· δαιμόνιος βραδυτής.
ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασι, καὶ στεφανοῦτο
— — ἄλλος, καὶ Περικλῆς δάκτυλον οὐ προέβη.

et ex *Plutarcho* T. II. p. 804. E. ὅπου δὲ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Λάδα λέγουσιν, ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασιν, ἔνθα καὶ ἐστεφανοῦτο πρεσβεύων ἢ θριαμβεύων ἢ στρατηγῶν ἐπιφανῶς, apparet, Epigramma noſtrum olim ſic lectum fuiſſe:

Λάδας τὸ στάδιον εἴθ' ἥλατο, εἴτε διέπτη,
δαιμόνιον τὸ τάχος, οὐδὲ φράσαι δυνατόν.
ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασι, καὶ στεφανοῦτο
Λάδας — —

In poſtremis, quae perierunt, Ep. *Nicarchi* XXVI. efficit, ut de ſubita Ladae morte actum eſſe credam. Nam eum ſtatim poſt palmam acceptam morbo obiiſſe tradit *Pauſan.* III. 21. p. 263. Locum *Luciani*, quo noſtrum carmen reſpexit, laudavi in Animadv. T. III. P. I. p. 344.

¶. 218.] *CCCXIII.* Plan. p. 295. St. 435. W. In ejusdem Ladae ſtatuam Myronis. Floruit hic ſtatuarius circa Ol. LXXXVII. unde apparet, etiam in hoc carmine de Lada Lacedaemonio agi, non de altero Aeginenſi, qui vicit Ol. CXXV. — V. 2. „Θῦμον. Ita ſcribendum, non, ut vulgo, θυμόν. Eſt enim nomen proprium τοῦ ἀνταγωνιστοῦ: alias nullus eſt ſenſus. Aliunde tamen mihi notus non eſt hic athleta. Sic jam edideram, quando comperi hunc locum a ſummo Grotio ita etiam fuiſſe intellectum, cujus haec eſt primi diſtichi verſio:

*Qualis eras, Lada, fugiens veſtigia Thymi*
*Alipedis, premeres cum pede flabra tuo.*

Latina graecis non magis perſpicua ſunt: aeque enim intelligo, quid ſit *premere flabra pede*, ac ἐπ' ἀκροτάτῳ πνεύματι θεῖναι ὄνυχα. Corrupta haec eſſe cenſeo: talis eſt aut eſſe debet ſententia: *ſummis pedibus tangens ſolum*, ἐπ' ἀκροτάτους θεὶς ὄνυχας δαπέδῳ." Br. *Burette*, qui hoc Epigr. protulit *dans les Mémoir. de l'Acad. des Inſcr.* T. II. p. 365. vertit: *Lorsqu' à peine touchant la carrière du bout des ongles, tu laiſſais bien loin derrière toi un coureur vite comme le vent.* quod fere ad *Brunckii* ſententiam redit. *Joſ. Scaliger*, quem vitium hujus loci non fugit, emendavit in not. mſt. ἀκροτάτῳ πνεῦμά τε θεὶς ὄνυχι. Noviſſimi vocabuli emendatio veriſſima videtur; ſed quid ſit *ſpiritum ponere ſummis pedum digitis* ſive *in digitis*, non video. Ill. *Heynius* in Comm. S. R. T. XII. p. 291. monuit, poëtam de extrema curſus parte videri loqui, ut ille pedem ponat ἐπ' ἀκροτάτῳ νεύματι, *prominens*, ſcil. *in metam*. Mihi in mentem venit ſcribere:

ἐπ' ἀκροτάτῳ ῥίμφα συθεὶς ὄνυχι.

συθεὶς pro τι θεὶς ſaltem probabile videbitur. *Pindar.* Ol. α. 32. de Pherenico, ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο. — ῥίμφα. *Homer.* Ιλ. ψ. 766. αἰεὶ ῥίμφα θέων. Plura vide ap. *Schneider.* ad *Orphei* Argon. v. 1354. p. 225. *Antimach.* in *Schol.* ad *Lycophr.* p. 33. ῥίμφα δ' ἀπ' ἠπείροιο μελαίνης ὕψόσ' ἀερθείς, Πηλείδης ἀπόρουσε. — V. 3. ἐχάλκευσε Μύρων. Vulgo. σε inſerendum eſſe vidit *Huetius* p. 29. et *Joſ. Scaliger* in not. mſt. — Mox peſſime legitur et diſtinguitur in Planudea: ἐπὶ παντὶ χαράξας σώματι, Π. προσδοκίῃ στ. Optime hoc emendavit cl. editor. In toto corpore Piſaeae palmae, i. e. victoriae, conſpicitur exſpectatio. — V. 7. οὐδὲ καθέξει ἁ βάσις. Cf. not. ad Ep.

CCCII. 3. — V. 8. ὤ. Vulgo ὦ. Illud admirantis eſt. Senſus horum verborum non valde perſpicuus. τέχνη ipſum Ladae ſignum eſſe videtur, in quo tam expreſſa celeritatis ſignificatio, ut ventos ipſos praevertere poſſe videretur. *Scholiaſtes* in Wechel. hallucinatur.

*Lectt. p.* 274.] *CCCXIII.*[b] A *Polluce* ſervatum IV. 92. p. 401. illuſtravit *Iſ. Voſſius* in libro de poëmatum cantu et viribus rhythmi p. 109. et *Palmerius* in Exercitatt. p. 578. ſq. Ex verbis a *Polluce* huic Epigrammati additis intelligitur, Archiam Hyblaeum primum ex peregrinis fuiſſe, qui Olympiae in praeconum certamine victoriam referret, et quidem ita, ut tribus Olympiadibus continuis competitores ſuperaret. Idem Delphis victoriam reportavit. Ob triplicem illam palmam ſtatua ei Delphis eſt poſita cum Epigrammate. De certaminibus praeconum, qui in ara ἐν Ἄλτει ſtantes vocis documenta dabant, locus eſt claſſicus ap. *Pauſan.* V. 22. p. 434. Eorum meminit *Philoſtrat.* Vit. Apoll. IV. 24. *Euſeb.* Chron. p. 44. et alii, quos vide ap. *Joſeph. Scaliger.* in *Euſeb.* p. 420. et *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 427. ed. Bip. — V. 2. ἐπ' ἀπημοσύνῃ. quod incolumis illud certamen peregit, nec venis nec cute ruptis, quod in tanta clamoris intentione factum eſſe nonnunquam probabile eſt. — V. 3. τρεῖς. Vulgo. τρὶς correxit *Faber* in Agoniſt II. 15. — τὸν Ὀλυμπίας vitioſe vulgo. Ὀλυμπίᾳ emend. *Caſaubonus*; rectius *Jungermannus* Ὀλυμπιάδ'. — V. 4. ὑποσαλπίγγων vulgo; *Jungermannus* diviſis vocibus ὑπὸ σαλπ. quod Brunckiana emendatione fortaſſe non deterius. Vociferatus erat ille aſſa voce, *tuba non accinente*; hoc eſt οὐχ ὑπὸ σάλπιγγος; ut ὑπ' αὐλητῆρος ᾄδειν *tibia accinente canere*, in Fr. *Archilochi* ap *Schol. Ariſtoph.* Av. 1426. Cf. de hoc uſu praepoſitionis ὑπὸ *Valcken.* ad *Herodot.* p. 521. 24. — ἀναδείγματα. *Stephanus* in Th. L. Gr. Append. p. 410. F. noſtri loci non memor ἀναδέγματα ſcribendum cenſet ap. *He-*

ſychium: ἀναδείγματα· ἡνίας περὶ τραχήλους. in errorem inductus depravato vocabulo ἡνίας, ut de habenis cogitaret, quibus equi retinentur et ἀναχαιτίζονται. At *Heſychius* ſcripſiſſe videtur: ἀναδείγματα· ταινίας περὶ τρ. Abſorpta ſcilicet ſyllaba τα, quae praeceſſerat, ινιας remanſit. Idem *Sopingio* in mentem veniſſe, nunc video. Faſciae igitur intelligendae, quibus praecones collum circumdabant, ne nimis inflarentur arteriae, ſicuti tibicines φορβειαῖς ob ſimilem cauſam utebantur. Male hoc Epigr. adhibentem *Winkelmannum* in Tratt. Prelim. innanzi alla Spieg. dei Monimenti Inediti p. LXXII. meliora docet *Heynius in den antiqu. Auſſ.* II. p. 232. ſq.

*CCCXIV.* Vat. C. p. 458. Plan. p. 301. St. 441. W. Peſſimus verſus et indignus, qui hîc legatur. Apellis imago aliunde non cognita.

*CCCXV.* Plan. p. 343. St. 483. W. — V. 1. Ὁ τραγόπους. Praxitelis Satyrus, utrem humeris gerens, quod recte vidit *Brodaeus*. *Junius* in Catal. perperam de Pane interpretatur, cui nihil cum utre. Vide *Heyn.* in Comment. S. R. T. X. p. 89. Plures fuerunt ejusdem ſculptoris Satyri. Is, quem *Pauſanias* deſcribit L. I. 20. Baccho pateram porrigebat. Danaën et Nymphas Praxitelis una cum Pane commemorat *Nicomedes* Ep. IV. T. II. p. 383. — V. 3. λύγδινα. Ald. 1. 2. 3. — In ſequentibus opera ἀμώμητα vel ab ipſo Momo laudanda ſignificantur. Verba σοφαὶ χέρες haud ſcio an etiam Momo tribuenda ſint. — V. 4. ἄκρητος σοφίη. ars perfecta et eximia. Sic κάλλος ἄκρητον eſt ap. *Paul. Silent.* Ep. XXXVII. ubi not. quaedam T. III. P. I. p. 151. Similiter ζωρὸν uſurpatur. v. ad *Leonid. Alex.* Ep. X. T. II. P. II. p. 92.

*CCCXVI.* Plan. p. 302. St. 442. W. »In Planudea ſine lemmate, cujus defectum non ſupplent *Brodaei* notae. V. 2. legendo τῷ, i. e. τίνος, planus ſenſus

eſt. " *Br.* Sic quoque ſenſum ſatis planum eſſe dubito. ἁ τέχνα de ipſo artis opere accipiendum; hoc quid ſit, dignoſci non poterat, τῷ ἐλέγχῳ deficiente. Jam cauſa hujus defectus additur: ipſum enim indicare non poteſt, i. e. ex ipſo opere intelligi nequit, cujusnam caput effecerit. Num hoc planum? Mihi quidem obſcuriſſimum videtur. Nam quis eſt ille ἔλεγχος, quem poëta deſiderat? Nomen fortaſſe baſi operis inſculptum? At hoc ad ipſum opus nihil facit. An mutilum erat caput et male adfectum? Tum perperam hoc expreſſum verbis οὐδὲ – κεφαλάν. Nam eadem adhiberi poterunt de protome integerrima, ſed hominis nobis ignoti vultum exhibente. Tum quid eſt πόρε hoc loco? Ego certe ſenſum huic contextui idoneum non reperio. Magis igitur probaverim emendationem ab *Huetio* in Cod. Scaligeri repertam et ab ipſo doctiſſimo praeſule probatam:

οὐδὲ γὰρ αὐτὰ
μανῦσαι δύναται τὼ πόδε, τὰν κεφαλάν.

Erat igitur ſtatua mutilata, cujus nihil niſi truncus ſupererat, capite pedibusque perditis.

¶ 219] *CCCXVII.* Vat. C. p. 480. Plan. p. 302. St. 442. W. Reſpicitur fortaſſe ad hiſtoriam de uvis Zeuxidis. V. *Plin.* XXXV. 10. *Seneca* in Controv. X. 5.

*CCCXVIII.* Vat. C. p. 475. Plan. p. 349. St. 488. W. — V. 1. Ὀλύμπῳ. Vat. C. Ald. 1. Aſcenſ. Steph. Οὐλύμπῳ ed. Fl. pr. Ald. 2. 3. – ὕψι τεθέντα vulgo. ὑψωθέντα Vat. C. — V. 2. χρῆσις Vat. — V. 3. Νειλοΐδες Vat. — V. 4. „κύρουσι. προςπελάζουσι, hic ſignificatione transitiva. De hoc verbo vide praeſtantiſſimum *Valckenar.* ad Eurip. Hipp. p. 244." *Br.* Pyramides ſummo vertice ſidera tangunt. *Propert.* III. El. 1. 57. *Pyramidum ſumtus ad ſidera ducti.* Anth. Lat. II. CCLXI.

p. 448. *Pyramidasque auſas vicinum adtingere coelum.* Ibidem Ep. CCLXII. p. 449. *Tu licet extollas magnos ad ſidera montes Et calidas aeques marmore Pyramidas.* ubi *N. Heinſii* emendatio *Pharias aeques*, quamvis vehementer probata a *Burmanno*, nec tamen apta eſt huic loco, nec eum integrum praeſtat. Corrigendum potius:

*Et coelo exaeques marmore Pyramidas.*

i. e. licet Pyramidas, marmore exſtructas, uſque ad coelum educas. Sic *Lucret.* I. 80. *nos exaequat victoria coelo.*

*CCCXIX.* Vat. C. p. 474. εἰς λίθον ἀκοιτονον. ἀκοίτωνον eſt in Plan. p. 349. St. 488. W. Lapidem acoetum vel acoetonum cum ignorantiſſimis ignoro, nam quod lapidem interpretantur ſine ſedimento, ex *Plinio* XI. 15. ubi olim *mel acoetum* legebatur, id nihil eſt. *Grotius* lemma ſuperſcripſit: *In lapidem Aquitanum.* quem illo non magis novi. — Deſcribitur lapis, venis vario ordine discurrentibus, diſtinctus. ἄτακτος εὐταξία. naturalis ordo, non ſtudio aut arte effectus.

*CCCXX.* Vat. C. p. 141. Εἰς τελετὴν Διονύσου. Edidit *Reisk* in Anthol. nr. 1. p. 396. Scriptum in gemmam, in qua pompa myſtarum Iacchi repraeſentata erat, Amoribus ſupra volitantibus. A varietate figurarum, quam illa exhibebat, πολύμορφος. Amores autem illi vindemiam exercebant; hinc χορὸς τρυγόων. Plures ex antiquitate ſuperſunt gemmae huic diſticho accommodatae, interque eas inprimis nobiliſſima gemma *Michaëlis Angeli* appellata, in qua bini Amores uvas de vitibus decerpunt, alter etiam in pateram ſublatam muſtum exprimit. Eſt ea revera πολύμορφος, cum ibi homines mulieresque, cum Satyris, pueris et animalibus mixti, potantes, ſacrificantes, vindemiantes, ludentes conſpiciantur. — V. 1. In Apogr. Lipſ. erat εἰ, quod

*Reiskius* in ἢ mutavit. Sed revocanda membranarum lectio εἰς λίθος, unde antitheſis efficitur haud inelegans.

CCCXXI. Vat. Cod. p. 480. ſimul cum ſequente. Plan. p. 351. St. 490. W. „Vulgo tribuitur Platoni juniori; in membranis ante lemma ἀδέσποτον, et huic ſubjunctum eſt alterum illud, quod hîc ſequitur ſimilis argumenti monoſtichon. “ *Br.* — V. 1. ζυγόν. Vulgo et in Vat. idque revocandum. *Euſtath.* Ιλ. γ. pag. 313. 41. τὸ δὲ μέγα κουλεὸν καὶ τὸ κέλευθον καὶ τὸ ζυγὸν καὶ τὸ δεσμὸν καὶ τὰ τοιαῦτα μεταπέπλασται. Eandem obſervationem paſſim inculcavit. — Proximum verſum cl. editor neſcio unde, ſed longe aliter protulit, quam eſt in membr. ubi ſic habetur:

Εἷς δίφρος, ἅρμ', ἐλατήρ, ἵπποι, ζυγός, ἡνία, Νίκη.

¶. 220.] CCCXXIII. Vat. C. p. 460. Plan. p. 351. St. 491. W. Hoc Epigramma et nonnulla ſequentium annumeranda ſunt Grammaticorum exercitationibus, quibus eandem rem vario modo efferre ſtudebant. Haud pauca hujus generis in utraque Anthologia reperiuntur. — Venuſtum deſcribitur balneum, in quo ipſa adeo Venus habitare videri poſſit. Quod commentum ut exornaret poëta, Martem invitat, ut jam ſine metu ad hoc balneum viſendum veniat. — V. 1. τὸ πάρος et Κυθείρην. Vat. C. — V. 4. Τειρεσίας. γυμνὴν Τειρεσίας θηήσατο μοῦνος Ἀθήνην. *Nonni Dion.* XX. in fin. Nota fabula ex *Callimachi* H. in Pallad. Lav. v. 71. ſqq. Comparandum inprimis Epigr. *Rufini* XI.

CCCXXIV. Vat. C. p. 460. Plan. p. 351. St. 491. W. Ut hîc Gratiae fonti, ubi laverant, ſui corporis ſplendorem impertiviſſe dicuntur, ita fons quidam limpidiſſimus inter Euphraten et Tigriden a Junone, poſt nuptias ibi cum Jove lavante, ſuaviſſimum odorem

accepiſſe dicebatur. *Aelian.* XII. V. H. 30. Cf. ad *Marian* Ep. IV. T. II. P. III. p. 401. ſq.

*CCCXXV.* Vat C p. 460. Planud. l. c. Vulgo V. 1. ἢ τοῖον κ. legitur; nec aliter eſt in membranis. Cauſam mutandi ſatis gravem non video. — V. 2. τ. τεῦξεν. Vat. C.

*CCCXXVI.* Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. Cf. Ep. *Agathiae* XLVII. *Libanius* in Antiochica T. I. p. 352. de fontibus in Daphne: πείθομαι δὲ κἀκεῖνο, τὰς τρεῖς θεάς, ὅτε περὶ κάλλους ἤριζον, ἐνταυθοῖ λουσαμένας ἥκειν.

*CCCXXVII.* Vat. C. p. 460. Plan. p. 351. St. 491. W. In parvum balneum, quod non niſi tribus Gratiis recipiendis videbatur ſufficere. — ἀθύρματα. quodvis oblectamentum. V. *Ruhnken* ad H. in Cer. v. 16. — V. 2. „In membr. μούνας εἴσω παίσδειν. Scribendum μοῦνας, ultima corripitur Dorienſium more.“ *Br.* Vulgo ἐκείνας (et ſic Vat. C.) μοῦνον (μούνας Ald. 1. 2. 3.) ἔσω.

*CCCXXVIII.* Vat. C. p. 460. junctim cum praecedente Plan p. 352. St. 491. W.

*CCCXXIX.* Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. Male in membr. ὀρχούμεναι. Notiſſimus Gratiarum Orchomeni cultus. Cf. *Pindar.* Ol. XIV. 4.

¶. 221.] *CCCXXX.* Vat. C. p. 460. Plan. p. 352. St. 491. W. „Vulgo ἡδεῖαν ὀπωπήν. et ſic etiam ſcriptum in membranis a prima manu, at ſupra correctum ὁδωδήν. Infra Epigr. CCCXXXII. eaedem ὁδωδὴν habent ſine alterius lectionis veſtigio.“ *Br.* In apogr. Gothano etiam h. l. nullum correctionis veſtigium, ſed ὀδωδὴν reperitur ſolum; quare cl. editorem Salmaſianis notulis in errorem inductum eſſe ſuſpicor. In Plan. eſt ὀπωπήν.

*CCCXXXI.* Vat. C. p. 460. Plan. p. 352. St. 491. W. Suſpicor hoc ſcriptum eſſe in balneum, cui Ἔρως nomen; quo admiſſo intelligitur, cur poëta Amorem

parvo latici adeſſe dicat. Cf. Ep. CCCXLVI. Hoc ſi displiceat, ἔρως accipiendum pro πόθος: exiguus latex lavantibus dulce inſpirat deſiderium. *Huetius* p. 24. cogitavit de Cupidinis ſimulacro, qualia veteres in balneis collocaſſe conſtat ex *Theocriti* Eid. XXIII. 59. — V. 1. λουτροῦ. Vat. C.

*CCCXXXII.* Vat. C. p. 461. Plan. p. 352. St. 491. W. Mala imitatio Ep. CCCXXX. In 1. v. dubito an ſincere legatur δένδρον. Nam certae cujusdam arboris exſpectatur commemoratio, cui et epitheton βραχύφυλλος et ἡδεῖα ὀδωδὴ conveniat.

*CCCXXXIII.* Vat. C. p. 483. Plan. p. 355. St. 495. W. Parvum balneum non propterea vituperandum eſſe; nam et Amorem eſſe parvum. Cf. *Leontii* Ep. XV. T. III p. 107. et Ep. ἀδεσπ. CCCXLVI.

*CCCXXXIV.* Vat. C. p. 461. Planud. p. 352. St. 491. W. Scriptum in balneum Mariae Stilichonis filiae, Honorii Auguſti conjugis; num unum ex binis Honorianis thermis, an diverſum, non dixerim. Thermae Honorianae erant aliae in regione quinta, aliae in decima tertia, in veteri urbis deſcriptione. Vide *Du Cang.* L. I. p. 93. *Bandurium* T. II. Antiqq. CP. p. 849. nr. 413.

*CCCXXXV.* Vat. C. p. 461. Plan. p. 353. St. 492. W. Notus ex Odyſſ. locus IX. 94.

— ὅςτις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν
οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν οὔτε νέεσθαι.

Hinc Λωτοφάγων λήθη in proverbium abiit. Vide *Erasm.* II. Chil. VII. 62.

¶. 222.] *CCCXXXVI.* Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 493. W. In 1. v. τοῦτ' ἰδ. Vat. C. — V. 2. ἐπίληθες. Eadem lectionis diverſitas obtinet in Codd. *Homeri* Od. IV. 221.

*CCCXXXVII.* Vat. C. p. 462. Plan. p. 353. St. 493. W. Matronas, virgines et meretrices balneum invitat, ut lavantes pulchritudinem ſuam auctum veniant. — V. 1. πόθος. Ex ſequentibus ſubaudi, μείζονος κάλλους τεύξεσθαι. Quaecunque mulier formoſior evadere cupit, omnes autem cupiunt, huc veniat. Hoc mihi verius videtur, quam πόθος de amore abſolute accipere, quod *Grotius* fecit:

*Pulcrae, queis amor eſt, (nulli puto nullus) adeſte:*
*Hac ab aqua vobis gratia major erit.*

V. 2. τευξόμενοι. Vat. — V. 5. πόρνους ἀπὸ σώματος. corporis quaeſtum faciens. *Noſſis* Ep. IV. ἐπαυρομένα μάλα πολλὰν Κτῆσιν ἀπ᾽ οἰκείου σώματος ἀγλαΐας. — ἑσμὸν ἐρ. ex *Platon.* Ep. VII. ἡ τὸν ἐραστῶν Ἑσμὸν ἐπὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων. — In Vat. C. ἥξει.

*CCCXXXVIII.* Vat. C. p. 462. Plan. p. 353. St. 493. W. Praecedentis carminis imitatio; niſi haec fortaſſe iiſdem thermis inſcripta fuerunt. V. 4. λήψῃ. μισθὸν ſcil. quod ex voce μισθοφόρους aſſumi poteſt. — Meretrices, alias rapaces, tibi mercedem offerunt, ubi hîc laveris.

*CCCXXXIX.* Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. Gratiae Solem jurabant, ſe in his thermis habitare malle, quam apud Venerem. Ante ἢ omiſſum eſt μᾶλλον, de qua ellipſi notavi ad *Meleagri* Ep. CVI. T. I. P. I. p. 117. — Quod Gratiae Solem jurant, eo referendum videtur, quod balneum illud Soliis radiis colluſtrabatur. Id enim veteres in balneorum ſtructura ſtudioſe efficere ſolebant. *Lucian.* in Hipp. §. 5. T. VII. p. 298. ed. Bip. βαλανείῳ δ᾽ οὖν καὶ ταῦτα πρεπωδέστατα, χαρίεσσαι καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσεις — καὶ μέσος οἶκος ὕψει τε ὑψηλότατος καὶ φωτὶ φαιδρότατος. ψυχροῦ ὕδατος ἔχων τρεῖς κολυμβήθρας. — Ὁ δὲ ἔνδον οἶκος κάλλιστος, φωτός τε πολλοῦ ἀνάμεστος κ. τ. λ. *Plinius*

V. Epiſt. VI. 26. *Frigidariae cellae connectitur media, cui ſol benigniſſime praeſto eſt; caldariae magis; prominet enim.* Seneca Epiſt. LXXXVI. *In hoc balneo Scipionis minimae ſunt rimae magis quam feneſtrae — At nunc blattaria vocant balnea, ſi qua non ita aptata ſunt, ut totius diei ſolem feneſtris ampliſſimis recipiant.* l. add.

CCCXL. Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. Cf. Ep. *Pauli Silent.* LXII. — V. 1. Διόνυσος. Finge tibi balneum, unde proſpectus in vineta patebat. — V. 2. ἀλλήλων. Vat. C.

CCCXLI. Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. Scriptum eſt in balneum publicum, in quo diverſae hominum claſſes diverſis horis lavabant. Non ſatis perſpicuum diſtichon, quod *Brodaeus* certe, aliena de Diis et heroibus docens, non illuſtravit. ἀθάνατοι et ἡμίθεοι pro loquendi more illius aevi, quo hoc diſtichon conſcriptum eſſe videtur, Caeſares ſunt et proceres. Hi, ſecundum hoc diſtichon, prius, reliqua turba ſerius lavari ſolebat. — πέμπτῃ. mature ſane! Nam vulgo hora *octava* balneo deſtinata erat, (*Plin.* Epiſt. III. 1. 8. ubi vide Intrpp.) ſeptem priores negotiis. Cf not. ad Ep. ἀδεσπ. CCXLII. — V. 2. ηυστέπειτα δὲ πήματα πάντα. Sic recte Vat. membr. *et puis la canaille.* Abſurde vulgo ἤματα." *Br.* *Salmaſius* in not. ineditis eandem membr. lectionem adſcripſit, cum interpretatione: *faex vulgi. turba vulgaris.*

¶. 223.] CCCXLII. Plan. p. 356. St. 495. W.

CCCXLIII. Vat. C. p. 461. Plan. p. 352. St. 491. W. Smyrnae Gratiae colebantur in templo Nemeſios. Pauſan. IX. 35. p. 781. Smyrnam laudans *Ariſtides* T. I. p. 522. ed. *Iebb.* τὸ δ' αὖ μέγιστον ἁπάντων καὶ ἐντιμότατον εἰπεῖν, αἱ Μουσῶν καὶ Χαρίτων χοροὶ οἱ δι' αἰῶνος τὴν πόλιν ἐμβατεύοντες. Idem eodem loco Smyrnae omnia reperiri ait, quae ad corpus animumque recreandum faciant, ἅπας κόσμος συνελήλυθεν ἐξ ἱερῶν, ἐκ λουτρῶν, ἐκ λιμένων,

ἐκ δρόμων. Id. p. 232. λουτρὰ τοσαῦτα Smyrnae eſſe ait. ὥςτε ἀπορήσαις ἄν, οὗ λούσαιο. — πέπλα. Gratiae velatae ab antiquioribus repraeſentabantur; etiam Smyrnae. Vide loca veterum ap. *Manſo in den Verſuchen über einige Gegenſt. der Myth.* p. 448. ſq.

*CCCXLIV.* Vat. C. p. 472. Plan. p. 348. St. 487. W. Hortus deſcribitur triplici venuſtate (gratia) conſpicuus. Primam ei conciliat mare propinquum; alteram arborum ordines; tertiam denique balneum ibidem exſtructum. Cf. *Paul. Silent.* Ep. LXII. — V. 1. Χάριτας λεύσσεις ξένε. Vat. C. unde elegantior exiſtit numerus.

*CCCXLV.* Plan. p. 356. St. 495. W. In balneum, Alexandri Epiſcopi cura et ſumtibus exſtructum in loco, ubi antea ſordes projiciebantur. Πραίνετος oppidum erat Bithyniae. — V. 2. ἀποκρίσιος. Quae corpus tanquam ſuperflua ejicit, τὰ ἀποκρινόμενα vocantur, et ἀποχωροῦντα et περιττώματα. Vide *Toup.* ad *Longin.* Π. Υ. p. 375. ubi et noſtri loci non immemor fuit, et *Foeſium* in Oecon. Hipp. v. ἀπόκρισις. — V. 3. Nunc autem ſplendore ſuo venuſtiſſima et celeberrima loca ſuperat. προφέρειν Latinorum modo, ut *praeſtare*, c. accuſ. copulatum. „Inferioris aevi eſt hoc carmen. Debuiſſet juxta rectam loquendi normam ſcribere auctor νῦν δὲ ἀγλαΐῃ προφέρει τῶν τερπνῶν τῶν πᾶσι βοωμένων καὶ χαριέντων. προφέρειν cum accuſativo graecum non eſt. Vide quae notavi ad Leonid. Alex. XXVII.“ *Br.* — V. 4. „Καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος. Sic codices et veteres edd. Refractarium nomen in ordinem cogere neſcivit malus poëta. Forte tamen ſcriptum reliquerat:

ἀγλαΐῃ προφέρει' Νικαέων ἱερεὺς
καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος, σοφίης ἐρικυδέος ἀστήρ.“

*Br.* Supervacaneam, ut mihi videtur, inſumunt operam, qui ejusmodi poëtarum peccata emendare conan-

tur. In Lect. Ald. 1. ἀλεξάνορος emendatum, quod Ald. 2. 3. et Aſc. ſequutae ſunt. — De Alexandro, Nicaeënſium Epiſcopo, nihil, quod ſciam, aliunde conſtat.

¶. 224.] *CCCXLVI.* Plan. p. 247. St. 487. W. In membr. Vat. p. 469. Cf. Ep. ἀδεσπ. CCCXXXI.

*CCCXLVII* Plan. p. 291. St. 430. W. In Palmae cujusdam ſtatuam, a Caribus ei poſitam. Hic Palma magiſtratus Cariae fuiſſe videtur. Nomen Παλμᾶς ductum a Πάλματος. *Palmatus* quidam commemoratur ſub Honorio. V. *Godofredum* in Proſopogr. Cod. Theod. v — „Vulgo legitur in pentametro: τόσσον ἀγασσάμενοι, pendente ſenſu ob defectum verbi, quod in his exprimi ſolet. Poterat quidem in hexametro ſubaudiri εἰσί; ſed ſic inſiceta eſſet ſententia.“ *Br.* Vulgo habetur: Πάλματον Ἰθυδίκην τόσσον ἀ. In marg. ed. Wech. γρ. καὶ Παλμᾶν Ἰθυδίκην. ἵνα ᾖ ὄνομα κύριον αἰτιατικῆς πτώσεως τὸ Παλμᾶν· ἄλλως γὰρ δύσκολον.

*CCCXLVIII.* Vat. C. p. 488. Plan. p. 298. St. 437. W. — V. 1. ἀρετήν. in membr. Vat deſideratur. In iisdem, ut etiam in Planudea, praecedit Ep. quod inter Byzantina retulit *Brunckius* nr. XXI. T. III. p. 137. in quo Heraeum a Juſtiniano exornatum laudatur. In Vat. C. huic noſtro diſticho lemma additum εἰς τὸ αὐτό. unde apparet, κοίρανοι referendum eſſe ad Juſtinianum ejusque conjugem. Si quis tamen Cod κοίρανε offerret, hoc lubens amplecterer. ὑμετέρην ap. poëtas illius ſeculi ſaepenumero ad unum refertur. Cf. *Agath.* Ep. LXXIV. *Paul. Silent.* X. 2. XLII. 6. In Stat. Athl. Ep. XXIII. Heroica XIII. 2.

*CCCXLIX.* Vat. C. p. 486. Plan. p. 322. St. 462. W. „Εἰς στήλην κεχωσμένην ἐν Θρ. Sic Vat. membr. e qua etiam primus verſus emendatus. At ſuſpicor in lemmate ſcribendum καταχεχωσμένην et v. 1. ὑπὸ χθονί “ *Br.* *Huetius* p. 31. lemma ſic emendandum cenſebat:

εἰς στ. Ἄρεος κεκλιμένην, (ſic quoque *Brodaeus*) his additis: „Hac ſtatua expreſſus fuiſſe videtur Mars humi recumbens, quietis gratia. Exiſtimem autem, fuiſſe hoc ſimulacrum de genere eorum, quae Talisman appellant, certa arte fabrefactum ad arcendos Gothos.“ Vulgo κεκοσμημένην legitur in editt. antiq. praeter Florent. pr. ubi κεχωσμένην habetur. Si vera eſt conjectura cl. editoris, de ſtatua Martis deſoſſa agi putandum eſt. Veriſimilius tamen, Martis ſtatuam pro Palladio Thraciae fuiſſe habitam, ubi colebatur, ita ut inter Thraces vitae ſedem fixiſſe putaretur. Hoc etiam *Heynio* viſum V. III. in Comment. S. R. X. p. 84. cujus haec ſunt: „ἐπὶ χθονὶ κέκλιται non eſt prolapſa ſtatua, ſed *poſita in ſolo*. Niſi, quod malim, fuit pro ἐπικέκλιται ἐπὶ χθόνα. *converſa proſpicit.*“ — V. 1. εἰσόκε Θούριος οὗτος. Vulgo. In Vat. C. ε. Θοῦρος οὗτος ἐ. χ. κέκληται. quod vulgato deterius. Falſus erat igitur cl. editor, cum ſuam lectionem in membranis exſtare putabat.

*CCCL.* Plan. p. 375. St. 514. W. cum lemmate: εἰς εἰκόνα Πτολεμαίου, ἐν Ἀντιοχείᾳ. Ptolemaeum rhetorem fuiſſe, inde apparet, quod *Eloquentia* (λόγοι) ei ſtatuam poſuiſſe dicitur; idem vero virtutem maxime illuſtraverat judiciis prudenter et integerrime habitis. Nam cum dicitur virtutem εἰς τοὺς δικολέκτας exercuiſſe, rabularum improbitatem coërcuiſſe videri debet. Notus eſt *Ptolemaeus* rhetor Naucratites, qui Hadriani et Trajani temporibus floruit; Cretenſis ejusdem nominis alibi non commemoratur. — V. 4. ξύλον. ſignum ex ligno. — χρύσεον. quia alienus a corruptione. Sic quoque *Arabius Schol.* Ep. II. T. III. p. 109. Εἰκόνα Λογγίνῳ χρυσέην πόλις εἶχεν ὀπάσσαι, Εἰ μὴ πότνια Δίκη χρυσὸν ἀπεστρέφετο.

*CCCLI.* Vat. C. p. 316. Ἀδεσπ. Εἰς Κασσίαν τὴν σώφρονα. Plan. p. 233. St. 338. W. Imagini Caſſiae, in monimento fortaſſe ſepulchrali conſpicuae, ſubſcriptum. — V. 1. Κασσίας. Vat. C. — V. 3. ἡ τῆς ὄψεως. Hanc

lectionem unde duxerit cl. editor, non indicat. Vulgo ἢ τεῦ σώματος. quod ut per ſe bonum eſt, ita *Planudi* fortaſſe debetur. Nam in membr. Vat. vitioſe ἢ τεῦ προσώπου habetur.

¶. 225.] *CCCLII.* Plan. p. 300. St. 440. W. Praecedit Epigramma *Pauli Silentiarii* LIX. in ejusdem Theodoriadis imaginem; deinde ſequitur noſtrum cum lemmate εἰς τὸ αὐτό, ut eſt in ed. pr. Flor. Ald. 1. 2. 3. Aſc. et al. ſive εἰς τὴν αὐτήν, ut eſt ap. Steph. Etiam hoc Epigramma *Pauli* eſſe nullus dubito, quod et argumentum et oratio oſtendit. — Conqueritur poëta, quod pictor pulcherrimam Theodoriadis comam velo texerit. — V. 3. Si ſummum ſummi capitis decus et ornamentum occultaſti, quomodo quis exſpectare poterit, reliqui corporis pulchritudinem accurate expreſſam eſſe? — V. 5. Aliud Epigr. εἰς τὸ αὐτὸ incipere exiſtimabat *Joſ. Scaliger* in Not. mſt. in quo fallitur. Haec enim arcte cum praecedentibus cohaerent, nec ab iis divulſa ſenſum praeſtant integrum. Pictor, qui Theodoriadis imaginem adumbraverat, contra ac pictores ſolent, ejus pulchritudini detraxiſſe videbatur, comam tegendo ſcil.

*CCCLIII.* Plan. p. 363. St. 502. W. Si fides lemmati habenda, ſcriptum eſt hoc Epigramma in ſtatuam Xenophontis pantomimi, qui ibidem Smyrnaeus eſſe traditur. At de ſtatua agi, nihil eſt in carmine ipſo, quod fidem faciat; quippe cum in eo ars viri laudetur, quam in Pentheo ſaltando praeſtiterit. Referendum itaque, ni fallor, hoc Epigramma inter carmina ἐπιδεικτικά. Caeterum Xenophontem illum aliunde cognitum non habeo. — V. 1. αὐτόν. Sic de Pylade pantomimo *Antipater Theſſ.* Ep. XXVII. αὐτὸν Βακχευτὴν ἐνέδυ θεόν, ἡνίκα Βάκχας - ἤγαγε πρὸς θυμέλην. — Perperam legitur ληνοῖς, quod *vindemiam* eſſe volunt; ſed exempla deſidero. Fuit potius:

ἡνίκα Ληναῖς
ὁ πρέσβυς νεαρῆς ἦρχε χορομανίης.

*cum ſenex Baccharum chorum duceret.* Senex Tireſias eſſe videtur, qui inter Bacchas juvenculas ſaltavit. — V. 3. τὰ πάρηβα χορ. Cadmi ſenis Bacchicum furorem. *Nonnus* Dion. XLV. p. 1160. 24. Βριθομένοις δὲ πόδεσσι γέρων ὠρχήσατο Κάδμος Στέψας Ἀονίῳ χιονώδεα βόστρυχα κισσῷ. Haec et ſequentia, nuntius a Cithaerone reverſus, ubi Baccharum thiaſos obſervaverat, et Agave de filii caede exſultans, ducta ſunt ex *Euripidis* Bacchis. Tenendum vero, Xenophontem has omnes partes unum exſecutum eſſe; in eo enim ſumma artis ponebatur, ſi unus plures perſonas recte ſuſtinere poſſet. Notavimus nonnulla huc ſpectantia ad *Crinagorae* Epigr. XLVII. (Lect. p. 164.) T. II. P. I. p. 418. ſqq.

*CCCLIV.* Plan. p. 334. St. 473. W. Scriptum in honorem Cyri illius, cujus carmina ſupra legimus T. II. p. 474. Calliope ſe Cyto mammam praebuiſſe ait, qua olim Homerum et Orpheum nutriverit. Orpheus Calliopes filius vulgo habebatur. — V. 1. ἄπασα. Ald. 1. 2. 3.

*CCCLV.* Vat. C. p. 474. Plan. p. 356. St. 496. W. In Jovis Olympii templum, (hodie *pilae Hadriani*) quod Athenis dedicavit Hadrianus an. poſt Chr. n. $\frac{132}{133}$. Vide *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* p. 1164. et *Meurſium* Athen. I. 10. Erat in hoc templo coloſſus, maximis hujus generis ſtatuis comparandus, ſecundum *Pauſan.* I. 18. p. 42. — V. 1. αὐτοῦ. Ducta haec videntur *Brodaeo* ex Odyſſ. Δ. 74. ubi Telemachus, ſplendorem aedium Menelai conſpicatus, exclamat: Ζηνός που τοιήδε Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή. De Daphne Antiochiae *Libanius* in Antioch. T. I. p. 351. θεοὶ δέ, εἴπερ ὄντως οὐρανὸν ἀφέντες εἰς γῆν ἔρχονται, τῇδέ μοι δοκοῦσι συνεῖναί τε καὶ συνεδρεύειν, ὡς οὐκ ἂν καλλίονι διατρίψαντες.

¶. 226.] *CCCLVI.* Vat. C. p. 474. Plan. l. c. — V. 1. τόνδε θέσαν. Vat. C. — V. 2. νισόμενος. Vat. C. Vulgo νεισσόμενος. — γᾶν et ἔχει Vat.

*CCCLVII.* Hoc Ep. quod in Planud. p. 357. St. 497. W. ſine auctoris nomine proſtat, in Vat. membr. p. 466. *Macedonio* vindicatur: Μακηδονίου εἰς οἶκον ἐν Κιβύρᾳ unde apparet, falſum eſſe lemma a cl. editore appoſitum. Cf. not. ad *Macedonii* Ep. XXXI. T. III. P. I. p. 231. Suam ipſius domum poëta hoſpitibus apertam praedicat. — V. 2. τίς πόθεν. Spectant haec ad formulam Homericam, de qua diximus ad *Marc. Argentar.* Ep. XV. T. II. P. II. p. 285.

*CCCLVIII* Planud. p. 293. St. 432. W. In Theodoſium Proconſulem, qui, dum Smyrnae praeeſſet, hanc urbem multis in partibus inſtauraverat et exornaverat. — V. 1. Θεοδόσιον. Vulgo. Nec aliter hoc nomen apud veteres ſcribitur; et ſane brevis vocalis, duplicata in pronuntiatione litera ſibilante, produci poteſt. — V. 3. ἔγειρε. urbem, quae ceciderat, erexit, i. e. inſtauravit. Ep. Byz. XXII. φαιδρὸν Ἰουστινιανὸς ἄναξ ἐμὲ χῶρον ἐγείρει. — ἤγαγεν ἐς φάος. priſtinum ſplendorem ei reſtituit. Locutionem illuſtravit *Wetſtein* ad N. Teſt. T. I. pag. 374. — V. 4. ἔργα θαυμάσια de ſplendidis aedificiis, quam de memorabilibus factis, accipere malim. De Smyrnae magnificentia habet quaedam *Strabo* XIV. p. 956. B. plura *Ariſtides* in Orat. de hac urbe T. I. pag. 521. et 231. etc. et *Philoſtrat.* in Vit. Soph. I. 25. 2. p. 531.

*CCCLIX.* Plan. p. 293. St. 432. W. Scriptum eſt in Damocharidem, Iuris Ctum, qui Smyrnam, terrae motibus vehementer vexatam, inſtauravit. Is eſt fortaſſe, cujus Epigrammata ſupra leguntur, T. III. 69. Floruit is Juſtiniano regnante, quo tempore plures Aſiae urbes terrae motibus dirutas eſſe conſtat. Cf. *Gibbon.* T. VII. p. 363. ed. Baſ.

¶. *Lect.* p. 287.] *CCCLIX. b.* Edidit *Richard. Chandler.* in Inſcriptt. ant. p. 80. Scriptum eſt in Theodorum quendam, cui Troezenii, ob rempublicam bene adminiſtratam, ſtatuam poſuerant. — Fuit Theodorus Decurio, cui *Agathias* Anthologiam a ſe conditam dedicavit; ſed an hunc noſtrum Epigramma indicaverit, non dixerim. Paſſim enim Theodori nomen apud Byzantinos obvium. — V. 1. Πιτθεΐδων. *Troezene Pitthea Ovid.* XV. Metam. v. 296. *Pittheïa regna* ap. eundem Heroid. IV. 107. ubi vid. *Bachet de Mezir.* T. I. p. 369. ſq. — „In primi verſus fine lapis has ſolas literas exhibet πόλιν ΗΕΞΗΕΕ, pro quo repoſui ἐξήγειρε, quod veriſimilius eſſe credo commento Ric. Chandleri ἐξεσάωσεν." *Br.* Neutrum probabile; ſed veſtigia literarum in marmore rimantibus ſcribendum videbitur:

ἐπεὶ πόλιν ΗΕΞΗΣΕ.

Unam literam immutatam vides, Ε in Σ, quibus literis nihil in membranis marmoribusve ſimilius. Ut autem ab αὐξάνω, αὔξω, derivatur ηὔξησα, ita ab ἀέξω ἠέξησα deſcendit. Plerumque ſine augmento reperitur; apud *Callimachum* tamen H. in Jov. 55. eſt ἠέξευ, et ἠέξετο ap. *Heſychium.* — Recte autem dicitur πόλιν ἀέξειν et αὐξάνειν. *Euripid.* Suppl. v. 507. πατρίδα θ' ἣν αὔξειν χρεών: ubi vide *Markland.* Iphig. in Aul. v. 572. μείζω πόλιν αὔξει. Ibid. 966. οὐκ ἠρνούμεθ' ἂν τὸ κοινὸν αὔξειν. — V. 2. Urbem prudente mitique regens animo. πευκαλίμοις. πυκνοῖς. φρεσὶ πευκαλίμῃσι. *Homer.* Ιλ. ξ. 165. θ. 366. — V. 3. κτεάτιστον ἄργυρον. Theodorus divitias, quas ſibi comparaverat, in teſtamento Smyrnaeis reliquiſſe videtur, ita ut reditus ſtatis temporibus inter cives diſtribuerentur.

¶. 226.] *CCCLX.* Plan. p. 293. St. 432. W. „Hoc in codicibus et veteribus editionibus cum Epi-

grammate CCCLIX. continuatur; at revera ſunt duo carmina, quorùm hoc in Imperatoris, neſcio cujus, ſtatuam factum. Vulgo legitur πᾶσα φύσις βασίλεια τεόν, quod corruptum et emendandum cenſui. Servata ultimi verſus lectione vulgata, in penultimo pro ἀνῆψας omnino ſcribendum erat ἀνάψας, optimo ſenſu; at e veteribus libris, qui habent ἱππολύτης δ' ἐκέδασσας, legendum ἀνῆψας, ἱππολύτης τ' ἐκέδασσας.“ *Br.* In vett. editt. hoc Epigr. cum verſibus in Damochariden non magis cohaeret, quam plurima alia, quae lemmate ἄδηλον non diſtinguuntur. Quod v. 1. pro lubitu immutavit cl. editor, reginae ignotae neſcio quem regem ſubſtituens, an probari poſſit, equidem dubito. At cum v. 3. ἀνάψας emendandum cenſuiſſet, neceſſario βασιλεῦ ſcribendum erat pro βασίλεια; illa damnata emendatione, etiam hoc damnandum erat. Scriptum videtur hoc carmen in Theodoram, Juſtiniani conjugem, cujus fortitudine factum, ut graviſſima illa factionum ſeditio, Nicae nomine celebrata, opprimeretur. Cf. *Procopium* in Perſic. I c. 26. et *Zonar*. XIV. p. 61. ſqq. Huic conjecturae reliqua egregie conſpirant, praeſertim v. ultimus, quem nec *Scholiaſtes* nec quisquam interpretum recte accepit. Ille quidem verba ἱππολύτης χάρμης non male interpretatur: ἤτοι τῆς χάρμης τῆς λυσάσης τοὺς ἵππους; at quae addit idem, ἵν' ᾖ, καταπολεμήσας τοὺς πολεμίους πεζικῇ δυνάμει ἐπιστρατεύσαντας, ſatis oſtendunt, verum ſenſum eum fugiſſe. *Brodaeus* de Hippolyte, Amazone, cogitans in eundem errorem ſecum traxit ſummum *Grotium*, qui vertit:

*ceſſit et atrox*
*Seditio, cujus recreaſti pacis amantes,*
*Paſſos, Hippolytes tulerant vix qualia bello.*

omnino male, niſi quod vidit, de ſeditione agi; nam verba ἐμφύλια τήματα niſi de bello domeſtico accipi non

poſſunt. ἱππολύτης autem ad aurigas ſpectat, qui, aurigandi ſtudio omiſſo, armis et bello totam urbem implebant. ἱππολύτη χάρμη, pugna, ſeditio, equos jugis ſolvens, cum acumine dictum, cum vulgo contra fiat. — V. 4. ἱπ. δ' ἐκέδ. vulgo. Probabiliter cl. editor τ' ἐκέδασσας. Nulla tamen emendandi neceſſitas, cum δὲ etiam nonnunquam copulandi vi praeditum per *inſuper*, *praeterea* reddi poſſit.

¶. 227.] CCCLXI. Vat. C. p. 473. Εἰς πύλην τὴν ἀνατολικὴν τῆς Θεσσαλονίκης. Idem fere lemma habet Planud. p. 293. St. 433. W. Inepte *Brodaeus* de Alexandri M. ſtatua agi putabat. Scriptum eſt non in *regem* quendam, quod lemma a cl. editore fictum indicat, ſed in *Baſilium*, quod nec *Stephanum* fugit, nec *Grotium*. At quem tandem Baſilium poëta celebravit? Laudantur victoriae de Babyloniae ſuperbia reportatae; hominis juſtitia, reſpublica ſapienter adminiſtrata, ſecuritas populo a Barbaris comparata. Haec omnia in Baſilium I. conveniunt. Sub hoc enim imperatore Romanorum arma Barbaris terrorem incutere coeperunt; quin ipſe exercitum ad Euphratem duxit Saracenosque ſuperavit. Eundem et judicem fuiſſe integerrimum et aſſiduum conſtat. Adde quod Macedonica Baſilii origo cauſam habet idoneam, cur ei ſtatua in porta Theſſalonicae poneretur. Unum huic conjecturae obſtare videtur, quod ὕπαρχος appellatur in Epigrammate noſtro. Videndum igitur, an hoc vocabulum, quod tituli vim habet ap. Byzantinos et fere cum ἔπαρχος confunditur, etiam de ſummo totius imperii adminiſtratore adhiberi potuerit. Infra Baſilius quidem celebratur Ep. ἀδ. DXCVI. neſcio an diverſus a noſtro. — V. 2. δίκη ἀκτέανος ad pauperes ſpectat, quibus in Baſilii tribunali haud ſecus ac divitibus jus adminiſtrabatur. — V. 3. 4. In his auctor ante oculos habuit *Agathiam*, cujus haec ſunt in Prooemio v. 77. Ἀλλ' ἴθι

νῦν ἀφύλακτος ὅλην ἤπειρον ὁδεύων, Αὐσόνιε, σκέρτησον, ὁδοιπόρος. Etiam in ſeqq. imitatio eſſe videtur ejusdem poëtae v. 47. ſqq. ita ut noſter ad Baſilium transtulerit, quae *Agathias* de Juſtiniano praedicavit. — ἄῤῥενας ἀῤῥενοκοίτας. De nefando marium amore accipiendum, quem Perſis aliisque Orientis populis exprobrabant Chriſtiani. — V. 6. ὅπλα Λάκων. Lacedaemonii non moenibus, ſed armis tuti eſſe debebant ſecundum Lycurgi leges. Cf. *Kuhn.* ad *Pauſan.* VII. p. 542. — Ut Sparta civium arma, ſic tu, Theſſalonica, Baſilii imaginem pro moenibus habes.

*CCCLXII.* Vat. C. p. 473. Εἰς τὸ αὐτό. Plan. p. 294. St. 434. W. cum lemmate: Εἰς τὴν ἀνατολικὴν πύλην Θεσσαλονίκης. Nulla huic lemmati fides habenda. Suſpicor, in Anthologia Vaticana ante hos verſus, inepti hominis foetum, carmen excidiſſe, ad cujus argumentum lemma Εἰς τὸ αὐτὸ ſpectaverit. Ad praecedentis certe Epigrammatis (quod etiam in membran. praecedit) lemma nullo modo referri poteſt. Quod cum intellexiſſet *Planudes*, lacunam autem in Cod. non animadvertiſſet, etiam hos verſus ad portam Theſſalonicae pertinere arbitratus, lemma mutavit eaque verba adſcripſit, quae ſupra poſuimus. Nemo certe ſibi perſuadebit, hos verſiculos publico urbis monimento inſcriptos fuiſſe. — V. 1. μορφάς. *Antioch.* Ep. II. T. II. p. 305. Ψυχὴν μὲν γράψαι χαλεπόν· μορφὴν δὲ χαράξαι ῥᾴδιον. — V. 2. ἀνεόειρασεν. Apogr. Goth. at in membr. ἀνεσείρασεν legi vix dubito. — ἡ τέχνη. limites artis, ipſos mores in imagine repraeſentari vetantis. — V. 3. εὔλαλον. facundum, diſertum, in laudem dictum.

*CCCLXIII.* Vat. C. p. 421. Plan. p. 364. St. 503. W. Fons purus et frigidus viatores invitat, ut ad ripas ſuas conquieſcant. — V. 1. κ. με. Vat. C. — V. 2. ἀναβλύζει. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 2. 3. Aſcenſ. — V. 3. π. δ' αὖ. Vat. C. - πλατάνοισιν. *Moſchus* fr. V. αὐτὰρ

ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ Καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἦχον ἀκούειν. — V. 3. ἡμεροθαλέσι. Vulgo. — V. 4. σκιερὴν ψ. κλισίην. Vat. C. quod verum. κλισίη eſt locus, quo quis requieſcere poteſt; h. l. igitur herboſa fontis ripa, cui arborum frondes gelidam umbram praebebant. — V. 5. οὕνεκα. Vat. C. — Ibid. ἀλάλκοι. male. — Ubi ſitim reſtinxeris, membra etiam, itinere fatigata, quieſcendo recrees. Cf. *Satyr. Thyill.* Ep. III. — V. 6. κόπον ἧσ. Vat. C. quod revocandum. Vide quae notavimus ad Ep. CCLX.

CCCLXIV. Vat. C. p. 472. cum lemmate: Εἰς τὴν ἐν Πάφῳ τῇ νήσῳ κρήνην. Inepte. Plan. p. 363. St. 503. W. Recte cl. editorem ſcripſiſſe Τάφος, ex Ptereali et Teleboarum commemoratione apparet. Pterelaus enim, Taphii ſecundum nonnullos filius, in una Echinadum Taphum urbem condidit, populumque Τηλεβόας appellavit, ὅτι τηλοῦ τῆς πατρίδος ἔβη. *Apollodor.* II. 4. pag. 102. conf. ibi *Heyn.* p. 313. — V. 1. Νύχεια. Hujus nominis Nympha eſt ap. *Theocrit.* XIII. 46. — V. 2. τόδ', ὄνομα ſcil. quod vocabulum ſic eleganter opprimitur. Plane ut hic, *Schol. Theocrit.* Eid. XIII. 34. καὶ δὴ ἐπιβάντες τῆς Ἀργοῦς, τοῦτο γὰρ ἡ ναῦς ὠνομάζετο. Illuſtravit hanc ellipſin T. *Hemſterh.* ad *Ariſtoph.* Plut. 502. et 566. *Jenſius* ad *Lucian.* T. II. p. 283. ed. Bip. *Valcken.* ad Phoen. v. 12. p. 9. — V. 4. Πτερέλας et Πτερέλαος. Illa forma *Plautus* in *Amphitruone* plus ſemel utitur.

¶. 228.] CCCLXV. Vat. C. p. 474. Plan. p. 364. St. 504. W. In neſcio quem fontem, cui Alexander Olympiadis matris nomen tribuiſſe dicitur. Plures fontes hoc nomen geſſiſſe videntur. Unum commemorat *Pauſanias* ap. Arcades L. VIII. 29. p. 606. — V. 2. ῥ. παγᾶς. Vat. C. — V. 3. σῆμα δὲ τοῦτο in fine Vat. C. Vult igitur, Alexandrum prope illum fontem

etiam monimentum poſuiſſe, quod nomen fonti inditum cauſamque ejus indicaret.

*CCCLXVI.* Vat. C. p. 472. Plan. p. 370. St. 509. W. In Axiochum quendam, qui aquam per fiſtulas Aſſum deduxerat, quae urbs usque ad ejus tempora caruerat aqua. — V. 2. Ut Dii, cum res humanas adeunt, earum malis medentur, ſic Axiochus, quamcunque urbem aggrederetur, eam juvare ſolebat. — V. 3. κρανᾳ̃ Ἄσσῳ. *Steph. Byz.* Ἄσσος πόλις Λυκίας, πλησίον Ἀτάρνης, ἐφ' ὑψηλοῦ καὶ ὀξέος καὶ δυςανόδου τόπου, πρὸς ὃν Νικόστρατος ὁ κιθαριστὴς ἔλεγε παίζων·

Ἄσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.

Cf. Strabon. L. XIII. p. 610. — V. 4. πετρέων μέτωπα. Sic ἐπὶ στάλας μετώπῳ *Heraclid.* Ep. I.

*CCCLXVII.* Vat. C. p. 474. Plan. p. 371. St. 509. W. Εἰς τὴν Μόψου ἑστίαν. In Anal. *Brunckius* ediderat lemma εἰς Μόψιον πόλιν, quem errorem in Lectt. emendavit: „Inconſiderate titulum hujus diſtichi mutavi. Repone εἰς πόλιν Μόψου ἑστίαν. Urbs eſt Ciliciae ad Pyramum amnem ſita, Μόψιον vero Theſſaliae, quae longiſſimo terrarum et marium tractu diſſitae ſunt; fefellit me memoria et eadem utriusque nominis origo.“ *Br.* Mopsveſtia Latinis appellatur haec urbs, quam a Mopſo vate conditam ferebant. Cf. *Strabon.* L. XIV. p. 993. *Interpp. Stephani Byz.* p. 473.

*CCCLXVIII.* Vat. C. p. 466. Plan. p. 369. St. 508. W. Inter plures illas urbes, quibus Heracleae nomen, Heraclea Ponti ſe nulli reliquarum cedere affirmat.

*CCCLXIX.* Vat. C. p. 471. Plan. p. 372. St. 571. W. „Huic carmini ineptum in Planudea praefixum lemma εἰς σωτήρια ἐν Σμύρνῃ. In membranis εἰς τὴν αὐτὴν πόλιν, quod quidem ad neſcio quam Heracleam referendum eſſet, quum ſequatur poſt Antipatri Sidon.

Ep. LI. Sed revera eſt in Smyrnam, quae Homero cive gloriabatur." *Br.* Ab apographis ſuis ſibi imponi paſſus eſt cl. editor. In Vat. C. non *Antipatri* Epigr. praecedit, ſed ἀδέσποτον CCCLXXI. cum lemmate: εἰς φάρον ἐν τῇ αὐτῇ πόλει. i. e. Smyrnae; nam ante illud diſtichon legitur Ep. CCCLXX. Εἰς μῶλον ἐν Σμύρνῃ. — V. 1. ὁδεύσῃς. Vat. C. — V. 3. οἷον ἔτευξεν. Urbem publicis aedificiis exornaſſe veteresque ſordes abſterſiſſe videtur. *Joannes* quidam laudatur ap. *Chriſtodor.* II. III. *Julian. Aeg.* Ep. LXIX. Alius fuit Joannes Ducas, quem Smyrnam inſtauraſſe auctor eſt *Michaël Ducas* Hiſt. c. 7. fin. initio ſeculi decimi tertii. Eum ob hanc rem laudat Epigr. quod edidit *R. Pocock.* in Inſcr. p. 66. ubi inter alia:

χθονὸς βάλε μιν κατὰ γαίης,
γρηὶ δέ μιν θήκατο πανείκελον ἰσχνοπαρείῳ,
κάλλος ἀμαλδύνας καὶ ἀγλαΐην ἐρατεινήν·
ἀλλὰ Ῥώμης κοίρανος ὁπλοτέρης Ἰωάννης
παῖς Δουκοφύτων ἐρικύδων βασιλήων
οἰκτείρας μογέουσαν ἀποφθιμένην ἐπαείρων
γῆρας ἀπέξεσεν ἠδ' ἄκμητα τεύξατο γυῖα.

Sic haec legenda videntur. Vitia proſodica offenſioni eſſe non debent. ¶. 229.] V. 4. χθονός. Smyrna prima urbs Aſiae in Inſcr. Marm. Oxon. nr. V. ἡ πρώτη τῆς Ἀσίας κάλλει καὶ μεγέθει λαμπροτάτη καὶ μητρόπολις.

*CCCLXX.* Vat. C. p. 470. Plan. p. 369. St. 508. W. In Venetium quendam, qui Smyrnam mole inſtruxerat, in qua dulcis aquae ciſterna. — V. 1. ἠπείρωσε. *Philipp.* Ep. LXXIV. in molem Puteolis exſtructam: ἀλλὰ Δικαιάρχεια διηπείρωσε θάλασσαν, Καὶ βυθὸν εἰς χέρσου σχῆμα μετεπλάσατο. ubi vid. not. T. II. P. II. pag. 201. — V. 3. ἐνὶ κύμασι. tantum non in medio mari, quia moles in mare porrigebatur. — V. 4. χ. ἀρχεμό-

νους. Vat. C. — Ciſterna tam commode exſtructa erat, ut nautae, navibus non relictis, aquam inde haurire poſſent. — V. 6. Parum apte citantur Pelopis et Theſei exempla. Nam licet ille plures urbes condidiſſe feratur, ab eo tamen non magis quam a Theſeo, Athenarum conditore, ſingularem artem adhibitam fuiſſe narrant.

*CCCLXXI.* Vat. C. p. 470. Plan. p. 370. St. 508. W.

*CCCLXXII.* Vat. C. p. 471. Plan. p. 370. St. 508. W. — V. 1. „Optimam hanc lectionem dedit Vat. membr. Vulgo abſurde ἀμεμφέα." *Br.* λιποφεγγέα νυκτὸς ὀμίχλην. *Muſae.* v. 238. — V. 3. τηλαυγέα δαλόν. in mari errantibus longe ſplendentem attollo facem. In deſcriptione Phari Aegyptiaci ap. *Achillem Tat.* V. 6. p. 196. ed. Bip. Ἐς δὲ τὴν τοῦ ὄρους ἀκρόπολιν ὁ τῶν νεῶν κυβερνήτης ἀνέτελλεν ΑΛΛΟΣ. Scribe certa emendatione: ἀνέτελλε ΔΑΛΟΣ. *fax, navium quaſi gubernator, eluceſcebat.* Nam ex hoc noſtro Epigrammate abunde apparet, δαλὸν non *titionem* tantum ſignificare, quod autumabat *Dorvill.* ad *Charit.* p. 39. — V. 4. Ἀσκληπιαδῶν. *in memoriam laborum Aſclepiadarum.* Quo haec referenda ſint, non docuit *Brodaeus*, qui omnes medicos Aſclepiadas appellatos fuiſſe, rem decantatiſſimam, demonſtrat. Senſus eſſe debet, Pharum, qui in Epigrammate noſtro loquitur, Aſclepiadarum cura et impenſis exſtructum eſſe. Jam conſtat, Smyrnae ſcholam Eraſiſtrateorum fuiſſe, de qua *Strabo* XII. p. 869. C. et omnino Aeſculapium magno honore in illa urbe cultum eſſe. Quanta autem Aſclepiadarum in eadem urbe auctoritas fuerit, intelligitur ex numis Smyrnaeis, quos, a *Chishullo* acceptos, docte explicuit *Rich. Mead* in peculiari Diſſert. ad calcem Orationis anniverſ. Londin. 1724. Medicos illos publicis honoribus ap.

Smyrnaeos functos eſſe, ſuſpicatur *Sprengel.* in Hiſt. Medic. T. I. p. 402.

*CCCLXXIII.* Vat. C. p. 471. Plan. p. 370. St. 508. W. In Pharum turrem, ab Ammonio inſtauratam. Vide de eo Animadvſſ. T. II. P. II. p. 78. — V. 2. Haereo in verbis Ποσειδάωνος ἀπενθέα πυρσόν. Licet enim ἀπενθέα πυρσὸν de face explicare poſſis, quae calamitates a navigantibus prohibeat, minime tamen apparet, cur eadem *Neptuni* fax appelletur. Haec efficiunt, ut corrigendum exiſtimem:

ναύτῃσιν ἀλωομένοισιν ἀρήγων
εἰμὶ Ποσειδῶνος ἀ ν ὰ β έ ν θ ε α, πυρσὸν ἀνάπτων.

*trepidis ubi dulcia nautis Lumina noctivagae tollit Pharus aemula lunae.* quae ſunt *Statii* III. Sylv. V. 100. — V. 3. βαρυγδούποισιν. Eodem epitheto uſus *Pindar.* IV. Pyth. 373. βαρυγδούπων ἀνέμων στίχας. — ¶. 230.] V. 4. βασιλῆος πατήρ. Sic appellabantur Patricii CPoli. V. *Pancirolli* Notit. Imper. in Theſ. Graev. T. VII. p. 1345. et *Godofred.* ad Cod. Theodoſ. VI. tit. 6. — Ammonium, quem hoc Epigr. commemorat, ſub Anaſtaſio floruiſſe ſuſpicor, quem Imperatorem Pharum Alexandrinam, ruinas minantem, reſtituiſſe narrat *Procopius Sophiſta* in Panegyr. Anaſtaſii a *Villoiſonio* edito T. II. Anecdot. p. 41. *Ammonii* nomen lectum fuiſſe ſuſpicor in Inſcriptione vitioſe a *Pocockio* edita in Inſcriptt. antiq. p. 44. quam ſic legendam puto:

Εἰσορόων τόδε θαῦμ᾽ Ἀμμώνιον ἡγεμονῆα
πολλάκι . . . . . . μέλπε πορευόμενος.
δίψῃ τειρομένοισι μελισταγὲς ἤγαγεν ὕδωρ,
καί ῥ᾽ ὑπ᾽ ἀμηχανίης εὗρε πόρον ὕδασιν.
καὶ τὰ μὲν [εὖν] κατέθηκεν ἐπὶ σκοπέλοις κελαρύζειν,
τὸ πρὶν ξηροτέροις καύμασι τειρομένοις.

τῷ νιν μηδ' ἀπολῆγε, κέλευε δὲ πᾶσιν ὁδίταις
ὑμνεῖν Θαρσαλέως τῇδε πορευομένοις.
ᾗ χαρίτων πόρον ἔσχεν ἐπιτρέψαντος Ἀρίστυ,
ὅς γέ μιν ἡμερίοις δεῖξεν ἀγαλλομένην.

— V. 5. μετ' ἄγρια κύματα. poſtquam undarum furorem effugerunt.

*CCCLXXIV*. Vat. C. p. 474. Plan. p. 371. St. 509. W. In Aſclepiodotum, publici aedificii conditorem. — V. 1. πέτρην. Vat. et Plan. Ep. DCXV. Ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὐχὶ σιδήρου φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάντ' ὀλέκει δρεπάνῃ. ubi vide not. — V. 2. Ἀσκληπιοδότου. Is eſſe videtur, qui inter Procli diſcipulos claruit ſub Anaſtaſio Dicoro, de quo vide *Suidam* T. I. p. 352. cujus haec inprimis ad noſtrum Epigr. faciunt: Εὐφυὴς δὲ ἐκ παίδων γεγονὼς ἄχρι γήρως πολλὰ συνεισήνεγκεν εἰς τὰ ἱερὰ τῆς οἰκείας φύσεως ἔκγονα μηχανήματα, ἀγάλματά τε διακοσμῶν, καὶ ὕμνους προστιθεὶς ἔστιν οἷς. His operibus, quae *Damaſcius* (ex hoc enim ſcriptore ſua excerpſit *Suidas*) τῆς Ἀσκληπιοδότου φύσεως ἔκγονα appellat, hunc quoque tholum annumerat Epigr. auctor. De eodem homine conſuli poteſt *Photius* in Bibl. nr. CCXLII. p. 1052. ſq. *Lambec.* ad *Codinum* nr. LXV. — V. 3. κε οἷα πόῤῤεν Vat. — V. 4. Θόλος. κυρίως μὲν καμάρα. καταχρηστικῶς δὲ οἶκος· εἰς ὀξὺ ἀπολήγουσαν ἔχων τὴν στέγην κατεσκευασμένος. Heſych. *Curvas* et *cavas* appellabant veteres. Cf. *Salmaſ.* ad Script. Hiſt. Aug. T. II. p. 550. et veterum grammaticorum loca a *Geſnero* excitata ad *Varron.* III. 5. 12.

*CCCLXXV*. Vat. C. p. 473. Plan. p. 371. St. 509. W. — V. 3. „τεῦξε Κλέης, Κλεάδος ἁγνῆς. Sic in Vat. membr. Juxta hanc lectionem viri nomen eſt Κλέης, mulieris autem Κλεάς, Κλεάδος. At quin falſa ſit, dubitationem omnem tollit lapis antiquus in Oxonienſi Muſeo, cujus Epigraphe habetur infra DCXII. e qua manife-

ſtum eſt hîc ſcribendum eſſe τεῦξε Κλέης Κλεάδας ἁγνῆς πόσις. Maritus Κλεάδας, uxor Κλέη. Idem videtur eſſe in utroque carmine ſacrorum Lernaeorum antiſtes, de quibus conſule *Meurſium* in Graecia feriata; eorum meminit etiam Strabo p. 371. διὰ δὲ τοὺς γενομένους καθαρμοὺς ἐν αὐτῇ παροιμία τις ἐξέπεσε, Λέρνη κακῶν.“ *Br.* Vulgo κλέης κλεάδης ἀγανῆς. In membr. Κλεάδας ἁγνης. — De Lerna agens *Pauſan.* II. 36. p. 198. καὶ τελετὴν Λερναῖα ἄγουσιν ἐνταῦθα Δήμητρι.' — V. 4. Λερνέων α. π. ὀργιοφ. Vat. C. „Vulgo ἀργεοφάντης. Idem quod ἱεροφάντης eſt ὀργιοφάντης.“ *Br.* Sic etiam emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. *Lernae ſervans penetrale ſacerdos* vertit *Grotius.*

*Lectt. p.* 288.] *CCCLXXV.*[b] Ex Chandleri Sylloge Inſcript. p. 11. W. In Meſſalinum, qui theatrum, neſcio quod, vetuſtate adfectum inſtauravit. — V. 1. ἔκτοθι, etiam externam ſpeciem admirata. — V. 4. ἀρηγοσύνη, ab ἀρήγειν, *opem* ſignificat, quam Meſſalinus ruenti theatro tulerat. Huic ejus auxilio vel tempus, quamvis omnia domans, ceſſit. i. e. injuriam temporum reparavit.

¶. 230.] *CCCLXXVI.* Vat. C. p. 483. Plan. p. 378. St. 516. W. „Hoc diſtichon merito inter aenigmata referendum erat, quod a Salmaſio expoſitum eſt in notis ad Hiſt. Aug. p. 485. A. (T. II. p. 803.) ipſum autem aenigma habet p. 483. (800.) ubi in hexametro melius legitur καὶ ἢν οἴξῃς, σύ με κλείσεις.“ *Br.* Vulgo legitur κλείσεις με. In Vat. membr. ἢν κλείσῃ μ' α. καὶ ἢν οἴξῃς με κλείσεις με. *Salmaſii* interpretatio huc redit: Κάγκελοι ſunt januae cancellatae et translucidae ex lignis reticulatim compoſitis textae; κιγκλίδας veteres Graeci appellabant; recentiores καγκέλλους et καγκελοθύρια. *Lucidas fores* appellat *Caſſiodorus*, *clauſtra patentia*, *feneſtratas januas.* Cancelli itaque, quando claudebantur, nihilominus tamen quodammodo aperti mane-

bant, nam διαφανεῖς erant; at ubi revera aperiebantur, tum vel intra ſeptum reducti, vel ad parietem reclinati non amplius apparebant, aut pariete oppoſito viſum non amplius transmittebant, et ſic quodammodo clauſi erant. In eundem modum hoc aenigma explicat *Huetius* p. 35. *Caſſiodorus* de iſtis cancellis L. XI. Ep. 6. *quamvis ſtudioſe claudas, neceſſe eſt, ut te cunctis aperias.* θύρας δικτυωτὰς διαφανεῖς appellat *Polyb.* XV. 28. Conf. collectanea *Godofredi* ad Codic. Theodoſ. T. I. p. 83. ſq. ed. *Ritter.*

*CCCLXXVII.* Vat. C. p. 488. Plan. p. 378. St. 516. W. „Μινσώριον vox eſt barbara, quam male *Brodaeus menſam* interpretatur. Notat diſcum, lancem, une jatte, un plat. Vid. du Cange in Gloſſar. et Salmaſ. in Plin. p. 449." *Br.* Lemma in Vat. C. et Plan. Εἰς μινσώριον ἔχον ιβ (τὰ δώδεκα) ζώδια καὶ ἕτερα. Erant enim in opere illo anaglypho non zodiaci tantum ſigna, ſed luna etiam ſoli oppoſita, plures ſtellae cum ifixae tum errantes, expreſſae. Non praetermittenda, quae *Huetius* p. 35. docte ad hoc Epigr. monuit: „μινσώριον Latini *miſſorium* appellant. Frequens vox ea eſt in ſcriptoribus infimae latinitatis. Dictum eſt a miſſibus ſive ferculis et patinis, quae in eo ſtructae erant, et menſae inferebantur. Rectius dixeris *repoſitorium.* In repoſitoriis autem fabricandis ingenioſa erat et delicata veterum gula. Similia autem hujus alia duo in antiquorum libris deſcripta reperio, aliud ab Alexide, a Petronio aliud. Haec duodecim itidem ſigna zodiaci habebant in orbe diſpoſita; ſuper quae proprium et convenientem materiae ſtructor impoſuerat cibum." Locus *Alexidis* eſt ap. *Athen.* L. II. p. 60. A. B. *Petronii* in Satyr. c. 35. — ¶. 231.] V. 3. ἀλεῖται. Vat. C. — V. 4. Sic *Theon Alex.* II. ἑπτὰ πολυπλανέες κατ' Ὀλύμπιον ἀστέρες οὐδὸν Εἱλεῦνται, καὶ τοῖσιν ἀεὶ κανονίζεται αἰών.

*Conſcia fati Sidera diverſos hominum variantia caſus* dixit *Manil.* initio operis.

*CCCLXXVIII.* Vat. C. p. 457. Εἰς μισσώριον ἔχον Ἀφροδίτην καὶ Ἔρωτα. Plan. p. 379. St. 517. W. Ineptum carmen. In anaglypho Venus conſpiciebatur, obſcoenis tantum partibus velatis; quatuor circa eam Amores volitabant. — V. 4. Ἀφροδίτας. V. C.

*CCCLXXIX.* Vat. C. p. 458. Plan. p. 362. St. 501. W. Reprehenditur ſculptor, quod Chriſtum recens natum, pacis inter homines auctorem, in ſcuto, non in cunis, repraeſentaverit. – ἀσπίδι τικτόμενον. ut Hercules ap. *Theocrit.* Eid. XXIV. 4. Cf. Ep. Heroic. XXXII. 7.

*CCCLXXX.* Ex *Bern. de Montfaucon* Diario Italico p. 427. *Wheler* Voyage p. 32. *Murator.* Theſaur. p. 1889. Jovianus gloriatur, quod, paganorum templis everſis, Chriſto ſacram aedem exſtruxerit. Hoc circa ann. 363. factum eſſe videtur. Ad noſtrum carmen facit inprimis *Libanius* in Monodia T. I. p. 509. ubi gentilium Diis levitatem ſuam exprobrans, quae Juliani mortem inſecuta ſint religionis mala recenſet: ἀμείνων ἄρα ἦν λογισμὸς ὁ τέως καταγελώμενος, ὃς πόλεμον ὑμῖν ἀράμενος πολύν τε καὶ σφοδρὸν καὶ ἄπαυστον, ἔσβεσε μὲν πῦρ ἱερόν, ἐπέσχε δὲ θυσιῶν ἡδονήν, βωμοὺς δὲ ἀφῆκε λακτίζουσιν ἀνατρέπειν, ἱερὰ δὲ καὶ νεὼς τοὺς μὲν ἔκλεισε, τοὺς δὲ κατέσκαψε, τοὺς δέ, βεβήλους ἀποφήνας, πόρνοις ἐνοικεῖν ἔδωκε. — V. 1. βασιλιαν. *Montf. Wheler.* — συνέριθον i. e. σύμμαχον. De metaphorico hujus vocabuli uſu vide *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 242. — V. 3. ap. *Whelerum* legitur ante verſum ſecundum. — V. 4. ὀντιδανας. *Whel.* οὐτιδανῆς. agnoſcis humilem et abjectum Chriſtiani hominis animum.

*CCCLXXXI.* Vat. C. p. 377. Plan. p. 27. St. 40. W. — Oleae vitibus ſaepenumero commiſtae in eodem loco. *Marian.* Ep. II. καὶ λιπαρῆς εὔβοτρυν ἀν' ὀργάδα καρπὸς ἐλαίης θάλλει ἐριστασφύλων παντόσε θειλοπέδων. Cf. *Co-*

*metae* Ep. III. — V. 2. ἄρατε. Vat. C. — θλίβετε. ut amantes. Cf. ad *Aſclepiad.* Ep. XII.

*CCCLXXXII.* Vat. C. p. 376. ἄδηλον ὑπό τινος εἰς δάφνην τὸ φυτόν. Plan. p. 26. St. 41. W. — In membr. lacuna eſt, quaſi verſus deſit. At nihil deeſt. — Φ. πορεύεται, Ἄρης ἀναμίγνυται Δ. Vat. C.

¶. 232.] *CCCLXXXIII.* Vat. C. p. 373. Plan. p. 78. St. 114. W. In eodem argumento exornando plures exercuerunt ingenium. Cf. *Zelotum* Ep. I. II. — V. 2. γευσαμένων. Vat. C.

*CCCLXXXIV.* Vat. C. p. 377. Plan. p. 79. St. 114. W. — V. 2. „Tres Planudeae codd. ἐξεκύλισε. recte.“ *Br.* Vulgo ἐξεκύλισσε. — V. 4. τόλμης οὔποτε φειδόμενοι. *audax omnia perpeti Gens humana. Horat.* I. Od. III. 25.

*CCCLXXXV.* Vat. C. p. 421. Plan. p. 79. St. 115. W. — V. 1. τίπτε με. Vat. C. — τέκτον dedit Vat. C. Vulgo τέκτων legitur, quod primus notavit Aldus in Lectt. Nam in Flor. pr. et Ald. 1. τέκνον habetur, quod etiam in marg. Wechel. reperio. — V. 3. „ὅτι. Ultima producitur vi caeſurae. Male in membranis ὅτοι. Non intellecta librariis metri ratio multas peperit corruptelas.“ *Br.* — ἀλώσιμον. *ventis obnoxiam*, vel *ventorum procellis expugnatam* vertendum cenſet *H. Stephanus* in Not. ad Ep. Select. p. 300.

*CCCLXXXVI.* Vat. C. p. 421. Plan. p. 2. St. 6. W. „Lemma in Vat. C. εἰς βότρυν ἄωρον κοπέντα. In optimo Planudeae codice Epigr. hoc legitur L. I. cap. εἰς οἶνον. In duobus aliis bis exſtat, capite εἰς ἄμπελον, et iterum cap. εἰς οἶνον. Hi altero in loco v. 3. habent ἀπό μιν βάλεν, quod praetuli.“ *Br.* *Agathiae* ingenium hoc Epigr. redolet. — V. 2. ἐξέταμεν. Vat. C. — V. 3. χείλεα στυφθείς. *Alcaeus Meſſ.* Ep. XVIII. πυγόεσσαν ἄχερδον, ἀποστύφουσαν ὀδόντων χείλεα. — ἀπό μιν βάλεν ex ſuo Cod. notavit Aldus in Lectt. unde in Ald. 2. 3. Nic.

Sabienſ. aliasque fluxit. Caeterae ex ed. princ. χαμάδις βάλεν. — V. 4. νισομένοις Vat. C. Ed. pr. et Junt. νεισομένοις. Ald. 2. 3. et Nicol. Sab. νισσομενος. Lectt. Aldi νισσομένοις. recte. Vide *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* I. 53. p. 7. — V. 5. οἷα Λυκοῦργος Vat. C. Hoc revocandum deleta diſtinctione in fine verſus. Infeſtus ei ſit Bacchus, quod, ut Lycurgus olim, naſcentem ejus laetitiam exſtinxit. Hunc verborum nexum cum librarii non intelligerent, Λυκοῦργος in Λυκούργῳ mutarunt. — αὐξομέναν εὐφροσύναν. Vulgo et in Vat. C. — ἔσβεσεν. In deſcriptione feſti *Libanius* T. IV. p. 1056. τετάρτη δὴ ἡμέρα τὴν μὲν ἀκμὴν τῆς ἑορτῆς ἀμβλύνει, τὸ πᾶν δὲ οὐδ' ἡ μετ' ἐκείνην σβέσαι δύναιτ' ἄν. *Plutarch.* II. p. 783. F. τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν σβεννυμένην. — V. 7. Hujus enim uvae latex facile aliquem ad cantum excitare, aut triſtitiam et aegritudinem depellere potuiſſet. — V. 8. κάδεος. Vat. C.

*CCCLXXXVII.* Vat. C. p. 382. Plan. p. 23. St. 36. W. Bonae notae Epigramma, quod *Martorello* quoque, judici alioqui parum idoneo, perantiquum videtur in Opere de Theca calamaria p. 33. Loca veterum de calamo vide ap. *Herm. Hugonem* de Prima Scr. Origine p. 71. ed. *Trotzii*, qui et noſtrum Epigramma, ſed craſſis vitiis obſitum, repetivit. — V. 1. ἦ μήν. Ed. Ald. 2. 3. Nic. Sab. id quod *Joſ. Scaligerum* induxiſſe videtur, ut ἦα μὲν emendandum conjiceret in not. mſt. — ἐμοῖο. nonnullae editt. — V. 2. οὐ σύκον, οὐ μῆλον Vat. C. quod in metrum peccat. In vulgata lectione brevis ſyllaba in caeſura pentametri poſt tot hujus licentiae exempla neminem facile offendet. — ¶. 233.] V. 3. ἐμύησ' Ἑλικωνίδα. pro ἔθηκε Ἑλ. me Muſarum ſacris initiavit. — V. 5. „In membr. ἔνθεχ οἷα, quod etiam bonum, refertur enim ad γραφεῖον; vulgatum tamen ἔνθεος magis probo. Ex iisdem v. 6. λαλῶ. ἀφθέγκτῳ τῷδε λαλῶ στόματι, eadem antitheſis, quae in

*Antipatri Sid.* XCIII. καὶ τὸ κυβευθὲν Πνεῦμα δι' ἀφθέγκτων εἶπέ τις ἀστραγάλων, ubi perperam membranae διὰ φθεγκτῶν.« *Br.* Vulgo habetur λέγω. Similia comparavit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 410.

CCCLXXXVIII. Vat. C. p. 228. Plan. p. 238. St. 345. W. De muneribus, quae Ajax et Hector ſibi invicem poſt monomachiam dederant, utrique pernicioſa. Ex Homer. ΙΛ η. 303. ſq. — Vulgatam ἡ χάρις εἰς θάνατος tacite mutavit *Brunckius.* Haud aliter tamen membr. Vat. exhibet, nec Cod. Conſtantini Laſcaris ap. *Iriarten.* In marg. Wechel. ἦν notatur. Nulla harum lectionum ſatis placet. — εἰς θάνατον debetur *Opſopoeo.*

CCCLXXXIX. Vat. C. p. 228. Plan. p. 238. St. 346. W. Imprimis comparanda ſunt verba *Teucri* ap. *Sophoclem* in Ajace v. 1027.

σκέψασθε πρὸς θεῶν τὴν τύχην δυοῖν βροτοῖν·
Ἕκτωρ μὲν, ᾧ δὴ τοῦδ' ἐδωρήθη πάρα,
ζωστῆρι πρισθεὶς, ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων
ἐγνάπτετ' αἰὲν, ἔςτ' ἀπέψυξεν βίον·
οὗτος δ' ἐκείνου τήνδε δωρεὰν ἔχων,
πρὸς τοῦδ' ὄλωλε θανασίμῳ πεσήματι.
ἆρ' οὐκ Ἐρινὺς τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος,
κἀκεῖνον Ἅιδης, δημιουργὸς ἄγριος.

V. 1. 2. laudat *Suidas* in φέρασπις. T. III. p. 591. ubi ἔφερον legitur, minus recte. φέρασπις Ajax ob ingens, quo inſtructus erat, ſcutum: φέρων σάκος ἠΰτε πύργον. — V. 4. Quo animo haec munera data eſſent, morientes experti ſunt. Laudat h. v. cum duobus ſqq. *Suidas* T. III. p. 106. in πείρησαν. δοκιμὴν, ἀπόπειραν ἔλαβον. In Vat. C. πείρισαν. — V. 6. δίφρια. Vocabulum vix alibi obvium adverbii vim habet: ἐκ δίφρου συρόμενον. — V. 7. Vulgo οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα. In ge-

nerali hac ſententia, qua carmen clauditur, ſenſus omnino πέμπεται requirit, quod habent Cod. Jani Lascaris et Florent. edit. Ob metrum mutarunt in πέμπετο. Male. Tranſpoſitae voces ordini ſuo reſtituendae erant. Vide quae notavi ad Argentarii XIX." *Br.* A vulgata lectione nihil diſcrepant membr. Vat. et *Suidas*, qui hoc diſtichon profert ad αὐτοκτόνα. T. I. p. 386. — πέμπεται δῶρα eſt in Edit. pr. Ald. 1. 2. 3. Hoc licet probari non poſſit, non magis tamen probanda cl. editoris tranſpoſitio, quae rhythmi elegantiam tollit, et verba minus apte collocat. Vitioſum eſſe videtur verbum πέμπεται, quod pro meo quidem ſenſu elumbe eſt. Fac fuiſſe:

οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα δῶρα πέλονται

et nihil offendes. Non tamen dico, ſic ſcriptum fuiſſe; ſed hac vel tali emendatione hujus verſus difficultatem minori, quam a cl. editore factum eſt, opera tolli potuiſſe. — Reſpexit poëta verſum in *Sophoclis* Tragoedia 665. ubi Ajax, de Hectoris gladio locutus, ἐχθρῶν, inquit, ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα. Cf. *Schott.* ad *Zenob.* Cent. IV. 4. p. 79.

CCCXC. Vat. C. p. 375. Plan. p. 28. St. 43. W. Ex Cod. hoc carmen profert *Bandinus* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 297. ubi duo priora diſticha junctim leguntur cum Ep. *Palladae* XLI. — De ſcuto Achillis, poſt Ulyſſis naufragium, ad Ajacis tumulum fluctibus delato. *Pauſan* I. 35. p. 86. Λόγον δὲ τῶν μὲν Αἰολέων, τῶν ὕστερον οἰκησάντων Ἴλιον, ἐς τὴν κρίσιν τὴν ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἤκουσα· οἵ, τῆς ναυαγίας Ὀδυσσεῖ συμβάσης, ἐξενεχθῆναι κατὰ τὸν τάφον τὸν Αἴαντος τὰ ὅπλα λέγουσιν. — V. 2. Δ. ἦρε. Vat. C. — V. 4. ὤμισεν. Vat. C. — V. 4. 5. „Ultimo diſticho e membr. addito mancum eſt hoc Epigr. in Planudea, cujus hexameter in ſequ. carmen irrepſit." *Br.*

Cauſa et fons erroris, quomodo factum ſit, ut ultimum diſtichon omitteretur a *Planude*, apparet ex Vat. C. ubi v. 1. inſequentis Epigrammatis poſt v. 4. noſtri carminis legitur, ita ut ejus reliqua pars noſtrum ſequatur. — V. 6. Σαλαμίς. Salaminius Ajax ejusque patria, in quam herois gloria redundat; ne quis Ajacem in patria ſepultum eſſe ſuſpicetur.

*CCCXCI.* Vat. C. p. 375. In Plan. p. 28. St. 44. W. uno verſu auctius legitur hoc carmen. Vide ad Ep. praeced. — V. 1. δίκασσεν. Vat. et Plan. — Ἀθήνης. Ex *Homeri* Οδ. λ. 546. παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη. qui locus totius fabulae de Ulyſſis certamine cum Ajace fundus eſt. Hinc *Leſches* etiam Ulyſſem Achillis arma κατὰ βούλησιν Ἀθήνης accepiſſe tradiderat, ut conſtat ex *Procli* Excerpt. p. 35. — V. 2. σῆμα τινάσσει. tumulum Ajacis tundit, fluctibus crebro admotum. — ¶. 234.] V. 3. αὐτόν σε καλέουσα. Vat. C.

*CCCXCII.* Vat. C. p. 472. Plan. p. 373. St. 512. W. Ineptum diſtichon. — V. 1. Ἀλφειός. Vat. C. — V. 2. ποταμὸν εὖρ. Vat. Add. 128.

*CCCXCIII.* Ex *Strabone*, qui hoc Epigr. ex Eratoſthene laudat, L. II. p. 126. B. relatum eſt in Append. Anth. Steph. p. 533. St. *28. W. Inſculptum erat hydriae aëneae, gelu ruptae, quam ſacerdos Aeſculapii in Dei templo, quod apud Panticapaeum erat ad Bosporum, cum inſcriptione dedicaverat. Exempla prodigii, quo aqua in glaciem mutata ferrea vaſa perruperit, protulit *Krieſius* in *Euler's Briefen* T. III. p. 347.

*CCCXCIV.* Append. Planud. p. 533. St. *28. W. Ex *Athenaeo* L. X. p. 442. F. qui de populis vino deditis haec habet: Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ πόλεις Ἐπιγραμμάτων περὶ Ἠλείων παρατίθεται τόδε τὸ Ἐπίγραμμα· Ἦλις κ. τ. λ. — V. 2. τοίη δή. Vulgo ap. Athen.

¶. 334.] CCCXCIV.[b] Ex *Syneſii* Epiſt. CXXVII. p. 262. A. Legitur etiam ap. *Suidam* in φεῦνος T. III. p. 638. ubi v. 2. λυσσητῆρα habetur, metro refragante. Priorem verſum etiam in Λακιδέας exhibet T. II. p. 410. Turbato ordine idem in Λυσσάνιν T. II. p. 475. καὶ κύνα λυσσητὴν Ἀσπίδα κ. τ. λ. Acumen hujus Epigrammatis *Muretus* in Var. Lect. L. XI. 9. p. 259. comparavit acumini in verſibus *Eubuli* ap. *Athen.* L. I. p. 8. B. Εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο Ἐπὶ δεῖπνον ἄμαχοι Φιλοκράτης καὶ Φιλοκράτης· Ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα δύο λογίζομαι, Μᾶλλον δὲ τρεῖς.

CCCXCV. Append. Anth. St. p. 533. * 29. W. ex *Athenaeo* L. VIII. p. 337. F. qui, acuto tibicinis cujusdam dicto relato, haec ſubjicit: οὐκ ἀνοήτως τοῦτο φήσας ὁ αὐλητής· λόγος γὰρ παλαιός, ὡς ὅτι ἀνδρὶ μὲν κ. τ. λ. *Caſaubonus* in Animadvſſ. p. 588. vulgatam lectionem impugnat his allatis: Tibicines dum tibias inflant, mentem amittere dicuntur; ſi amittunt ergo, habent; quare falſum illud in priore θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν. Aut igitur commoda interpretatione molliendum, quod dictum videtur duriuſcule, et accipiendum quaſi diceret, datam quidem et tibicinibus mentem a Diis, ſed non firmam nec perpetuam, verum quae tunc illis adimatur, cum tibias inflant, aut legendum: νόον εἰςενέφυσαν. Stant ab hac emendatione non codices quidem, in queis vulgata lectio habetur, at particulae μὲν et ἀλλά, ſi volumus earum vim recta ratione expendere. Haec *Caſaubonus*. Amplexus eſt ejus emendationem V. cl. *Boettigerus* in Muſeo Attico T. I. Faſc. II. p. 348. ubi plura veterum dicta de tibicinibus expenduntur. Vulgata quo modo ferri poſſit, non video, cum poëta ſine dubio dicere debuiſſet ἢ νόον οὐκ ἐν. ἢ ἅμα τῷ φ. etc. *Caſauboni* autem emendationem commendat etiam τὸ παράδοξον, quod inde exiſtit, cum prior verſus tibicinum laudem promittat. *Grotius* tamen vulgatam ſequi ma-

luit, ſenſu admiſſo, quem ut graeca verba ferant, vereor:

*Ne tibicinibus mens conſtet, lege Deorum*
*Cautum eſt; cum flatu nam ſimul avolitat.*

CCCXCVI. Vat. C. p. 317. Primus edidit *L. Holſtenius* ad *Stephan. Byz.* v. Ἰκαρίη. p. 145. *Reiskius* in Anth. nr. 686. p. 128. inter Jenſiana nr. 35. Poëta in mare Icarium, ut importunum, invehitur. — V. 1. νεόζυτον. Vat. C. νεόφαιτον. *Holſten.* νεόφοιτον, quod *Br.* dedit, reperitur in ap. Ruhnk. nec aliter emendavit *Reiskius* et *Heringa* in Obſſ. p. 264. Sic appellatur aër, tum primum Icari tentatus alis. — V. 2. „In cod. τύμβε κακοδρομίης. quod merito *Reiskio* displicuit, qui tamen, quod in Epigrammate corruptus occurrat verſiculus, ideo affirmare non debebat, *nunquam fuiſſe poëtas optimos dicendi magiſtros.*" *Br.* Sed quo ſponſore, quaeſo, *Brunckio* credemus, hunc verſum depravatum eſſe et πτεροδρομίης ſcribi debuiſſe? κακοδρομίη certe imperito librario minime imputaverim; verbum ſcilicet eleganter compoſitum, ut κακοκρισίη ſupra Ep. CCCXC. κακοσπορίη Ep. CCCCL. et alia, quae enumerare nihil attinet. At epitheton πικρῆς huic voci additum abundare videtur. Fateor. Tum vero potius epitheton emendaverim, quam ſubſtantivum; ſive potius conceſſerim, poëtam paulo negligentius ſcripſiſſe. *Reiskius* νεφοδρομίης conjiciebat. — V. 3. Utinam nec Icarus te vidiſſet, nec omnino Triton tibi locum in maris ſuperficie tribuiſſet, i. e. utinam omnino non eſſes. Quod h. l. Tritoni tribuitur, idem aliis Diis ſimili phantaſmate tribuit *Oppian.* II. Hal. 30. θεὸς — ὅς καὶ πρῶτα μεσοῤῥαγέας κενεῶνας Γαίης ἀγρομένοισιν ἐνιπλήσας ποταμοῖσι Πευκεδανὴν ἀνέηκε καὶ ἐξέστειψε θάλασσαν, Ὀφρύσι καὶ ῥηγμῖσι περίδρομον ἀμφιπεδήσας, Εἴτε μιν εὐρυμέδοντα Ποσειδάωνα καλέσ-

σαι, Εἴτ' ἄρα καὶ Νηρῆα παλαίφατον, εἴτ' ἄρα Φόρκυν Βέλτερον, εἴτε τιν' ἄλλον ἁλὸς θεὸν ἰθυντῆρα. — Pro κεῖνος in Ap. *Rubnk.* et *Guy.* αὐτὸς legitur. — ¶. 235.] V. 5. Nullum habes portum, quo naves tuto morari poſſint, nec verſus borealem, nec ad auſtralem plagam. — ἐφόρμισις Ap. *Guy.* et *R.* — βόρειος. Vat. C. et ſic *Jenſ.* et *Holſt.* At κλίτος neutram terminationem flagitabat. — V. 6. ἄγειν. Vat. C. *Jenſ.* *Holſt.* ἀγὴν, quod Ap. *Guy.* et *R.* exhibet, *Salmaſii* ſagacitati deberi videtur. νοτίη ἀγὴ κύματος eſt circumſcriptio maris auſtralis plagae. ἀγή. ἡ κλάσις τοῦ κύματος. *Said.* — *Apollon. Rhod.* L. I. 554. πολιῇ ἐπὶ κύματος ἀγῇ τέγγε πόδας. Ibid. L. IV. 941. ὑψοῦ ἐπ' αὐτάων σπιλάδων καὶ κύματος ἀγῆς. Praeclare *Valckenarius* emendavit ap. *Moſchum* Eid. II. 36. τερπόμεναι ῥοδέῃ τε φυῇ καὶ κύματος ἀγῇ pro ἠχῇ. quod *Brunckius* recipere non dubitavit. Cf. de hac voce *Abreſch.* in Miſcell. Obſſ. V. 1. p. 82. et quae de κυματωγὴ monuit *Weſſeling.* in Diſſert. Herodot. p. 207. et *Valcken.* ad *Herodot.* IV. p. 367. 54. — V. 8. ὅσσον a *Jenſio* omiſſum *Reiskius* reſtituit ex Ap. Holſten. Cf. *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 81. Mire hoc Epigr. vertit *Leichius* in Praef. ad Carm. Sepulcr. p. XII.

CCCXCVII. Vat. C. p. 390. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 756. p. 156. inter Jenſiana nr. 105. — V. 1. μετοκλάζεις. Vat. C. quod emendavit *Rubnk.* in Epiſt. crit. p. 122. comparato *Homeri* Ιλ. π. 428. et *Heſiodi* Scut. 405. οἱ δ' ὥστ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι, Πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ. μεγάλα κλάζοντε μάχονται. — V. 2. ἔῤῥεξεν. Vat. C. – ἔξοφος. *Jenſ.* quod correxit *Leich.* in Praef. ad Sepulcr. p. XIV. — V. 3. πτερὰ πυκνὰ βαλοῦσα. Etiam hoc ductum ex Ιλ. λ. 455. οἰωνοὶ – περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες. Cf. ad *Anytes* Ep. XI. T. I. P. I. p. 428.

CCCXCVIII. Vat. C. p. 305. ſq. Edidit hoc carmen *Valeſius* ad *Euſeb.* Hiſt. Eccl. IV. 2. *Holſten.* et *Berkel.* ad *Steph. Byz.* in Νασαμῶνες. *Dodwell.* de Patria

et Aetate Dion. Perieg. §. 4. *Reisk.* in Anth. nr. 708. p. 137 ex Jenſ. nr. 58. „Lemma in Vat. C. ὅτι Καῖσαρ ἐξεκάθηρε Λιβύην τῶν ἐνοικούντων θηρίων καὶ ἐποίησεν οἰκεῖσθαι. Falſus mihi videtur graeculus hujus tituli auctor, neque hîc ad colonias reſpici credo, quibus Imper. Hadrianus Libyam frequentavit, quae Valeſii eſt opinio ad Euſeb. Hiſt. Eccl. IV. 2. ubi hoc carmen protulit; factum fuiſſe credo in ſpectaculum ab Imperatore quodam editum, in quo leonum ſtupendus numerus caeſus fuerit, quale fuit illud Neronis, de quo Dio p. 988. in quo tercenti leones ab equitibus haſtis confixi ſunt. Hinc v. 6. corruptam codicis lectionem emendavi ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς. Ultima Salmaſio ſcrupulum non injiciebant; ſed αἰχμηταῖς mutabat in αἱμασιάν." *Br.* Lemma graecum cum veriſſima cl. editoris interpretatione facile conciliari poteſt; nihil enim continet, niſi multas feras ex Libya captas eſſe; poſteriora verba καὶ ἐποίησεν οἰκεῖσθαι, ultimum diſtichon interpretantur, quo poëta regiones illas olim infeſtiſſimas, tot belluis inde abductis, habitabiles fuiſſe factas ait. Quanta autem tum leonum tum aliarum Africanarum ferarum vis ad publica ſpectacula Romam devecta ſit, vix credideris, niſi certa teſtimonia haberemus. Gordianus uno die feras Libycas centum exhibuit; urſos uno die mille; ſecundum *Julium Capit.* in Scr. H. Aug. T. II. p. 78. Sed centum leones ſimul exhibere, ſolemne erat. Nullus autem Imperatorum ſuperavit Probum, qui *Vopisco* narrante T. II. p. 678. una miſſione centum jubatos leones emiſit, deinde centum leopardos Libycos, totidemque Syriacos, centum leaenas et urſos ſimul trecentos. De numero leonum his certaminibus vehementer imminuto monuit quaedam *Zimmerm.* in Zoologia geogr. p. 388. — V. 1. ἐσχατιαί. Ultimi terrae habitabilis tractus. Vide *Weſſeling.* ad *Herodot.* p. 254. — V. 2. ἵδρυσεν ἠπει-

ϱου ν. Vat. C. „Iſtud ἠπείρου nihil prorſus ſignificat, et adeo eſt otioſum, ut ſine ſenſus detrimento abeſſe poſſit, nec tanquam poëticae orationis ornamentum retineri debuerit; ideo repoſui αὐχμηρά.“ *Br.* *Reiskius* νηπείροις repoſuit, optione lectoribus data, num malint hoc, an ἔθνεσιν ἠπείροις, nam eodem redire, cum νήπειρος et ἤπειρος pro ἄπειρος ſit poſitum. Talia nonnunquam exciderunt viro alioqui doctiſſimo. Elegans autem cl. editoris lectio tam longe abeſt a ſcriptura codicis, ut librarium tantopere aberraſſe vix ſit credibile. Scribendum fortaſſe:

οὐκ ἔτι θηρῶν
ἔθνεσι ληστήρων νῶτα βαρυνόμεναι.

V. 3. η χ'οι Vat. C. unde nonnulli ἠχοῖ fecerunt. Inepta hoc verſu molitur *Reiskius*, quorum eum merito poenituit, cum notas ſcriberet. Totus verſus in membr. ſic legitur: η χ'οι ἐρημαιαισιν ἐπιπτυσσεσθε λ. quem ſic, ut *Br.* edidit, ſcriptum reperio in Ap. Guy. In lectione membr. fortaſſe οὐκέτ' latet. — ἐρημαίησιν ὠρυγαῖς eleganter dictum de rugitu leonum ἐν ἐρήμοις τόποις, qui eum expaveſcere dicuntur. — V. 4. ἐπεὶ ἀνίερηθμον. Vat. In marg. Ap. Guy. νήριθμον notatum reperio, quod Brunckianae lectioni fortaſſe praeferendum. — V. 6. αἰχμηταῖς Κ. ἔθηκεν ὁ παῖς. Vat. C. unde *Valeſius* fecit l. c. ἐς μίαν αἰχμηταῖς Κ. ἔθηκεν ὄπα. *militibus ſub unum ſimul adſpectum ſubjecit.* *Reiskius* dedit: ἐς μ. αἰχμητὴς Κ. ἔθηκεν ὀπάν. *in unam caveam.* in lectionibus autem hanc emendationem propoſuit ἐς μ. αἰχμηταῖς Κ. ἔθηκε νέοις. *in unum locum congregatos exhibuit bellicoſis, haſta gaudentibus tractanda juvenibus.* Quae omnia non magis probanda ac *Bernardi* conjectura in literis ad *Reiskium* propoſita p. 507. δέσμιον αἰχμητὴς Καῖσαρ ἔθηκεν ὀπαῖς. — Mihi primum αἰχμηταῖς temere mutandum non videtur. Feras enim in ejusmodi muneribus armatis objectas eſſe

conſtat. *Dio Caſſ.* L. LXI. 9. p. 988. τετρακοσίας τε ἄρκτους καὶ τριακοσίους λέοντας οἱ ἱππεῖς οἱ σωματοφύλακες τοῦ Νέρωνος κατηκόντισαν. Deinde ἐς μίαν minime op: s eſt cum ſubſtantivo jungatur, cum per ſe *junctim ſimul*, ſignificet, ut ap. *Homer.* Ιλ. β. 379. εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βουλεύσομεν. *Aelian.* Hiſt. An. V. 9. εἰς μίαν νοεῖν καὶ τὴν αὐτήν. *Meleag.* Ep. CXXVIII. 13. ἐπεὶ καὶ Μοῦσαν Ἔρωτι Καὶ Χάριτας Σοφίᾳ εἰς μίαν ἡρμόσαο. Cf. *Abreſch.* in Auct. ad Thucyd. p. 368. Fortaſſe igitur in poſtremis verſus noſtri verbis ΕΘΗΚΕΝΟΠΑΙC latet ΕΦΗΚΕ ΜΕΓΑC; niſi forte quis malit:

[illegible]
ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἐφῆκε θοαῖς.

V. 9. Loca olim ob feras deſerta nunc armenta frequentant. Similiter de Hercule Nemeaei leonis victore Ep. *Archiae* XXVII. ποίμνας ἐξελάσασθε· πάλιν μυκηθμὸν ἀκούσει Ἠχὼ ἐρημαίης ἐννεάπειρα νάπης.

CCCXCIX. Vat. Cod. p. 411. Edidit *Reiske* in Anth. nr. 792. p. 171. inter Jenſian. nr. 141. „E manifeſto carminis ſenſu lemma addidi; ineptum enim eſt illud, quod in membr. eſt: ἄδηλον ἐπὶ τίνι ἁρμόζει τὸ ἐπίγραμμα." *Br.* — V. 1. „Male membr. ἁλικλαύστου et v. 2. εὐαλθές. [Hoc falſum. In Ap. certe Gothano εὐαλδὲς habetur]. Hoc recte Salmaſius emendavit, licet ſui non memor poſtea in Plin. p. 806. ubi hunc verſiculum profert, ſcribat εὐανθές, et in fine ἐπαινυμένα. Cod. ἐπαινομένα. [ἐπαινυμένα potius.] et Salmaſius in marg. emendaverat ἀναινομένα, *recuſans* i. e. *vitans*, quod praetuli." *Br.* Ap. *Jenſ.* ἁλικαύτου. *Hering.* in Obſſ. p. 271. ἁλικλύστου emendavit, quod etiam in marg. Ap. Guy. legitur cum nota: De concha accipiendum videtur, in qua dormientis Amoris ſimulacrum poſitum erat. — ἧμαν. *Reisk.* — V. 2. εὐαλδές. *Heſych.* εὐαλδῆ. εὐαυξῆ. ubi vide *Interpp.* — In fine vſ. haud ſcio an vera ſit membr. lectio ἐπαινυμέ-

να, quod eodem fortaſſe ſenſu accipi poteſt, quo ἐπαϐρεσθαι, et *frui* ap. Latinos: ut ſcilicet concha adhaerens ſaxo, quod alga marina circumdabat, *algae* illius *particeps fuiſſe* dicatur. *Reiskius* dedit ἐπιειννυμένα, *marina alga* quaſi *veſtita et obſita.* — V. 3. κόλποις ἔντοθεν. Vat. C. quod omnes certatim emendaverunt.

¶. 236.] *CD.* Ex *Agathiae* Hiſtor. p. 43. ed. Vulc. Legitur etiam ap. *Conſtantin. Porphyrogen.* de Them. L. II. nr. 79. ubi *Bandurius* illud ex *Agathia* emendatius exſcribendum curavit T. I. p. 29. Cf. notas T. II. p. 30. Repetivit *Reineſius* in Inſcriptt. p. 349. *Bonada* in Anthol. p. 541. *Grotius* in Mantiſſa Quarta. T. III. p. 442. — Inſcriptum erat lapidi ad ripas fluminis Caſolini, ubi Franci, duce Butelino in Italiam irrumpentes, a Narſe ſuperati fuerant anno p. Chr. 554. Cf. *Gibbon.* in Hiſt. cadentis Imper. Rom. T. VII. p. 346. ſqq. — V. 1. Κασωλίνου. Ap. Agath. et Conſt. Κασουλίνου. Alii Caſilinum appellant, et pro Vulturno habent in Campania, ad cujus utramque ripam oppidum Caſilinum erat conditum. — V. 2. δέξατο Τυρσηνὶς αἶχη .... *Conſt.* ap. quem reliqua deſunt cum verſu ſq. integro. Habuit, ut ſuſpicari licet: δ. Τυρσηνῆς αἰγιαλὸς κροκάλης. — V. 5. ὄλβιον καὶ τ. Cod. Conſt. et in fin. δεινὸν ἐρευθ. — Tropaei loco fluvius habebit barbarorum ſanguinem.

*CDI.* Ex *P. Lucae* Itiner. Aſiat. nr. 65. ubi male diſtinctum et paſſim depravatum exhibetur, emendatius dedit *Heringa* in Obſſ. p. 147. quem *Brunckius* ſequitur. Ponti inſculptum fuiſſe videtur Epigramma, quo Auxentius quidam Cydnum fluvium junxerat. — V. 2. χειμερίοισι ῥόμοις. Ad frigidas Cydni aquas referendum, quibus τὸ ψυχρὸν καὶ τραχὺ tribuit *Strabo* L. XIV. p. 990. C. Ne de rapido curſu cogites, vetat *Curtius* L. III. 4. 7. qui eum *leni tractu e fontibus labi, nec torrentes in eum incurrere* dicit; et *Tibull.* I. 7. 13.

*An te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis Coeruleis placidis per vada ſerpis aquis.* — V. 5. πρόσθεν ἀπειρεσίης ἐνοχῇ. *Lucas.* quod in ἀπειρεσίῃσι ſive ἀπειρεσίῃσι νόοιο mutavit *Heringa.* Senſus eſt, jam alios pontes ibidem exſtruxiſſe, ſed pro aquarum vi debiliores. — V. 8. πρηύτερος. Similiter *Horatius* II. Od. IX. 21. *Medumque flumen gentibus additum victis, minores volvere vortices.* ubi vide *Mitſcherl.* et *Burm.* ad Anth. Lat. T. I. p. 230. — V. 9. Hinc apparere videtur, Auxentium architectum fuiſſe, idque opus perfeciſſe, Pitho Ciliciae praefecturam obtinente. *Brunckius* nomen praeſidis Πίθου corruptum cenſet. — V. 12. ζεῦξαν. Nili ripae in oſtiis pontibus junctae. *Diodor.* L. I. 32. p. 39. ἔστι δὲ καὶ ἕτερα στόματα — ἐφ᾽ ἑκάστῳ δὲ πόλις τετείχισται διαιρουμένη τῷ ποταμῷ, καὶ καθ᾽ ἑκάτερον μέρος τῆς ἐκβολῆς ζεύγμασι καὶ φυλακαῖς εὐκαίροις διειλημμένη. Ibid. L. XV. 42. p. 34. τοῦ γὰρ Νείλου τὰς εἰς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος ἐκβολὰς ποιουμένου, καθ᾽ ἕκαστον τῶν στομάτων πόλις κατεσκεύαστο, πύργους μεγάλους ἔχουσα καθ᾽ ἑκάτερον τοῦ ῥείθρου, καὶ ξυλίνην γέφυραν τοῦ εἴσπλου κυριεύουσαν.

*CDII.* Vat. C p. 620. Edidit *Philib. de la Mare* in Vitis Guijon. nr. VIII. Eandem ſententiam plures protulerunt. *Xenophon* de Venat. II. 1. juvenes hortatur, ne venationis ſtudia negligant: ἐκ τούτων γὰρ γίγνονται τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἀγαθοί, εἴς τε τὰ ἄλλα. et c. XII. 1. τάδε πρὸς τὸν πόλεμον μάλιστα παιδεύει. *Liban.* Or. V. T. I. p. 230. ed. *Reisk.* ὅλως δὲ ὅστις θηρᾶν ἀγαθός, οὗτος καὶ πολεμεῖν ἀγαθός· ἀγαθὴ γὰρ πολέμου διδάσκαλος ἡ θήρα. *Plinius* in Paneg. 81. 2. de venatione agens: *Olim haec experientia juventutis, haec voluptas erat: his artibus futuri duces imbuebantur: certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu.* Ipſo verbo μελέτη in hac re utitur *Athen.* L. I. p. 24. C. καὶ ἐπὶ κυνηγέσια ἐξιᾶσιν οἱ νέοι πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύνων. et *Pollux* Praef. ad L. V. p. 457. venationem eſſe

ait εἰρηνικῆς τε καρτερίας ἅμα καὶ πολεμικῆς τόλμης μελέτημα. Qui plura cupit, adeat *Rittershuſ.* ad *Oppian.* I. Cyneg. 86. p. 12.

*CDIII.* Ex *Gruteri* Inſcriptt. p. 399. *Hagenbuch.* Epiſt. ad Blaurerum p. 85. Adhaeret hoc diſtichon Inſcriptioni latinae in honorem *Cronii Euſebii*, Conſularis Aemiliae, cui ob vitam et eloquentiam monimenti honor delatus eſt. Meminit ejusdem, ut videtur, Euſebii *Symmachus* IX. Ep. 52. Sed plures illo nomine inſignes vixerunt iſtis temporibus, de quibus vide *Ritterum* in *Godofredi* Proſopogr. Cod. Theod. T. VI. P. II. p. 51. ſq. — Vitioſe habetur ap. *Gruterum*:

ΗΜΙΗΣ ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΛΟΤΙΤΟ ΑΙΝΕΣΤΗΣΑΝΤΟ
ΒΟΤΛΗ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΤΣ
ΤΟΝ ΣΟΦΟΝ ΕΤΣΕΒΙΟΝ.

quod *Hagenb.* ſic emendavit, ut ap. *Brunckium* legitur. λόγιον eſt pro λογιότης, ἡ ἐν τῷ λέγειν δεινότης. Ut Ep. DXXXIII. Herodotus ἱστορίης πρύτανις appellatur, Democritus ποιμὴν μύθων ap. *Timon.* in *Diog. Laërtii* Vit. P. p. 247. ſic Euſebius ἄρχων λογίου, *eloquentiae* princeps. Tireſias ap. *Aeſchyl.* VII. c. Th. 27. τοιῶνδε δεσπότης μαντευμάτων. In ſtatua Proaereſii, maximi nominis Sophiſtae, ſcriptum: Ἡ βασιλεύουσα Ῥώμη τὸν βασιλεύοντα λόγων. quod tradit *Eunapius* in Vita Proaereſii. Cf. *Wernsd.* ad *Himer.* XIV. 8. p. 617. *Fiſcher* ad *Anacr.* p. 106. — βασιλεῖς ſcribendum eſſe docet latina Inſcriptio: PETITIONE. SENATUS. CONTEMPLATIONE. VITAE. ATQUE. ELOQUENTIAE. EJUS. AB. INVICTIS. PRINCIPIBUS. EST. DELATA.

¶. 237.] *CDIV.* Vat. C. p. 376. et iterum p. 568. εἰς γέροντα ὀξύχολον. Plan. p. 21. St. 33. W. *Palladae* ingenium ſapit. Schol. in ed. Wechel. confert verſus *Antiphanis*, unde hoc Epigramma derivatum vi-

detur. Leguntur ap. *Stobae.* in Flor. CXVIII. p. 589. 13. *Gesn.* p. 479. *Grot.*

σφόδρα τί ἐστιν ὁ βίος ἡμῶν οἴνῳ προσφερής,
ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρόν, ὄξος γίνεται.

ubi prioris ſenarii vitium in oculos incurrit. Scribendum verbis leviter transpoſitis:

σφόδρ' ἐστιν ἡμῶν ὁ βίος οἴνῳ προσφερής.

V. 3. ἐπαντλήσας. Vat. C. utroque loco. Add. 130.

*CDV.* Vat. C. p. 505. Plan. p. 20. St. 32. W. Comici fortaſſe ſenarii. In eandem fere ſententiam neſcio quis in Anth. Lat. T. I. p. 574.

*Tam malum eſt foris amica, quam malum eſt uxor domi;*
*Nemo non haec vera dicit, nemo non contra facit.*

*CDVI.* Vat. C. p. 377. Plan. p. 19. St. 31. W.

*CDVII.* Vat. C. p. 229. Plan. p. 223. St. 324. W. Poëta, cui Chaldaei triginta ſex annos ad vivendum deſtinaverant, ſe longiorem vitam deſiderare negat. Conf. *Antip. Theſſ.* Ep. VI. quod hinc fortaſſe expreſſum. — V. 1. ἔθηκεν. Vat. — V. 3. ὁ γὰρ χρόνος. pro οὗτος γὰρ ὁ χρ. Hoc enim temporis ſpatio pulcherrimus aetatis flos continetur. — V. 4. Brevis vita longiori praeferenda, cum multi anni voluptati nihil adjiciant, mors autem ne a longaeviſſimis quidem vitari poſſit.

*CDVIII.* Vat. C. p. 379. Plan. p. 16. St. 27. W. Seculum incuſat poëta, quod et malis abundet et ſtul-

torum largum proventum habeat. — V. 3. τὸ πλέον corrigit *Wakefield.* in Silv. crit. T. II. p. 155. et ſq. verſ. πάντως. Neutrum probaverim. — V. 6. μεριμνῶν Vat. C. — Si vos reſpicio, veſtrum morem imitaturus, in medio inter riſum et lacrymas poſitus, neſcio, quomodo utrumque ſimul facere poſſim.

¶. 238.] *CDIX.* Bis in membr. Vat. legitur p. 494. et p. 568. In Plan. p. 39. St. 58. W. *Luciano* tribuitur. Cf. *Luciani* Opera T. III. p. 676. ed. R. In Cod. Vat. loco priore *Luciani* Epigrammata praecedunt et ſequuntur; hinc *Planudis* error, qui ad lemma adſcriptum ἄδηλον non advertit animum. In altero loco, ubi hoc diſtichon a diverſa manu, vacui explendi cauſa, adſcriptum eſt, nullum lemma adpictum. — Similis argumenti Epigr. cui initium fuit: Ἁ χάρις ἁ βραδύπους ἄχαρις χάρις, vertit *Auſonius* Ep. LXXXII.

*Gratia, quae tarda eſt, ingrata eſt; gratia namque*
*Cum fieri properat, gratia grata magis.*

Noſtrum ipſum fortaſſe ſic expreſſit:

*Si bene quid facias, facias cito; nam cito factum*
*Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.*

*Seneca* de Benef. II. 1. *Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis haeſit, quod quis aegre dimittere viſus eſt, et ſic, tanquam ſibi eriperet. – Gratiſſima ſunt beneficia parata, facilia et occurrentia, ubi nulla mora fuit, niſi in accipientis verecundia. Ariſtoph.* Eccleſ. 578. ὡς τὸ ταχύνειν χαρίτων μετέχει πλεῖστον. *Apollon. Rhod.* III. 143. μηδέ τις ἔστω Ἀμβολίη· δὴ κεν γὰρ ἀφαυροτέρη χάρις εἴη. Hinc paraſitus ap. *Alciphron.* I. 22. p. 90. mo-

ram voluptatis impatientius fert, quam ipſa voluptate gaudet: οὐ τοσοῦτον ἐπὶ ταῖς ἡδέσιν ἥσθεις, ὅσον ἐπὶ τῇ παρολκῇ τῆς ἁβροδιαίτης ἐκτακείς. Sic hic locus corrigendus videtur, cum vulgo inepte legatur τῆς βραδυτῆτος. *Suidas*: Ἁβροδιαίτη. τρυφερὰ ζωὴ καὶ ἁπαλή. — V. 2. γένοιτο. Cod. Dorvill.

*CDX*. Vat. C. p. 368. Ἀδέσποτον. Εἰς τινα ἀγρὸν Ἀχαιμενίδου ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλον μετερχόμενον. In Plan. p. 110. St. 161. W. hoc quoque Epigr. *Luciano* tribuitur. Ad eum refertur in Schol. ad Nigrin. §. 26. T. I. p. 49. ed. Bip. ubi prius diſtichon cum parte v. 3. legitur. — V. 1. Eandem fere ſententiam expreſſiſſe videtur *Menander* in Ἀῤῥηφόροις ἢ Αὐλητρίσι ap. *Stobae.* in Flor. T. LX. p. 231. *Grot.* LVIII. p. 378. 19. *Gesn.* ſi recte emendavimus:

τὰ μὲν πατρῷα μεταποιεῖ καιρός ποτε,
ἀλλοτριώσει τ' αὐτά που τὰ σώματα,
βίου δ' ἔνεστι μί' ἀσφάλει' ἐν ταῖς τέχναις.

*Paternas opes tempus aliquando ad alios transferet; etiam ipſa corpora mutabit quodammodo; in artibus autem ſolum vitae eſt praeſidium.* — V. 3. ἐκεῖνος Vat. C. et Plan. quod cur mutatum ſit, non video.

*CDXI*. Vat. C. p. 378. Εἰς ληθαργικὸν καὶ φρενοπλῆγα, ὅτι μαχεσάμενοι ἀλλήλους ἰάσαντο. Plan. p. 66. St. 95. W. In phrenitide curanda nil ſomno utilius putant, quem frictione et crebra corporis exercitatione arceſſendum eſſe docet *Celſus* III. 18. 10. *Plinius* H. N. XXVI. 72. p. 408. *Phreneticos ſomnus ſanat – e diverſo lethargicos excitare labor eſt.* — V. 1. παρὰ Vat. C. — V. 3. ὑπόπο. Vat. C. — V. 4. ἔτυπτε. Vat. C. — V. 6. „Vulgo male τὸν δ' ὕπνου. recte membranae ὕπνῳ. Scilicet ὁ μὲν ληθαργικὸς ἔγρετο, τὸν δὲ φρενοπλῆγα ἔῤῥιψεν ὕπνῳ i. e. εἰς ὕπνον, ὁ πολὺς κόπος.“ *Br.* ἐς ὕπνον emend. Ca-

*ſaubon.* in not. mſt. ὕπνῳ *Huetius* p. 8. De hoc uſu ablativi verbo monuimus ad *Agathiam* Ep. XLV. T. III. P. I. p. 82. Exempla ap. poëtas paſſim obvia. *Agath.* Ep. LXXVII. ἐξεκύλισσα πέδῳ pro εἰς πέδον. *Sophocl.* Electr. v. 747. τοῦ δὲ πίπτοντος πέδῳ. *Aeſchyli* Choëph. v. 46. τί γὰρ λύτρον πεσόντος αἵματος πέδῳ; Eumenid. v. 253. τὸ διερὸν πέδῳ χύμενον οἴχεται.

*CDXII.* Plan. p. 69. St. 100. W. In Satyrum compedibus vinctum et arma fabrili arte tractantem, quod poëta ita interpretatur, ut eum, paupertate coactum, vitae ſuſtentandae cauſa τέχνην βάναυσον amplexum eſſe dicat. Gemmam aliudve artis opus deſcribi puto, quod talem artificis luſum repraeſentabat. Hoc et ſeq. Epigr. quod idem argumentum tractat, non infimi poëtae ſunt. Ridiculus eſt *Opſopoeus*, qui utrumque in fabrum quendam, nomine Satyrum, compoſitum eſſe affirmat, qui bibacitate ad reſtim redactus diurno labore vix vitam ſuſtentaret. Graecum hujus Epigr. argumentum ap. *Huetium* p. 8. ad *Opſopoei* mentem compoſitum, utrum Scholiaſtae ſit cujusdam, an ipſius *Huetii*, ignoro. — V. 3. κῶλον eſt in Ed. Flor. pr. Ald. 2. Nicol. Sab. Nec aliter legi debebat; ſed cum in Aldin. 1. forte fortuna κῶμον irrepſiſſet, idem error, quamvis ab ipſo Aldo in Lectt. notatus, per plures edd. etiam Stephanianam propagatus eſt. — Ad ἀλυκτοπέδῃσιν *Huetius* adſcripſit τῆς πενίας δηλονότι. Male. — V. 4. παιδὶ θεᾶς. Officium, quod ap. *Homerum* Cyclopes praeſtant, noſter, ſculptore praeeunte, Satyro tribuerat. Nullus autem dubito, quin illud artis opus, quod noſtro carmini locum dedit, ad eorum numerum referendum ſit, quae dramatum ſatyricorum ſcenas repraeſentant. Fabula erat ex cyclo Trojanarum fabularum; repraeſentabatur Vulcani officina, inque ea, Cyclopum loco, Satyri in ſervitutem redacti, fere ut in *Euripidis* Polyphemo. Plura ſunt antiquitatis dramata, in quibus

haec locum habere potuerunt, Myrmidones *Aeſchyli*, quos Satyricis annumerandos eſſe ſuſpicor; Ἀχιλλέως Ἐρασταὶ *Sophoclis*. — V. 5. Non quod artifex ſit, hunc laborem ſuscepit, ſed ut eo parcum ſibi compararet victum.

*CDXIII.* Planud. p. 69. St. 101. W. — V. 1. Satyrus, qui olim ampla pocula ſiccare, thyrſum vibrare, comiſſationes agere ſolebat, nunc incudi alligatus artem fabrilem tractat. Haereo in θύρσων πήγματα, quod quo ſenſu dictum ſit, non exputo. κέλητος πῆγμα apte dixit *Meleager* Ep. LXXVII. De contignationibus et machinis ſcenicis alii, ut *Juvenal.* IV. Sat. 141. ubi vide Intrpp. Quaenam autem fuerit thyrſorum compoſitio aut coagmentatio, penitus ignoro. Sed fortaſſe non ſic ſcripſit poëta, ſed

τὰ καλὰ θύρσων

παίγματα;

*Euripid.* Bacch. v. 160. Αὐτὸς ὅταν εὐκέλαδος Ἱερὸς ἱερὰ παίγματα βρέμῃ. — ¶. 239.] V. 3. σμίλη eſt inter inſtrumenta fabrorum et lapidariorum. Cf. ad *Dioscorid.* Ep. XVII. *Alcaei Meſſ.* Ep. XXI. — In plurimis edd. vett. ποδίκειτον legitur; Stephan. et Aſcenſ. ποδίκροτον receperunt. Haud aliter emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. ἅμμα ποδίκροτον ſunt compedes mallei ope circum tibias adſtrictae. — Ap. *Huetium* p. 9. *Scaliger* ἅλμα emendaſſe dicitur. Sed talia paſſim in illis Notis occurrunt, haud ſatis ſincera. — V. 4. σπάργαν᾽ ἐλ. qui Bacchum olim faſciis involvit. Silenus plerumque Bacchum puerum nutriviſſe dicitur. — V. 5. αἰσχρήμων. Omnes edd. vett. usque ad Aſcenſ. quae αἰσχήμων vitioſe dedit, et *Stephanum* quoque in errorem induxit. In Theſauro tamen Gr. L. αἰσχρήμων ex noſtro loco exhibet. *Scaliger* in not. mſt. ἀχρήμων emendavit. — ἁ π.

ἀνάγκα. vulgo. — V. 6. μαριλοπότην. Se non jam vinum, ſed favillam potare conqueritur. ἀνθρακεῖς et μαριλευταὶ appellabantur fabri ſecundum *Pollucem* VII. 110. Alterum eſt ap. *Themiſtium* Or. XXI. p. 245. A. οἶμαι αὐτοὺς μικρὸν διαφέρειν ἀνθρακέως τινος ἢ σιδηρέως καπνοῦ γέμοντος καὶ μαρίλης. *Max. Tyr.* XVIII. 9. p. 353. τῷ μαρίλης ἐμπεπλησμένῳ. Eſt autem μαρίλη, ὁ χνοῦς καὶ τὸ λεπτὸν τῶν ἀνθράκων.

*CDXIV.* Vat. C. p. 505. Plan. p. 106. St. 157. W. Paupertatem poenarum apud inferos meditationem eſſe. Peſſime vulgo diſtinguitur, commate poſt τῇ πενίῃ poſito; qui error non fugit magnum *Grotium*, cujus haec ſunt:

*Tantale, credo tuas inferno judice poenas,*
*Paupertas mala me quippe futura docet.*

V. 1. εἰ nonnunquam pro ὅτι ponitur, ſed poſt verba affectuum. In membr. habetur ἡ κρίσις, quod in ἦ κρίσις mutandum videtur. Sic vividior oratio: *Sane poenae ſunt apud inferos et Tantali mala; non amplius dubito.*

*CDXV.* Vat. C. p. 566. Plan. p. 107. St. 157. W. Sententia eſt fere, ut ap. *Euripidem* in Dictye, *Stobae.* Flor. XCI. p. 507. 28. Μὴ πλοῦτον εἴπῃς, οὐχὶ θαυμάζω θεόν, Ὃν χὠ κάκιστος ῥαδίως ἐκτήσατο. De divitibus *Diogenes* ap. *Stobae.* T. XC. p. 506. 5. eos τὸν πλοῦτον εἰς τὰ ἐπιεικῆ τῶν πραγμάτων οὐ κατατίθεσθαι, κόλαξι δὲ καὶ πόρναις καὶ ταῖς αἰσχροτάταις ἡδοναῖς καὶ κενωτάταις δόξαις χορηγεῖν. — V. 2. Libri omnes χρυσὸς ὁ πορνοφίλας, quod *Branckius* in πορνοφίλος mutaverat, cujus eum mutationis poſtea poenituit.

*CDXVI.* Vat. C. p. 420. ſq. Plan. p. 47. St. 68. W. Cicada, quod a paſtoribus capta ſit, conqueritur. Optimae notae Epigramma. Cf. *Apollonid.* Ep. XXV. *Bianoris* Ep. III. — V. 1. τίπτε με. Vat. C. et Plan. —

V. 2. ἔλκετε. arundinibus viſcatis puta. — V. 3. Νυμφῶν παροδίτην. Vat. C. Νυμφῶν παροδῖτιν. Plan. Nymphis locuſta canere dicitur ap. *Meleagr.* Ep. CXI. φθέγγου τι νέον δενδρώδεσι Νύμφαις. — παροδῖτις, quia in arboribus ſedet prope viam. *Leonidas Tar.* Ep. LX. πρόϊκιος ἀνθρώποισι κελευθήτῃσιν ἀοιδός. — ἀηδόνα cicadam appellat etiam *Anyte* Ep. XIV. — „κῆματι. Sic Vat. membr. e correctione; nam primo ſcriptum fuerat κύματι.“ *Br.* Nullum ejusmodi correctionis veſtigium in Apogr. Goth. Vulgo eſt καύματι, ut ap. *Leonid. Tar.* LX. Sed copula deſiderabatur. — ξουθὰ λαλεῖν eſt λιγυρῶς λαλεῖν. quo ſenſu ξουθὰ ἀηδὼν paſſim dicitur. Cf. *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. I. p. 373. — V. 4. ἠνὶ δέ. Plan. *Ruhnkenio* in Epiſt. crit. p. 146. auctor Epigr. colorem videbatur duxiſſe ex *Callim.* H. in Dian. v. 155.

τί δέ κεν πρόκες ἠὲ λαγωοὶ
ῥέξειαν; σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται.
καὶ βόες ἀνθρώποισι κακὸν μέγα· βάλλ' ἐπὶ καὶ τούς.

*CDXVII.* Vat. C. p. 420. Ἄδηλον. Εἰς λαγωὸν ἐμπεσόντα εἰς θάλασσαν, ὃν κύων θαλάσσιος ἥρπασε. In Planud. p. 44. St. 64. W. *Tiberio* tribuitur, cujus nomen praecedit in membranis. Hinc fortaſſe *Planudes* in errorem inductus eſt. Quod ſi quis tamen huic quam Codici Vat. fidem habere maluerit, me non valde repugnantem habebit. Nam *Tiberii* ingenium hoc carmen redolet. Expreſſum videtur ex Ep. *Germanici* T. II. p. 159. aut *Hadriani* Ep. III. — V. 2. θερμοῖς ἴχνεσιν. inſecutus veſtigia vixdum relicta, adhuc calentia, ut eſt ap. *Theocrit.* XVII. 121. τοκέων ἂν θερμὰ κονίῃ Στειβόμενος καθύπερθε ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη. niſi forte malis de celeribus canis pedibus accipere, ut θερμὸν πόδα dixit *Rhianus* Ep. IX. et *flammea veſtigia cervae Catullus* LXIV. — V. 3. Lepus de colle, mari imminente, in altum

deſiluiſſe putandus eſt. — κῦμα παρακτίδιον proprio ſenſu de fluctibus ad litus ſeſe frangentibus accipiebam, quos lepus magno ſaltu vitaſſe diceretur; argutius tamen *Brodaeus* de canum turba, a litore feram urgente, accepit, eandemque interpretationem amplexus eſt *Grotius*:

*Deſilit in fluctus, fluctus quia ſaevior inſtat*
*In ſcopulo preſſans undique turba canum.*

Et hoc verius puto. Κῦμα enim frequenter de quocunque malo uſurpari ſolet. Cf. *Rittersb.* ad *Oppian.* Hal. IV. 195. *Klotz.* ad *Tyrtae.* p. 85. — ἀλησκάζων plurimae edd. veteres. — V. 4. ὀδοῦσιν. Vat. — V. 6. κυσίν. Vat.

¶. 240.] *CDXVIII.* Vat. C. p. 397. Ἀδέσποτον εἰς ὁδίτην τινὰ ὑπὸ λύκων διωκόμενον καὶ εἰς ποταμὸν ἑαυτὸν ῥίψαντα, ὃν οἱ λύκοι καὶ εἰς αὐτὸ ὕδωρ ἐδίωξαν. — *Bianori* tribuitur in Plan. p. 46. St. 67. W. a cujus ingenio minime alienum. — V. 1. Ἐς β. Vat. — V. 2. λύκων εἶδεν. Vat. — V. 3. ἀγεύσαντο. Vat. — Mox ἔβρυχε vulgo et in membr. Nec hoc nec ἔβρυκε, quod cl. editor poſuit, ex conjectura procul dubio, ſatis proprie dictum. Vera tamen videtur *Brunckii* emendatio. — V. 4. Vulgo πλεξάμενος, quod ex δεξάμενος ortum exiſtimo. At elegantiſſimam hîc praebuit lectionem Vat. C. δραξάμενος. cujus verbi exempla vide ap. *Wetſten.* ad N. T. II. p. 112. — Similia de lupis narrat *Aelianus* H. A. L. III. 6. Cum fluvium transmittere volunt, τὰς οὐράς, ait, τὰς ἀλλήλων δακόντες, εἶτα ἀντιπίπτουσι τῷ ῥεύματι, καὶ ἀλύπως γε διενήξαντο καὶ ἀσφαλῶς. Cf. eundem L. VIII. 14. lupos bovem eadem ratione e palude extrahentes deſcribentem, et L. XVII. 17. ubi mures eodem ſtrategemate uti narrat. Ad *Aeliani* narrationem reſpicit *Euſtath.* ad Odyſſ. ξ. p. 538. 43. πιστεύεται γὰρ τοὺς λύκους δια-

βαίνοντας βίαιον ποταμὸν, ἐνδακόντας τὴν κέρκον τῶν ἀεὶ προηγουμένων τοὺς ἑπομένους, στιχηδὸν διανήχεσθαι καὶ οὕτω μὴ παρασύρεσθαι τῷ ποταμῷ ἄλλον ἀλλαχοῦ. Cf. *Schneider.* V. Cl. in Auct. Emend. ad Aelian. in calce Comment. Frider. II. de Venat. T. II. p. 161. — V. 6. ἄρης. luporum calliditas in formandis ordinibus, ſive eorum tactica.

*CDXIX.* Vat. C. p. 420. Plan. p. 47. St. 69. W. Poëta ſe cicadam araneae retibus irretitam exſolviſſe narrat. — V. 1. λεπτόν. Haud ſcio, an alii quoque ſubſtantivum deſiderent ad λεπτόν; ego certe deſidero, idque in praepoſitione ſatis otioſa ὑπὸ latere ſuſpicor. Fortaſſe enim ſcribendum:

λεπτὸν ὑφηναμένα ῥαδινοῖς ποσὶν ἱστὸν ἀράχνα.

Hoc in ὑπὸ forte depravatum verborum transpoſitionem neceſſariam reddidit. *Bacchylid.* Fr. IX. 6. ἐν δὲ σιδαροδέτοισι πόρπαξιν αἰθᾶν ἀραχνᾶν Ἱστοὶ πέλονται. *Philoſtrat.* II. Imag. XXIX. p. 854. in deſcriptione ejusmodi telae: ἰδοὺ τετράγωνος μὲν αὐτῇ (f. ἄρτι) μήρινθος περιβέβληται ταῖς γωνίαις, οἷον πεῖσμα τοῦ ἱστοῦ· περιῆπται δὲ τῇ μηρίνθῳ λεπτὸς ἱστὸς, πολλοὺς ἀποτετορνευμένος τοὺς κύκλους. — V. 2. „ἔνδετον εἶχε. Sic optimae membranae. Vulgo corrupte legitur ἔνδον ἔχεσκε πάγαις.“ *Br.* — V. 3. οὔ μιν λ. Plan. et Vat. C. quod ex μὴν ortum eſſe acute vidit *Brunckius.* — ἐπαιάζοντα ποδίστραις. Vat. C. Hoc ut rarius et exquiſitius vel ob membranarum auctoritatem revocandum eſt. In recenſu inſtrumentorum venationis *Philipp.* Ep. VIII. κνωδάλων ἐπισφύρους Ὀχεῖς, ποδίστρας, καὶ τραχηλοδεσμότας κλοιούς. — V. 5. τότ' ἐλ. Vat. quod vulgatae non praeferendum.

*CDXX.* Vat. C. p. 361. Plan. p. 45. St. 66. W. Equus curſor, cui Pegaſi nomen, poſt multas victorias in certaminibus reportatas ſe in piſtrinum detruſum eſſe conqueritur. Cf. *Archiae* Ep. XXIV. XXV. — Ejus-

modi equi (*fortis equus, ſpatio qui ſaepe ſupremo Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit*, ut *Ennius* cecinit ap. *Ciceron.* de Senect. c. 5.) nonnunquam Diis conſecrati dimittebantur in paſcua. *Ovid.* II. Amor. IX. 20. Cf. *Caſaub.* ad *Sueton.* Jul. Caeſ. c. 81. T. I. p. 172. ed. *Burm.* — V. 2. Πήγασος. nomen in ſpatiis Circenſibus illuſtre et obvium. Vide *Spanhem.* de Uſu et Praeſt. Num. T. I. p. 274. — V. 3. Ἰσθμὸν. Vat. C. — ἐκώμασα. de pompa proprie dicitur, qua victores per ſtadium ducebantur, tum de victoria in univerſum. *Eurip.* Hercul. Fur. v. 180. τὸν καλλίνικον μετὰ θεῶν ἐκώμασεν. — κήπινεμειον junctim plures edd. vett. — V. 4. ζᾶνα. Vat. — Ἀρκαδικᾶς. ibid. — Arcadicas frondes de oleaſtro interpretatur *Brodaeus*, qui ad Alpheum, Arcadicum amnem, creſcebat; Olympica itaque certamina intelligi. Quum hîc de majoribus in Graecia certaminibus agatur, poſt Pythica, Iſthmica et Nemea commemorata Olympicum deſiderari videtur. Hoc itaque malim, quam de Arcadico quodam certamine cogitare; licet nec hoc ineptum fuerit. — V. 5. Νισυρήτιδος. Vat. C. Lapis molaris circumſcribitur, qui optimi in inſula Niſyro reperiebantur. *Strabo* L. X. p. 748. C. de hac inſula: στρογγύλη δὲ καὶ ὑψηλὴ καὶ πετρώδης τοῦ μυλίου λίθου εὐποροῦσα· τοῖς γοῦν ἀστυγείτοσιν ἐκεῖθέν ἐστιν ἡ τῶν μύλων εὐπορία. — V. 6. ἀπασταχύων. Vat. C.

CDXXI. Vat. C. p. 376. ἀδέσποτον. εἰς αἶγα τυφλώττουσαν, ἣν ἐκέντησεν ἀκάνθης ἀχάδος ἀκάνθη καὶ ἀνέβλεψε. Iterum legitur p. 415. cum lemmate: τοῦ αὐτοῦ (i. e. *Leonidae Alexandrini*) ἐπὶ αἰγὶ τετυφλωμένῃ κεντηθείσῃ ὑπ' ἀχράδος καὶ βλεψάσῃ. In Plan. p. 39. St. 57. W. *Antiphili* eſt. Commentarii loco ſit *Aelian.* VIII. Hiſt. An. 14. ὅταν αἲξ νοήσῃ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπιθολωθέντα αὐτῇ, πρόςεισι βάτῳ καὶ παραβάλλει τῇ ἀκάνθῃ τὸ ὄμμα νύξαι αὐτό· καὶ ἡ μὲν ἐκέντησε – καὶ ὁρᾷ αὖθις ἡ αἲξ. *Plin.* H. N. VIII. 50. *Oculos ſuffuſos capra junci puncto ſanguine exonerat, caper*

*rubi.* Simile quid obſervatum eſt in urſis, qui, *cum eorum oculi hebetantur, favos appetunt, ut convulneratum ab apibus os levet ſanguine gravedinem illam. Plinius* L. VIII. 54. p. 460. — V. 1. „Ἐκ θοίνης. *Ex paſcuis.* Durum eſt θοίνη hoc ſenſu poſitum, et circumſtantia illa, quod e paſcuis rediret capra, omnino memoratu inutilis erat: corrupte in membranis εἰ χθονίης. Ulcus hîc latet. Conjeceram ἐξ ἁλαῆς." *Br.* In Vat. Cod. loco priore εἰ χθονίης. Recentior manus ſuperſcripſit ἐκ. Altero loco ἐκ θοίνης habetur. Voce θοίνη pro avium pabulo utitur *Antip. Theſſ.* Ep. XLIII. ἥξει δ' Ἰλιάδαις οὐκ αἰετὸς, ἀλλ' ἐπὶ θοίναν Γύπες. *Eurip.* Ion. 504. βρέφος πτανοῖς ἐξώρισε θοίναν. Cf. Ejusd. Hecub. v. 1072. Ion. 1496. Quod ſi ergo ſincera eſt lectio, ſenſum eſſe dixeris: *Poſtquam paverat* capra, acceſſit ad pirum ſylveſtrem ibique lucem accepit. Sed recte monuit cl. editor, hujus rei commemorationem plane inutilem eſſe. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. emendavit ἐν θ. quod quomodo acceperit, non aſſequor. Mihi ſcribendum videtur:

Ἐκ σκοτίας φάος ἔσχεν —

*Poſt tenebras capra lucem accepit.* Formam σκοτία offert *Eurip.* Phoen. v. 338. αἰὲν σκοτίᾳ κρύπτεται. Jam in his verbis juſta eſt antitheſis. Sic *Paull.* in Epiſt. ad Corinth. II. 4. 6. ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι. Quod ſi hoc minus probatum fuerit, amplectenda *H. Stephani* explicatio ad Epigr. Selecta p. 298.: „Ego praepoſitionem ἐκ pro ex hîc, ut paſſim, accipi exiſtimo, et dici hanc capellam ex cibo ſuo ſeu ex victu lucem oculorum eſſe conſequutam, quod illud ipſum, quo veſcebatur, ejus pupillam pupugerit." — Μηκάς, capra, non bucula, ut vertit *Opſopoeus*, quem μυκὰς legiſſe ſuſpicatur *Arnaldus* in Lectt. gr. p. 100. Cf. *Ruhnken.* Epiſt. crit. p. 133. — V. 2. τυφλὴ perperam correxit

*Aldus* in Lect. quem ſequuntur tamen Ald. 2, 3. Veram lectionem revocaverunt *Nicol. Sabienſes*. — V. 3. ἐτέρην. Plan. Vat. C.

¶. 241.] *CDXXII*. Vat. C. p. 365. Plan. p. 40. St. 58. W. In gemmam ſcriptum exiſtimo, in qua lupus conſpiciebatur a capra nutritus. Ad ſenſum facit *Theocrit*. Eid. V. 37. ἴδ' ἁ χάρις ἐς τί ποθέρπει. Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι. — V. 3. θηρίον. in me furet. Hoc ſenſu θηρίον pro *infeſto malo* legebatur olim in Ep. *Calliae Argivi* T. II. p. 3. ubi nunc rectius αἰεὶ χρυσίον ἦσθα. *Meleager* Ep. LXIII. ἔῤῥε κακὸν κοίτης θηρίον. Hinc θηρίον ap. Graecos, apud Latinos *bellua* in convicium dicitur. *Demoſthen*. c. Timocr. T. I. p. 745. 4. c. Ariſtogiton. p. 772. 6. ed. R. Notum eſt dictum *Aeſchinis* inter Rhodios adverſarii ejus orationem admirantes, τί δέ; εἰ αὐτοῦ τοῦ θηρίου ἀκηκόειτε; ut eſt ap. *Plinium* II. Epiſt. III. 10. — V. 4. Eſt paroemia, qua gratia gratiam parere dicitur. Ei haec apud noſtrum opponitur.

*CDXXIII*. Plan. p. 379. St. 517. W. Leontio puellae poëta ſtilum dat muneri, ſimulque amatae artem et pulchritudinem laudat. — V. 1. γραφίς. *Brodaeo* teſte erant, qui ῥαφὶς legerent. — V. 3. Minerva tibi artem eximiam, Venus pulcritudinem excellentem tribuit.

*CDXXIV*. Vat. C. p. 495. Ἄδηλον. Sic etiam in Plan. p. 116. St. 168. W. „Diſtichon hoc eſt in Theognidis gnomis v. 1147. ubi μεθεὶς φίλον, quod praeſtat.“ *Br*. — V. 2. δηλῶν. Ed. Fl. pr. Ald. 1.

*CDXXV*. Vat. C. p. 495. Plan. p. 116. St. 168. W.

*CDXXVI*. Vat. C. p. 506. Plan. p. 117. St. 169. W. „Huic diſticho in membran. alterum ſubjungitur; ſed quum diverſi argumenti ſit, aut alio pertinet, aut etiam monodiſtichon Epigramma eſt:

χρησαμένῳ θεράπων ὁ χρήσιμος ἔστ' ἀγαθόν τι·
αὐτάρκης δὲ κακὸν τῶνδ' ὁ πονηρότερος.

Corruptus pentameter, quem ſic refingi poſſe reor:

αὐτάρκης δὲ, κακῶν ἐστιν ἀπειρότερος.

Hoc ſenſu: *Qui ſibi ipſe ſufficit, qui alterius famulatu non indiget, malorum magis eſt expers.* Veriſſima ſententia." *Br.* Notaverat *Salmaſius* in libro Lennepiano haec: *Fortaſſe ne ſic quidem integrum Epigramma. Sententia enim imperfecta eſt.* — In noſtro diſticho v. 1. Vat. C. μέγ' ἔσθ', male.

*CDXXVII.* Vat. C. p. 448. Plan. p. 116. St. 168. W. Ineptum eſt lemma in membr. Εἰς Διόνυσον. Ibidem ad v. 2. adſcriptum Εἰς ὁδοιπόρους. — V. 2. ναίτας. Vat. Dictum fere, ut illud *Niciae* ap. *Thucyd.* VII. 77. ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί, cui praeivit *Sophocles* in Oed. T. 56. huic fortaſſe Themiſtocles, cujus verba ſervavit *Juſtin.* II. 12. 14. Cf. *Waſſium* ad *Thucyd.* l. c. et *Reimar.* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 810. 14.

¶. 242.] *CDXXVIII.* Vat. C. p. 484. Plan. p. 113. St. 164. W. „Ultimos quinque verſus, ſic a me emendatos, e membranis addidi. Sex primi, qui in Planudea extant, medicam etiam poſcebant opem." *Br.* Hymnus in Fortunam potius quam Epigramma. — V. 1. αἰών. Fortuna favente tempus hominibus omnia fauſta affert. *Sophocl.* Electr. v. 75. καιρὸς γάρ, ὅσπερ ἀνδράσι Μέγιστος ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης. Pro ἀνθρώποισιν ἔχει φάος putabam ἀνθρώποις ἀνέχει φάος, quod paulo majorem vim habere videbatur. *Euripid.* Med. v. 482. ἀνέσχον σοὶ φάος σωτήριον. Idem in Ione 716. ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας. *Aeſchyl.* ap. *Stobae.* in Ecl. L. I. 7. p. 200. ed. H. de Fortuna: Τὸ δ' ἀμαχανίας πόρον εἶδες ἐν ἄλγεσι Καὶ

λαμπρὸν φάος ἄγαγες (fort. ἀνάγεις) ἐν σκότῳ. — V. 2. ἐννεσίῃσιν Vat. C. Vulgo ἐννεσίαις. et in marg. γρ. ἐννοίαις. quod ex gloſſa ortum. Cf. *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* L. I. 7. — εὐγενέτειρα. Vat. et Plan. In hoc epitheto non offendit magnus *Grotius*, qui vertit:

> *Inclyta commendas ſi quem Fortuna, beatos*
> *Sentiet in multa currere luce dies.*

V. 3. „παρέχοις. membranae. Vulgo ὁππότε χειρὶ δεξιτερῇ παρέχεις. ſine ulla conſtructione. κατὰ πάντα φέρει κλέος ἐκεῖνος, ᾧ ἄν ποτε παρέχῃς αὐχένα σὸν θεσπέσιον θίγειν, καταλαμβάνειν τῇ ἑαυτοῦ δεξιτερῇ χειρί." *Br.* Equidem πάντα pro nominativo habere malim, hoc ſenſu: Omnia gloriam afferunt ei, cui tu faves. — ὁππότε. Vat. ᾧ ποτε. Ed. Flor. pr. Ald. 1. Aſcenſ. De eadem Diva *Aeſchylus* l. c. καὶ τιμὰν βροτέοις ἐπέθηκας ἔργοις. — V. 5. τούτῳ, ad νεύματι referendum puto. Ad tuum nutum reges ſeſe accommodant, i. e. te tuamque voluntatem ſequuntur. Simili in re verbo ἁρμόζεσθαι utitur *Ariſtonymus* ap. *Stobae.* Flor. III. p. 39. κυβερνήτου μὲν ἔργον ἀγαθοῦ εἰς τὰς (fort. leg. τὰ ἱστία πρὸς τὰς) τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἁρμόσασθαι, ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ πρὸς τὰς τῆς τύχης. Eodem ſenſu verbum ῥυθμοῦσθαι adhibuit *Democritus* ap. eundem p. 56. ἀνοήμονες ῥυθμοῦνται τοῖς τῆς τύχης (ſic leg. non ψυχῆς) κέρδεσιν, οἱ δὲ τῶν τοιῶνδε δαημονέστεροι (vulgo δαήμονες) τοῖς τῆς σοφίης. — V. 6. ἔξοχοι cl. editor poſuit pro ἄμβροτοι, quod Plan. habet et Vat. C. Nullam video ſatis gravem cauſam hujus lectionis emendandae. ἄμβροτοι ἡγεμόνες praeclari ſunt duces, quorum gloria immortalis ad omnem poſteritatem propagatur. Agitur de oratoribus et eruditis in univerſum, quos ἡγεμόνες ἀγέλης λογίων poëta appellat. Cf. not. ad Ep. ἀδ. CDIII. — λογίους· τοὺς πολυΐστορας, Ἀττικῶς, καὶ Ἡρόδοτος λογίους τοὺς λεκτικούς, Ἕλληνες. *Moeris Attic.* p. 249. ubi conſ.

*Pierſon.* — V. 7. νᾶες. *Pindarum* ante oculos habuiſſe videtur poëta Ol. XII. 3. σώτειρα τύχα· τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες Ad Fortunam *Horatius* I. Od. XXXV. 6. *te dominam aequoris, Quicunque Bithyna laceſſit Carpathium pelagus carina. Dio Chryſ.* Or. LXIV. T. II. p. 329. Fortuna τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ πηδάλιον κατέχει, καί, ὡς εἴποι τις, ναυτίλλεται· τί δαὶ ἄρα τοῦτο ἦν; πότερον ὡς μάλιστα τῶν πλεόντων τῆς τύχης δεομένων; ἢ διότι τὸν βίον ἡμῖν ὥς τινα μεγάλην ναῦν κυβερνᾷ. — In Cod. Vat. σαώτερος. quod *Salmaſ.* in not. ined. mutabat in σαώτεροι. — V. 9. ἀμύμονες. Cod. quod eleganter emendavit *Brunckius.* Poterat et ἀπήμονες ſcribi; ſed praefero ἀκύμονες. Solent enim poëtae urbes cum navibus comparare. Cf. *Cerdam* ad Aen. I. 152. *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 85. — V. 10. πεδ. λειμῶνες. Vat. C. *Salmaſius* in not. ined. λειμάδες volebat ſive λείμονες. — In fine nonniſi unus verſus deeſſe videtur.

CDXXIX. Vat. C. p. 534. Plan. p. 116. St. 168. W. In *Stobae.* Flor. XXXVIII. p. 221. *Geſn.* 152. *Grot.* Expreſſa eſt ſententia ex *Philemonis* Fr. Inc. XXIII. p. 346. ed. *Cler.* Φθόνος ἐν ἑαυτῷ τοῦθ' ἓν ἐπιεικῶς ποιεῖ, Τὸν αἱρετιστὴν ὄντα τῶν αὑτοῦ τρόπων Λυμαίνεται μάλιστα διὰ παντὸς συνών. Plura ad hanc ſententiam collegit *Barthius* ad *Statii* II. Theb. 18. p. 257. — V. 1. „κάκιστος. Membr. et hanc lectionem prae vulgata κάκιστον probo.“ *Br.* κάκιστον ἐν αὐτῷ. *Stob.* — ἐν ἑαυτῷ. Vat. — V. 2. τήκει. *Invidus alterius macreſcit rebus opimis. Horat.* I. Epiſt. II. 57. — Invidi ὀφθαλμιᾷν dicuntur, dum aliorum bonis invidos injiciunt oculos. Vid. *Suidam* in ὀφθαλμιῶσαι, et *T. H.* ad *Polluc.* X. 154. p. 1339.

CDXXX. Vat. C. p. 505. Plan. p. 116. St. 168. W. Ap. *Stobae.* l. c. In eundem ſenſum Agis, Spartanorum rex, optime dixit, cum quosdam ipſius bonis invidere audiviſſet: οὐκοῦν τὰ ἴδια αὐτοὺς κακὰ λυπήσει καὶ πρὸς τούτοις τά τε ἐμὰ καὶ τῶν ἐμῶν φίλων ἀγαθά.

*CDXXXI.* Vat. C. p. 367. Plan. p. 70. St. 102. W. Eadem iisdem fere verbis dixit *Parmenio* Ep. VII. De novercalibus odiis omnia plena. Serpenti novercam comparat *Euripid.* Alc. 331. qui locus haud ſcio an obverſatus ſit *Statio* II. Sylv. I. 48. de formoſo: *cui ſibila ſerpens Poneret, et ſaevae vellent ſervire novercae.* Ad haec odia, quae inter privignos et novercas valent, referendus videtur locus depravatus ap. *Heliodor.* I. 15. τί δὲ οὐχ ἱκέτευον, ἀλλ' ἐδίωκον; ἠρνήσατο τὴν πρώτην; ἀλλὰ προσηκόντως· ἀλλοτρίαν μέν, ἀλλ' οὖν γε πατρῴαν εὐνὴν ᾐσχύνετο. Reliqua nunc non tango; ſed ſcribendum videtur: ἀλλὰ προσηκόντως, μητρυιάν γε.

*CDXXXII.* Vat. C. p. 367. Plan. p. 70. St. 102. W. Vulgo *Callimacho* tribuitur, et inter Callimachea relatum nr. VII. p. 280. ed. *Ern.* In membr. lemma eſt: ἀδέσποτον· εἰς τάφον μητρυιᾶς, ὃν ὁ πρόγονος στέφων, συμπεσοῦσα τοῦτον ἀπέκτεινεν. — V. 1. ἔστεφε. Liberorum erat, parentum cippos ornare. *Xenoph.* Mem. Socr. II. 2. 13. — μικράν. Si parvus erat lapis, *Bentlejus* quaerit, quo pacto potuit puerum occidere? Quare μακρὰν acute corrigit. Vulgatae patrocinatur *Toupius* in Em. ad *Suidam* p. 245. comparans haec Lexicographi in Κυνηγίου· – καὶ ἀπελθὼν Θεόδωρος ὁ ἀναγνώστης μετὰ Ἱμερίου Χαρτουλαρίου, εἶδεν ἐκεῖσε στήλην, μικρὰν τῷ μήκει καὶ πλατεῖαν καὶ παχεῖαν πάνυ – παρευθὺ πεσεῖν τὴν στήλην ἐκ τοῦ ἐκεῖσε ὕψους, καὶ κροῦσαι τὸν Ἱμέριον καὶ θανατῶσαι. Tali auctoritate vix opus erat, ut intelligeremus, etiam cippum non ita altum ad parvum puerum opprimendum ſuffeciſſe. Nec fruſtra hoc a poëta additur, qui infeſtum novercae animum ſic etiam gravius ſignificat. Et hanc ob cauſam, et quod poëta, ſi μακρὰν ſcripſiſſet, hiſtoriae cataſtrophen parum apte jam in primo verſu prodidiſſet, vulgatam unice probo, haud ignarus tamen, magno viro, *T. Hemſterhuſio*, *Bentleji* emendationem valde arriſiſſe ad *Lucian.* T. I. p. 169. Sed in talibus meum

judicium, quam aliorum auctoritatem ſequi malim. — V. 2. βίου. Vat. — V. 3. κλινθεῖσα. Vulgo, ſenſu aut nullo aut inepto. *Anna Fabri* patrem ſuum κάτω κλινθεῖσα emendaſſe narrat, unde tautologia exiſtit intolerabilis. Eodem vitio laborat conjectura *Reiskii*, qui corrigit ad *Conſtant. Porphyrog.* p. 61. ἡ δ' ἐδάφει κλινθεῖσα, i. e. πρὸς τὸ ἔδαφος. Noſtra lectio debetur *Toupii* ingenio, qui comparavit *Pauſan.* IX. 30. p. 770. ποιμὴν περὶ μεσοῦσαν μάλιστα τὴν ἡμέραν ἐπικλίνων αὑτὸν πρὸς τοῦ Ὀρφέως τὸν τάφον. Paulo aliter hanc lectionem, in quam et ipſe ſponte inciderat, interpretatur *Wakefield* in Silv. crit. T. II. p. 59. puerum, ſepulcro acclinem et in digitos erectum, quo poſſet cippi verticem attingere et coronam imponere. — πεσοῦσα. Mortui viventibus, quibus infeſti eſſent, columnam ſepulcralem injicere putabantur. Exempla vide apud *Wyttenbachium* V. cl. ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 46. — V. 4. οἱ πρόγονοι. de privignis Ep. praeced. et *Parmen.* Ep. VII. Cf. *Weſſeling.* ad *Diodor.* L. IV. p. 287.

T. 243.] *CDXXXIII.* „Sine ullo judicio relatum hoc carmen in caput Εἰς μῖσος. In melioribus Codd. extat capite εἰς μέμψιν. Eſt autem fragmentum elegiae amatoriae. Εὐστέφιος non eſt Bacchi nomen, ſed famuli, qui herum e ſomno non excitaverat, ἐμὲ μὴ καλέσας. Ad ſomnum referenda verba ὃς μὲν ἐπιῤῥίψας. nihil hîc intellexerunt vulgati interpretes.“ *Br.* In Vat. C. p. 440. lemma: Ἰουλιανοῦ τοῦ σχολ. τοῦ μετεώρου βραδύτερος παρελθόντος. Quod in Plan. p. 70. St. 102. W. pro auctoris nomine ἄδηλον adſcriptum legitur, non *Planudis* culpa factum, ſed librariorum, qui τοῦ αὐτοῦ debuiſſent adſcribere; praecedit enim *Juliani* diſtichon. Ut verus hujus Epigrammatis auctor, ita ſenſus ejus omnes interpretes fugit, *Brunckio* non excepto. Nam elegiae fragmentum qui hos verſus putat, nae is a vero eorum ſenſu vehementer aberrat. Primum membra-

nae pro Εὐστέφιος, quod *Caſaubonus* in not. mſt. in Εὐστάφυλος mutabat, exhibent Ἑσπέριος. Hoc admiſſo et naevo ſublato in fine pentametri, ubi certa emendatione legendum:

ὅς δ' ἐμὲ μὴ χαλάσας.

ſenſum habes expeditiſſimum. Verſus ſunt hominis, ſomni nimium amantis, qui queritur, quod et veſpertinus et matutinus eum ſomnus opprimere ſoleat. Nihil verius membranarum lectione ἑσπέριος — ὕπνος. *Leonid. Tar.* Ep. LXXVIII. ἑσπέριον κἠῷον ἀπώσατο πολλάκις ὕπνον. — Deinde lepide ſomnolentiam excuſat: veſperi ſomnus me opprimit, mane non remittit. Vide oppoſitionem aptiſſimam in verbis ἐπιβρίσας et μὴ χαλάσας, quae nulla eſt in vulgata μὴ καλέσας. Somnus dicitur *vincire* et *vincula remittere. Theocrit.* Eid. XI. 22. φοιτῇς δ' αὖθ' οὕτως, ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με, Οἴχῃ δ' εὐθὺς ἰοῖσα, ὅκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με. *devinctam lumina ſomno Catull.* LXIV. 122. ubi vide *Doering.* in Var. Lectt. — V. 3. ὃ δὲ παρ. Vat. C. Optat poëta, ut matutinus ſomnus eum penitus relinquat, veſpertinus autem placide ad eum accedat, juſto temporis, ſomno tribuendi, modo ſervato. — In marg. Vat. C. adſcriptum ὡραῖον, quod non pro diverſa lectione habendum eſt, ſed pro librarii de verſus pulcritudine judicio. Paſſim hoc occurrit in Vat. C.

*CDXXXIV.* Vat. C. p. 363. Plan. p. 78. St. 114. W. In navem, de litore fluctibus abreptam. Cf. *Antiphili* Ep. XXV. — V. 1. ῥοθίῃσιν - κροκάλῃσιν. Vulgo. ῥοθίοισιν ex Ald. 1. Lectionibus arripuit Ald. 2. 3. — V. 3. ἐπλήμυρεν. Vat. C. — V. 4. τῇ δείλαιος ἀεὶ κλόνος. Vulgo, ſine ſenſu. In membr. τὰν δειλαίαν ἀεὶ κλόνος ἦγε. Adſcripſit *Salmaſius*: ὁλκάδα τὰν δειλαίαν ἀηκλόνου

ἦγε τὰ π. χ. ἀμπλόνος, ut ἀύσυρος, vel ita compoſite ἀείπλοος, quod magis placet. His procul dubio praeferenda lectio, quam cl. editor exhibuit. — Pro ἦγε *H. Stephanus* in Not. ad Epigr. Sel. p. 300. εἶγε ſuſpicabatur, vertens: *pelagi ſi ſaeva procella Proſequitur terra non minus ac pelago.*

*CDXXXV.* Vat. C. p. 378. Plan. p. 89. St. 131. W. Color in hoc Ep. fere ut in *Leonidae Alex.* Ep. VII. — V. 3. οὐδεέν. Vulgo. οὐδέν. Vat.

*CDXXXVI.* Vat. C. p. 432. Plan. p. 90. St. 132. W. In membr. pro ἄρεα legitur ἀνέρα.

*CDXXXVII.* Plan. p. 116. St. 168. W. *Stobae.* Tit. X. p. 128. 12. *Gesn.* p. 71. *Grot.* Divitum opibus utendum, ipſis computandi curas relinquendas eſſe. — V. 2. „δακτυλοκαμψόδυνον. Sic recte ap. Stobaeum.“ *Br.* Vulgo δάκτυλι καμψοδύνῳ. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. δακτυλοκαμψιδάκῃ corrigebat. *Munkerus* ad *Antonin. Liber.* c. XLI. p. 279. primum duplicem emendationem propoſuit δακτυλοκαμψοδύνοις vel δακτυλοκαμψοδύνοις; deinde δακτύλῳ καμψοδύνῳ ſincerum idque ab iis mutatum eſſe cenſet, quos licentia poëtica offenderit, cujus tamen plura exempla reperiri ap. *Nanſium* ad *Nonni* Paraphr. c. IX. 189. At conf. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 108. et quae notavimus ad *Palladae* Ep. LXXXVI. T. II. P. III. p. 242.

¶. 244.] *CDXXXVIII.* Vat. C. p. 382. In Aeneam, patrem flammis eripientem. Optimae notae carmen. — V. 1. ἤρων a pr. man. Vat. C. — V. 3. ἔκλαγε. alta voce clamavit. Ep. ἀδεσπ. CDXXXVIII. ἔκλαγεν ἐκ Θηβῶν μέγα Πίνδαρος. *Eurip.* Phoen. v. 1151. ἔκλαγξε Τυδεύς, καὶ σὸς ἐξαίφνης γόνος· Ὦ τέκνα Δαναῶν.

*CDXXXIX.* Vat. C. p. 556. Plan. p. 120. St. 174. W. *Stobaei* Floril. T. III. p. 37, 39. *Gesn.* cum lemm. ἀδήλου' εἰς νέον φρόνιμον. p. 21. *Grot.* Reſpicitur verſus *Homeri* Ιλ. γ. 108. αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες

περίθονται. ubi vid. cl. *Heynium* T. IV. p. 471. qui noſtrum diſtichon non neglexit. — μετήορα. vacillantia et ſuspenſa, quae ſtabilibus et conſtantibus opponuntur. Ejusmodi animi dicuntur μετεωρίζεσθαι, quod illuſtrat *Alberti* in Obſſ. philol. p. 196.

*CDXL.* Vat. C. p. 442. Εἰς τὸν χρόνον. Plan. p. 121. St. 175. W. „Hoc et duo ſequentia carmina in unum coaluerunt in Planudea. Diverſi ſunt argumenti, et ſic in membr. diſtinguuntur et appoſitis lemmatibus illuſtrantur.“ *Br.* Hoc jam intellexit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. qui ultimum quoque hujus Epigrammatis diſtichon (ὦ ζωῆς – ἐρχομένων) pro peculiari Epigrammate habuit. Non male. Ad *Scaligeri* mentem etiam *Grotius* hoc Epigramma diviſit. — V. 1. ἀργαλέως. Plan. et Vat. quod ſine auctoritate mutavit cl. editor, fortaſſe etiam ſine neceſſitate. ἀργαλέως φέρεσθαι dici poterat Tempus, quod pedetentim, nec ſine moleſtia progreditur; cui interpretationi favet cum epitheton Temporis πολιός, tum antitheſis, quae eſt in ἀλλὰ παρέρπων —. Tempus, quamvis lento paſſu progrediens, multa tamen praetereundo tollit, immutat, evertit. Similiter *Chaeremon* ap. *Stobae.* in Ecl. L. I. p. 236. ed. *Heer.* σχολῇ βαδίζων ὁ χρόνος ἀφικνεῖθ' ὅμως. ut hunc verſum corrigendum ſuſpicor, niſi fuit ἀφικνεῖτ' ἀεί. — V. 2. φωνὰς κλέπτει. De fama rerum memorabilium accipiendum videtur, quae temporis progreſſu obſcuratur et tandem deletur. — V. 3. μὴ φαινόμενος. aenigmatice dictum. Tempus, quod ipſum nusquam conſpicitur, delet tamen ea, quae in conſpectu ſunt poſita, et latentia in lucem profert. Obverſabatur noſtro *Sophocl.* in Aj. 646. ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται. — V. 5. ἄριστος. Vat. C. — V. 6. ἀεὶ omittit Vat. C. — ἐρχομένων, αὐτῶν ſcil. τῶν ἀνθρώπων. Male *Opſopoeus* ἐρχόμενον ſuſpicabatur.

*CDXLI.* Vat. C. p. 442. Plan. p. 121. St. 175. W. junctim cum praecedente et ſubſequente. Scriptum eſt carmen in Beryti everſionem. Hanc urbem, jurisprudentiae ſchola, quae ibi florebat, illuſtrem, terrae motus dirnit Juſtiniano imperante an. Chr. 551. Cf. *Agathiae* Hiſtor. II. p. 51. ſq. et quae notavimus ad *Joann. Barbucal.* Ep. VIII. T. III. P. I. p. 21. — V. 1. Senſus eſt, beatos eſſe dicendos, qui vita defuncti tantas calamitates oculis non vidiſſent; illos itaque moriendo inſignem haereditatem nactos eſſe, non illos, quos in bonorum ſuorum poſſeſſione reliquiſſent. Non hos igitur, ſed defunctos, vere κληρονόμους dicendos eſſe. — V. 3. κληρονόμων corrigebat *Gilb. Wakefield.* Silv. crit. T. III. p. 111. *hi adeo mortui commoda haeredum habent, e miſera vita abeuntes.*

¶. 245.] *CDXLII.* Bis legitur in Vat. C. p. 442. ubi ἀδέσποτον, et p. 548. ubi *Palladae* tribuitur; perperam. *Palladas* diu ante Beryti everſionem vixit. — V. 1. τὴν πόλιν οἱ πρότεροι νέκυες ζῶσαν κατέλειψαν. Vat. C. loco ſec. — V. 2. δ' οἱ ζ. Vat. C. loco ſec. — ἐκφέρομεν. tanquam funus. Similiter *Joann. Barbuc.* Ep. VIII. ἀλλὰ παραστείχοντες ἐμὰν στοναχήσετε μοῖραν· Σπείσατε Βηρυτῷ δάκρυα καὶ φθιμένῃ. Notatis ibi adde *Anthol. Lat.* III. 2. p. 456. de Athenis:

*Hae ſunt, quas merito quondam eſt mirata vetuſtas.*
*Magnarum rerum magna ſepulcra vides.*

Nobilem *Sulpicii* locum in *Ciceron.* Epiſt. ad Famil. IV. 5. expreſſit *Ambroſius* Epiſt. XXXV. *Tot igitur ſemirutarum urbium cadavera, terrarumque ſub eodem adſpectu funera.*

*CDXLIII.* Vat. C. p. 489. Plan. p. 54. St. 78. W. Sententia derivata ex dicto *Ariſtippi*, quod *Teles* ſerva-

vit in libro de Exilio ap. *Stobae.* XXXVIII. p. 231. 39. τί γὰρ τὸ διάφορον, ἢ οὐ πανταχόθεν, φησὶν ὁ Ἀρίστιππος, ἴση καὶ ὁμοία ἡ εἰς ᾅδου ὁδός; *Tymnes* Ep. V. ad mulierem procul a patria ſepultam: ἔστι γὰρ ἴση Πάντοθεν εἰς Ἀΐδην ἐρχομένοισιν ὁδός. unde *Wakefield.* in Silv. crit. I. p. 55. apud noſtrum v. 4. legi malit: πάντοθεν εἷς ὁ φέρων εἰς Ἀΐδην ἀτραπός. acute et eleganter, quamvis fortaſſe citra neceſſitatem. — V. 1. ἰθεῖα κατήλυσις. fortaſſe ex *Leonid. Tar.* Ep. LXIII. εὔθυμος ὢν ἔρεσσε τὴν ἐπ' Ἀΐδος Ἀτραπὸν ἕρπων· οὐ γάρ ἐστι δύσβατος — Ἰθεῖα δὴ μάλιστα, καὶ κατακλινὴς Ἅπασα. — V. 2. νίσσαι Vat.

*CDXLIV.* Vat. C. p. 505. Plan. p. 55. St. 79. W. Ex hoc Epigrammate fortaſſe expreſſum diſtichon Anth. Lat. T.. I. p. 541.

*Balnea, vina, Venus corrumpunt corpora noſtra.*
*Sed vitam faciunt balnea, vina, Venus.*

In balnea, tanquam laxioris diſciplinae inventum, jam *Ariſtophanes* invehitur in Nub. v. 987. et 1040. ψέγεις τὰ θερμὰ λουτρά; ὅτιὴ κάκιστόν ἐστι καὶ δειλὸν ποιεῖ τὸν ἄνδρα. Ap. *Plutarch.* de Sanit. Tuenda T. II. p. 128. E. tanquam res ſanitati infeſtiſſimae, junguntur τὰ ἀφροδίσια καὶ ὄψα καὶ βαλανεῖα καὶ οἶνος. et p. 69. B. ψέγοντι μὲν συνουσίας καὶ πότους, ψέγοντι δὲ ἀργίαν — καὶ λουτρὰ συνεχῆ καὶ πλησμονὰς ἀκαίρους. *Petron.* c. 42. *non cotidie lavor; baliscus enim fullo eſt. Aqua dentes habet.*' *Athenae.* L. I. p. 18. C. προσφάτως δὲ καὶ τὰ βαλανεῖα παρῆκται — ὧν τὸ βλαπτικὸν Ἀντιφάνης δηλοῖ·

Εἰς μακαρίαν τὸ λουτρόν· ὡς διέθηκέ με·
Ἑφθὸν κομιδῇ πεποίηκ'· ἀποκναίσειεν ἂν
Καὶ ὁστισοῦν μου λαβόμενος τοῦ δέρματος.
οὕτω στερεόν τι πρᾶγμα θερμόν ἐσθ' ὕδωρ.

De balneorum abuſu (erant enim, qui eis quotidie plus ſemel uterentur, ut Commodus ſepties aut octies. Cf. *Lamprid.* p. 504.) veterum loca collegit *Bernard.* ad *Theophan. Non.* T. I. p. 435.

*CDXLV.* Sumtum ex codd. Biblioth. Laurent. Catalogo T. III. p. 18. ubi haud pauca ejusmodi carmina, alia meliora, alia pejora, ex variis Codicibus deſcripta, reperiuntur. In hoc noſtro Epigrammate circulatorem te audire exiſtimes, theriacam ſuam de cataſta commendantem. Ceterum ſimilia de aqua putei in templo Aeſculapii, quod Pergami fuit, praedicat *Ariſtides* T. I. p. 255. ed. *Iebb.* συμπράττει δὴ πρὸς ἅπαντα αὐτῷ καὶ γίγνεται πολλοῖς ἀντὶ φαρμάκου: πολλοὶ μὲν γὰρ τούτῳ λουσάμενοι, ὀφθαλμοὺς ἐκομίσαντο· πολλοὶ δὲ πιόντες, στέρνον ἰάθησαν, καὶ τὸ ἀναγκαῖον πνεῦμα ἀπέλαβον· τῶν δὲ πόδας ἐξώρθωσε· τῶν δὲ ἄλλο τι· ἤδη δέ τις πιὼν ἐξ ἀφώνου φωνὴν ἀφῆκεν. — V. 2. χυμοὺς κατασπᾷ. concretos humores diſſolvit. κατασπᾷν. χαλᾷν. *Heſych.* — V. 4. κνησμονὰς pruriginem, idem quod κνησμός. Utramque formam Codd. offerunt ap. *Theophan. Non.* c. 237. T. II. p. 230. qui et ipſe balneorum uſum in hoc morbo commendat. Idem eſſe videtur ὁ ὀδαξησμὸς ſive ὀδαγμός. Vide *Foeſium* in Oeconom. Hipp. v. ὀδάξασθαι. et *Pierſon.* ad *Moer.* p. 40. ſqq. — V. 6. ὤτων κ. τῆς ἀκοῆς τοὺς πόρους. *Band.* in Catal. quod *Brunckius* eleganter emendavit.

¶. 246.] *CDXLVI.* Vat. C. p. 505. Plan. p. 66. St. 95. W. Bene vertit *Grotius*:

*Et ratio fruſtra eſt, ſi non opus inde ſequatur;*
*Et cur quid facias, ipſum opus eſt ratio.*

V. 2. In omni actione ipſum factum pro ratione habendum eſt, i. e. rationem facti reddere videtur.

*CDXLVII.* Plan. p. 69. St. 101. W. — Sententia, qualis in trito proverbio, quo omne nimium in vi-

tium verti dicitur. — χολή. De faſtidio, quod mellis abundantia creet, quoque efficiatur, ut ipſum mel felle videatur amarius, explicat *Bochart.* in Hieroz. T. II. p. 525. *Pindar.* Nem. VII. κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι. Minus bene. Veteres mel bilem augere exiſtimabant. *Juliani* Epiſt. XXIV. p. 391. A. Καὶ μέλι μὲν Ἱπποκράτης φησὶ καὶ γλυκὺ τὴν αἴσθησιν καὶ πικρὸν εἶναι πάντως τὴν αὔξησιν, καὶ οὐκ ἀπιστῶ τῷ λόγῳ· χολῆς γὰρ αὐτὸ ποιητικὸν εἶναι σύμπαντες ὁμολογοῦσι, καὶ τρέπειν τοὺς χυμοὺς εἰς τοὐναντίον τῆς γεύσεως.

*CDXLVIII.* Vat. Cod. p. 507. Plan. p. 171. St. 250. W. Mortis contemplatio divitiarum cupiditatem imminuit, mortalesque hortatur, ut vita fruantur. — Eadem ſententia apud quosvis poëtas obvia. — V. 4. ταῦτα τὰ γλωσσόκομα. Comice ſic loculos, quibus mortui componuntur, appellat. Proprie γλωττόκομον capſulam indicabat, qua tibicines includebant tibiarum ſuarum γλωττίδας. *Heſych.* γλωττοκόμιον. ἐν ᾧ οἱ αὐληταὶ ἀπετίθεσαν τὰς γλωσσίδας. Deinde quodvis *involucrum*, ἔλυτρον ſignificare coepit. *Pollux* X. 154. Denique σορόν. *Heſych.* γλωσσόκομον. θήκη. σορὸς ξυλίνη τῶν λειψάνων. Loca veterum, quibus hoc vocabulum occurrit, collegit *Wetſten.* ad N. T. I. p. 922. — V. 5. πάσας. Vat. C. male. Vide *Valcken.* ad *Ammon.* p. 187. ſq. Epulae hoc verſu ſignificantur commemoratione Cereris et Bacchi. Nota Δήμητρος ἀκτή. *Eurip.* Hipp. v. 138. Fragm. Inc. XIV. 2. Ιλ. γ. 322. Perperam *Opſopoeus* de compotationibus in litore inſtituendis cogitabat. — V. 6. Ἀσίην. Vat. C. *Ammiani* vel *Palladae* hoc Ep. eſſe putaverim.

*CDXLIX.* Vat. C. p. 531. Plan. p. 183. St. 267. W. *Stobae.* T. X. p. 126. 28. *Geſn.* p. 73. *Grot.* Exornavit poëta ſententiam *Euſebii* ap. *Stobaeum* X. p. 128. πλούσιον χρὴ νομίζειν τὸν ἡγεόμενον ἔχειν τὰ ἀρκέοντα· τὸν δὲ αἰεὶ ἐπιθυμέοντα προςκτήσασθαι καὶ πληθώρην μηδέποτε τοῦ τοιούτου (f. τοῦ πλούτου) λαμβάνοντα, καὶ εἰ Μίδου πλουτέοι

μᾶλλον, πένητα κάλλιω καὶ ἴσον, ἣν ἐκεῖνος ἐξ ἀνάγκης εἶχε, ψυχὴν κτήσασθαι. In eandem ſententiam *Demonicus* ap. Eundem p. 129. 12. χρημάτων ὄρεξις, ἢν μὴ ὁρίζηται λόγῳ (vulgo κόρῳ), πενίης ἐσχάτης πολλῷ χαλεπωτέρη. — V. 3. ὧν μετέχῃς. *Quaedam, ſi credis conſultis, mancipat uſus; Qui te paſcit ager, tuus eſt, et villicus orbi Quum ſegetes occat, tibi mox frumenta daturas, Te dominum ſentit. Horat.* II. Epiſt. II. 160. ſqq. — V. 4. κληρονόμοις. Opportune *Horat.* I. Epiſt. V. 12. *Quo mihi fortunam, ſi non conceditur uti? Parcus ob haeredis curam nimiumque ſeverus Adſidet inſano.* — Illud φυλάττῃς idem expreſſit II. Serm. III. 122. *filius, aut etiam haec libertus ut ebibat haeres, Dis inimice ſenex, cuſtodis?* — ἀπὸ νῦν. etiamnum illa aliena ſunt, non tua.

*CDL.* In Vat. membr. p. 232. Ἀντιφίλου inſcribitur. In Planud. p. 223. St. 324. W. ἄδηλον. Defunctus conqueritur, quod agricola in tumulo ſuo ſegetem faciat. Cf. *Heraclid.* Ep. III. T. II. p. 261. — V. 1. οὕτω Vat. C. quod vulgatae non praeferendum. At reducenda ejusdem Cod. lectio πᾶσ' ἀπόλωλε β. quod ſponte vidit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. Licet enim βῶλος utriusque ſit generis, femininum tamen elegantius eſt habitum. Vid. *T. Hemſterb.* ad *Lucian.* T. I. p. 146. et quos laudat *Pierſon.* ad *Moer.* p. 95. — V. 3. Hîc quoque praeferenda Vat. C. lectio ἡ δ' ὕνις ἐν ν. Sic, uno ν ſcriptum, et priore correpta, occurrit ὕνις ap. *Philipp.* Ep. XIV. in pentametri exitu: καὶ φιλόγαιον ὕνιν. — Mox idem τί τοι πλέον. *Ariſtoph.* Eccl. 1086. οὐδὲν ἔσται σοὶ πλέον. *Xenoph.* K. Π. L. V. p. 86. 33. τί γὰρ ἐμοὶ πλέον τὸ τὴν γῆν πλατύνεσθαι. Cf. *Valckenar.* in Diatr. p. 150. B. Nec tamen vulgata damnanda. *Meleager* Ep. LI. τί δὲ τὸ πλέον; — V. 4. ἀρπάσεται. Vat. C. — V. 5. Veſtrum exemplum alii imitabuntur, veſtrosque defunctorum turbabunt cineres. — ἀρώσει. Vat. C. Hoc Ep.

fortaſſe ante oculos habuit *Gregor. Nazianz.* Ep. IV. in *Muratorii* Anecdotis p. 7.

> Πάντα βίος ζώοισι· λίθοι δ' ὀλίγοι τε φίλοι τε
> τοῖς φθιμένοις, σὺ δέ μοι κἀνθάδε χεῖρα φέρεις·
> οὐδὲ σὸν αἰδόμενος, τλῆμον, τάφον ὅστις ὄλεσσεν
> ἄλλος, σοῖσι νόμοις, χερσὶ δικαιοτέραις.

ubi forte fuit: ὅν τις ὀλέσσει ἄλλος.

¶. 247.] *CDLI.* Vat. C. p. 446. Edidit *Reisk.* in Anthol. p. 143. nr. 722. inter Jenſiana nr. 72. *Reiskius* prava lectione verſ. 4. in errorem inductus, Grammaticum loqui exiſtimabat, precantem, ut Homeri carminibus nunquam non victum inveniat. Sed ipſe Homerus loquitur, ſuamque ſe immortalitatem carminibus, Iliadi et Odyſſeae, debere affirmat. — V. 1. σῶφρον γράμμα. ſapientiae, prudentiae, temperantiae exempla ſiſtens. *Quid virtus et quid prudentia poſſit, Utile propoſuit nobis exemplae Ulyſſem.* *Horat.* I. Epiſt. II. 17. — V. 3. τόν με γέροντα αὔξοιτε ἀεί. Vat. C. Sic, ut *Brunckius,* hunc verſum exhibuit *Reiskius.* — Aeternam mihi ſeni juventutem ſervate. — V. 4. σειρήν. Infra Ep. DXIX. λάλε σειρὴν Βακχυλίδη. Cf. not. ad *Chriſtodori* Ecphr. v. 305. T. II. P. III. p. 320. — Pro ἡμετέρων legendum eſſe ὑμετέρων ſuſpicatus eram nondum inſpecto Cod. Vat. qui conjecturam noſtram poſtea firmavit. Carmina ſua Homerus alloquitur, ut filias (cf. *Antiphili* Ep. XI. ἀδεσπ. CDXCI. *Dioscorid.* Ep. XXV. ubi vide not. T. I. P. II. p. 392.). Canora illa vox, ait, quae olim Homeri labris inſidebat, nunc de veſtro defluit ore, qua emiſſa me ſenem hominibus ita commendate, ut recens ſemper et juvenis inter eos verſari videar. Similiter *Ennius* ap. *Ciceron.* in Tuſc. Qu. I. 15. et de Senect. c. 20. *Nemo me lacrymis decoret, neque funera*

*ſletu Faxit. Cur? volito vivu' per ora virûm.*

*CDLII.* Vat. C. p. 321. Plan. p. 284.ª St. 410. W. In Lacedaemonem ab Achaeis deviſtam. Factum hoc Ol. CXLVIII. Moenia, quae Nabis tyrannus exſtruxerat, dejecta et Spartani, Lycurgi diſciplina ſublata, Achaeorum reipublicae adſcripti ſunt. Vide *Polyb.* L. VII. 8. p. 542. Hoc factum Romani improbarunt. *Livius* XXXVIII. 34. *Diodor. Sic.* T. II. p. 622. — V. 1. Vulgo εὔδμητος. ἄδμητος Cod. V. nec aliter *Brodaeus.* Facit huc *Plutarchus* in Vit. Ageſil. c. 31. T. I. p. 613. C. qui Ageſilaum, cum Thebanos agrum Laconicum ferro et igne populantes videret, maxime doluiſſe dicit, cum intelligeret τὸ καύχημα κεκολουμένον, ᾧ καὶ αὐτὸς ἐχρήσατο πολλάκις, εἰπών, ὅτι γυνὴ Λάκαινα καπνὸν οὐχ ἑώρακε πολέμιον. Frequenter gloriabantur Lacedaemonii, quod nunquam hoſtem ab Eurotae ripis depuliſſent; quam gloriationem nemo acutius expreſſit eo, cujus dictum ſervavit *Plutarch.* T. II. p. 233. C. — V. 2. Ὠλένιον. Olenus, Arcadiae urbs, quae pars fuit foederis Achaeorum. — V. 3. ἄσκιος. ψιλή. Terra devaſtata, arboribus exciſis, ita ut aves neceſſe habeant nidos in terra facere. Expreſſum hoc videri poteſt ex dicto *Steſichori* Locrenſibus dicentis, ὅτι οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες χαμόθεν ᾄδωσιν. quod refert *Ariſtotel.* II. Rhet. 21. 8. et iterum III. 11. 6. Dionyſio idem tribuit *Demetrius* de Elocut. §. XCIX. — V. 4. λύκους. Vat. C. a pr. man. 7-Add. 17

*CDLIII.* Vat. C. p. 415. In Plan. p. 1. St. 1. W. *Archiae* tribuitur. Vertit *Auſonius* in Eclog. p. 564 ed. *Toll.*

*Quatuor antiquos celebravit Achaïa ludos,*
*Coelicolum duo ſunt, et duo feſta hominum.*
*Sacra Jovis, Phoebique, Palaemonis Archemorique;*
*Serta quibus pinus, malus, oliva, apium.*

V. 4. μῆλα. *Maxim. Tyr.* V. 8. p. 78. ἢ Ὀλυμπιάσι μὲν καὶ Πυθοῖ οὐκ ἔνεστι κότινον λαβεῖν, οὐδὲ μήλων τυχεῖν, αὐτῶν ἐφ' ἑαυτοῦ κονισαμένων. Diſſert. VII. 4. p. 107. καὶ μετασχεῖν μὴ κοτίνου μόνου Ὀλυμπιάσιν, ἀλλὰ καὶ πίτυος Ἰσθμικῆς, καὶ σελίνου Ἀργολικοῦ καὶ μήλων Πυθικῶν. ubi vid. *Daviſ.* — De *apio* et *pinu*, ubi et quando in uſu fuerint, vide *Spanhem.* ad calcem Goth. Num. p. 469. et quos laudat *Reimar.* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 1033. 79.

*CDLIV.* Sumtum ex *Euſtathio* ad Ιλ. ψ. p. 1320. 18. Quinquertii partes enumerantur. Poſtrema verba, μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτή, indicare videntur, ſcriptum eſſe hoc diſtichon in neſcio quem, qui quinquertio vicerat. Cf. Ep. *Lucillii* XI.

¶. *T. III p.* 334.] *CDLIV.*[b] Vat. Cod. p. 619. Ex *Gujonorum Vitis* nr. 2. operibus Fratrum Gujonorum praefixis. Numeri, in talo notati, hic eo ordine ponuntur, quo ſibi in oppoſitis tali lateribus reſpondent.

¶. *T. III. p.* 334.] *CDLIV.*[c] In *Gujonorum Vitis* nr. VI. ex Vat. Cod. p. 619. Senarii jambici leges exponuntur. — V. 2. χόρειος, quem etiam trochaeum vocant; in ſenario tum demum locum habet, cum ſpondeum efficit per poſitionem. — V. 3. οἶκον ſedem. — V. 4. ἐστὶν ὃς οἶδεν μακρὰν ε. α. Vat. unde *Salmaſius*, ni fallor, fecit, ἔστ' ὡς οἶδεν μακρὸν ε. α. Sic certe in Gujon. Vit. legitur. — V. 5. πρώτῃ καὶ τριτάτῃ *Gui.* ubi reliquus verſus ſic habetur, ut eſt ap. *Br.* In membr. autem πέμπτει δέ τε τοῖσδε κατίσχει. Pyrrhichium nonniſi ultima ſenarii ſedes recipit, ii vero pedes, qui priorem longam habent, locum inveniunt in ſedibus imparibus. — V. 6. Reliqui pedes, anapaeſtus, puta, et jambus, cuivis regioni conveniunt. — Hoc praeceptum in comicorum tantum ſenariis verum eſſe, ſciunt artis metricae peritiores, qui anapaeſtum ex paribus certe ſenariorum tragicorum ſedibus jam dudum ejecerunt. — V. 7. ὃν

κ' ἐπελήσῃ vitioſe *Gujon. Vit.* ἐθελήσῃ praeſtant membranae.

¶. 247.] *CDLV.* Bis legitur in Cod. Vat. p. 240. in marg. et p. 367. Plan. p. 5. St. 10 W. Argumentum a multis exornatum. Vide ad Ep. *Tymn.* IV. — V. 1. γυμνόν. *clypeo nudatum*, quem vocabuli uſum multi illuſtrarunt, quos laudat *Klotz* ad *Tyrtae.* p. 20. ſq. — V. 2. αἰκὺν ἐόντα. Vat. loco ſec. — V. 3. ἀντίῃ. Vat. C. utroque loco; nec aliter Plan. Hoc cl. editor ad hiatum vitandum emendaſſe videtur. Veterum librorum conſenſus ſuadet, ut ἀντίῃ revocemus. — V. 4. ῥηξαμένη. Vat. C. loco alt. — De locutione φθέγγον ῥήξασθαι monuimus ad *Agath.* Ep. X. T. III. P. I. p. 57. — V. 5. πόθ' Ἀδ. Ed. Fl. pr. Ald. 1. Aſc. et Steph. πρὸς notavit Aldus in Lectt. unde Ald. 2. 3. id arripuerunt. πρὸς exhibet etiam Vat. C. utroque loco. — V. 6. ἐψεύσα. Vat. — γενέτην. Ibid. utroque loco.

¶. 248.] *CDLVI.* Vat. C. p. 385. Plan. p. 9. St. 17. W. Praeclare ad hoc carmen *Brodaeus* comparavit *Philoſtrat.* in Heroic. c. II. 9. p. 681. ubi aliis de Ajacis tumulo relatis, ἐστι δέ τις λόγος, ait, ὡς Τρῶές ποτε ποιμένες εἰς τὸν Αἴαντα ὕβριζον, νενοσηκότων αὐτοῖς τῶν προβάτων, καὶ περιστάντες τὸ σῆμα, πολέμιον μὲν Ἕκτορος τὸν ἥρωα ἐκάλουν, πολέμιον δὲ Τροίας τε καὶ ποιμνίων. καὶ ὁ μὲν μανῆναι αὐτόν, ὁ δὲ μαίνεσθαι. ὁ δὲ ἀσελγέστατος τῶν ποιμένων· Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε· μέχρι τούτου τὸ ἔπος αὐτῷ ἐπεῤῥαψῴδει, ὡς δειλῷ. ὁ δέ, ἀλλὰ ἔμιμνον, εἶπε, βοήσας ἐκ τοῦ τάφου φρικῶδές τι καὶ ὄρθιον. — V. 2. „Vulgo legitur Φρὺξ ἐπέων κακῆς, claudicante metro. *Toup* Cur. nov in Suid. p. 207. emendat ἀκάκης. Mihi non placet ἐπέων ἐπεσβολίῃ, ſive illa κακὴ ſive ſit ἀκάκη. ideo repoſui: Φρὺξ ἐπέων δεδαώς. *Phryx verſuum non rudis.* Ludit in etymo vocis ἐπεσβολίη. ἔβαλεν αὐτὸν Ὁμηρείοις ἔπεσιν. Plebejo ſermone diceremus: *Un Phrygien qui avait mis*

*le nez dans les poëtes, Je mit à lui lacher des vers.* Cogitaveram primo: Φρύξ ποθ' Ὁμηρείης η. ε. ſed alterum illud praeſtat." *Br.* At quomodo nobis perſuaſerit cl. editor, ex δεδαώς librarium κακῆς facere potuiſſe? Recte tamen repudiavit Toupianum commentum, quod infeliciſſimum pronuntiavit *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 16 reclamante ſcil. ſententia et linguae indole, quae ὁ καὶ ἡ ἄκακος poſtulat, non ἀκάκη. Ipſe *Ruhnkenius* corrigit: ἐπέων χαλεπῆς ἦρχεν ἐπεσβολίης. comparato *Theognide* v. 324. πειθόμενος χαλεπῇ, Κύρνε, διαβολίῃ. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. καινῆς propoſuit, parum feliciter. Idem notavit *Huetius* p. 5. Ex Philoſtratei loci comparatione mihi probabile viſum, deſiderari vocabulum reſpondens τῷ ἀσελγέστατος, idque mihi inveniſſe videor ſcribendo:

Φρὺξ ἐπέων λαιδρῆς ἦρχεν ἐπεσβολίης.

*Impudens in Ajacem convicium jaculatus eſt.* *Heſych.* λαιδρή. θρασεῖα. Idem: λαιδρός. λαμυρός. ἀναιδής. δεινός. θρασύς. ταχύς. ut hanc gloſſam emendavit *Ruhnken.* in Epiſt. crit. p. 88. ubi vocabuli λαιδρὸς exempla afferuntur. — V. 3. Αἴας. Verba ſunt *Homeri* Ιλ. ο. 717. — οὐκέτι μίμνεν. Vulgo. Noſtrum eſt in duobus Planud. Codd. — ἀντιγέγωνεν. Vat. C. — V. 4. οὐκέτ' ἔτλη. Vat. C. quod, ut praecedentibus melius reſpondens, praetulerim. Sed ne ſic quidem hunc verſum perſanatum puto. Reſpondiſſe convicio Ajacem poëta narrat; at cur non adjecit, quid reſponderit? Hoc inprimis exſpectabatur. Vide igitur, an ex *Philoſtrati* loco corrigendum ſit:

Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνεν· ὁ δ' ἀντεγέγωνεν ἔνερθε·
Μίμνον· ὁ δ' οὐκέτ' ἔτλη ζωὸς ἀποφθίμενον.

Sic omnia ſibi apte reſpondent: Ille autem ex inferis clamavit: Reſtiti! Tum Phryx ille, quamvis vivus, defunctum manere non ſuſtinuit, ſed auſugit. Ad ἔτλη ex praecedentibus μίμνειν ſubaudiri poteſt.

*CDLVII.* Vat. C. p. 447. ἐκ τοῦ Ἡροδότου. Plan. p. 11. St. 19. W. „Ex Herodoto p. 398. tranſlati in Anthologiam hi verſus, quos Hipparchus in ſomnio audire ſibi viſus eſt. Eos, ut quaedam horum ἀδεσπότων alia, melius in ſectionem retuliſſem, cui titulum feci συμμικτὰ ἡρωϊκά.“ *Br.* — V. 2. ἀδίκων. Vulgo. ἀδικῶν eſt ap. *Herod.* — ἀποτίση. Vat. C.

*CDLVIII.* Vat. C. p. 379. Plan. p. 15. St. 25. W. *Auſonius* nr. LIV. hoc aut ſimile Epigramma vertit:

*Effigiem, rex Croeſe, tuam, ditiſſime regum,*
*Vidit apud manes Diogenes Cynicus.*
*Conſtitit utque procul, ſolito majore cachinno*
*Concuſſus, dixit: Quid tibi divitiae*
*Nunc proſunt, regum rex o ditiſſime, cum ſis*
*Sicut ego ſolus, me quoque pauperior?*
*Nam quaecunque habui, mecum fero: cum nihil ipſe*
*Ex tantis tecum, Croeſe, feras opibus.*

— V. 5. πλείω. Vat. C. Haereo in verbis, ἐμοὶ καὶ νῦν πλεῖον τόπος, quae ſequentibus non ſatis reſpondent: Etiam nunc majus ſpatium occupo quam tu; nam omnia mea mecum fero. Apparet, hoc potius requiri: Etiam nunc te ditior ſum, nam tu nihil tuarum divitiarum tecum attuliſti, dum ego omnia mea mecum habeo. Leni mutatione correxeris:

Ἐμοὶ καὶ νῦν πλεόνων πόρος.

*Etiamnunc plura poſſideo.* πόρος pro pecunia, opibus, poſſeſſionibus paſſim. At ſic fortaſſe poëtae potius quam librarii peccatum emendaveris.

*CDLIX.* Vat. C. p. 505. Plan. p. 16. St. 26. W.

*CDLX.* Vat. C. p. 506. Plan. p. 16. St. 26. W. Excitavit hoc diſtichon *Gatackerus* ad *Antonin.* I. 16. p. 28. ubi ille ſe οὐ φιλοικοδόμον, οὐκ ἐπινοητὴν περὶ σωμάτων ὥρας (*formoſorum ſervorum curioſum*) eſſe ait. — σώματα, *mancipia*, illuſtravit *Kuſter* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 6. *Spanh.* ibid. p. 245.

*CDLXI.* Vat. C. p. 441. Εἴς τινα ἀπὸ περσέας πεσόντα. In Plan. p. 27. St. 42. W. lemma legitur, quod *Brunckius* dedit. Prius, quod hominem nobis fingit a perſea arbore cadentem, ineptum eſt. Is, de quo his verſibus agitur, intemperantia ſua perierat. — V. 1. φόνιον φυτόν. Ad fabulam de venenata Perſicorum natura, quam tamen patrio ſolo relicto exuerunt, reſpicitur. — De Perſicis *Columella* L. X. 405 *Stipantur calathi et pomis, quae barbara Perſis Miſerat, ut fama eſt, patriis armata venenis. At nunc expoſiti parvo diſcrimine lethi Ambroſios praebent ſuccos oblita nocendi.* ubi vide *Schneider.* p. 550. Apte *Salmaſius* in Homon. H. I. LXVIII. p. 85. F. *Scholiaſten Nicandri* excitat: Πῶλος δὲ ὁ Δημοκρίτειος ἐν τῷ περὶ συμπαθῶν καὶ ἀντιπαθῶν, Πέρσας, φησίν, ἔχοντας θανάσιμον φυτὸν εἰς Αἴγυπτον πέμψαι, ὡς ἐκ τούτου πολλῶν μελλόντων ἀναιρήσεσθαι, τὴν δὲ ἀγαθὴν οὖσαν εἰς τοὐναντίον μεταβαλεῖν, ποιῆσαι δὲ τὸν φυτὸν καρπὸν γλυκύτατον, οἷος ὁρᾶται νῦν. Cf. *Schneiderum* ad *Nicandri* Alex. v. 100. ſqq. p. 109. et *Bodaeum a Stap.* ad *Theophr.* L. III. p. 126.

¶. 249.] *CDLXII.* Vat. C. p. 381. ſq. Plan. p. 29. St. 44. W. Epigramma in cranium in via repertum eſt inter *Crinagorae* carmina nr. XXXV. Sed ibi piu homo loquitur, qui defunctis debitum hono-

rem habet; hic impii cujusdam hominis petulantia deſcribitur. Vertit *Auſonius* Ep. LXXII.

*Abjecta in triviis inhumati glabra jacebat*
*Teſta hominis, nudum jam cute calvitium.*
*Fleverunt alii: fletu non motus Achillas,*
*Inſuper et ſilicis verbere diſſecuit.*
*Eminus ergo icto rediit lapis ultor ab oſſe;*
*Auctorisque ſui frontem oculosque petit.*
*Sic utinam certos manus impia dirigat ictus,*
*Auctorem ut feriant tela retorta ſuum.*

quod cum graeco carmine accurate comparans *Huſchkius* v. cl. in Anal. crit. p. 141. emendavit *Actorisque* et *Actorem ut feriant*; quod probandum. — V. 2. Cranium εἰκὼν τοῦ βίου, humanae viciſſitudinis imago, unde quid homo ſit, quoque omnia humana recidant, intelligitur. — V. 3. δεξιτερήν. dextram in terram demiſit, qua ſaxum peteret. Sic haec verba interpretanda cenſebam; nec aliter *Huſchkius*. *Grotius* vertit: *In dextram projecit humum.* quod graecis verbis multo obſcurius. *Joſ. Scaliger* depravatum eſſe locum exiſtimans in not. mſt. propoſuit δεξιτερῇ δ' ἔῤῥιψεν —, ut duplex hominis illius injuria notetur: *primum cranium manu in terram conjecit, deinde idem ſaxo petivit.* At vide, annon ſic prius illud otioſum ſit. — ἧκεν. Vat. — V. 4. δοκέων. Vat. — V. 6. πήρωσεν. Vat. C. — V. 7. κωλάζετο. Vat. — *Anonym.* Bibl. Bodl. in marg. notavit, hunc locum corruptum eſſe. *Huetius* p. 6. in marg. cod. Scaliger. invenit ὀκλάζετο. quaſi ſupplicaturus Plutoni et facti poenam deprecaturus. Merito hoc diſplicuit doctiſſimo praeſuli, qui omnino nihil mutandum cenſebat. *Grotius* vertit, verba non premens, ſed ſenſu optimo:

*Imprudens laeſae ſic ille ſatisfacit umbrae,*
*Tamque ſuas rectum flet feriiſſe manus.*

Difficultatem vitavit *Auſonius*, ſuum acumen auctori ſubſtituens. At vide, an ille ſcripſerit:

καὶ ΠΑΛΑΜΑΙΣΙ ΔΙΚΗΣ ἐκολάζετο.

quod a vulgatae ductibus proxime abeſt, et ſenſum praebet huic loco inprimis accommodatum. — V. 8. ἔκλαυσεν. Vat. et Plan.

*CDLXIII.* Vat. C. p. 381. Plan. p. 32. St. 48. W. Hiſtoria de tribus puellis, ſortem de morte ſua explorantibus. — V. 1. ἀλλήλοισιν. Vat. C. ἀλλήλῃσιν. Plan.
χειρῶν
— V. 3. τρεῖς μ. χρειων. Vat. — τρεῖς. Ald. 2. 3. Nic. Sab. Steph. — πασῶν. Vat. — Tres illae puellae ter jecerunt talos et omnes omnium jactus unam eandemque deſignabant. — V. 5. Melius diſtinctio in fine delebitur, quam etiam *Grotius* neglexit:

*Lapſa ſed infelix alto de culmine tecti*
*Ad Stygα, ſors veluti ſignificarat, abit.*

εὐπώλισθε. Vat. C. — ἄελπτον πέσημα junctum cum ἀπωλίσθησε idem eſt, ac ſi dixiſſet ἀέλπτως ἔπεσε. Sic *Eurip.* Phoen. v. 643. μόσχος ἀδάμαστον πέσημα Δίκε. — V. 6. ἐς δ' Ἀΐδην ἦλυθεν. Vat. — V. 7. Sortes, ubi malum portendunt, ſemper certae ſunt; at bona mortales neque precibus neque manibus a Diis impetrant. χέρες ad talorum jactum referendum.

*CDLXIV.* Vat. C. p. 377. Plan. p. 109. St. 159. W. *Stobae.* Flor. T. V. p. 64. 38. *Gesn.* p. 39. *Grot.* Scriptum fortaſſe in tabulam pictam, Hippolytum et Phaedram exhibentem. — V. 1. κατ' ἐναντίον. Edd. vett. quaedam. — V. 3. κτεῖνεν. Vat. Stob. Plan. — V. 4. ἀγανῇ π. σωφροσύνα. Vat.

CDLXV. Vat. C. p. 381. Ἀδέσποτον. εἰς ἔρωτα, ὅτι οὐ θεὸς, ἀλλὰ πάθος μανίας ἔμπλεον. Plan. p. 35. St. 53. W. *Stobae.* Flor. T. LXI. p. 390. 42. *Gesn.* 257. *Grot.* Non ſatis apertum argumentum carminis. Ex graecis verbis haec prodeunt: Caedes fuit commiſſa, matre una cum puero interemta; vir, hujus caedis auctor, capitis damnatus, lapidibus obrutus eſt. Suſpicari licet, cauſam caedis zelotypiam fuiſſe. Sed quidquid ſit, poëta hinc occaſionem arripuit, amorem, ut Deo indigna patrantem, petendi. — ¶. 250.] V. 3. θοὸν ξίφος. Gladium poëta Amorem manibus tenere ait, reſpectu habito ad caedem illam. Recte *Br.* interrogative haec ſumſit, cum vulgo interrogandi nota deſideretur; unde *Grotius* vertit: *Non armata quidem gladio manus: et tamen, ecce, Quae dedit immani funera ſaevitia.* — V. 4. θεοδμήτου. Vat. — μιαιφονίας. Vat. — V. 5. μήτηρ σὺν μὲν παιδί. *Stob.* — αὐτοῖς. Vat. — V. 6. ποίμενος. Vat. — ἔκτεινεν. Vat. Plan. *Stob.* — V. 8. λεύσομεν. Vat.

CDLXVI. Vat. C. p. 505. Plan. p. 41. St. 60. W. Praeclarum diſtichon, ductum ex *Platon.* Alcib. II. p. 143. A. T. V. p. 85. ed. Bip. ubi Deus ab hominibus fruſtra incuſari docet, tanquam malorum auctores, quae tamen ex ipſa hominum ſtultitia proveniant: Κινδυνεύει γ' ἄν, ὦ Ἀλκιβιάδη, φρόνιμός τις εἶναι ἐκεῖνος ὁ ποιητής, ὅς, δοκεῖ μοι, φίλοις ἀνοήτοις τισὶ χρησάμενος, ὁρῶν αὐτοὺς καὶ πράττοντας καὶ εὐχομένους, ἅπερ οὐ βέλτιον ἦν, ἐκείνοις δὲ ἐδόκει, κοινῇ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν εὐχὴν ποιήσασθαι. λέγει δέ πως ὡδί· Ζεῦ πάτερ κ. τ. λ. Alter horum verſuum ap. *Platonem* ſic legitur: ἄμμι δίδου· τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν κελεύει. Ad illum *Platonis* locum reſpexit *Valer. Max.* VII. 2. ext. 1. *Socrates – nihil ultra petendum a Diis immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent; quia ii demum ſcirent, quid unicuique eſſet*

*utile, nos autem plerumque id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret.* Similia collegit *Gatacker.* ad *Antonin.* V. p. 146. B. et *Intrpp. Juvenalis* X. Sat. 347.

*CDLXVII.* Plan. p. 299. St. 439. W. Clementiam et comitatem ſeveritate temperandam eſſe, exemplis aliquot allatis docetur.

*CDLXVIII.* Vat. C. p. 422. Plan. p. 108. St. 159. W. In *Palladii* ſive *Palladae* laudem. Expreſſum ex *Theocrit.* Eid. VII. 39. οὐ γάρ πω, κατ' ἐμὸν νόον, οὔτε τὸν ἐσθλὸν Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω, οὔτε Φιλητᾶν Ἀείδων· βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω. V. 2. deſumtus ex ejusd. Eid. I. 136. κἠξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο. ſive ex Eid. V. 136. οὐ θεμιτόν, Λάκων, ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδεν, Οὐδ' ἔποπας κύκνοισι. quod mallet *Huſchkius* in Anal. crit. p. 75. qui inprimis conſulendus. — V. 1. κύκνῳ κόρυδος. *Quid enim contendat hirundo Cygnis. Lucret.* III. 6. — Proverbium ἐν ἀμούσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται. quod illuſtravit *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 384. Cum cygno alaudam componit etiam *Antiphil.* Ep. III. εἰ γὰρ Ζεὺς κύκνος, ἐγὼ κόρυδος. — V. 4. ποεῖν. Vat.

*CDLXIX.* Plan. p. 315. St. 455. W. De tabula, in qua Ulyſſes pictus; cujus imaginem maris undae deleverant. — V. 1. Λαερτιάδη. Ed. pr. Flor. Ald. 1. 2. 3. — χεῦμα. Vulgo. Mutationis, non ex codd. ut videtur, ſed ex ingenio factae, cauſam idoneam non video. χεῦμα, ſc. πόντου, quod ex praecedentibus aſſumendum. *Euripid.* Danaë Fr. X. καλὸν δὲ πόντου χεῦμ' ἰδεῖν εὐήνεμον. — V. 2. τύπον. imaginem. Vide *Alberti* in Obſſ. philol. p. 428. — ¶. 251.] V. 3. In Homeri carminibus Ulyſſis imago in omnis aevi memoriam expreſſa eſt. Cf. Ep. DCXV. DCXIX.

*CDLXX.* Plan. p. 328. St. 467. W. Nota eſt fabula in Collect. Fabul. Aeſop. nr. CXXVIII. — ξύλον

ἦεν. ſurdus mutusque omnique ſenſu privatus eſſe videbatur. Cf. not. ad *Apollonii* Ep. in *Callimach.* T. II. P. III. p. 47. *Clemens Alex.* p. 4. 19. λίθοι δὲ καὶ ξύλα οἱ ἄφρονες, πρὸς δὲ καὶ λίθων ἀναισθητότερος ἄνθρωπος ἀγνοίᾳ βεβαπτισμένος. — V. 2. ἀείρας. In fabul. Aeſop. θυμωθεὶς ἄρας αὐτὸν τῶν σκελῶν, ἔῤῥιψεν αὐτὸν εἰς τὸ ἔδαφος. — τῆς κεφαλῆς κλασθείσης, χρυσὸς ἐῤῥευσεν ὅτι πλεῖστος.

CDLXXI. Plan. p. 329. St. 468. W. De ſenſu vide *Palladae* Ep. XCV. cujus poëtae fortaſſe etiam hoc eſt diſtichon. — V. 2. κολάσει. ipſi amori, mortalibus in poenam; in perniciem dato.

CDLXXII. Vat. C. p. 464. Plan. p. 356. St. 495. W. Cauſa et origo thermarum explicatur; cavernas eſſe in terrae viſceribus, quae flammas nutriant; inde vapores ſurgere eosdemque conſtipatos et in aquam mutatos erumpere. — V. 2. φλοξίν. Vat. — κρυφίοισιν. Vulg. — V. 3. ἔνερθεν. Vat. Plan.

CDLXXIII. Vat. C. p. 258. ſq. Planud. p. 207. St. 301. W. Hoc et quinque ſequentia Epigrammata ſcripta ſunt in latronem, qui hominem, a ſe occiſum, ſepeliebat. Cf. Ep. *Simonidis* LIX. *Julian. Aeg.* XLVIII. — V. 2. Talis tibi quoque ſepultura contingat. ὄναιο in obteſtationibus illuſtrat *Deſ. Herald.* An. ad *Martial.* V. 6. p. 98. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 316. ſq.

CDLXXIV. Vat. C. p. 259. Plan. p. 207. St. 301. W. — V. 1. οἰκτείρμονι. Ald. 1. 2. 3. — V. 4. παρέχεις Vat. C. a man. ſec.

¶. 252.] CDLXXV. Vat. C. p. 252. Plan. p. 206. St. 300. W. — V. 1. φόνον. hominem, quem clandeſtina caede peremerat. Niſi forte fuit: κρύπτων φόνον.

CDLXXVI. Vat. C. p. 259. Plan. p. 207. St. 301. W. Tanquam ineditum et *Simonidis* protulit hoc diſtichon *Reisk.* in Anth. nr. 591. p. 81. quem Apographum interpolatum in errorem induxit. — V. 1. κἦν. Vulgo. — V. 2. ὄμμα Δίκης. *Incertus* ap. *Stobae.*

Ecl. T. VII. p. 111. Ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμὸς ὡς δι' ἡσύχου λεύσσων προσώπου, πάνθ' ὅμως ἀεὶ βλέπει. Alius ap. *Plutarch.* T. II. p. 1124. F. ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. Cf. *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 18. ſq.

*CDLXXVII.* Vat. C. p. 259. Plan. p. 207. St. 301. W. — V. 1. ὄτεῖτά μ' ἔθαπτες. Male in Planudea εἶτά με θάπτῃ. In membr. θάπτεις." *Br.*

*CDLXXVIII.* Vat. C. p. 259. Plan. l. c. — V. 2. πάθῃς. Vat.

*CDLXXIX.* Ex *Pauſania* L. X. 12. p. 827. relatum in Append. Plan. p. 509. St. * 15. W. in *Bonadae* Anth. p. 410. Herophiles Sibyllae partes erant in Trojanis ſabulis. Tradebatur enim Apollinis Sminthei fuiſſe ſacerdos et Hecubae explicaſſe illud ſomnium, quo facem ardentem parere viſa erat. Oſtendebatur ejus ſepulcrum in Apollinis luco, cum cippo, cui hoc Epigramma inſculptum. Vide quae cum de aliis Sibyllis, tum de Herophile noſtra disputavit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. I. c. XXIX. ill. *Heynius* ad *Tibull.* II. El. V. 19. et ad *Virgil.* Aen. VI. Excurſ. — V. 5. A *Pauſania* docemur, juxta Sibyllae tumulum ſtetiſſe Hermam, a dextra autem parte fontem erupiſſe, ad quem Nympharum ſimulacra erant poſita. — V. 6. „Male, ut opinor, ap. Pauſaniam et inde in Anthologiae Append. Ἑκάτῳ ſcriptum. Caſus eſt patrius doricus τῆς ἀνακτορίης τοῦ Ἀπόλλωνος." *Br.* *Strabo* XIII. p. 618. Ἕκατος γὰρ ὁ Ἀπόλλων παρὰ πᾶσαν γὰρ τὴν παραλίαν ταύτην ὁ Ἀπόλλων ἐκτετίμηται μέχρι Τενέδου, Σμινθεὺς ἢ Κιλλαῖος καλούμενος, ἢ Γρυνεὺς ἤ τινα ἄλλην ἐπωνυμίαν ἔχων.

*CDLXXX.* Ex *Euſtathio* in Homer. Ἰλ. p. 1222. ed. Baſ. (1163. Rom.) Laudavit de Lino disputans *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 112. — V. 2. πρώτῳ μέλος. *Dionyſius* ap. *Diodor. Sic.* III. 66. p. 236. narrat, παρ' Ἕλλησι πρῶτον εὑρετὴν γενέσθαι Λίνον ῥυθμῶν καὶ μέλους, eun-

denique ἐπὶ ποιητικῇ καὶ μελῳδίᾳ θαυμασθῆναι. *Suidas* in Λίνος· λέγεται — καὶ τῆς λυρικῆς μούσης πρῶτος γενέσθαι ἡγεμών. Cf. *Jac. Nic. Loenſis* in Miſc. Epiph. X. 3. ubi veterum de Lino loca collecta leguntur. Ad illud rhythmi inventum referenda ſunt etiam verba ἐν ποσὶ δεξιτερῷ. — V. 3. Μοῦσαι. Cf. *Heſiodum* ap. *Euſtath.* l. c. Pamphi, antiquiſſimi poëtae, threnum de Lino laudat *Pauſan.* IX. 29. p. 767.

¶. 253.] *CDLXXXI.* Vat. C. p. 304. *Plan* p. 270. St. 389. W. ubi ἡ δὲ A. legitur. ὧδε Vat. C. et *Diogen. Laërt.* qui hoc carmen laudat in Prooem. §. 4. p. 4. *Bonada* Anthol. p. 395. Uraniae filius dicebatur Linus ap. *Heſiod.* Fragm. p. 328. Οὐρανίη δ' ἄρ' ἔτικτε Λίνον πολυήρατον υἱόν. *Hygin.* Fab. CLXI. Cf. *Menag.* ad *Diogen.* p. 5. Ejus cineres Philippus, Amyntae fil., Thebis in Macedoniam translatos, ſomnio monitus, Thebanis reſtituiſſe narratur. *Pauſan.* L. IX. 29. p. 767.

*CDLXXXII.* Vat. C. p. 209. Plan. p. 270. St. 389. W. Elegans Epigramma. — V. 2. Βιστονίδες. Threſſae mulieres, cum eas Orpheum laceraſſe poenituiſſet, ploraverunt eum et brachia ſibi, in poenam patrati facinoris, vulnerarunt. Similia memorat *Phanocles* in Eleg. ap. *Stobae.* LXII. p. 399. qui tamen mulieres illas non ſe ipſas punxiſſe, ſed ita a maritis ſuis adfectas eſſe tradit: — ὡς ἐδάησαν ἔργα γυναικῶν Ἄγρια, καὶ πάντας δεινὸν ἐσῆλθεν ἄχος, Ἃς ἀλόχους ἔστιζον. Vide Animadverſ. T. I. P. II. p. 227. Poſtea apud Thracas nobilitatis ſignum τὸ ἐστίχθαι. *Weſſel.* ad *Herodot.* V. p. 374. 65. — V. 6. δευόμεναι. immundo ſpargentes pulvere crines, quod in luctu ſolebat fieri. Cf. *Heynium* ad *Virgil.* Aen. XII. 611. *Doering.* ad *Catull.* LXIV. 224. — V. 5. καὶ αὗται. Vat καὶ δ' αὗται. Plan. Perperam *Brodaeus* στεναχεῦντι vertit *ſuſpirant*, cum potius cum λωκείῳ jungendum ſit. — V. 7. ἐπ' ὠδύραντο et τὸ χεῖρε Vat. — V. 8. ἔθελγε. An fuit ἔθελξε?

*CDLXXXIII.* Vat. C. p. 304. Plan. p. 270. St. 389. W. *Bonada* Anth. p. 396. Secundum *Diogen. Laërt.* Prooem. §. 5. inſculptum fuit hoc diſtichon Orphei tumulo ἐν Δίῳ τῆς Μακηδονίας. Hinc emendandus *Conſtantinus Lascaris*, cujus Προλεγόμενα τοῦ σοφοῦ Ὀρφέως ex Codice Taurinenſi exhibentur in Marmoribus Taurin. T. I. p. 96. ἄλλοι δὲ αὐτὸν κεραυνοθεῖναι (ſcr. κεραυνωθῆναι) φασὶ παρὰ τοῦ Διὸς περιπατοῦντα, ὡς δηλοῖ τὸ Κνίδιον (l. τὸ ἐν Δίῳ) τῆς Μακεδονίας ἐπίγραμμα ἡρωελεγεῖον· Θρήϊκα χρυσ. κ. τ. λ. Orpheus a nonnullis Jovis fulmine percuſſus eſſe ferebatur. Εἰσὶ δὲ οἵ φασι κεραυνωθέντι ὑπὸ τοῦ θεοῦ συμβῆναι τὴν τελευτὴν Ὀρφεῖ. κεραυνωθῆναι δὲ αὐτὸν τῶν λόγων εἵνεκα, ὧν ἐδίδασκεν ἐν τοῖς μυστηρίοις οὐ πρότερον ἀκηκοότας ἀνθρώπους. *Pauſan.* IX. 30. p. 768.

*CDLXXXIV.* Ex *Alcidamantis* Declamatione κατὰ Παλαμήδους προδοσίας. Orator. Gr. ed. *Reisk.* T. VIII. p. 75. γράμματα μὲν δὴ πρῶτος Ὀρφεὺς ἐξήνεγκε παρὰ Μουσῶν μαθών, ὡς καὶ τὰ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ δηλοῖ ἐπιγράμματα. Μουσάων κ. τ. λ. — V. 3. Vulgo non Orpheus, ſed Linus Herculis praeceptor fuiſſe traditur.

*CDLXXXV.* Vat. C. p. 304. Plan. p. 270. St. 389. W. *Diogen. Laërt.* Prooem. §. 3. *Schol. Ariſtoph.* in Ran. 1065. *Bonada* Anth. p. 395. Phaleris (vide *L. Holſten.* in Steph. Byz. p. 339.) ſepultus erat *Muſaeus* ſecundum hoc diſtichon. *Pauſanias* eundem in colle, e regione acropolis, humatum eſſe tradit L. I. 25. p. 61.

*CDLXXXVI.* Plan. p. 366. St. 505. W. Hoc diſtichon habendum eſt pro diverſa lectione Epigr. *Antipatri Sidon.* XLIV. Alia etiam lectio eſt ap. *Gellium* III. N. A. 11. Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου· Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι. *Jan. Gebhardus* in Antiqq. Lectt. L. II. 23. tradit, in Palatino Cod. legi Ἑπτὰ πόλεις ἐρίζουσι κλυτοῦ περὶ ῥίζαν Ὁ. et ipſe

ἐρίσσουσι corrigit, improbante *Allatio* de Vita Hom. p. 117.

¶. 254.] *CDLXXXVII.* Plan. p. 365. St. 504. W. Vanum eſſe urbium Graecarum de Homero certamen. Illum nullius urbis civem eſſe, ſed a Muſis coelitus demiſſum mortalibus praeclara attuliſſe munera. Expreſſum ex *Antip. Sidon.* Ep. XLV. — V. 2. „τρυφερῆς. *delicatae, luxui deditae.* Male vulgo τραφερῆς." *Br.* In certiſſimam hanc emendationem incidit criticus, raro εὔστοχος, *Spanhemius*, de Uſu et Praeſt. Num. T. I. p. 628. nec aliter legendum putavit *Grotius*, cum verteret: *Non Colophon molli ſedus in Ionia. Molles laudentur Iones*, *Martial.* Lib. de Spect. Ep. I. *Heſych.* Ἰωνικόν, τρυφερόν, ἢ ἐπὶ τοῦ κατεαγότος ἢ θηλυκοῦ. *Ariſtoph.* Theſm. v. 170. ἐμιτροφόρουν καὶ διεκινοῦντ' Ἰωνικῶς. *Schol.* ἁβρῶς θηλυκῶς καὶ μαλακῶς. Iones τρυφεραμπέχονες appellantur ab *Antiphane* ap. *Athen.* L. XII. p. 526. D. et ibidem: Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς, καὶ δὴ καὶ τοὺς Ἴωνας φησὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τρυφῆς, ἔτι καὶ νῦν ἡ χρυσῆ παροιμία διαμεμένηκε. *Poëta* ap. Eund. L. XII. p. 524. F. τί γὰρ ἡ τρυφερὰ καὶ καλλιτράπεζος Ἰωνίας εἶφ' ὅ, τι πράσσει; Ionum mores luxu diffluentium in eorum muſica conſpici putabantur; unde *Pratinas* ap. *Athen.* L. XIV. p. 624. F. Μὴ σύντονον δίωκε μήτ' ἀνειμένην Ἰαστὶ Μοῦσαν. quae eſt optima *Toupii* emendatio ad Suidam. Ep. crit. p. 52. Ibid. p. 625. C. τὰ δὲ τῶν νῦν Ἰώνων ἤθη τρυφερώτερα, καὶ πολὺ παραλλάττον τὸ τῆς ἁρμονίας ἦθος. — V. 7. ἀπ' αἰθέρος. ad coelum idem rediiſſe exiſtimabatur. Hinc *Philoſtratus* II. Imag. XXXV. p. 860. nefas eſſe ait, dubitare de iis, quae Homerus de Horis tradiderit: εἰκὸς γάρ που αὐτὸν ξυγγενέσθαι ταῖς Ὥραις, ὅτε τὸν αἰθέρα ἔλαχε. — V. 8. „Recte Planudeae duo codd. φέροι. editi φέρῃ." *Br.* Hic locus obverſabatur fortaſſe *Sannazario* L. III. Epigr. *Smyrna, Rhodos, Co-*

*lophon, Salamis, Chios, Argos, Athenae Cedite! Jam coelum patria Maeonidae eſt.*

*CDLXXXVIII.* Plan. p. 366. St. 505. W. Homerus veram ſuam patriam indicare recuſat, ne reliquas urbes ſibi infeſtas habeat. — V. 1. τί δαί. Vulgo. — V. 5. τίνος ἢ ῥα. Vulg. Similem cauſam, cur Homerus patriam ſuam non indicaverit, affert *Philoſtrat.* Heroic. c. XVIII. p. 728. ἵνα αἱ σπουδαῖαι τῶν πόλεων πολίτην αὐτὸν σφῶν ποιοῖντο. *Heliodor.* L. III. 14. p. 201. de eodem: τί δὲ σκοπῶν — ἐσιώπα τὴν ἐνεγκοῦσαν; — ἢ καὶ τοῦτο σοφίᾳ ἐργαζόμενος, κἀκ τοῦ τὴν οὖσαν ἀποκρύπτειν πᾶσαν ἑαυτῷ πόλιν πατρίδα μνώμενος.

*CDLXXXIX.* Plan. p. 365. St. 504. W. — V. 3. Fueruntne jam tum, qui, cujus auctoris ſit Ilias et Odyſſea, ignorare ſe faterentur? an verba, οὐκ ὄνομ' εὑρίσκω σαφές, ad diverſa illa nomina referenda, quibus antiquitas Homerum appellatum fuiſſe narrat? Initio eum Meleſigenem fuiſſe dictum, *Pſeudo-Herodotus* tradit p. 748. Homeri autem nomen accepiſſe, cum oculorum lumine privatus eſſet. V. *Heſychius* in Ὅμηρος. Aliam, ſed prorſus ineptam cauſam affert *Heliodor.* L. III. 14. p. 200. — οὐράνιε. Jam, o Jupiter, adducor, ut credam, tuorum carminum laudem Homero tribui. Novum hoc et alibi vix obvium, quod Jupiter carmina edidiſſe eaque cum poëtis communicaſſe dicitur. Voluit noſter augere id, quod paſſim de nobilibus dicitur poëmatis, ea digna eſſe, quae ad Jovis ſolium adſcendant (*Theocrit.* Eid. VII. 93.) Jovisque auribus accipiantur (*Horat.* I. Epiſt. XIX. 43.). Probabilius Ep. CDXCVIII. ἔστι δὲ Μουσάων, οὐκ ἐμὸν οὐδὲν ἔπος.

*CDXC.* Plan. p. 365. St. 504. W. — V. 3. Scribendum puto:

ἢ τὸ μέν ἐστ' ἄγνωστον.

quod ſuavius vulgato ad aures accidit. — ὁ δ' ἀθανάτοις. Obſcuriorum horum verborum, quae *Bro-*

*daeus* ne attigit quidem, ſenſus videtur eſſe hic: Homerum inter Deos receptum, coeleſtibus donis contentum, terreſtria, quae haberet, patriam ſcil. et genus, Muſis legaviſſe, unde factum, ut eorum notitia ex mortalibus evanuerit. Hoc verius videtur, quam quod *Huetius* notavit p. 34.: „Nam Homero patre natas Muſas eſſe dicas.“ *Grotius* vertit:

*An latet hoc? ſed par divis coeleſtibus heros*
*Legavit Muſis et genus et patriam.*

¶. 255.] CDXCI. Plan. p. 365. St. 504. W. — V. 3. κούρας. Vide not. ad *Antiphili* Ep. XI. T. II. P. II. p. 45. et ad *Dioscorid.* Ep. XXV. T. I. P. II. p. 392.

CDXCII. Plan. p. 366. St. 505. W. Tria hoc Epigrammate carmina tribuuntur Homero, Ilias, *et* Νόστοι, et Odyſſea. Nam de Νόστοις intelligenda ſunt verba Ἀχαιῶν στρομβηδὸν νηῶν σύγχυσιν ἐν πελάγει. (cf. *Euripid.* Troad. v. 72. ſqq.) in quorum verborum interpretatione fluctuat *Brodaeus*, quo referenda ſint, non videns. De Νόστοις Homero tributis cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 384. — εἰς αἰῶνας καὶ ἐξ αἰῶνος. *Sext. Empir.* adv. Phyſ. I. 62. ἡ δέ γε τῶν Θεῶν ἔννοια καὶ ἐξ αἰῶνος ἦν καὶ εἰς αἰῶνας διαμένει.

CDXCIII. Plan. p. 366. St. 505. W. Εἰ Θεός ἐστιν Ὅμηρος. De apotheoſi Homeri omnia nota. Solet autem *Deus* appellari. *Hermeſianax* in Eleg. v. 28. ἡδιστον πάντων δαίμονα μουσοπόλων. *Columella* L. I. *Praef.* 30. *Nec parens eloquentiae Deus ille Maeonius.*

CDXCIV. Plan. p. 366. St. 505. W.

CDXCV. Plan. ibid. — V. 2. θάλαττα. Vulgo. Pro μάχην ſchedae Krohn. inepte νόστον. — V. 5. Vitioſe in Ed. Lipſ. οὐνανὸν exſcriptum pro οὐρανόν.

¶. 256.] CDXCVI. Plan. p. 367. St. 506. W. Reliquas urbes Ilii gloriae invidere frigida hyperbole ex-

primitur: Dum tu, Homere, urbem flammis devaſtatam canis, effeciſti, ut urbes calamitati Trojae invideant, et ſe ipſas ſimili modo illuſtres, quam incolumes et florentes eſſe malint. — ἀφιέναι cum infinitivo junctum *permittendi*, *remittendi* ſignificationem habet. *Eurip.* Med. 373. τήνδ' ἀφῆκεν ἡμέραν Μεῖναί με. Ejusd. Heracl. v. 810. ἐμοὶ τιμὰς πατρώους καὶ δόμους ἔχειν Ἄφες.

*CDXCVII.* Ex Heſiodi et Homeri certamine p. 16. (Heſiod. p. 495. ed. Lipſ.) relatum in Append. Planud. p. 509. St. 15. W. Scriptum in Homeri imaginem, ab Argivis ipſi dedicatam. — V. 4. ἤρειψαν. *Euſtath.* Ιλ. ο. 356. κυρία δὲ λέξις ποιηταῖς τὸ ἐρείπειν, ὅ ἐστι καταβάλλειν. Cf. *Lennep.* ad *Phalar.* p. 18. — V. 4. ποινῆς. Vulgo: [illegible]

*CDXCVIII.* Hoc et ſequens Epigramma inſculptum fuit Hermae, cui Homeri caput olim fuit impoſitum. Edidit *Falkenburg.* in Not. ad Nonni Dion. p. 1331. *Leo Allat.* de Patria Homeri p. 25. *Gruter* in Inſcriptt. p. 419. *Fleetwood* in Sylloge Inſcr. p. 173. *Bonada* in Anth. T. I. p. 404. *Hagenb.* Epiſt. Epigr. p. 152. *Smetius* in Auctar. Inſcr. p. 58. Cf. not. ad *Antip. Sidon.* Ep. LXVIII. T. II. P. I. p. 62. Ab Aeliano quodam hunc Hermam eſſe poſitum ex v. 2. colligi poteſt. — V. 3. πατρὶς ἐμοὶ χθὼν πᾶσα. Sic *Heliodor.* L. III. 201. Ὅμηρος, ὦ φίλος, ὑπ' ἄλλων μὲν ἄλλοθεν ὀνομαζέσθω· καὶ πατρὶς ἔστω τῷ σοφῷ πᾶσα πόλις· ἦν δὲ εἰς ἀλήθειαν ἡμεδαπὸς Αἰγύπτιος. Noſtrum aut ſimile Epigramma obverſatum eſſe videtur *Sophiſtae*, qui ſub *Phalaridis* perſona de Steſichoro ſcripſit p. 270. λογίσασθε δέ, ὡς, ὅποι ποτ' ἂν ταφῇ Στησίχορος, Ἱμεραῖός ἐστι· καὶ πάσης μὲν πατρίδος κληθήσεται διὰ τὴν ἀρετήν, μενεῖ δὲ ὑμέτερος.

*CDXCIX.* Incertum quidem eſſe, poëta ait, Homerus utrum Deus an mortalis fuerit, maluiſſe tamen homines eum vocare hominem et ſuum. — V. 2.

νῆμ' ἀνέκλωσαν. *retexere fila* de Parcis dixit *Ovid.* X. Met. 31. *Eurydices, oro, properata retexite fila.* *Lucan.* VI. 705. *repetita Sororum fila.* *Statius* VII. Theb. 774. *Immites ſcis nulla revolvere Parcas Stamina.* Cf. *N. Heinſ.* ad *Ovid.* II. Metam. 654. cujus exemplis nonnulla addidit *Burmann.* ad *Propert.* IV. 7. 51. p. 840. — V. 3. ἥσθα, σε ἀρ. *Fleetw.* et ſic in reliquis literas propter hiatum ſublatas reſtituit.

*D.* Vat. C. p. 208. Plan. p. 268. St. 387. W. Hoc diſtichon Homeri ſepulcro inſculptum fuiſſe tradit *Pſeudo-Herodot.* p. 760. 83. qui κάλυψεν habet ex Ιλ. ξ. 114. ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψε. Legitur praeterea ap. *Plutarch.* in Vitis Homeri. In *Certamine* Homeri et Heſiodi ſub fin. Ap. *Suidam* v. Ὅμηρος. *Leon. Allat.* Vit. Hom. p. 28. *Gruteri* Inſcriptt. p. 1129. — V. 1. ἐνθάδε. in inſula Io, ubi Homerum ſepultum eſſe volunt. Priorem hunc verſum plures ſibi arrogarunt. Ap. *Murator.* p. DCLXXI. nr. 2. Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει, Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον, Ἀλκιβιάδην, Αὐρηλ. κ. τ. λ. Cf. *Gruter.* p. 1043. 1. quae comparavit *Leichius* in N. Miſc. Lipſ. I. p. 472. Item ap. *Gruter.* p. 1129. nr. 11. ubi legendum: ὃς περὶ μὲν νέον ἔσκε βροτῶν. pro μέννοιν.

¶. 257.] *DI.* Vat. C. p. 208. Plan. p. 269. St. 388. W. Inter plurimos alios Aegyptios quoque Homerum ſibi arrogaſſe, ſatis conſtat; quin *Clemens Alex.* Strom. I. p. 355. τοὺς πλείστους eum Aegyptium dixiſſe tradit. Cf. *Heliodor.* L. III. 14. — V. 1. ὃς omiſit Vat. — Hoc diſtichon in nonnullis Codd. *Antipatro Sidonio* tribui monuit *Leo Allat.* de Vit. Hom. p. 46.

*DII.* Vat. Cod. p. 215. cum lemmate: Δημιουργοῦ. Plan. p. 270. St. 389. W.

*DIII.* Vat. C. p. 386. Plan. p. 93. St. 136. W. Collectioni carminum Archilochi inſcriptum eſſe videtur. — V. 2. ἰός. Archilochi *pus atque venenum.* ἰάμβων

φλέγμα ἄγριον dixit *Julian. Aegypt.* Ep. LX. *Gaetul.* Ep. VI. ὅς ποτε πικρὴν Μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ. — ἐπεσβολίη. vocabulum Homericum, quod illuſtravit *Clark.* ad *Homer.* Οδ. Δ. 159. Cf. Ep. CCCCLVI.

*DIV.* Vat. Cod. p. 220. Plan. p. 285.[b] St. 421. W. Anth. *Bonadae* p. 396. *Diogen. Laërt.* I. 34. p. 21. ubi Thaletis de Aſtronomia merita recenſentur. Quin veteres ei Opus de Aſtrologia tribuebant, ſecundum *Plutarch.* T. II. p. 402. et *Simplicium* ad *Ariſtotel.* Phyſic. L. I. init. — V. 2. ἀστρολόγων. Vat. Plan. Exquiſitior eſt lectio *Diogenis.* — σοφίη. Vat. — De forma Θαλῆν vide *Suidam* et *Menag.* p. 20.

*DV.* Vat. C. p. 220. Plan. p. 285.[b] 421. W. *Diogen. Laërt.* L. I. 39. p. 24. *Bonada* p. 396. — V. 1. In membr. ἢ ὀλίγον τόδε σῆμα. Nec aliter *Diogenes.* Hoc probabat *Salmaſius* in not. ined. In antiq. Plan. edd. ἢ ῥ' ὀλίγον τὸ σῆμα, omiſſo γε. quam omiſſionem notavit etiam *Schol.* in Wechel. — V. 2. τοῦ πολυφροντίστου. Vat. Plan. Doricam terminationem et τοῦτο (pro vulgato τοῦδε) ex *Diogene* aſſumſit cl. editor. τοῦτο eſt etiam in Vat. C. — ὅρη. quae eſt genuina terminatio dialecti doricae. *Caſaubonus* ſine neceſſitate ὅρης legebat.

*DVI.* Bis habetur in Vat. C. Altero loco p. 220. ſic legitur:

Τὴν ἄδικον παύσασα ὕβριν ποτε ἦδε Σόλωνα,
τόνδε τ' ἔχει Σαλαμὶς θεσμοθέτην ἱερόν.

ubi manifeſta eſt interpolatio particulae ποτε, quam omiſſum Μήδων progenuit. Hoc ſi reſtitueris, lectionem habebis vulgatae praeferendam:

Τὴν Μήδων ἄδικον παύσασ' ὕβριν ἦδε Σόλωνα
τόνδ' ἐπέχει Σαλαμὶς θεσμοθέτην ἱερόν.

Solon Salamine ſepultus erat ſecundum *Diogenem* p. 39. ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ — ἐπισκήψας τοῖς ἰδίοις τὸν τρόπον ἀποκομίσαι αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ εἰς Σαλαμῖνα. Cf. *Plutarch.* in Vit. Solon. p. 97. A. Recte vero ἐπέχει. *Meleager* Ep. CXXI. παμμῆτορ γῆ, χαῖρε, σὺ τὸν πάρος οὐ βαρὺν εἰς σὲ Αἰσιγένην καὐτὴ νῦν ἐπέχοις ἀβαρής. Ep. ἀδεσπ. DCLVII. εἷς δύ' ἀδελφειοὺς ἐπέχει τάφος. — In iisdem membr. p. 458. hoc diſtichon ſic habetur, ut eſt ap. *Diogen.* niſi quod v. 2. Σαλμὶς vitioſe ſcriptum. — In vett. Diog. edd. τέκνει habetur, quod *Caſaub.* in τεκνοῖ mutavit. Sic quoque Vat. C. — Ex *Diogene Laërt.* I. 39. p. 24. relatum in Append. Plan. p. 538. St. 14. W.

*DVII.* Vat. C. p. 458. *Diogen. Laërt.* I. 73. p. 45. Append. Plan. p. 538. St. 14. W. *Bonada* p. 397. — V. 1. δοριστέφανος. Vat. C. quod verum. Significatur urbs, quae bello et fortitudine gloriam nacta eſt. — Χείλωνα φύτευσεν. Vat. — V. 2. σοφία. Vat.

¶. 258.] *DVIII. Diogen. Laërt.* I. 41. p. 25. Append. Plan. p. 538. St. 14. W. Multi hoc dictum Chiloni tribuerunt. Sed cum inſigni diverſitate hoc Epigramma habetur ap. *Schol. Euripid* in Hippol. 264. καὶ μάρτυρες ἔσονται οἱ σοφοί, εἴ που ἑνὸς τῶν Ζ σοφῶν ἐστιν ἀπόφθεγμα τὸ μηδὲν ἄγαν, ὅπερ Χίλωνι ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας καὶ Πίνδαρος· οἱ δὲ Σωδάμῳ, ὡς τὸ ἐν Τεγέᾳ Ἐπίγραμμα δηλοῖ·

Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὅς μ' ἀνέθηκεν·
Μηδὲν ἄγαν. καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

*DIX.* Vat C. p. 221. *Diogen Laërt.* L. I, 85. p. 53. Plan. p. 286.[b] St. 422. W. *Eudocia* in Viol. p. 94. *Bonada* p. 398. — V. 1. κλεινοῖς ἐν δαπέδοις. Vat. κλεινοῖς. Plan. κλεινῆς. *Diog Eudoc.* — Πριήνης. Vat.

*DX.* Vat. C p. 304. *Diogen. Laërt.* I. 93. p. 58. Append. Planud. p. 538. St. 14. W. *Bonada* p. 398.

*DXI.* Vat. C. p. 304. *Diogen. Laërt.* I. 97. p. 60. *Bonada* p. 399. — „Ap. Diogenem male v. 2. ἀγχιάλοις γῆ legitur." *Br.* Sic quoque Vat. C. ubi v. I. σοφίας. Scribendum:

κόλποις ἀγχίαλος γῆ Περίανδρον ἔχει.

Terra defunctos dicitur in ſinu, ἐν κόλποις, tenere. Cf. ad Ep. DXLIV. — σοφίης πρύτανιν. Epigr. ἀδεσπ. DXXXIII. Herodotus Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν. *Simonides* Ep. LXXXVIII. Αητοΐδης ἀγορῆς καλλιχόρου πρύτανις. *Gregor. Theol.* Ep. LXXIV. in *Murator.* Anecd. p. 71. ἤλθεον σοφίης ἀμφοτέρης πρύτανιν. Plura dedit cl. *Ilgen* ad Hymn. Homer. p. 215. *Matthiae* ad eosdem p. 123. ποιμὴν eodem ſenſu uſurpavit *Timon* in Sillis ap. *Diogen. Laërt.* IX. p. 51. οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα, ποιμένα μύθων. In antiqua Inſcr. ap. *Beger.* Theſ. Brand. T. III. p. 261. Priapus ὁ τῆς γενέσεως ποιμήν. Alia dabit *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* L. III. p. 9. et cl. *Heinrich* in Obſervatt. I. p. 33. Idem uſus obtinuit in ἡνίοχος, quod illuſtratum dedimus in Animadvſſ. in Euripid. p. 308. et in ἡγεμών, ut ap. *Themiſt.* Or. XIII. p. 173. A. τῆς παλαιᾶς Ῥωμαίων σοφίας, ἧς ὁ πάνσοφος Τούλλιος ἡγεμών. Sic ſupplendus videtur hic locus, ubi vulgo relativum deeſt.

*DXII.* Vat. C. p. 221. *Diogen Laërt.* L. I. 120. p. 76. Append. Plan. p. 538. St. 14. W. — V. 1. σοφίης τέλος. ſe ad ſummum ſapientiae faſtigium perveniſſe gloriatur Pherecydes. Hic ſenſus, a quo aberravit *Menagius*, qui τέλος eo retulit, quod inter ſeptem ſapientes Pherecydes fuerit recentiſſimus. *Julian.* IV. Orat. p. 157. C. ἐντυχὼν τοῖς παρὰ τοῦ θείου γενομένοις Ἰαμβλίχου περὶ τῶν αὐτῶν τούτων συγγράμμασι, τὸ τέλος ἐκεῖσε τῆς ἀνθρωπίνης εὑρήσεις σοφίας. *Parrhaſ.* Fr. III. φημὶ τέχνης εὑρῆσθαι τέρμα. Vide *Elsnerum* in Obſſ. Sacr. p. 50. ſq. — ἦν δέ τι. Nihil opus cum *Menagio* ἦν δ' ἔτι ſcribi.

Quod ſi Pythagoras, diſcipulus meus, ulterius progreſſus eſt, is omnium Graecorum princeps ſit, neceſſe eſt. Hunc verum horum verſuum ſenſum eſſe puto. Aliter diſtinxit et explicavit *Grotius*:

*Conſummata in me ſapientia: visne aliud quid?*
*Pythagorae dic ergo meo, longe omnibus ipſum*
*Grajugenis praeſtare; nihil mentitus in hoc ſum.*

— V. 3. ἐστὶν ὅς. Vat. C. a pr. man.

*DXIII.* Vat. C. p. 224. ſejunctim habet primum diſtichon cum lemm. Εἰς Πυθαγόραν. Deinde ſequuntur reliqua duo diſticha: Εἰς τὸν αὐτόν. Ξενοφάνους. Junctim leguntur in Plan. p. 149. St. 172. W. ubi *Brodaeus* notavit, prius diſtichon nihil commune habere cum ſequente tetraſticho. „Duo ultima diſticha ſunt Xenophanis phyſici et poëtae, qui circa Ol. LX. floruit, e cujus elegia laudantur Diogeni Laërtio p. 519. et Suidae. His primum diſtichon aliunde petitum aſſutum videtur, cujus incertus auctor eſt. Citatur quidem ex Apollodoro a Plutarcho et Athenaeo; ſed ipſius Apollodori non eſt.“ *Br.* *Athenae.* L. X. p. 418. F. Pythagoram non omnino ab animantibus abſtinuiſſe, ex Ariſtoxeno docet; tum haec addit: Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ ἀριθμητικὸς καὶ θῦσαι φησὶν αὐτὸν ἑκατόμβην, ἐπὶ τῷ εὑρηκέναι, ὅτι τριγώνου ὀρθογωνίου ἡ τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτείνουσα ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις. Apollodorum mathematicum Pythagorae theorema tam imperite expoſuiſſe, non eſt credibile; *Athenaei* haec culpa eſt, melioris grammatici quam mathematici. Fere eadem habet *Diogen. Laërt.* VIII. 12. p. 497. ſq. Adde *Plutarch.* T. II. p. 1094. B. De variis auctoribus, quibus nobile illud theorema ab antiquis tribuitur, agens *Hadrian. Junius* V. Animadv. IX. noſtrum quoque Epigramma attigit. — V. 1. ἠνύκε. Vat. C. et antiquae *Diogenis* edd. — In iisdem

membr. εὔρετο, adſtipulante *Plutarcho*, ubi v. 2. κεῖνο ἐφ' ᾧ habetur. — κλεινήν. Ed. Flor. pr. Ald. 1. Ex Lectr. Aldi in ſeqq. editiones κλειτὴν venit. — ἤγαγε βουθυσίην. *Eurip.* Iphig. Aul. 135. ἦγες σφάγιον Δαναοῖς. Cf. *Verheyk* ad *Anton. Liber.* c. 40. p. 270. — V. 3. καί ποτε. Vat. C. ut exſtat ap. *Diogen. Laërt.* VIII. 36. p. 519. et ap. *Suidam* in Ξενοφάνης, qui *Diogenem* exſcripſit. — Ridet *Xenophanes* Pythagorae de metempſychoſi opinionem, narrans, eum, audita voce vapulantis canis, prohibuiſſe verberantem, quominus pergeret, cauſam praetexentem, quod amici cujusdam vocem agnoverit. — V. 4. ἐπωκτεῖραι. Vat. — V. 5. ἐπειήν. Ald. 1. reliquae ἐπειή.

¶. 259.] *DXIV.* Vat. C. in primis pagg. poſt titulum. Plan. p. 380. St. 518. W. Cf. *Juliani Aegypt.* Ep. XXXIV. Spectatur Pythagoreorum ἐχεμυθία. Archibium quendam Pythagoricum deſcribens *Alciphron* L. III. Ep. 55. τὸ στόμα ἐπιχειλὴς αὐτῷ τῷ πεπιέσθαι καὶ λίαν μεμυκέναι, τὴν ἐχεμυθίαν ὑποσημαίνων.

*DXV.* Vat. C. p. 221. *Diogen. Laërt.* II. 15. p. 88. unde relatum in Append. Plan. p. 538. St. 14. W. *Bonada* Anth. p. 399. *Aelian.* Var. Hiſt. VIII. 19. — ἐνθάδε κλ. Vat. Diog. — τέρματα. Vat. C. Laudatur Anaxagoras, quod in rerum coeleſtium contemplatione plurimum viderit.

*DXVI.* Vat. C. p. 225. Plan. p. 288. [b]. St. 425. W. *Diogen. Laërt.* L. IX. 18. p. 556. *Heſych. Mileſ.* in Vir. Ill. p. 21. ed. *Meurſ.* Heraclitus imperitos opera ſua legere vetat. — V. 1. „τί με ὦ κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι; *ad veſtrum vulgaremque ſenſum.* Sic *Brodaeus* imperite. *Quid me evolviſtis?* De modo, quo volumina lecturi evolvebant veteres, vide Salmaſium in Plinianis p. 278. quem jam ad Stratonis Ep. L. laudavi, et Iſaacum Voſſium ad Catullum p. 51. unde diſcendum

quid ſit umbilicus voluminis, quod ad ſequens carmen minus accurate exponit *Brodaeus*." *Br.* — ὧν *Diog.* probante *Brodaeo.* At *Planudis* et *Heſychii* ὦ multo magis probandum. — V. 2. δ' ἐπ' ἐπ. Vat. — V. 3. εἷς ἐμοί. Quaedam huc pertinentia dedit *Menagius* p. 398. et *Lennep.* ad Phalar. p. 292. ubi haec ſunt Sophiſtae verba: εἷς γὰρ ἀνὴρ ἐμοὶ τοιοῦτος ἁπάσης ἐστὶ Σικελίας μέτρον. *Seneca* Ep. VII. Democritum dixiſſe ait: *Unus mihi pro populo eſt, et populus pro uno.* Hinc ductum illud *Antimachi* de Platone ap. *Ciceron.* Orat. 51. 4. *Plato enim mihi unus inſtar eſt omnium millium.* Et ipſius *Ciceronis* ad Attic. II. 5. *Cato ille noſter mihi unus eſt pro centum millibus.* — Caeterum Epigr. noſtri auctorem Heracliti dicta et ſermonem expreſſiſſe, nullus dubito. — V. 3. 4. laudat *Suid.* in ἀνάριθμοι. T. I. p. 178. — V. 4. ταῦτ' ᾄδω. vett. Diogen. edd. — Φερσεφόνη Plan.

*DXVII.* Vat. C. p. 448. Plan. p. 119. St. 171. W. *Diogen. Laërt.* L. IX. 16. p. 557. *Heſych. Mileſ.* p. 21. — V. 1. εἴλεε. Vat. C. *Heſych.* εἴλεο. Diogen. — ἐπ' ὀμφαλόν. *Ad umbilicum perducere* eſt abſolvere, et de ſcriptoribus uſurpari ſolet, qui, opere abſoluto, baculum illum, umbilicis ornatum, membranae addunt, et quidem, ni fallor, ſuperiori ejus parti, ita ut legentes umbilicum manibus, inferiorem membranae partem, ubi libri finis, ſub mento tenerent (vide Animadvſſ. T. II. P. III. p. 95.), ea, quae legiſſent, ſubinde in agglutinato baculo convolventes. Hinc patet, loci noſtri ſenſum eſſe: Ne, quaeſo, Heracliti libros celeriter percurrite, raptim legentes, lectaque involventes; lenta enim et repetita lectione opus eſt. — V. 2. τὸ δ. ἀτραπητός. Vat. C. *Archimeli* Ep. II. de Euripide: Τὴν Εὐριπίδεω μήτ' ἔρχεο, μήτ' ἐπιβάλλου Δύσβατον ἀνθρώποις οἶμον, ἀοιδοθέτα. Λείη μὲν γὰρ ἰδεῖν καὶ ἐπίκροτος· εἰ δέ τις αὐτὴν Εἰσβαίνει, χαλεποῦ τρηχυτέρη σκόλοπος. — V. 3. De Hera-

cliti obſcuritate omnia nota. Huc inprimis facit *Diogenes Laërt.* L. IX. 6. p. 551. qui cum opus περὶ φύσεως in Dianae templo depoſuiſſe narrat, ὡς μέν τινες, ἐπιτηδεύσας ἀσαφέστερον γράψαι, ὅπως οἱ δυνάμενοι προσίοιεν αὐτῷ καὶ μὴ ἐκ τοῦ δημώδους εὐκαταφρόνητον ᾖ. Cf. *Suidam* v. Δηλίου κολυμβητοῦ, et *Potterum* ad *Clem. Alex.* Strom. V. p. 676. 4. — σκότος. *utque mei verſus aliquantum noctis habebunt. Ovid.* in Ibid. v. 63. — αἴνιγμα. φέγγος μὲν ξυνετοῖς, ἀξυνέτοις δ᾽ ἔρεβος. *Alcaeus Meſſ.* Ep. XXI. ubi vide not. T. I. P. II. p. 364. — ἀλάμπετον. Vide *Brunck.* ad *Soph.* Oedip. Col. v. 1662. *Ilgen* ad Hymn. Homer. p. 582. *Matthiae* ibid. p. 458.

*DXVIII.* Vat. C. p. 216. Plan. p. 283.[b.] St. 418. W. Cauſam ridendi Democrito fuiſſe ait auctor, quod omnia hominum ſtudia morte deſinerent. Quin ipſe Democritus, cum poſt tantam philoſophiae gloriam totque libros editos nunc terra obrutus jaceat, ridendus (γέλως), cum olim alios riſerit.

¶. 260.] *DXIX.* Vat. C. p. 386. Plan. p. 92. St. 134. W. Lyrici novem, quos Grammatici Alexandrini in ordinem redègerunt, enumerantur. Vid. *Ruhnken.* in Hiſt. Orat. Gr., p. XCV. — V. 1. ἱερὸν στόμα. Fere ſolemne *os Pindari*, de quo vide cl. *Krauſe* ad *Vellej. Pat.* L. I. 18. fin. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* IV. Od. II. 8. — V. 3. γράμμα Ἀνακρείοντος. De hujus lectionis veritate non dubitaſſe videtur *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 56. Miror tamen, cum reliquorum Lyricorum indoles vel periphraſi vel epithèto aliquo ſignificetur, uni Anacreonti nihil ejusmodi fuiſſe additum. Putabam:

κρᾶμά τ᾽ Ἀνακρείοντος.

*Meleager* Ep. XXV. ἕξεις τάχα τὸ γλυκὺ κρᾶμα, Ὦ δυσέρως λάβρῳ πιόμενος μέλιτι, ubi eadem eſt lectionis diverſitas.

Mulſo Anacreontis carmina comparari, aptiſſimum. *Meleager* Ep. I. v. 34. Ἀνακρείοντα τὸ μὲν γλυκὺ κεῖνο μέλισμα Νέκταρος. Anacreon νέκταρ ἐναρμόνιον efſudiſſe dicitur ap. *Antipatr. Sidon.* Ep. LXXV. ubi vide not. Eadem imagine uſus *Oppian.* IV. Hal. 9. Μοῦσαι – μοι πόρον ὑμετέροισι Κίρναςθαι γλυκὺ νᾶμα καὶ οὔασι καὶ πραπίδεσσι. Audacius poëta Aeneas ap. *Pindarum* Ol. VI. 155. γλυκὺς κρητὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν appellatur. Alibi idem κρατῆρα μοισαίων μελέων κίρναμεν dixit, Iſthm. VI. 2. 3. — *Mulſum Anacreontis* pro eo, qui *mulſea* fundebat *carmina*, nemini facile durius videbitur, quam *mulſa loqui*, quod eſt ap. *Plautum* Poen. I. 2. 112. ubi ſimilia *Taubmannus* dedit. — Ὁμηρικόν. Praeclare cum his conſpirat *Quintil.* L. X. 1. 62. de Steſichoro: *Si tenuiſſet modum, videtur aemulari proximus Homerum potuiſſe; ſed redundat atque effunditur.* — οἰκείοις ἐν καμάτοις. in peculiari opere, lyricis carminibus nempe. — ἀπὸ cum σπάσας jungendum. *Joſ. Scaliger* tamen in not. mſt. ἀπόρευμα maluit; quod minime probandum. Senſus eſt, Steſichorum ab ingenti Homeri flumine aliquid in ſuum opus derivaſſe. Similiter *Theodorid.* Ep. VIII. de Mnaſalca: ἁ Μοῦσα δ' αὐτοῦ τᾶς Σιμωνίδα σπάθας Ἧς ἀποσπάραγμα. — ῥεῦμα. *Ovidius* III. Amor. IX. 25. *Adſpice Maeoniden, a quo, ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis.* Poëtarum phantaſma, quo foecunda ingenia cum fluminibus comparantur, illuſtravit *Mitſcherlich* ad *Horat.* IV. Od. II. 5. — V. 5. πειθοῦς καὶ παίδων. qui ſuadae et puerorum florem decerpſiſti. De puerili amore agens *Cicero* IV. Tuſc. Qu. 33. *maxime vero omnium flagraſſe amore Rheginum Ibycum, apparet ex ſcriptis.* *Suidas* in Ἴβυκος· γέγονε δὲ ἐρωτομανέστατος περὶ τὰ μειράκια. Idem docet *Athenae.* L. XIII. p. 601. B. fragmento ex ejus carminibus prolato, ubi inter alia ſcribendum: ἐμοὶ δ' Ἔρως οὐδεμίαν κατάκοιτος ὥραν, ἅτ' ὑπὸ (vulgo τε ὑπὸ) στεροπᾶς φλέγων Θρηίκιος Βο-

ῥᾶς, ἀίσσων παρὰ Κύπριδος ἀζαλέαις μανίαις ἐ ρ ε μ ν ὰ ς (vulgo ἐρεμνὸς) ἐθάμβησε – ἡμετέρας φρένας. φρένας ἐρεμνὰς *Ibycus* derivavit ex *Homero*, ubi paſſim μέλαιναι φρένες occurrunt. Hinc etiam *Pindar.* in Scoliorum fragm. p. 22. μέλαιναν καρδίαν. Aliter haec tentavit *Fiorillo* in Obſſ. crit. p. 65. ſq. — πειθοῦς ἄνθος ἀμησάμενε. *Pindar* I. Olymp. 20. δρέπων μὲν κορυφὰς ἀρετᾶν ἀπὸ πασᾶν· Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ. Cf. not. ad *Noſſid.* Ep. XI. T. I. P. I. p. 420. — V. 7. ξίφος Ἀλκαίοιο. Notae ſunt Alcaei contra Pittacum aliosque Lesbi tyrannos fortiter res geſtae, de quibus *Bayle* v. Alcée. Hinc ap. *Ciceronem fortis vir* dicitur, *et in ſua republica cognitus*, Tuſc. Qu. IV. 33. *Minaces* ejus *Camoenas* appellat *Horat.* IV. Od. IX. 7. eundem fingit ap. inferos *pugnas et exactos tyrannos* canentem audiri L. II. Od. XIII. 31. ubi inprimis conſule cl. *Mitſcherl.* p. 477. — V. 9. θηλυμανεῖς reperit Ald. in cod. quodam, quae docta lectio et vulgatae fortaſſe praeferenda. Vat. tamen Cod. θηλυμελεῖς praeſtat. Ad Alcmanis Παρθένια hoc epitheton referendum videtur; quin ei amatorii generis inventio tribuitur ap. *Suidam*: καὶ ὢν ἐρωτικὸς πάνυ, εὑρετὴς γέγονε τῶν ἐρωτικῶν μελῶν. — V. 10. ἁ. τῆς λυρ. Vulgo. οἱ eſt in Cod. Vat. — ἰσχύσατε. vos, in quibus et initium et finis lyricae poëſios continetur. Senſus non obſcurus, ſed memorabilis uſus verbi σπᾶν pro ἔχειν. Prorſus convenientem locum nunc quidem ad manus non habeo; ſimili tamen elegantia hoc verbum adhibitum illuſtravi ad *Antiphil.* Ep. XXII. T. II. P. II. p. 54.

*DXX.* Vat. C. p. 454. Plan. p. 92. St. 135. W. — V. 1. ἔκλαγεν. Aquilam tibi finge κλάζοντα. Poëtas ingenio valentes ipſe *Pindarus* cum aquila comparat, reliquos cum corvis, Olymp. II. 154. ſqq. — ἔπνεε τερπνά. dulcia ſpirabat Muſa Simonidis. Frequenter poëtae epigrammatarii verbo πνέειν de vatibus utuntur. Attigimus ad *Dioscorid.* Ep. XXV. p. 392. — V. 2.

ἡδὺ μελῳδ. Vat. — V. 3. Ἀλκαρ. Vat. — V. 4. Ἀνακρείοντι. Vat. — V. 6. „Vulgo legitur Ἀλκαῖος, κύκνος Λέσβιος, Αἰολίδι. Codd. omnes κύκνῳ, ut et veteres editiones; tum codices Planudeae plerique Αἰολίδης aut Αἰολίδῃ. Corruptus eſt locus, quem veriſimili conjectura ſanavit Reiskius." *Br.* *Joſ. Scaliger* notavit in not. mſt. Σαπφοῖ, ad veterem famam de Alcaei et Sapphus amoribus reſpiciens procul dubio. — V. 7. ἀνδρῶν δ' οὐκ ἐνάτα. Vat. C. Non fas eſt, Sappho ſimul cum viris numerari eamque novenarium Lyricorum numerum complere, quippe quae Muſarum potius choro annumeranda ſit.

*DXXI.* Vat. Cod. p. 386. Plan. p. 92. St. 135. W. et iterum p. 369. St. 508. W. Puellas Lesbias hoc carmen invitat, ut in Junonis luco conveniant, choros ibi Junoni ducturae ad Sapphus cantum. Optimae notae Epigramma. — V. 2. „ἁβροπόδων. ſic Vat. C. vera lectio, quae in Planudeae codicibus etiam ſervata, ubi ob frequentem permutationem literarum υ et β ſcriptum αὐροπόδων, quod male Brodaeus emendavit in ἁβρὰ ποδῶν. ἑλισσόμεναι etiam e membr. eſt; vulgo ἐρεισάμεναι." *Br.* ἁβρὰ ποδῶν jam in Aſcenſ. reperio. Ceterae αὐροπόδων. Membranarum lectionem conjectura aſſecutus eſt *Joſ. Scaliger* in not. mſt. — βήματ' ἐρεισάμεναι aut ἐρειδόμεναι. Vulgo. βήματ' ἑλισσόμεναι. Vat. C. — ἁβροπόδων dictum ex eleganti poëtarum uſu pro ἁβρῶν ποδῶν. Vide *Schütz.* ad *Aeſchyli* Agam. v. 385. — ¶. 261.] V. 4. θεῇ χορόν. habet Plan. loco pr. ἔνθα χορὸν καλὸν στήσασθε. loco ſec. In Vat. C. ἔνθα καλὸν στήσασθε ἡ χορόν, ubi erroris cauſa perſpicua. — ἀπάρξει. Vat. C. Flor. pr. Ald. 1. 3. aliae ἐπάρξει. Loco ſec. in Plan. labenti verſui ſuccurrere conabatur *Joſ. Scaliger* in not. mſt. ἀπαρύξει corrigens. Nihil opus. — V. 4. χερσὶν omittitur in Vat. C. lacuna relicta. Sappho in primo choreae loco poſita, lyram manibus tenens, fingitur. Illuſtravit

haec *Burmann.* ad *Propert.* II. El. XXIII. 33. *Hic ubi me prima ſtatuent in parte choreae.*

*DXXII.* Vat. C. p. 445. Edidit *Wolfius* in Fragm. Sapph. p. 166. ex codd. *Dorvillii,* qui hoc Epigr. tractavit in Vanno crit. p. 37. et 640. *Pavonem* impugnans, idem carmen tractantem in Praef. ad *Ariſtaen.* p. IX. ſq. *Reisk.* in Anthol. nr. 721. p. 143. inter Jenſiana nr. 71. Lemma eſt in membr.: Εἰς Σαπφὼ παρὰ τῶν Μουσῶν κοιμωμένην. In fine adjiciuntur haec: ἐγερθεῖσα δὲ Σαπφὼ εἶπε τάδε· Μ... μάθες, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. ex *Homeri* Od. ξ. 495. Inepti Grammatici appendicula. — Muſae loquuntur, immortalem Sapphus gloriam celebrantes. — V. 1. ὀλίζον. Aeolicum eſſe vocabulum, ab ipſa forte poëtria uſurpatum, facilius credo *Etymologico M.* quam *Euſtathio* p. 1631. 1. qui recentiorum Ionum eſſe tradit pro ὀλίγον. *Heſych.* ὀλίζονες. ἥσσονες. ἐλάσσονες. Cf. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Jov. 72. *L. Bos* in Obſſ. Crit. p. 192. Male *Wolfius* ὀλίζον' ἔτι. Poſterius in ἔτι temere mutabat *Dorvill.* — V. 2. „Scriptum quidem eſt in Cod. ἤματι τῷ πρώτῳ. quod mendoſum jure Dorvillio viſum eſt.“ *Br.* Non perſuadet. ἤματι τῷ πρώτῳ eſt pro πρώτῳ ἤματι τῷ i. e. ᾧ φῶς ἴδες. — V. 3. „Scripturam cod. Σαπφοῖ [σαμφοῖ] σοὶ τὴν κρίσιν εὐοῦ μὲν veriſimili conjectura emendavit Toup. Em. in Suid. p. 277. ſed τὴν in γὰρ mutandum cum Dorvillio non erat. Cf. quae notavi ad Callim. Ep. VII.“ *Br.* In Ap. Goth. ſic habetur: σαμφοῖ σοὶ γὰρ κρίσιν ἐνοῦμεν αι Unum ex *Dorvillii* Apographis: σοὶ τὴν πρίσιν ἐν οὔμεν, unde fecit σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἁμῖν. parum feliciter. *Pauw,* σοὶ γὰρ ἔνειμεν τὴν κρίσιν ἄφθιτον ἔμμεν. *Sappho, tibi enim tribuit judicium eſſe incorruptum.* quem verſum et male tornatum et vehementer jejunum nemo facile in tam eleganti Epigrammate tulerit. Praeclare vidit *Reiskius* ἐνείμαμεν legendum eſſe; in reliquis idem caecutiit. Jam *Toupium* audiamus; „Muſae hîc, ut vides,

loquuntur. Sed, ut res erat, ἀμούσως plane et inſicete. Nam libri omnes, κρίσιν ἄφθιτον, quod viros doctos admodum cruciavit. Nos veriſſime emendavimus, χρυσὸν ἄφθιτον. Schol. ad Pindar. Pyth. Od. IV. ἄφθιτον δὲ αὐτὸ εἶπε, καθὸ χρυσοῦν ἦν· ὁ δὲ χρυσὸς ἄφθαρτος. — Theocrit. Eid. XVIII. 52. δοίη Ζεὺς ἄφθιτον ὄλβον Eſt enim Jovis, opes diſpenſare, vel ſaltem diſpenſanti ἐπινεῦσαι. Hinc noſter Epigrammatiſta: νεῦσεν ἐρισμάραγος. Quod viri docti non intellexerunt. Caeterum ad hoc carmen reſpexit Ariſtides Vol. II. p. 377. qui hunc locum egregie dilucidabit, et noſtram emendatiunculam extra omne dubium collocabit: οἶμαι δέ σε καὶ Σαπφοῦς ἀκηκοέναι πρός τινας τῶν εὐδαιμόνων δοκουσῶν εἶναι γυναικῶν μεγαλαυχουμένης, καὶ λεγούσης, ὡς αὐτὴν αἱ Μοῦσαι τῷ ὄντι ὀλβίαν καὶ ζηλωτὴν ἐποίησαν, καὶ ὡς οὐδ' ἀποθανούσης ἔσται λήθη. Quare hoc epigramma, quod elegans inprimis eſt, auctoritate Ariſtidis, ab ipſa Sapphone ſcriptum eſſe crediderim.“ Haec ille, in quibus Toupianum ingenium agnoſcimus. *Ariſtidis* locus nihil ad confirmandam illius lectionem facit; rhetor enim de mentis et ingenii copiis loquitur, poëta, ſecundum *Toupii* mentem, de auri opibus. Quibus ſi polluit Sappho, eas non Muſis, ſed marito, Κερκώλᾳ πλουσιωτάτῳ ἀνδρὶ (*Suidas* in Σαπφώ. T. III. p. 283.) debebat. Multo minus ex rhetoris verbis colligi poteſt, hoc Epigramma ab ipſa poëtria conſcriptum eſſe; cum ille potius, ſi conjecturis indulgere licet, reſpexerit illud *Sapphus* carmen, cujus fragmentum (Anal. Br. T. I. nr. XI.) ſervavit *Stobae.* Flor. T. IV. p. 52. — Muſas, quae hîc loquuntur, non de auro Sappho donato, ſed de muneribus, quae ipſis propria ſunt et peculiaria, egiſſe, nullus dubito. Quare ſcribendum exiſtimo:

σοὶ γὰρ ΚΙΣΣΟΝ ἐνείμαμεν ἄφθιτον ἌΜΜΕΣ.

*Tibi enim hederam nunquam non virentem tribuimus nos.* Sic haec omnia recte et ordine procedunt. Primo diſticho Parcae dicuntur puellam naſcentem placidis oculis vidiſſe, eique ingentem inter homines gloriam annuiſſe; altero Muſae ſe Parcarum voluntati obſecundaſſe dicunt eo, quod puellam poëtica facultate inſtruxerint; cui muneri Jupiter annuit, qui, fatorum praeſes, omnia humana temperat aliorumque Deorum munera rata facit. Κισσῷ, *hedera*, poëticam facultatem ſignificari, ex multis locis conſtat. Muſae locum ipſis ſacrum commendantes Ep. ἀδεσπ. CLXVII. κᾂν γνήσιος ἐνθάδ' ἐραστὴς Ἔλθῃ, τῷ κισσῷ τοῦτον ἀναστέφομεν. Circa Ibyci tumulum terra πολὺν κισσὸν χεύατο Ep. ἀδεσπ. DXXVIII. *Horat.* I. Carm. I. 29. *me doctarum hederae praemia frontium Dîs miſcent ſuperis.* Mortem Tibulli lugens *Ovidius* III. Amor. X. 61. *Obvius huic venias, hederâ juvenilia cinctus Tempora cum Calvo, docte Catulle, tuo.* Idem III. A. A. 411. *Nunc hederae ſine honore jacent: operataque doctis Cura vigil Muſis nomen inertis habet.* Vide praeterea, quae de hedera Baccho ſacra poëtarumque frontibus deſtinata collegit *Bodaeus a Stapel* ad *Theophr.* IV. p. 276. — ἄφθιτον autem de immortali gloria non minus certe aptum, quam de opibus et divitiis. De Euripide Ep. ἀδεσπ. DXXXIV. ἴσθι δ' ὑπὸ χθονὸς ὢν, ὅτι σοι κλέος ἄφθιτον ἔσται. *Antip. Theſſ.* Ep. XXIII. de novem Lyricis: ἐννέα δ' αὐτὰς Γαῖα τέκε, θνατοῖς ἄφθιτον εὐφροσύναν. — Paene monere neglexeram, *Dorvillium* hunc verſum iterum tentaſſe in Vanno crit. p. 640. ſic: σοὶ γὰρ ῥῆσιν ἐνεύσαμεν ἄφθιτον εἶμεν. *carmina immortalia.* ut *Pinytus* T. II. p. 288. ὀστέα μὲν καὶ κωφὸν ἔχει τάφος οὔνομα Σαπφοῦς· Αἱ δὲ σοφαὶ κείνης ῥήσιες ἀθάνατοι. — V. 4. ἐρισφάραγος. Vat. C. quod revocandum. Homer. Hymn. in Merc. 187. ἄλσος ἁγνὸν ἐρισφαράγου Γαιηόχου. βαρυσφάραγον Jovem appellat *Pindar.* VIII. Iſthm. 48. Cf. *Dorvillium* in Vann. crit.

p. 45 ſqq. et *Albert.* ad *Heſych.* v. ἐρισφάραγος. — „In cod. σὺν δὲ πατήρ. Sed copulam ſenſus requirere videtur: paſſim permutatae particulae δὲ et τε.“ *Br.* — V. 5. „μέλψαι δ' ἐν πάντεσσιν. Cod. optime; mutato tantum μέλψαι in μέλψῃ. pronus enim librariorum lapſus in harum terminationem permutatione ob ſoni affinitatem“ *Br.* μέλψεαι *Reisk.* idque ſervavit *Toupius.* — ἀοίδιμος. Sic fere *Theocrit.* Eid. XII. 11. ἐπεσσομένοις δὲ γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδή. *Propert.* I. El. XV. 24. *Tu quoque uti fieres nobilis hiſtoria.* Cf. *Oudendorp.* ad *Appulej* Met. II. p. 119. — V. 6. „Scripturam Cod. οὐδὲ κλυτᾶς φάμας ἔσσεαι ἠπεδανά. vitii ſuſpectam non habuit Toupius, quod profecto miror; immo hunc verſum ſic vertit: *neque illuſtris tui nominis unquam erit oblivio.* Senſum hunc e graecis eruere non valeo. Ad verbum, *neque glorioſae famae eris invalida.* ἠπεδανὸς enim ſignificat ἀσθενής. Hisce latinis graeca non ſaniora ſunt. Repoſui ἔσσεται ἠπαφία. Poſtrema vox paulo rarior, hic, ut in Pauli Ep. XVIII. ſupra captum librarii fuit, cui magis frequens ap. poëtas obvium vocabulum ἠπεδανὰ obverſatum fuit, haecque corruptela alteri occaſionem dedit, qua ἔσσεται in ἔσσεαι mutatum.“ *Br.* In Ap. Goth. eſt ἔσσεαι ἠπεδανά.

*DXXIII.* Vat. C. p. 387. Plan. p. 93. St. 135. W. Legitur etiam ap. *Euſtath.* ad Ιλ. β. p. 247. 34. Cf. *Aſclepiad.* Ep. XXXV. *Antip. Sidon.* Ep. XLVII. Laudatur carmen Erinnae Ἠλακάτη inſcriptum, quod trecentis verſibus conſtitiſſe ex hoc Epigrammate diſcimus. Idem tradit *Euſtath.* l. c. et *Suidas* in Ἤριννα. T. II. p. 75. qui noſtrum carmen ante oculos habuiſſe videtur: Ἔγραψεν Ἠλακάτην, ποίημα δέ ἐστιν Αἰολικῇ καὶ Δωρίδι διαλέκτῳ ἐπέων τ'. τελευτᾷ δὲ παρθένος ἐννεακαιδεκέτις. οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἴσοι τοῖς Ὁμήρου. Cf. *Burmann.* ad *Propert.* II. El. II. 32. p. 226. ſq. — V. 1. κηρίον. Similiter

*Meleager* I. v. 10. Νοσσίδος, ἧς δέλτοις κηρὸν ἔτηξεν Ἔρως. — ἀδύ τοι. Vat. C. Haereo equidem in hoc adjectivorum aſyndeto. Scribendum, ni fallor:

εἰ δέ τι μικρὸν,
ἀλλ' ὅλον ἐκ Μουσέων κιρνάμενον μέλιτι.

*quanquam exiguum carmen, totum tamen Muſarum melle commiſtum eſt.* In talibus εἰ ponitur pro εἰ καί. quem uſum attigit *Abreſcb.* ad *Aeſchyl.* T. I. p. 285. et in Auctar. ad Thucyd. p. 344. Saepiſſime poſt εἰ et εἰ καὶ ponitur ἀλλά. *Euripid.* Phoen. v. 500. Ἐμοὶ μέν, εἰ καὶ μὴ καθ' Ἑλλήνων χθόνα Τεθράμμεθ', ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν. *Aſclepiades* Ep. XVII. 1. 2. εἰ δὲ τὸ τραῦμα Μὴ σαφές, ἀλλ' ὁ πόνος δύεται εἰς ὄνυχα. Ep. ἀδεσπ. DXXXV. εἰ καὶ δακρυόεις, Εὐριπίδη, εἷλέ σε πότμος — ἀλλ' ἔμολες Πελλαῖον ὑπ' ἠρίον. Ib. DCCI. εἰ καί μοι θυμός, Διονύσιε, τείρεται αἰνῶς Ἀμφί σοι, ἀλλ' ἔμπης οἷα πάρεστι δέχου. *Eurip.* Phoen. 956. εἰ μὴ γὰρ εὐνῆς ἥψατ', ἀλλ' ἔχει λέχος. — V. 3. οὐδέ. Ald. 1. 2. 3. Aſcenſ. — Ὁμήρου emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. Sic ſane ſevera Grammaticae lex poſtulat, quam tamen non poëtae ſolum, ſed pedeſtres quoque ſcriptores ſaepe violant, dum comparationem, quae ad partem ſpectat, ad totum referunt. Cf. Ep. ἀδεσπ. DXXXIV. 3. 4. — Sq. vſ. idem τοῖς δέκα παρθ. corrigit, neſcio quo ſenſu. — ἐννεακαιδεκάτευς. Vat. C. — V. 5. ἠλεκάτη. Vat. — ἐφ' ἱστῷ. idem et *Euſtath.* Vett. edd. Plan. ἐπ' ἱστῷ. Sic quoque Cod. Reimari, teſte *Reiskio* ad *Conſtant. Porphyrog.* Cerem. p. 139. ubi adſpirationem a veteribus paſſim neglectam eſſe docet. Cf. ad Ep. ἀδεσπ. CLXIX. 7. — Erinna, dum, matri morem gerens, vel ad colum, vel ad telam ſtabat, tamen Muſis, quarum antiſtes erat, operabatur. Fortaſſe *Erinnae* Ἠλακάτη nomen traxit inde, quod a puella colum verſante concinnatum erat.

*DXXIV.* Vat. C. p. 209. Plan. p. 280. St. 405. W. *Aſclepiadae* tribuit Cod. Jani Laſcaris ap. Iriarten. In Planudea *Aſclepiadae* Epigramma praecedit. *Antipatri Sidonii* ingenium refert. Cf *Wolfium* in Fragm. Poetr. p. 7. Etiam hoc Ep. ſcriptum in Erinnam, praematura morte exſtinctam, ſed carminibus ſuis immortalem. — V. 1. ἔαρ ὕμνων. carmina jucundiſſima. Cf. ad *Julian. Aeg.* Ep. LI. T. II. P. III. p. 388. — V. 2. κυκνείῳ στόματι cum ad ſuavitatem cantus referri debet, tum ad fabulam de exſequialibus, quae cygnus moriens canere dicitur, carminibus *Ovid.* XIV. Met. 430. ¶. 262.] V. 3. ἤλασεν. *Apollon Rhod* L. II. 815. Ἔνθάδ' Ἀβαντιάδην πεπρωμένη ἤλασε μοῖρα Ἴδμονα. ubi perperam ἥρπασε emendabat *G. Wakefield.* I. Sylv. crit. p 69. *Leonidas Tar.* Ep. XCI. οὔτε καταιγὶς Ἤλασε τὰς πολλὰς τῶν ἐτέων δεκάδας. — V. 4. ἠλεκατης. Vat. C. Etiam haec verba ad Erinnae Ἠλακάτην ſpectare videntur. — V. 5. οὔς ἐγεγωνεῖ. Vat. C. — V. 6. φθεῖσθαι. Vat. — Πιερίσιν, Vat.

*DXXV.* Plan. p. 368. St. 507. W. In Anacreontis imaginem. — V. 3. Male *Baxterus* οἷά θ' ἀπὸ κώμων: quod antiquae lectionis ſtrenuus propugnator *Fiſcherus* propagare non dubitavit in edit. *Anacreontis* p. 502. In fine verſus incidendum videtur. Jungendum enim ὄμμα βρομίῳ βεβαρημένον ἠδὲ ἀπὸ κώμων i. e. κώμοις. Quae ſequuntur, pro appoſitione habenda ſunt. Qualia ſint illa παννυχίδων ſigna, (oculi nempe vino et vigilando gravati) bene docet *Meleager* Ep. LX. cujus verſum 3. a temerariis conjecturis optime nuper vindicavit *Purgold.* in Obſſ. crit. p. 286.

*DXXVI.* Vat. C. p. 212. Plan. p. 277. St. 401. W. Profert *Suidas* in οἰνοπότης. T. II. p. 668.

*DXXVII.* Vat. C. p. 213. *Juliano Aegyptio* hoc carmen vindicat, quod ἀδέσποτον eſt in Plan. p. 278. St.

402. W. Cf. not. ad *Julian. Aeg.* Ep. LXI. p. 391. — V. 1. pro ἀλλὰ in Anacreonte *Fiſcheri* p. 498. ἠδὲ legitur, omnino male. Verbis ita, ut par erat, diſtinctis et interlocutoribus attributis, nemo de vulgatae lectionis veritate dubitabit. — V. 2. ἀίδαν Vat. C. a man. ſec.

*DXXVIII.* Vat. C. p. 320. Plan. p. 279. St. 403. W. Ibycum, quem in Iſthmo Corinthiaco interfectum eſſe conſtat, in patria ſepultum eſſe, ex hoc Epigrammate apparet. — V. 1. Rhegium, Siculis undis rigatum. Ῥηγίῳ ἐν διερῷ Ep. ἀδεσπ. DCCXL. — ταγανώδεος. Vat. C. — V. 2. θρινακίου. Vat. C. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 2. 3. τρινακρίου Aſcenſ. Steph. Vid. *Holſten.* ad *Stephan Byz.* p. 325. *Dorvill.* in Sicul. T. I. p. 163. — „Θρινακίου Sic Vat. Cod. et duae Plan. Solae membranae γευομένην dederunt, quae lectio optima eſt; ſubauditur πόλιν.“ *Br.* Vulgo γευομένης. — V. 3. δὲ π. Vat. Plan. — παῖδας. Vide ad Ep. DXIX. 6. — V. 5. „ἡδέα πολλά. Sic recte membr. Vulgata ſenſu caret τῇδε δὲ πολλά.“ *Br.* κισσόν. Hedera poëtae tumulo circumfuſa, ut ap. *Simmiam Theb.* Ep. II. ubi vide not. T. I. P. I. p. 331. — V. 6. λευκοῦ καλάμου. albicantis calami, unde tibiae fiebant. Cf. *Plin.* H. N. XVI. 66. p. 28. *Bodaeum a Stapel* ad *Theophr.* IV. 12. p. 469. et *Salmaſ.* in Exerc. Plin. p. 82. ſq.

¶. 263.] *DXXIX.* Vat. C. p. 225. Plan. p. 287. b. St. 424. W. Ap. *Diogenem Laërt.* VIII. 78. hoc Epigramma Epicharmi ſtatuae inſcriptum fuiſſe traditur. *Bonada* in Anth. p. 402. — V. 1. Quanto ſplendentior ſol ceteris aſtris, quanto mare flumina vi et magnitudine ſuperat; tanto Epicharmum praeſtare pronuntio. In apodoſi alterum membrum ad ſenſum perfectum deſideratur; non ſine exemplo tamen. Sic *Theocrit.* Eid. IX. 33. οὔτε γὰρ ὕπνος, Οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκε-

ϱώτεϱον, οὔτε μελίσσαις Ἄνθεα, ὅσσον ἐμὶν Μῶσαι φίλαι. — Pro εἴ τι *Opſopoeus* ὅττι emendabat; omnino male. — V. 4. πατϱίς. Cous quidem fuit Epicharmus, ſed cum tenera aetate Syracuſas veniſſet, quam urbem ingenii monimentis illuſtravit, a plerisque pro Syracuſano habitus eſt.

*DXXX*. Vat. C. p. 220. Primus edidit *Dan. Heinſius* in Not. ad Horat. p. 107. *Reiskius* in Anth. nr. 561. p. 73. Δωϱίδος ἐκ Μούσης. Dorica dialecto, quod conſtat, Epicharmus in dramaticis operibus ſuis utebatur; hinc Muſa Dorienſis eum in Bacchi et Satyrorum gratiam muneribus ſuis inſtruxiſſe dicitur.

*DXXXI*. Vat. C. p. 229. Εἰς Φιλιστίωνα, τὸν Νικαέα γελωτοποιόν. Plan. p. 206. St. 300. W. In Philiſtionem, Nicaeenſem, quem alii Pruſaënſem, alii Sardianum appellant, mimorum ſcriptorem. Eum nimio riſu exſtinctum tradit *Suidas* in Φιλιστίων, ubi v. 1. 2. excitatur. T. III. p. 603. Egit de eo *Scaliger* ad *Euſeb.* p. 179.[a] et *Sirmond.* ad *Sidon. Apollin.* p. 26. Hunc poëtam, quem omnes extremis Auguſti temporibus vixiſſe memorant, unus *Suidas* Iſocratis aevo floruiſſe tradit, memoriae vitio, ut videtur *Scaligero*. — V. 1. βίον. βιολόγος appellabatur, ejusque fabulae κωμῳδίαι βιολογικαί, quia omnem hominum vitam repraeſentabant. Praeclare huc facit *Diodor. Sicul.* L. XX. 63. p. 453. de Agathocle agens; ὑπάϱχων δὲ φύσει γελωτοποιὸς καὶ μῖμος, οὐδ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀπείχετο τοῦ σκώπτειν τοὺς καθημένους, καί τινας αὐτῶν εἰκάζειν· ὥστε τὸ πλῆθος πολλάκις εἰς γέλωτα ἐκτϱέπεσθαι, καθάπεϱ τινὰ τῶν ἠθολόγων καὶ θαυματοποιῶν θεωϱοῦντας. ubi vide *Weſſeling*. Eandem rem attigit, noſtrum quoque Epigr. laudans, *Barneſius* de Tragoed. §. VII. — γέλωτι κεϱάσας. Appoſite *Horat.* II. Carm. XVI. 25. *Laetus in praeſens animus, quod ultra eſt, Oderit curare et amara lento temperet riſu.* nec tamen, quod quidam putavit, ex noſtro Epigr. hauſit.

At noſtrum locum procul dubio expreſſit *Caſſiodor.* L. IV. Epiſt. 51. *Mimus etiam, qui nunc tantummodo deriſui habetur, tanta Philiſtionis cautela repertus eſt, ut ejus actus poneretur in literis: quatenus mundum curis edacibus aeſtuantem laetiſſimis ſententiis temperaret.* — V. 3. λείψανον παντὸς βίου. totius, quam exprimere ſolebam, vitae reliquiae. Similiter de homine *antiqua virtute et fide* ap *Terentium* III. Adelph. III. 90. *ubi etiam hujus generis reliquias Reſtare video, vivere etiam nunc lubet* *Lucian.* D. D. XXV. 1. T. II p. 84. εἰ μὴ ἐγὼ ξυνεὶς τὸ γιγνόμενον, κατέβαλον αὐτὸν τῷ κεραυνῷ, οὐδὲ λείψανον ἀνθρώπων ἐπέμεινεν ἄν. *Eurip.* Troad. v. 711. ἀλλ' ἐνθάδ' αὐτὸν λείψανον Φρυγῶν λιπεῖν. Electr. 553. τοῦ ποτ', Ἠλέκτρα, τόδε Παλαιὸν ἀνδρὸς λείψανον φίλων κυρεῖ. *Heliodor.* perpetuus *Euripidis* imitator, L. I, 21. p. 61. ed. Bip. ἐπεκρατήσαμεν ἐξ ἁπάντων οἰκτρὸν περισωθέντες λείψανον. — V. 4. πολλάκις. Ipſe igitur Philiſtion in Mimis ſuis agebat. — οὐπώποτε. Vat. C. a pr. man.

*DXXXII.* Vat. C p. 382. Plan. p. 95. St. 140. W. Elegans diſtichon, quo Herodotus Muſas hoſpitio excepiſſe, et ab unaquaque earum, muneris loco, librum Hiſtoriae accepiſſe dicitur. — V. 1. ἑκάστῃ. Vat. Novem Herodoti libros novem Muſarum nominibus inſcriptos eſſe ab ejus admiratoribus aſſeverat *Lucian.* T. I, p. 572. et p. 631. (T. IV. p. 117. et 205. ed. Bip.) Plures tamen idem in ſuis operibus feciſſe conſtat, ut *Bionem*, οὗ φέρεται ἐννέα βιβλία Μουσῶν ἐπιγραφόμενα *Diogen. Laërt.* IV. 58. ubi vide *Menag.* p. 182. Cf. *Voſſium* de Hiſtor. Gr. L. I. c. 3. Novem de manſuetudine praeceptis datis, *Marc. Anton.* L. XI. 18. p. 334. τούτων τῶν ἐννέα κεφαλαίων μέμνησο, ὡς παρὰ τῶν Μουσῶν δῶρα εἰληφώς.

*DXXXIII.* Append. Planud. p. 509. St. 15 W. „Habent hoc Epigramma Ariſtophanis Scholiaſtes ad Nub. 331. et Stephan. in Θούριοι. ubi v. 3. ſine ſenſu

legitur τῷ γὰρ ἄπλητον, quod a viris doctiſſimis ad majora properantibus non fuit animadverſum. V. 2. ἱστορίης jam emendaverat Camerarius: apud illos enim ἱστορικῆς legitur. « Br. — ἱστορίης πρύτανιν. Cf. Ep. DXI. — V. 3. τὸν γὰρ ἄπλ. emendavit *Huetius* p. 79. nec aliter haec exhibet ſcripta *Taylor* in Vita Lyſiae p. 109. ed. R. qui de illuſtri illa Athenienſium colonia, cujus comes Herodotus fuit, egregie disputavit. — Initio vſ. Cod. Vat. Δωρίδος ἐκ πάτρης praebet, quod vulgatae non praeferendum. — μῶμον ὑπεκπροφυγών. Herodotus, cum propter Lygdamiden tyrannum, qui Halicarnaſſi dominabatur, Samum commigraſſet, indeque patriam reverſus expuliſſet tyrannum, magnam ſibi apud cives concitavit invidiam, qua commotus Halicarnaſſum iterum reliquit: ἐπειδὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον, ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντὴς ἦλθε, κἀκεῖ τελευτήσας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τέθαπται. *Suidas.* Colonia illa in Italiam abducta Ol. LXXXIII. 3. Vid. *Diodor. Sic.* T. I. p. 483. ſq. Thuriis hiſtoriam ſuam ſcripſiſſe perhibetur *Herodotus* ap. *Plin.* H. N. XII. 8. p. 657. quin initio Hiſtoriae ejus fuerunt qui non Ἡροδότου Ἁλικαρνησσέως, ſed Ἡροδότου Θουρίου legerent. *Ariſtotel.* III. Rhetor. 9.

¶. 264.] *DXXXIV. Ioni* hoc Ep. tribuitur in Vat. C. p. 214. et in Plan. p. 273 St. 394. W. At is ante Euripidem obiit. Vide *Bentl.* in Epiſt. ad Mill. p. 50. ſqq. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in γυάλοις. T. I. p. 136. Obiit Euripides ap. Archelaum, Macedoniae regem. μελαμπέπλοις. ob luctum de morte Euripidis, ut *Brodaeus* interpretatur. — V. 2. τὸν ἀεινυκτὸς, junctim legit *Huetius* p. 25. Junge potius ἀεὶ ἔχων τὸν νυκτὸς θάλαμον. — In Cod. Vat. αἰεί. — V. 4. Ὁμηρείαις. *Diogen. Laërt.* L. IV. 26. Ἐθαύμαζε δὲ ὁ Κράντωρ πάντων δὴ μᾶλλον Ὅμηρον καὶ Εὐριπίδην, λέγων ἐργῶδες ἐν τῷ κυρίῳ τραγικῶς ἅμα καὶ συμπαθῶς γράψαι. — In fin. χάρισιν Vat. C. χάριτες

h. l. ſunt *carmina*, ut paſſim. Vide Animadvſſ. T. I. P. I. p. 420.

*DXXXV.* Vat. C. p. 214. ſq. Plan. p. 273. St. 394. W. Cf. not. ad *Addaei* Ep. VIII. T. II. P. II. p. 235. ſq. — V. 4. „Μουσέων χάριτα pro vulgato τραγικὴν χάριτα dederunt membranae." *Br.* Euripides laudatur, quod ſapientiam cum Muſarum illecebris conjunxerit. Noti ſunt vſſ. Oraculi ap. *Suidam* in σοφός. ubi Sophocles ſapiens, ſapientior Euripides, Socrates omnium ſapientiſſimus praedicatur. Tanquam propriam et peculiarem Euripidi σοφίαν tribuit *Plutarch.* T. II. p. 384. D. Faciunt huc inprimis verſſ. *Alexandri Aetoli* ap *Gellium* L. XV. 20. quos adſcribam ex emendatione *Valckenarii* ad Eurip. Phoen p. 588. Ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος χαιοῦ στρυφνὸς μὲν ἔμοιγε προσειπεῖν, Καὶ μισογέλως καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς, Ἀλλ' ὅ τι γράψαι, τοῦτ' ἂν μέλιτος καὶ Σειρήνων ἐτετεύχει. — V. 6. νάπς. Ed. Flor. pr.

*DXXXVI.* Vat. C. p. 215. Plan. p. 273. St. 395. W. *Bonadae* Anth. p. 412. — Vitioſe membran.: οὐ σὸν μνῆμα τόδ' Εὐριπίδη ἔφυ, ἀλλὰ σὺ τοῦδε. — V. 2. Tua gloria hoc tuum monimentum illuſtrat.

*DXXXVII.* Ex *Athen.* L. X. p. 454. F. qui hoc diſtichon affert ex Neoptolemi libro περὶ ἐπιγραμμάτων, relatum in Append. Planud. p. 509. St. 15. W. Scriptum eſt in Thraſymachum, Iſocratis et Platonis diſcipulum, de quo loca veterum collegit *Olearius* ad *Philoſtr.* Vit Soph. I. 14. p. 497. — Similes circa literas luſus profert *Athenaeus* l. c. — V. 1. σάν. Sic Dorienſes hanc literam appellaſſe, docet *Herodot.* L. I. 139. p. 69. ubi vide *Weſſel.* — οὖ i. e. o. Nam litera o in Alphabeto nomen οὖ habebat. Vide *Salmaſ.* ad Herodis Inſcr. p. 39. *Taylor* ad Marmor Sandvic. p. 7.

*DXXXVIII.* Habet hoc diſtichon *Stephan. Byz* in Μίλητος, et ex eo *Euſtath.* ad *Homer.* p. 313. et ad *Dio-*

*nyſ. Perieg.* v. 823. Timotheus, citharoedus, de quo diximus ad *Alexandri Aetol.* Ep. IV. 2. T. I. P. II. p. 238. meliore ſane epitaphio dignus erat. Prior tamen verſus fortaſſe in mendo cubat, quod levi negotio ſic tollas:

Πάτρα Μίλητος ἔτικτε τὸν ἐν Μούσαισι ποθεινὸν —

In talibus praepoſitio ἐν ſaepenumero abundat, *non tantum quando ablativus inſtrumenti, ſed et alius quicunque ponendus erat*; quae verba ſunt *T. Hemſterhuſii* ad *Lucian.* T. II. p. 523. ed. Bip. — V. 2. κιθάρας ἡνίοχον. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. III. T. I. P. I. p. 17.

¶. 265.] *DXXXIX.* Vat. C. p. 465. Planud. p. 66. St. 95. W. Protulit *Bandini* ex Thucydidis Cod. T. II. Bibl. Laur. p. 622. cum cujus lectionibus *Brunckius* conſpirat. Cf. Epigrammata in Heraclitum DXV. DXVI. — V. 1. Vulgo et in Vat. C. εἰ δέ γε πάμπαν Νῆϊς ἔφυς Μουσέων. Sic plane Ep. ἀδεσπ. DLXIV. in Lycophronem: εἰ δέ σε φίλατο Καλλιόπη, λάβε μ' ἐς χέρας· εἰ δὲ Νῆϊς ἔφυς Μουσέων, χερσὶ βάρος φορέεις. Inepta ſane vulgata lectio πάμπαν, in qua hoc olim latere cenſebam:

εἰ δέ γε σεμνῶν
νῆϊς ἔφυς Μουσέων — —

Thucydidis enim opus, ſi quod aliud, ſeverae Muſae auſpiciis concinnatum eſt. Fortaſſe tamen tutius, Codicis Laurentini auctoritatem ſequi, quod cl. editor fecit. Caeterum ad Hiſtorici quoque intelligentiam Muſarum favore opus eſſe ſtatuit Epigrammatis auctor; quin inventi ſunt apud veteres, qui Hiſtorias inter carmina referre auderent. *Dionyſ. Halic.* in Epiſt. ad Pompej. p. 130. de Herodoti et Thucydidis operibus:

καλαὶ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· οὐ γὰρ ἂν αἰσχυνθείην ποιήσεις αὐτὰς λέγων. *Marcellin.* Vit. Thucyd. p. XX. ed. Bip. περὶ δὲ πάσης τῆς συγγραφῆς ἐτόλμησάν τινες ἀποφήνασθαι, ὅτι αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς συγγραφῆς οὐκ ἔστι ῥητορικῆς, ἀλλὰ ποιητικῆς. — V. 2. νοέης. Vat. C. — V. 3. οὐ πάντεσσι βατός. Ep. DXVII. μάλα τοι δύςβατος ἀτραπιτός. Cf. not. ad *Archimedi* Ep. II. — V. 4. Θουκυδίδην. De antepenultimae in hoc nomine menſura diſputat *Dawes* in Miſc. crit. p. 97. qui eam ab imperito homine correptam eſſe contendit. Apud *Ariſtophanem* certe eadem producitur. Sic ut noſter tamen etiam *Chriſtodor.* in Ecphr. v. 372. — Ὀλόρου. De nomine patris Thucydidis, quem nonnulli Ὄρολον vocabant, vide *Interpp.* ad Vitam Thuc. p. XLV. ed. Bip. et T. I. p. 271.

*DXL.* Plan. p. 345. St. 485. W. Hippocrates primus artis medicae vias hominibus aperuiſſe dicitur. ὤϊξε κελεύθους. *Pindar.* V. Pyth. 117. γλυσὶ θοαῖς ἀλὸς βαθεῖαν κέλευθον ἀνοίγων. Sic etiam Latini dicunt *aperire, patefacere viam.* — V. 2. Παιήων. Inter mortales idem, qui Paeeon inter Deos. *Euſtath.* ad Ιλ. χ. p. 1379. 7. Παιήων — κύριον ὄνομα τοῦ παρὰ θεοῖς ἰατροῦ. Idem ad Οδ. δ. p. 165. 14. Παιήων δὲ θεῶν ἰατρός — ἕτερος ὢν Ἀπόλλωνος, ὡς Ἡσίοδος δηλοῖ, εἰπών· Εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος ἐκ θανάτου σαώσει ἢ Παιήων, ὃς πάντων φάρμακα οἶδε. Cf. *Sprengel Beiträge zur Geſchichte der Medizin.* I. Faſc. III p. 7. ſqq.

*DXLI.* Plan. p. 345. St. 485. W.

*DXLII.* Vat. C. p. 226. Plan. p. 240. St. 348. W. — V. 1. Θέσσαλός. Hippocrates maximam vitae partem in Theſſalia transegit; cujus rei fabuloſam cauſam affert *Tzetza* in Chil. p. 139. Sepultus eſt inter Gyrtonem et Lariſſam, tradente *Sorano* in Opp. Hipp. T. II. p. 954. — V. 1. Ἱπποκράτευς tentabat *Joſ. Scaliger* in not. mſt. Ἱπποκράτους habet etiam *Fabricius*, qui hoc Epigramma refert ad *Theſſalum*, Hippocratis filium, Bibl. Gr. T. XIII. p. 435. ſq. — V. 2. Φοίβου.

quia ex Aſclepiadarum erat familia, quae originem repetebat ab Apolline. — ἀτρόπιζης. Vat. C. — V. 3. τρόπαια νέσων. Similiter *Euripid.* Oreſt. v. 711. οὐ γὰρ ῥᾴδιον, λόγχῃ μιᾷ στῆσαι τρόπαια τῶν κακῶν, ἅ σοι πάρα. *Ariſtoph.* Plut. v. 452. μόνος γὰρ οὗτος οἶδ' ὁ θεός. ὅτι τρόπαιον ἂν στήσαιτο τῶν ταύτης τρόπων. *Himerius* Ecl. III. 17. p. 84. καὶ τίνα τρόπαια τῶν ἀπὸ κακίας μείζονα; — V. 4. πολλῶν οὐ τύχαι ἀ. τέχναι. Vat. C.

*DXLIII.* Vat. C. p. 386. Plan. p. 118. St. 170. W. — V. 1. Plato omnium Graecorum eloquentiſſimus. εὐγλώσσου. Vulgo. — V. 2. „σελίς. Sic Vat. membr. Male in Planudea πόλις.“ *Br.* — V. 3. τε om. Vat. — Tu primus, oculis in Deos coelumque intentis, vitam et mores hominum illuſtraſti. Duae enim primariae partes Philoſophiae Platonis erant, altera *de vita et moribus*, altera *de natura et rebus occultis.* *Cicero* I. Acad. 5. — V. 5. „μυκτῆρι hoc etiam e membranis, ubi tamen ſcriptum μυκτῆρσι. Socraticam ironiam innuit. Inepte Planud. κρητῆρι.“ *Br.* μυκτῆρι reſtituendum vidit *Salmaſius* in not. ined. *Timon* in Sillis ap. *Diogen. Laërt.* II. 19. p. 91. μυκτήρ, ῥητορόμυκτος, ὑπαττικός, εἰρωνευτής. Τὸν μυκτῆρα cum εἰρωνείᾳ conjunxit *Longin* Π. Υ. c. 34. in Hyperidis characteriſmo: ἄφατοι δὲ περὶ αὐτὸν εἰσιν ἀστεϊσμοί, μυκτὴρ πολιτικώτατος, εὐγένεια, καὶ κατὰ τὰς εἰρωνείας εὐπάλαιστρον. *Lucian.* in Prometh. T. I. p. 24. ὅρα, μή τις εἰρωνείαν φῇ, καὶ μυκτῆρα, οἷον τὸν Ἀττικόν, προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ. *Quintilianus* τὸν μυκτηρισμὸν *ſimulatum quidem, ſed non latentem deriſum* interpretatur. VIII Inſtit. 6. 59. *Naſum Atticum* vocat *Seneca* in I. Suaſ. Attigit *H. Stephanus* in Schediaſm. VI. 23. *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. I. p. 18. ed. *Fiſch.* — Σάμιον φρόνημα. *ſeveritatem Pythagoricam.* *Diogen. Laërt.* L. III. 8. p. 169. Plato μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. ubi vid. *Caſaub.* et *Menagium*, quorum hic noſtrum Epigr. lau-

dare non neglexit. — V. 6. διχοστασίη eſt *diſſenſus* ille inter Pythagoricam et Socraticam philoſophandi rationem, quem Plato prudenti dignitatis et ironiae commiſtione ſuſtulit. In σῆμα haereo, nec, quo ſenſu a poëta dictum ſit, ſatis intelligo. An σχῆμα fuit? Sic opera Platonis, illa, quam diximus, commiſtione effecta, σχῆμα διχοστασίης appellarentur, in quibus quidem diverſus utriusque character *pulchra et eleganti ſpecie* conſpiceretur. Sic fere *Phalaris* Ep. LV. p. 182. 94. ἐν καλλίστῳ σχήματι τῆς δόξης καθίδρυται. ubi vid. *Lennep.*

¶. 266.] *DXLIV.* Vat. C. p. 216. Plan p. 288.[b] St. 417. W. Ap. *Diogen. Laërt.* III. 44. p. 189. *Bonadae* Anth. p. 400. — V. 1. 2. etiam ſub Speuſippi nomine, parvo diſcrimine, leguntur T. I. p. 176. — Ap. *Diogenem* legitur ἐν κόλπῳ. Ep. ἀδεσπ. DXI. ἥδε Κόρινθος Κόλποις ἀγχιάλου γῆς Περίανδρον ἔχει. Ep. DCXXVII. γαῖα δὲ πατρὶς ἔχει κόλποις. *Oppian.* V. Halieut. 336. γαῖα, φίλη θρέπτειρα, σὺ μὲν τέκες, ἠδ' ἐκόμισσας Φορβῇ χερσαίῃ, κόλποις δ' ἐνὶ σεῖο θάνοιμι. — V. 2. ἀθάνατον. Vat. C. quod revocandum. *Lennep.* ad *Phal.* p. 102. ἀθάνατος ſuſpicabatur. Illud elegantius. Ad totius diſtichi ſenſum vide, quae collegimus ad verſum *Admeti*: γαῖα, λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον· βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός. T. II. P. II. p. 410.

*DXLV.* Vat. C. p. 217. Plan. p. 288.[a] St. 417. W. Ap. *Diogen. Laërt.* III. 44. p. 189. *Bonadae* Anth. p. 401. In tumulum Platonis, aquila ornatum. Cf. *Antipatri Sid.* Ep. XCII. — V. 2. ἀποσκοπέεις. Vat. C. *Plan. Diog.* Hoc cl. editor ſine auctoritate immutaſſe videtur. At mutatione non eſt opus. Subaudi ὢν ad τίνος. τίνος ὢν ἀποσκοπέεις οἶκον θεῶν; Hoc ſenſu accepit *Grotius*: *Cujus es et quorſum tumulo, Jovis armiger, inſtans Aſtrigeras Divum ſuſpicis ore domos?* — V. 4. σῶμα δὲ τοῦ. *Diog.*

*DXLVI.* Plan. p. 380. St. 518. W. — V. 1. αἰθεροβατεῖν dicuntur philoſophi, qui τὰ μετέωρα ſectantur. Vid. *Interpp. Ariſtoph.* Nub. v. 225. *Ariſtaenet.* II. 6. ἀεροβατεῖς δὲ μετάρσιος ταῖς φαντασίαις, καὶ ὑπερορᾷς ἡμῶν τῶν βαδιζόντων χαμαί. ubi plura congeſſit *Abreſch.* p. 216. ſq. — Sic etiam τὰ ὑπὲρ νοῦν ſunt ſublimia illa et μετέωρα, quorum rationem Plato reddidiſſe dicitur, ἐξερεύγεσθαι. Pro *edere* hoc verbum uſurpavit Auctor Ep. ἀδεσπ. CCXXX. et CCLXXVI.

*DXLVII.* Prius diſtichon legitur in Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Ammonii* Vita Ariſtotel. p. 46. ed. Bip. Ὅτι πολλὴν εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν Πλάτωνα ὁ Ἀριστοτέλης, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ βωμὸν ἀνιερῶσαι τῷ Πλάτωνι, ἐν ᾧ ἐπέγραψεν οὕτω· Βωμόν κ. τ. λ. Paucis mutatis, ſed quatuor verſibus auctius, haec profert *Olympiodorus* in Comm. ad Platonis Gorgiam, ex *Ariſtotelis* Elegia ad Eudemum, ſic:

ἐλθὼν δ' εἰς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον
εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἱδρύσατο βωμὸν
ἀνδρός, ὃν οὔτ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις·
ὃς μόνος κ. τ. λ.

Ex hoc fragmento *Ammonii* diſtichon conflatum eſſe videtur *Menagio* ad *Diog. Laërt* p. 198. Cf. *Bublium* ad Ariſtot. Vit. p. 53. ed. Bip. — *Brunckius* in Analectorum contextu primum diſtichon poſuit, reliqua in Lect. p. 284. — V. 1. ἐνιδρύσατο. *Ammon.* — V. 5. Et vita et rationibus allatis docuit, quomodo quis et bonus et beatus eſſe poſſit. Plato enim felicitatem in vita honeſta ponendam eſſe cenſebat. Vide *Tennemann.* Syſtema Phil. Platon. IV. 62. ſqq. *Buhle* Hiſtor. Phil. T. III. p. 215. ſqq.

*DXLVIII.* Vat. Cod. p. 416. Ὅτι ὁ Πλάτωνος λόγος ὁ ἐν τῷ Φαίδωνι νοθεύεται ὑπὸ Παναιτίου τοῦ φιλοσόφου· ἦν δὲ ὁ

Παναίτιος Ῥόδιος. Plan. p. 65. St. 94. W. Explicat hoc Epigr. *Daviſius* in Notis ad Tuſcul. Diſp. I. 32. p. 79: Panaetius Stoicus Phaedonem, ab omnibus Platoni tributum, ἐνόθευσεν, i. e. pro ſpurio habuit; quo ſenſu hoc verbo utitur *Athenae.* X. p. 455. C. οἱ νοθεύοντες Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως τὴν ἄσιγμον ᾠδήν. Erravit igitur *Muretus* (T. II. Orat. VII. p. 259. ed. *Rubnk*) et is, quem ſecum in errorem induxit, *Menagius* ad *Diogen Laert.* L. III. 62 qui ex hóc Epigrammate collegerunt, fuiſſe antiquitus, qui Phaedonem dialogum non Platonis, ſed Panaetii opus eſſe contenderent. Caeterum teſte *Fabricio* in Bibl. Gr. T. III. p. 73. ed. *Harl.* hoc Epigr. in Mſto tribuitur *Leonidae Alexandrino*, quod minime improbabile eſt. — V. 1. Πλάτωνος. Vat. C. — V. 3. με τέλεσσε Παραίτιος, ὅς ῥ' ἐτέλεσσε Καὶ ψ. θ. κἀμὲ νόθον τελέσαι. Vat. C. κἀμὲ νόθον τ. Plan. καί με ν. Cod. Gud. Hoc ob tautologiam ferri non poterat. At quanto acutior Brunckiana lectio: Non mirum, quod Panaetius dialogum de animarum immortalitate pro notho habuit, cum ipſam animam mortalem et *ſpuriam* declarare auſus ſit! — De translata ſignificatione vocabuli νόθος dedi nonnulla ad *Cyllenii* Ep. I. T. II. P. II. p. 316. et ad *Antiphil. Byz* Ep. XXII. T. II. P. II. p. 54. — Panaetium putaſſe, animam cum corpore interire, conſtat. *Cicero* l. c. *Credamus igitur Panaetio, a Platone ſuo diſſentienti; quem enim omnibus locis divinum, quem ſapientiſſimum, quem ſanctiſſimum, quem Homerum philoſophorum appellat, hujus hanc unam ſententiam de immortalitate animorum non probat. Vult enim, quod nemo negat, quidquid natum ſit, interire; naſci autem animos etc.*

¶. 267.] *DXLIX.* Ex *Ammonii* Vita Ariſtotel. p. 43. ed. Bip. relatum in Append. Plan. p. 531. St. 29. W. — V. 2. τῶν Ἀσκληπιαδῶν. *Suidas* T. II. p. 624. Νικόμαχος ἰατρὸς καὶ αὐτὸς Σταγειρίτης, Μαχάονος τοῦ Ἀσκληπιοῦ υἱός· ἐξ οὗ κατήγετο Νικόμαχος, πατὴρ Ἀριστοτέλους

τοῦ φιλοσόφου, καὶ αὐτὸς ἰατρός. Idem ex Hermippo tradit *Diogen. Laërt.* V. 1. p. 268. Vide *Menag.* p. 186. *Tzetza* in Chil. X. 727. Ariſtotelem nullam aliam ob cauſam Aſclepiaden vocatum eſſe cenſet, quam quod medicus eſſet; cui ſententiae calculum adjecit *Bublius* in Vit. Ariſtot. per annos digeſt. T. I. p. 83.

*DL.* Plan. p. 380. St. 518. W.

*DLI.* Plan. p. 380. St. 518. W. In Ariſtotelis imaginem, ubi ea, quae Stagirita ſejunxerat, ὁ νοῦς et ἡ ψυχή, in una eademque ſpecie conjuncta cernebantur. — τύπος. ſpecies, imago. *Archias* Ep. XII. *Rufin.* Ep. XI.

*DLII.* „Hoc et ſequ. ſunt in Ariſtotelis vita, quam publici juris fecit Menag. ad Laërt. p. 201." *Br.* — τραυλός. Stagiritae τραυλότητα plures commemorarunt, quos vide ap. *Menag.* p. 186. — λάγνος. *Athen.* L. XIII. p. 566. E. Σωκράτης δ' ὁ φιλόσοφος, ὁ τῶν (fort. ἄλλων inſer.) πάντων καταφρονῶν, τοῦ Ἀλκιβιάδου κάλλους οὐχ ἧττων ἐστίν; ὡς καὶ ὁ σεμνότατος Ἀριστοτέλης τοῦ Φασηλίτου μαθητοῦ;

*DLIV.* Hoc et ſequ. Epigramma in Iſocratis laudem leguntur ap. *Plutarch.* in Vit. Iſocr. T. II. p. 838. ſq. et *Photium* in Biblioth. Cod. CCLX. unde ea repetivit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. IX. p. 499. Prius inſcriptum erat ſtatuae ex aere, quam ei Timotheus, Cononis filius, (qui quantum Iſocrati debuerit, tradit *Plutarch.* l. c. p. 837. C.) dedicaverat Eleuſine ἔμπροσθεν τοῦ προστώου. Utrumque Epigr. recepit *Bonada* in Anth. p. 403. Cf. *Maffei* in Crit. Lapid. p. 31. — V. 1. ξενίην. *Plut.* σύνεσιν. *Phot.* — V. 2. θεαῖς. Cereri et Proſerpinae. Solebant antiqui amicorum ſtatuas in Deorum templis dedicare. Exempla vide ap. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 313. — θεῷ exhibet *Maffei* ex *Photio.*

*DLV.* Apud *Plutarch.* l. c. *Photium* l. c. *Bonada* p. 403. Iſocratis ſtatuam, Athenis poſitam, comme-

morat *Pauſan.* I. 18. p. 43. Aphareus, qui hanc oratoris ſtatuam dedicavit, filius erat Hippiae rhetoris et Plathanae, quam Iſocrates poſt prioris mariti obitum in matrimonium duxerat, adoptato Aphareo, qui ex tribus privignis minimus erat. — θεοὺς de *uno Jove*, γονέων de *patre ſolo* uſurpatum notavit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 314.

¶. 268.] *DLVI.* Servatum eſt a *Stephan. Byz* v. Φασηλίς. p. 692. Plurimum huc facit, de Theodecte, Iſocratis diſcipulo, agens, *Plutarch.* T. II. p. 837. Θεοδέκτης ὁ Φασηλίτης, ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας, οὗ ἐστι τὸ μνῆμα ἐπὶ τὴν κυαμῖτιν πορευομένοις, κατὰ τὴν ἱερὰν ὁδὸν, τὴν ἐπ' Ἐλευσῖνα, τανῦν κατερηρειμένον ἔνθα καὶ τοὺς ἐνδόξους τῶν ποιητῶν ἀνέστησε σὺν αὐτῷ, ὧν Ὅμηρος σώζεται μόνος. Idem de Theodectae ſepulcro tradit *Pauſan.* I. 37. Vide praeterea de hoc tragico *Suid.* T. II. p. 173. et *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 323. — V. 3. ἐν δὲ χθὼν ἱεραῖς τρεῖς καὶ δέκα ἁμίλλαις. *Stephan.* quod *Pinedo*, amico quodam monente, ſic emendandum cenſebat: αὐτὰρ ἐπὶ χθόν' ἐὼν ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἁμίλλαις. Ejus veſtigia preſſit *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 17. cujus emendationem cl. editor recepit. Alia ratione eaque haud paulo probabiliore *Tyrwhitt.* ad *Ariſtotel.* Poët. p. 193.

ἐν δὲ χορῶν τραγικῶν ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἁμίλλαις —

quod auctoris ſui elegantia digniſſimum. — V. 4. ἀκηράτους. Vulgo. *Salmaſio* in mentem venit ἀκηρύκτους. *Schneidero* in Peric. crit. p. 111. ἀκηροτάτους. *Toupio* in Emend. ad *Suid.* p. 21. ἀκηρασίους. Brunckiana lectio *Ruhnkenii* debetur ingenio. *Simonid* Ep. XXXII. κείμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίῃ. *Antip. Sid.* Ep. LXVIII. Ὅμηρον, ἀγήραντον στόμα κόσμου. Ep. ἀδ. CLXXXIII. τιμὰς ἀγήρως.

*DLVII.* Vat. C. p. 217. Plan. p. 283. b. 419. W. — V. 1. Διογένη. Ed. Fl. pr. Reliquae Διογένην. Illud

etiam membr. praeſtant. — V. 2. βίου παντός. omnis hominum generis. Ep. ἀδεσπ. CCCCVIII. vide *Daviſ.* ad *Maxim. Tyr.* p. 539. — ἐπισκύνιον. ut ὀφρύες de faſtu et inani ſpecie. Hanc cum omnibus detrahere conaretur Diogenes, ἐπισκύνιον παντὸς βίου γυμνῶσαι dicitur. Cf. *Lucian.* D. M. X. 9. p. 162. ed. Bip.

*DLVIII.* Vat. C. p. 217. Plan. p. 283. b. St. 419. W. Sepultus Diogenes Corinthi παρὰ τῇ πύλῃ τῇ φερούσῃ εἰς Ἰσθμόν· ἐπέστησαν δὲ αὐτῷ κίονα, καὶ ἐπ' αὐτῷ λίθου Παρίου κύνα. *Diogen Laërt* VI. 78. p. 351. Cf. *Menagium* p. 254. Vidit illud monimentum *Whelerus* Venetiis in Palatio Erizzi, nobilis Venetiani, idque deſcriptum dedit in Itinerar. VI. p. 445. ubi v. 1. ἀφισται ό. φυλατεες. v. 4. και ηαλλα et οικο εχει. Hoc vel ſimile Epigramma vertit *Auſonius* in Epitaph. XXXI.

*Dic, canis, hic cujus tumulus? Canis. At canis hic quis?*
*Diogenes. Obiit? Non obiit, ſed abît.*
*Diogenes, cui pera penus, cui dolia ſedes,*
*Ad Manes abiit? Cerberus ire vetat.*
*Quonam igitur? Clari flagrat qua ſtella Leonis,*
*Additus eſt juſtae nunc canis Erigonae.*

*DLIX.* Servavit hoc diſtichon *Plutarch.* in Vit. Demoſth. T. IV. p. 438. ed. *Bry.* et Opp. Moral. T. II. p. 847. ubi ad ipſum Demoſthenem auctorem refertur, auctoritate Demetrii Magnetis, idque poſt ejus obitum ab Athenienſibus ſtatuae oratoris inſculptum eſſe traditur. Idem narrat *Zoſimus Aſcalonita* in Vita Demoſth. in Oratt. Gr. Reiskii T. IV. p. 151. Statuam illam commemorat *Pauſan.* L. I. 8. p. 19. — V. 1. γνώμῃ ῥώμην. *Zoſim.* quae verborum collocatio paulo elegantior.

*DLX.* Vat. C. p. 386. Plan. p. 93. St. 137. W. Menandri ſuavitas et elegantia, Muſarum et Gratiarum munus, laudatur. — V. 1. Junge μέλισσαι ἀνηρείψαντο σοὶ στομάτεσσιν ἄνθεα, δρεψάμεναι αὐτά. Nota ſabula de Platone, cui καθεύδοντι ἑσμὸς μελισσῶν — ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ καθίσασαι, ὑπῆδον, τὴν τοῦ Πλάτωνος εὐγλωττίαν μαντευόμεναι ἐντεῦθεν, ap. *Aelian.* in Var. Hiſt. X. 22. Similia de Pindaro narrantur ap. *Pauſan.* L. IX. 23. p. 754. *Antipater Sidon.* Ep. XLVIII. Ad *Virgilium* eandem fabulam traduxit Grammaticus in Anthol. Lat. T. I. p. 365. 29. *Lata cohors apium ſubito per rura Jacentis Labra favis texit, dulces fuſura querelas. Hoc quondam in ſacro tantum mirata vetuſtas Indicium linguae memorat famoſa Platone.* — Ap. noſtrum apes Menandrum Muſarum floribus nutriverunt, ut Comatam ap. *Theocrit.* Eid. VII. 79. ſqq. ἀνηρείψαντο (vide *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* I. 214.) male interpretatur *Brodaeus*: *in os tuum deciderunt* aut *conſederunt.* Eſt potius: flores Muſarum decerptos *ſuſtulerunt*, ut ea labiis tuis afferrent. *Homer.* Ιλ. υ. 234. τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν. quod interpretatur quodammodo Auctor Hymni in Vener. v. 209. ὅππη οἱ φίλον υἱὸν ἀνήρπασε θέσπις ἄελλα. Cf. *Heynium* ad *Homer.* Ιλ. l. c. T. VIII. p. 59. — V. 4. εὐτυχίην. Vat. C. improbante *Dorvillio* ad *Charit.* p. 343. στωμύλος εὐστοχίη eſt *facundia cum lepore et acumine*; quod Hyperidi tribuit *Longin.* π. ΰ. Sect. XXXIV. p. 124. καὶ πολὺ τὸ κωμικὸν (ἔχει) καὶ μετὰ παιδιᾶς εὐστόχου κέντρον, ἀμίμητον δὲ τὸ ἐν πᾶσι τούτοις ἐπαφρόδιτον. *Luciani* Ep. XXIII. εὔστοχος ἐστι Πλάτων. ut *Valckenar.* emendavit ad *Ammon.* p. 88. — V. 5. ζώεις δ' εἰς. Vulgo. — ἔστ' ἐν Α. ἐκ σέθεν. Vat. C. Vereor, ut haec ſatis emendate ſcripta ſint. — V. 6. Pro περάτων Cod. Vat. νεφέων, quod ob membranarum auctoritatem revocandum exiſtimo.

¶. 269.] *DLXI.* Hoc Epigramma et duo ſequentia, termino inſculpta, multi ediderunt. *Ger. Falkenburg* ad *Nonn.* Dion. p. 878. *Fulv. Urſin.* in Imagg. Viror. Ill. *Boiſſardi* Theſ. Ant. T. VI. p. 34. *Gruter.* in Theſ. Inſcr. p. 1027. *Lipſius* in Auct. ad Smet. p. 59. *Maffei* in Muſeo Veron. p. 229. *Marmora Taurinenſia* T. I. p. 169. ſq. ubi fuſius explicatur. *Fleetwood.* p. 173. *Bonada* p. 407. ſq. *Muratori* denique p. DLVII. cujus in interpretando errores exagitavit *Leichius* in Miſc. Lipſ. Nov. I. p. 469. — V. 1. 2. σὺν ἔρωτι. Reſpicitur ad amores, qui magna pars argumenti comoediarum Menandri; fortaſſe etiam ad ipſius viri amorem erga Glyceram, de quo ſunt elegantiſſimae Epiſtolae ap. *Alciphronem* L. I. Ep. XXIX. II. Ep. III. et IV. Cf. *Athen.* L. XIII. p. 594. D. — V. 2. συνζῶν. *Lipſ. Fleetw.* alii.

*DLXII.* Vide ad praecedens Ep. — V. 1. σειρῆνα θεάτρων, ob eximiam verſuum ſuavitatem. Notum eſt oraculum Dionyſii, Lacedaemonios jubentis τὴν Σειρῆνα τὴν νέαν τιμᾷν· quod ad *Sophoclem* pertinebat: εἰώθασι δὲ καὶ νῦν ἔτι ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν σειρῆνι εἰκάζειν. *Pauſaniae* verba ſunt L. I. 21. p. 49. Nihil ap. *Sophiſtas* et ſeriores poëtas magis obvium. — V. 2. ἀεὶ κρ. πυκαζόμενον. hederae coronis, ut Bacchi miniſter, nunquam non ornatus. πυκασόμενον. *Lipſ.* — V. 3. ἐξεδίδαξα. *Lipſ. Maffei.* alii. quod ferri non poſſe, in oculos incurrit. Nec magis probanda *Leichii* emendatio, ἐξεδίδαξας corrigentis. — V. 4. δράματα πάντα γάμων, varias illas rerum viciſſitudines ſignificat, per quas nuptiae in fabulis Menandreis adſtruebantur. Inepte *Cleric.* in Teſtim. de Menandro, ubi haec Epigr. repetivit, γανῶν (*exhilarans*) legendum affirmat. *Fabula jucundi nulla eſt ſine amore Menandri. Ovid.* II. Triſt. 370.

*DLXIII.* Terminus ille, cui haec Epigrammata inſculpta erant, cum capite Menandri, alius termini, cui

Homeri caput impoſitum, e regione ſtabat. — V. 1. οὐ φαύλως. οὐ μάτην, οὐκ ἄλλως. *non ſine prudenti conſilio.* Fere ſic *Euripid* Ion. v. 1546. οὐχ ὧδε φαύλως αὔτ' ἐγὼ μετέρχομαι. — V. 3. δεύτερα ἔταξε. nonnulli. Secutus ſum in eo ſententiam Ariſtophanis, σοφοῦ κρίνειν, prudentiſſimi harum rerum arbitri, qui proximum tibi ab Homero locum aſſignavit. Sic fere judicavit *Auſon.* in Protreptr. v. 46. *Conditor Iliadis et amabilis orſa Menandri Evolvenda tibi.*

*DLXIV.* Vat. C. p. 387. Bis extat in Planud. p. 93. et 396. St. 136. et 507. W. De obſcuritate et difficultatibus Caſſandrae *Lycophronis*, quam γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικῶν appellat *Clemens Alex.* V. Stromat. p. 676. 22. — V. 1. πολυγνάμπτοις λαβυρίνθοις. Ductum videtur epitheton ex *Callimachi* H. in Del. 311. καὶ γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ λαβυρίνθου. De obſcura et contorta oratione λαβυρίνθου metaphora paſſim obvia. *Lucian.* in Lexiph. T. V. p. 194. ἠλέουν σε τῆς κακοδαιμονίας, ὁρῶν εἰς λαβύρινθον ἄφυκτον ἐμπεπτωκότα. De philoſophis idem in Icaromen. T. VII. p. 42. διαφόρους λόγων λαβυρίνθους ἐπινοήσαντες. — V. 2. αἴκε τύχοις. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 2. 3. Haec verba jungenda cum ἐν ἡμετέροις λαβυρίνθοις. Si forte in labyrinthum carminum noſtrorum incideris. — V. 3. Κασάνδρη. Vat. C. — ἐφοίβασε. Ex ipſo *Lycophrone* ductum v. 6. δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα. — V. 4. ὧν unde ductum, ignoro. In Plan. et Vat. C. eſt οὖς. Oracula illa, quae in *Lycophronis* carmine continentur, nuntius, Caſſandrae carceribus appoſitus, Priamo refert. λοξοτρόχις eſt λοξῶν ἐπῶν τρόχις i. e. ἄγγελος. Spectavit auctor Epigrammatis vſſ. Caſſandrae 1467. ſqq.

ἐγὼ δὲ λοξὸν ἦλθον ἀγγέλλων, ἄναξ,
σοὶ τόνδε μῦθον παρθένου Φοιβαστρίας,
ἐπεί μ' ἔταξας φύλακα λαΐνου στέγης,

καὶ πάντα φράζειν κἀναπεμπάζειν λόγον
ἐτητύμως ἄψορῤον ὄτρυνας τρόχιν.

V. 5. In fine ἦν δὲ plurimae edd. vett. usque ad Aſcenſ. Nec aliter membr. — νῆϊς Μουσέων. Cf. not. ad Ep. DXXXIX.

¶. 270.] *DLXV.* Vat. Cod. p. 214. ubi ſequ. diſtichon DLXVI. praefigitur, quod etiam in Plan. p. 278. St. 402. W. praecedit, ſed ſeparatim a noſtro. Nec quidquam inter ſe commune habent, niſi Callimachi poëtae nomen et laudem. In noſtro carmine de ejus Αἰτίοις agitur, quod opus obſcuris fabulis refertum fuiſſe conſtat. Vide VV. DD. ad *Callimachi* Fragm. p. 416. ed. *Ern. Wouwer.* de Polymath. p. 78. In eo carmine ſomnium finxerat, ſe ſibi viſum eſſe inter Muſas verſari, a quibus omnem illam poëticae eruditionis copiam et varietatem acciperet. Ad quod ejus commentum reſpexit *Propert.* II. El. XXV. 32. *Tu ſatius Mimnermum aut Muſam imitare Philetae, Et non inflati ſomnia Callimachi.* Simile ſomnium *Ennius* quoque finxerat. Vide Intrpp. *Horatii* II. Epiſt. I. 50. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ὄνειαρ. ὄνειρον. T. II. p. 695. ubi ἆ μέγα legitur, ut in membr. non ὦ μέγα, ut in Plan. et in fine ἔης pro ἔφυς. Hoc quoque membr. firmarunt. ὄνειαρ pro ὄνειρον uſurpavit *Callim.* Ep. XXVII. unde apparet, nec *Huetium* eſſe audiendum p. 27. qui vulgarem formam rariori ſubſtituendam cenſebat, nec *Joſ. Scaligerum*, qui ὀνείρατα emendavit in not. mſt. et ad *Propert.* IV. El. VII. 87.

*Nec tu ſperne piis venientia ſomnia portis,*
*Quum pia venerunt ſomnia, pondus habent.*

ubi *piae portae* appellantur, quae ap. noſtrum ſunt κεράων. Cf. ill. *Heynium* ad *Virgil.* Aen. VI. Exc. XV.

v. 894. de *Somni Portis.* — V. 3. ἴδμεν. Cod. Vat. ἴσμεν. Vulgo. — V. 5. εὖτέ μιν. Per quietem Callimachus ſibi viſus eſt ex Libya in Heliconem adduci, ibique Muſas de antiquitatis heroibus ipſisque Deis multa interrogare. Ex hoc noſtro loco perſpicue apparet ἡ οἰκονομία τῶν Αἰτίων, quam *Ovidium* in nonnullis Faſtorum ſuorum partibus imitatum eſſe ſuſpicor. — V. 6. μεύσαις. Vulgo. μέσσαις. Vat. C. quod commendavit *Dorvillius* in *Charit.* p. 547. — In fine verſ. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. recte emendavit φέρον. — V. 8. αἴτια. cauſas fabularum, cognominum, etc. ut *Propert.* IV. El. X. 1. *Nunc Jovis incipiam cauſas aperire Feretri.* Hic titulus amaro luſui locum dedit *Apollonio*, de quo vide in Animadvſſ. T. II. P. III. p. 48.

*DLXVI.* Vat. C. p. 214. Plan. p. 278. St. 402. W. — V. 1. ἆ μάκαρ. Vat. C. quod revocandum. – ἀμβροσίῃ συνέστις. Membr. ſequente ſyllaba praecedentem abſorbente. — De Tantalo *Aelius Gall.* Ep. II. οὗτος ὁ πρὶν μακάρεσσι συνέστιος. — Hic quoque verſus referendus videtur ad narrationem *Callimachi* de ſuo cum Muſis conſortio. — V. 2. εἰς ἀΐδεω. Ed. Fl. pr.

*DLXVII.* Vat. C. p. 390. Plan. p. 60. St. 85. W. — In Nicandrum Colophonium, Homeri popularem. — V. 1. ἐνὶ πτολέμοισι. Vat. — V. 2. ἀριστόνοας Cod. Reimari, teſte *Reiskio* ad Conſtant. Porph. Cerem. p. 115.

*DLXVIII.* Vat. C. p. 390. Plan. p. 60. St. 86. W. Accommodatio loci Homerici ex Od. Δ. 230. de Aegypto:

— τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά·
ἰητρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων
ἀνθρώπων· ἦ γὰρ Παιήονός εἰσι γενέθλης.

ubi *Clarke* plura notavit ex eodem loco expreſſa.

¶. 271.] *DLXIX.* Vat. C. p. 390. Plan. p. 60. St. 86. W. Nicandrum nobiliſſimos medicos pone ſe relinquere. — Παιήων. Vide not. ad Ep. DXL. — Χείρων. Medicis annumeratur. Veterum loca collegit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. I. p. 14. ed. *Harl.* et *Sprengel.* in Hiſtoria Artis medicae T. I. p. 76. ſqq. — V. 2. Verba ἤλλαχεν εὖχος in membr. a recentiore manu ſunt addita.

*DLXX.* Vat. C. p. 445. Edidit *Iſ. Voſſius* ad *Catull.* p. 42. *Reisk.* in Anth. nr. 720. p. 143. inter Jenſian. nr. 70. — *Voſſius* addidit haec: „Accipi debet hoc diſtichon non de Alcaeo lyrico, ſed cómico, in quem lepidum Philippi regis Epigramma habes ap. Plutarchum in Vita Flaminii. Eſt enim veriſimile, poëtam hunc incidiſſe tandem in manus Philippi, ab eoque tam diro ſupplicii genere excarnificatum interiiſſe.“ Haec ille minus perſpecte, ut jam dudum docuit *Schneiderus* in Anal. crit. p. 10. Alcaeus ille, quem Philippus Epigrammate petivit, diverſus a comico, nec eo ſupplicio periit, quod in hoc noſtro diſticho commemoratur, ſed cruci affixus. Sed de his diſputabitur in Hiſtoria crit. Epigramm. v. *Alcaeus.* — V. 1. Ἀλκαῖος *Jenſ.* — V. 2. ῥάφανος. Nota raphanismi poena. V. *Kuſter.* ad *Suid.* in ῥαφανίς. T. III p. 253.

*DLXXI.* Ex *Photii* Biblioth. Cod. CLXXXVI. relatum in Append. Plan. p. 534. St. 29. W. Attigit hoc Epigr. *Salmaſius* ad *Solin.* p. 597. ut doceret, Homeri carmina a cyclicis fuiſſe diſcreta; *D. Heinſius* in Not. ad Horat. p. 140. et *Heynius* ad *Apollod.* T. IV. p. 937. Hic docet, Apollodorum mythos eo conſilio collegiſſe, ut uno volumine proponeret compendium eorum mythorum, qui a poëtis eſſent maxime frequentati, inprimis qui in Cyclo mythico occurrerent; eundem tamen multa attexuiſſe, in aliis poëtis, etiam in tragicis et lyricis obvia; id quod vel ex noſtro Epigrammate

prodit. — V. 1. *αἰῶνος.* Hunc verſum ſic exhibuit *Salmaſius*: *αἰώνων σπειρήματ᾽ ἀφυσσάμενος παρ᾽ ἐμεῖο.* ut et hiatum vitaret et metrum, in fine vacillans, fulciret. Idem cur *αἰώνων* prae vulgata *αἰῶνος* probaret, cauſam idoneam non video. Nec reliquas ejus emendationes in ejusmodi praeſertim poëta neceſſarias judico. In *ἀφυσσάμενος* poſtrema ſyllaba vi caeſurae producitur. Junge *σπείρημα παιδείης αἰῶνος. orbem* i. e. *complexum eruditionis temporum.* Quod alii *κύκλον* appellant, id noſter doctiori vocabulo *σπείρημα* dixit, quod vocabulum de armillis crura ambientibus uſurpavit *Archias* Ep. V. *καλὸν σπείραμα περισφυρίοιο δράκοντος.* De ſerpentum voluminibus *Aeſchyl.* in Choëph. 246. *ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειράμασι δεινῆς ἐχίδνης.* et ſic paſſim apud alios. Qui translate adhibuerit eo ſenſu, quo hîc eſt poſitum, nondum inveni. — V. 3. *ἔμβλεπε.* ut fabulas cognoſcas, non opus eſt, Homericas chartas inſpicias aliosve poëtas. „V. 3. libri omnes Ὁμηρείην, quod reponendum. Cf. Antip. Theſſ. Ep. XV. alius quidem argumenti, ſed in quo eadem ſententia.“ *Br.* In Anal. Ὁμήρειον exhibetur. — Ὁμηρείην. Formam graecam latini quoque receperunt, Anth. Lat. II. 182. p. 357. *Homeraeo non minor ore fluit.* ſive potius *Homereo. Priapeia* Nr. LXIX. *Homereas edidicique notas.* — V. 4. *μελογραφίην.* poëtas lyricos. — V. 5. *κυκλίων πολύθρουν στίχον.* plurima illa cycliorum carmina. De cyclicis vide ad *Callimach.* Ep. I. *Polliani* Ep. I. — V. 5. *εἴς με γὰρ ἀθρῶν.* *Salmaſ.* et *Heinſ.*

*DLXXII.* Vat. C. p. 269. Edidit *Vavaſſor* in Libro de Epigr. c. XVI. p. 123. *Luc. Holſten.* in Not. ad *Steph. Byz* p. 78. *Fabricius* in Bibl. Gr. T. II. p. 684. ed. vet. *Martinus* ex Cod. Bibl. Barberinae, in Epiſt. T. I. p. 186. *Reiske* in Anth. nr. 615. p. 93. Praecedit in membran. Ep. *Meleagri* CXXVII. Noſtrum autem lemmate inſtructum hoc: τοῦ αὐτοῦ Μελεά-

γρου. Εἰς τὸν αὐτὸν Μελέαγρον τὸν Ἐπιγραμματοφόρον· οὗτος ὁ Μελέαγρος ἐν Κῷ τῇ νήσῳ καταγηράσας ἐτελεύτησεν. Hoc Epigramma igitur eodem jure Gadareno poëtae tribui poterit, quo duo illa, quae *Brunckius* retulit inter ejus Carmina nr. CXXVI. CXXVII. — V. 2. δεξαμένη. Vat. a pr. man. et ſic *Martin.* Eadem diverſitas eſt v. 3. in θρεψαμένη, ubi in membr. item α ſuperſcribitur. Hic verſus ap. omnes mendoſe legitur, quorum errores repetere nihil attinet. Quum in membr. v. 4. κἀμὲ legatur, in praecedenti hemiſtichio participium vitioſum eſt viſum. Hinc in Apogr. Guyeti margo: θρέψεν ἔμ' ἡ Κῶς, idque exhibuit *Vavaſſor*, ap. quem tamen vitioſe τρέψεν legitur. *Reiskius* ingenium ſuum ſecutus, ſcripſit: ἡ καὶ Δία θρεψαμένη Κ. κἀμέ. *Cos illa, quae ipſum aluit Jovem.* ingenioſe et eleganter. Sed unde noverat Jovem, in inſula Co nutritum et educatum eſſe? De hac fabula ſi conſtaret, non dubitarem de emendationis veritate. *Sladus*, cujus emendationes ad *Holſtenii* Apogr. penes *Pavonem* erant, conjecerat: εἰς γῆρας δ' ὅτ' ἔβην λυγρὸν διέτρεψε μὲν ἡ Κῶς, quod nemo facile probabit. — V. 4. κἀμέ. Vat. quod, praecedente hemiſtichio in mendo cubante, mutari non debebat. — V. 5. εἰν ὀλίγοις. *inter paucos*, ut latini loquuntur. *Reiskius* cum in Apogr. Lipſ. εἰν ὀλίγαις inveniſſet, dedit εὐκολίδες. αἱ τῆς εὐκολίας ποιητικαὶ ap. *Heſychium.* Muſas intelligens, quae uberem largiuntur venam poëticam, vel ingenium moresque hominum feros eſſe non ſinunt. — V. 6. „Μεονιττείαις. Sic recte emendavit Holſtenius. In Cod. ſcriptum μελητείοις, non μελιττείοις, ut perperam edidit Fabricius. Illud de Homero intelligendum eſſet.“ *Br.* De *Homeri* carminibus accepit hanc lectionem *Salmaſ.* ad Solin. p. 607. B. Vir doctus in Apogr. Ruhnk. cogitabat de Mileſiis fabulis; inepte. Fons emendationis Holſtenianae, quam et *Martinus* exhibuit, eſt in Ep. *Meleagro* tribu-

to CXXVII. ὁ σὺν Μούσαις Μελέαγρος Πρῶτα Μενιππείαις συντροχάσας χάρισιν. De *Charitibus Menippi* diximus in Prolegomenis. §. 11. p. XXXVII. ſq. Parum firmis argumentis hanc emendationem impugnavit *Reiskius*, cui unice placebat ſuum inventum: μελιττείαις. Caeterum palmariam ſuam emendationem nondum invenerat *Holſtenius*, quum ſcriberet Notam ad *Steph. Byz.* v. Μελήτου κόλπος p. 203. ubi μελήτειοι χάριτες laudans de Homerica poëſi interpretatur.

*DLXXIII.* Vat. C. p. 269. Εἰς τὸν σοφὸν Μελέαγρον τὸν τοὺς στεφάνους τῶν ἐπιγραμμάτων πλέξαντα, τὸν υἱὸν Εὐκράτεος τοῦ Γαδαρηνοῦ. Edidit *Holſten.* ad *Steph. Byz.* p. 78. *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 684. (T. IV. p. 417. ed. *Harl.*) *Martin.* Epiſt. T. I. p. 186. *Reisk.* Anth. nr. 614. p. 93. — V. 1. τὸν σὺν ἔρωτι. Sic Ep. *Meleagri* CXXVI. Εὐκράτεω Μελέαγρος, ὁ τὸν γλυκύδακρυν Ἔρωτα Καὶ Μούσας ἱλαραῖς συστολίσας χάρισιν.

¶. 272.] *DLXXIV.* Vat. C. p. 389. Plan. p. 117. St. 170. W. Inepti verſiculi in Epicteti Enchiridion, quales multi reperiuntur in Codicibus in operum antiquitatis laudem et commendationem compoſiti. — V. 1. τεὸν ἐπικ. Vat. C. τεῷ ἐνὶ κ. Vulgo. — V. 2. καὶ οὐρ. Vat. εἰςαφίκοιο καὶ οὐρ. Plan. κενεῶνες. quae αἰθέρος πτυχαὶ vocantur ap. *Eurip.* Helen. 611. cf. Ejusd. Phoen. 84. Componit λαγόνας, γῆς κενεῶνας et γαστέρα ᾅδου *Euſtath.* ad Ιλ. β. 234. 18. Vocis κενεὼν de aëre uſurpatae exempla deſiderans *Stephan.* in Theſ. Gr. L. T. II. p. 120. A. noſtri loci immemor fuit. — V. 3. ἐλαφρίζειν. Vat. Sic Aldus invenerat in Codd. In Flor. pr. Ald. 1. 3. eſt ἐλαφρίζων.

*DLXXV.* Vat. C. p. 389. Plan. p. 117. St. 170. W. — V. 2. βιότοιο. *Proclus* Hymn. in Minerv. in Bibl. Liter. et Art. I. p. 49. v. 47. δὸς βιότῳ πλώοντι γαληνιόωντας ἀήτας. *Nonnus* Dion. II. p. 80. Εἰ δὲ τύχης ἐθέλεις ἑτερότροπα κύματα φεύγειν, Πορθμεύων βιότοιο γαληναίοιο

πορείην. *Julian. Aeg.* Ep. XXXIX. σὺ δ' ἐν βιότοις γυλιὴν Πατρίδα καὶ κλῆρον σὸν προβέβουλας ἔχειν. — V. 4. περιωπήν. in alta coeli, unde vitam et res humanas deſpicere poſſis. — οὐρανίην ἁψῖδα. ex *Platon.* Phaedro p. 345. ubi Dii ἄκραν ἐπὶ τὴν οὐράνιον ἁψῖδα πορεύονται. ad quem locum reſpexit *Euſtath.* ad Ιλ. p. 456. 22. ὅτι καὶ οὐρανοῦ ἄντυξ ὥσπερ καὶ ἁψὶς εὕρηται τροπικώτερον. *Max. Tyr.* Diſſ. XVI. 9. p. 306. anima corporeis vinculis liberata διοεῖ καὶ λογίζεται τὰ λῃθῇ αὐτά, θεοῖς καὶ θεῶν παισὶ συγγιγνομένη ὑπὲρ ἄκραν τὴν οὐρανοῦ ἁψῖδα.

*DLXXVI.* Vat. C. p. 313. ἄδηλον. In Plan. p. 289. St. 427. W. Epigrammatis ἰσοψήφοις *Leonidae Alexandrini* annumeratur. De qua re monuit *Salmaſius* ad *Simplic.* in Epict. p. 3. „In Anthol. Planudis adſcribitur Leonidae, qui poëta fuit longe antiquior Epicteto. [Fallitur V. D. *Leonidas* ille, qui ἰσόψηφα condidit, Neronis temporibus vixit.] Sed Planudem feſellit, quod in vetuſtiſſimo exemplari, unde Anthologiam ſuam decerpſit, praecedebat Leonidae diſtichon ἰσόψηφον. Ea de cauſa et ſequens hoc in Epictetum, quia ſine auctoris nomine fuit, non potuit, ut erat, ἄδηλον videri, ſed et auctorem invenit, beneficio monachi.“ Laudat hoc diſtichon *A. Gellius* II. 18. *Ejus Epicteti etiam de ſe ſcripti duo verſus feruntur: ex quibus latenter intelligas, non omnes omnimodis Diis exoſos eſſe, qui in hac vita cum aerumnarum varietate luctantur, ſed eſſe arcanas cauſas, ad quas paucorum potuit pervenire curioſitas:* Δοῦλος κ. τ. λ. Eadem dedit *Macrobius* in Saturn. L. I. XI. qui de ſuis addidit haec: *Habes, ut opinor, aſſertum, non eſſe faſtidio deſpiciendum ſervile nomen; cum et Jovem tetigerit cura de ſervo, et, multos ex his fideles, providos, fortes, philoſophos etiam extitiſſe, conſtiterit.* — V. 1. Ἐπίκλητος. Vat. σώματι πηρός. *Gell.* et *Macr.* Noſtrum eſt in Plan. πηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ ſτόματος dicitur ap. *Suidam* T. I. p. 817. Alii ab irate

domino crus ejus fractum eſſe tradebant. v. *Schweigh.* V. D. in Epict. Diſſert. T. III. p. 126. et 130. Dixeris hunc vſ. obverſatum eſſe *Simplicio* in Comm. in Ench. 13. p. 102. αὐτὸς ὁ ταῦτα λέγων Ἐπίκτητος καὶ δοῦλος ἦν καὶ τὸ σῶμα ἀσθενής, καὶ χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας, καὶ πενίαν ἀκροτάτην ἐπετήδευσεν. — V. 2. φίλος ἀθανάτοις. vir probus et ſanctus et propterea Diis carus. Εἰ δέ τις ἐστι καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεοὺς ἐπιμιξία, ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῷ. *Maxim. Tyr.* Diſſ. IV. 6. Minus recte *felicem* interpretatur *Graevius* in Lectt. Heſiod. c. III. p. 16. *Wetſten.* ad N. T. I. p. 286. haec verba eo retulit, quod paupertas bonae mentis ſoror appellatur. — ἀθάνατος. Vat.

*DLXXVII.* Ex *Philoſtrato* in Herodis Attici Vita p. 566. Epigramma Herodis, Marathone ſepulti, tumulo inſculptum. — V. 1. Ἀττικοῦ. Attici filius, ex nobili et opulenta familia. Cf. *Salmaſ.* ad Stat. Regill. p. 89. — οὗ τάδε πάντα. cujus hae omnes reliquiae hoc tumulo incluſae tenentur. Haud ſcio, an auctor diſtichi ad immenſas illas divitias, quibus Herodes florebat, dum viveret, reſpexerit.

*DLXXVIII.* Protulit *Salmaſius* in Notis ad Script. Hiſt. Aug. T. I. p. 449. ex vetuſtis membr. cum lemmate: Εἰς βιβλίον Μάρκου δακτυλικὰ τετράμετρα βραχυκατάληκτα. Inepti verſificatoris foetus, quem tamen *Gatackerus* in Antonini Operibus repetivit. — V. 4. ἧς ὑπό. hujus operis beatiſſimo argumento doceberis gaudia et dolores praeſentis, futuri et praeteriti temporis fumo nihil graviores eſſe. — ¶. 273.] V. 8. καπνοῦ. De rebus vanis et nihili illuſtravit *Spanhem.* ad *Ariſtoph.* Nub. 252. 319. 564.

*DLXXIX.* Vat. C. p. 229. Εἰς Μάρκελλον τὸν Σιδίτην ἰατρόν. Οὗτος ὁ Μάρκελλος τεσσαράκοντα βίβλους ἐν ἔπεσιν ἔγραψεν ἡρωϊκοῖς. Edidit *Kuſterus* ad *Suidam* T. II. p. 498. hinc *Fabric.* in Bibl. Gr. T. XIII. p. 316.

*Reisk.* in Anth. nr. 568. p. 73. Vixit *Marcellus*, quod et *Suidas* tradit l. c. et ex noſtro Epigrammate prodit, Adriano et Antonino imperantibus, et poëma ſcripſit epicum de re medica libris XLII. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 15. ed. *Harl.* — Quaedam ex hoc Epigr. excitavit *Dorvillius* in Sicul. T. II. p. 578. — V. 2. κυδίστοισι. Vat. C. κυδίστου eſt in Ap. *Guy.* et *Rubnk.* Melius *Kuſter.* et *Reisk.* κυδίστοιο. — τετιμένου ἀθανάτοισιν referendum inprimis ad gratiam, qua apud Imperatores floruit. — V. 4. προφερίστατος *Kuſt.* contra Cod. fidem. — V. 7. ἤνεκεν. Vat. — V. 9. βίβλοις ἐν πινυταῖς χειρωνίσι τεσσαράκοντα. Vat. C. in margine: δύο καὶ τ. *Kuſterus* δυεῖν καὶ τ. Noſtrum eſt in Ap. *Rubnk.* et *Guy.* Lectioni, quam contextus membranarum praeſtat, favet lemma, ubi *Marcellus* nonniſi XL libros ediſſe dicitur, idque aliis quibusdam argumentis firmare conatus eſt *Reiskius*; marginis lectioni favet *Suidas*: Μάρκελλος Σιδίτης, ἰατρὸς, ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου· οὗτος ἔγραψε δι' ἐπῶν ἡρωϊκῶν βιβλία ἰατρικὰ ΜΒ. Etiam *Eudocia* eum δύο πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα libros reliquiſſe ait.

*DLXXX.* Anth. Plan. p. 376. St. 515. W. Protulit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. VI. p. 21. ed. *Harl. Bandini* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 596. In Ariſtidis Smyrnaei laudem, quem cum Demoſthene et Thucydide componit *Thomas* in Ep. T. III. p. 125. In noſtro tetraſticho fidem facere dicitur iis, qui Homerum Smyrnaeum dicant. Similiter *Aeneas Gazaeus* Epiſt. XVIII. ἔστω Σμυρναῖος Ὅμηρος, Ἀριστείδης κοινωνείτω τῆς φιλοτιμίας. — V. 3. „In duobus Planudeae Codd. et Flor. edit. φασὶν γὰρ πᾶσαι. Vulgo φασὶ γὰρ πᾶσαι, quod contra metrum. Prius reponant, quibus non placuerit mea emendatio.“ *Br.* φασὶν ἅμα πᾶσαι habet Cod. Bandini.

*DLXXXI.* Plan. p. 369. St. 507. W. In Vita Oppiani, quam ex Mſc. Palatino edidit *Ritterhuſ.* in

Prolegg. — Oppianus in Carmine de Piſcatura piſcium genera componens egregias lectoribus epulas appoſuit. ὄψον de piſcibus praecipui dici ſatis notum. Cf. *Caſaub.* Anim. in *Athenae.* L. VII. 2. p. 476.

Add. 126 ¶. 274.] *DLXXXII.* Servavit Anonymus, qui *Oppiani* vitam ſcripſit: Οἱ δὲ πολῖται θάψαντες αὐτόν, ἄγαλμα πολυτελὲς αὐτῷ ἀνέστησαν καὶ ἐπέγραψαν τάδε· Ὀππιανός κ. τ. λ. et in tribus aliis Vitis ex Codd. Palatinis a *Rittershuſio* editis. Ex Cod. idem profert *Bandinus* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 587. et *Muratori* in Theſauro Inſcriptt. p. DCCXXVII. 1. — V. 1. In Ὀππιανὸς penultima corripitur, ut in Κλαυδιανός. Ep. ἀδεσπ. DLXXXIX. et in Ἰουλιανὸς paſſim. — Pro εἶλον nonnulli ἔσχον. – ἀοιδῶν ſive ἀοιδέων alii. ἀείμνηστον ed. Flor. — Μοίρης. alii. Ap. Bandinum totus verſus ſic habetur: Ὀππιανὸς κλέος εἶλεν ἀλλὰ μὲν Μοῖρα. — V. 2. ἐξήρπαξε plurimi. — κρυερὸς ἀΐδης τε. in una Vitarum *Rittersh.* et *Bandin.* alia κρυερὸς δ' ἀ. τε. et κρ. δ' ἀ. με. — V. 3. deſideratur in Cod. Band. — In duabus Vitis κατέσχετο εὐ. — ὑποφήτης. *Murat.* — V. 4. 5. ζῶ μίμνειν φθ. αἰνὸς Ἤθελεν, οὐκ ἄν μοι τις ἰ. γ. ἔλαχε. Cod. Palat. unus. In altero: χρόνον μίμνειν φθόνος αἰνὸς εἴασεν Οὐκ ἄν μοί τις ἴσον κλέος ἔλαχεν ἐν χθονὶ φωτῶν. Et ſic etiam *Muratori.* In Cod. Band. Εἰ δὲ πολλὸν μὲν μίμνειν ἐπὶ χθονὸς φθόνος αἰνὸς Ε. οὐκ ἄν τις ἴσον κλέος λάχεν ἐν χθονὶ φ. Ad poſterius diſtichon *Rittershuſius* comparavit Epigr. *Aſclepiadis* XXXV. εἰ δ' Ἀΐδας μοι Μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν ταλίκον ἔσχ' ὄνομα.

*DLXXXIII.* Plan. p. 346. St. 485. W. „Male vulgo in Planudea v. 2. ἵστορ et v. 3. μετάμειψον. Utrumque compellat Hippocratem et Soſandrum ἵστορε κρυφίης ἀκεστορίης, quos invicem aut nomina, aut artem permutare jubet, unde μετἀμείψατ' omnino ſcribendum erat, quum, ut ἰητροὶ ἐπώνυμοι eſſent, Hippocrates equis, Soſander hominibus mederi debuiſſet. Lemma

etiam male conceptum, quod eſſe debet: Εἰς Ἱπποκράτην καὶ Σώσανδρον. " *Br.* Cl. editoris emendationes mente occupaſſe videtur *Grotius*, qui ſic vertit:

*Hippocrates, tutela virûm, Soſander equorum,*
*Arcanos aperit queis medicina ſinus,*
*Alter in alterius nomen migrare vel artem,*
*Iſte nec uſurpet voce quod ille facit.*

*DLXXXIV.* Ex *Rich. Chandleri* Inſcriptt. antiq. p. 56. Scriptum eſt in Dexippum Athenienſem, hiſtoricum. Floruit is Aureliano et Probo imperantibus, teſte *Eunapio*. Vid. *Voſſium* de Hiſt. Gr. II. 16. Praeter alios libros, in quibus veterum temporum repetebat memoriam (τὰ ἐκ βίβλων ἀθροίξας), etiam *Scythica* ſcripſit, ſive de bellis Scytharum et Romanorum, quibus ipſe Dexippus interfuerat. Cf. *Caſaubon.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 1002. — V. 5. Partem eorum, quae narrat, ipſe vidit, alia ex aliorum libris collecta tradidit. — παντοίην ἱστορίης ἀτραπόν. Similiter *Philetas* ap. *Stobae.* p. 343. *Grot.* ἀλλ' ἐπέων εἰδὼς κόσμον καὶ πολλὰ μογήσας, Μύθων παντοίων οἶμον ἐπιστάμενος. et *Pindar.* Iſth. IV. 1. ἔστι μοι θεῶν ἕκατι μυρία παντᾷ κέλευθος. Neme. VI. 75. πλατεῖαι πάντοθεν λογίοισιν ἐντὶ πρόσοδοι. — V. 7. νοῦ ἄπο μυρίον ὄμμα ἐκτείνας. qui omnem mentis aciem intendens vetuſtatis res geſtas didicit. ὄμμα ψυχῆς dixit *Plato* Polit. VII. p. 486. B. *Heliodor.* II. 25. τοῖς σώματος ὀφθαλμοῖς τοὺς τῆς ψυχῆς ἀντιστήσας. *Themiſt.* II. p. 29. A. τὰ ὄμματα τῆς διανοίας. — V. 9. τὴν ad φήμη referendum videtur. Fama Dexippi per omnem Graeciam illuſtris, quam ei recens laus, hiſtoricis operibus comparata, genuit. — V. 12. μορφήεντα θῆκαν. patri ſtatuam poſuerunt.

¶. 275.] *DLXXXV.* Plan. p. 346. St. 486. W. In Oribaſium, medicum, quem alii Sardianum, alii

Pergamenum faciunt, Juliani Imperatoris amicum. Ejus opera, in quibus veterum medicorum ſcripta adhibuit, recenſet *Suidas* T. II. p. 711. et *Photius* in Bibl. Cod. CCXVI. ſqq. Conf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. XIII. p. 353. IX. p. 451. XII. p. 640. ubi hoc Epigr. cum ſequente excitatur. — V. 1. Oribaſius dignus pietate ſive amicitia, quam Julianus in eum declaravit, ſtatuam ei ponendo. Eſt inter Epiſtolas *Juliani* una ad Oribaſium, unde, quanti hunc virum fecerit, intelligitur. — V. 3. οἷα μέλισσα. *Leonid. Tar.* LXXXI. νεάοιδον ἐν ὑμνοπόλοισι μέλισσαν Ἤρινναν, Μουσῶν ἄνθεα δρεπτομέναν. ubi vide not. T. I. P. II. p. 136. Ad diligentiam, qua Oribaſius ingens opus τῶν συναγωγῶν congeſſit, referenda haec.

*DLXXXVI.* Vat. C. p. 388. Plan. p. 59. St. 85. W. In 1. vſ. antiquiores edd. omnes Ὀρειβάσιοιο exhibent, praeter Aſcenſ. ubi eſt Ὀρειβασίου, quod *Steph.* recepit. — δειμαίνουσα. Similiter Magnum medicum timuiſſe dicitur Pluto ap. *Lucill.* Ep. CXXIV.

*DLXXXVII.* Vat. C. p. 387. cum lemmate: Εἰς τὴν ἱστορίαν Φιλοστοργίου τοῦ ἐκ Καππαδοκίας, Εὐνομιανοῦ. unde *Eunomiano* tribuitur ap. *Reisk.* in Anth. nr. 699. p. 133. inter Jenſian. nr. 49. Lemmatis auctor indicare voluit, ni fallor, hoc diſtichon, in *Philoſtorgii* laudem conſcriptum, *Eunomianum* auctorem habere, i. e. hominem ex *Eunomii* ſecta, cui *Philoſtorgium* quoque ita adhaeſiſſe conſtat, ut totam fere hiſtoriam ſuam in *Eunomii* gratiam ſcripſiſſe videretur. Hoc et ſequ. carmen edidit *Godofredus* in Prolegom. ad *Philoſtorg.* Hiſtor. Eccl. p. 17. et 23. qui prius diſtichon hominis catholici eſſe putans, cui Eunomiano proprium nomen, ἐτέλεσσ' ἀθέου legit. Philoſtorgium catholicis inviſum fuiſſe, quippe quem θεομισῆ paſſim appellant, ſatis conſtat; ſed hujus diſtichi auctor eum laudare voluit. Refutavit *Godofredum Jo. Pearſonius* in not. ad Symbol.

Apoſt. p. 309. — V. 2. ὑφηνάμενος. Sic Ep. ἀδεσπ. CCCLXXIII. Thucydides ἱστορίης δημηγόρον ἦθος ὑφαίνων. *Alcae. Meſſ.* Ep. VII. piſcatores ἐκ Μουσέων γρῖφον ὑφηνάμενοι.

*DLXXXVIII.* Vat. C. p. 387. Εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ αὐτοῦ Φιλοστοργίου τοῦ Ἀρειανοῦ καὶ πάσης κακίας πεπληρωμένην· οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἱστόρησεν ἢ ψόγον τῶν ὀρθοδόξων. Ducta ſunt haec ex *Photii* Bibl. Cod. XL. de Philoſtorgio: ἐξαίρει τοὺς Ἀρειανίζοντας ἅπαντας· λοιδορίαις πλύνει τοὺς ὀρθοδόξους, ὡς εἶναι τὴν ἱστορίαν αὐτοῦ μὴ ἱστορίαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐγκώμιον μὲν τῶν αἱρετικῶν, ψόγον δὲ γυμνὸν καὶ κατηγορίαν τῶν ὀρθοδόξων. Hiſtoria Eccleſiaſtica Philoſtorgii XII. libros complectitur, quorum primae literae conjunctae auctoris nomen efficiunt. Hinc lux Epigrammati noſtro. Ejusmodi luſus exempla laudat, Philoſtorgio non omiſſo, *Menagius* ad *Diog. Laërt.* V. 93. p. 227. — V. 2. τούτους α. λόγους. Vat. C. quod in Ap. Guy. emendatum. *Reiske* συνέγραψα τοσούτους ex conjectura. Noſtrum habet etiam *Godofredus.* — V. 3. εἶπεν ἐφ. Vat. εἶτ' ἐν ε. *Godofr.* εἶπέ τ' ἐφ. margo Apogr. Guy. εἶτ' ἐνεφεξῆς. *Reisk.*

*DLXXXIX.* Habetur in *Smetii* Inſcriptt. fol. LXX. ap. *Gruterum* p. CCCXCI. *Barth.* Adverſ. L. XLIX. 19. p. 2320. *Gyraldus* in Opp. T. II. p. 259. A. *Joſ. Caſtalio* in not. ad *Rutilii* Itiner. I. 420. Fuſe de hoc diſticho egit *Hagenbuchius* in Epiſt. Epigr. p. 53. et p. 79. ſqq. *Bonadae* Anthol. p. 420. Eidem marmori, ubi hoc diſtichon legitur, inſculpta ſunt quaedam latina, unde intelligitur, Imperatores Senatu petente ſtatuam in foro Divi Trajani Claudiano erigi collocarique juſſiſſe. — V. 1. Claudiani ſtatuam hic ponentes in uno ſimul Virgilium et Homerum poſuerunt. Similis color in Ep. in *Virgilium* in Anth. Lat. L. II. CLXXIII. p. 351.

*Maeonium quisquis Romanus neſcit Homerum,*
*Me legat, et lectum credat utrumque ſibi.*

Κλαυδιανόν. *Marlianus* ap. *Graevium* in not. ad *Gruter.* Κλαυδιανῷ contra Marmoris fidem.

¶. 276.] *DXC.* Vat. C. p. 390. cum hoc lemmate: Εἰς βίβλον τακτικὴν Οὐρβικίου ἀπὸ ὑπάτων· ἦν δὲ ἡ βίβλος πόνημα Ἀδριανοῦ βασιλέως· ἢ, ὡς ἄλλοι τινές, Τραϊανοῦ Καίσαρος. Edidit *Salmaſius* ad Script. Hiſt. Aug. T. I. p. 83. *Reiskius* in Anthol. nr. 684. inter Jenſian. nr. 33. Cf. *Grotium* in Mantiſſa Quarta T. III. p. 424. Ex hoc carmine intelligitur, Hadrianum Imperatorem Tacticorum libro, qui in eo laudatur, in bellis fuiſſe uſum: deinde, cum forte in oblivionem abiiſſet, eundem ex tenebris fuiſſe erutum tempore Anaſtaſii, iterumque in rebus bellicis uſum praeſtitiſſe. Plura ex lemmate diſcimus, quod antiqua manu ſcriptum in Codice. Opus illud Tacticorum Hadrianum habebat auctorem aut Trajanum, ut alii; certe ad hos Imperatores referebatur. Poſteaquam poſt longam oblivionem iterum ab hominibus tractari coepit, Orbicio tributum eſt, quem Anaſtaſio imperante vixiſſe credere licet. Id propterea factum eſſe exiſtimat *Salmaſius*, quod Orbicius illum librum denuo ediderit, multis additis, quae poſt antiquiorum illorum ducum tempora in arte militari inventa eſſent. Quae ſententia tam probabilis eſt, tamque egregie cum noſtro Epigrammate conſpirat, ut *Reiskium* mirer, qui, in conjecturae gratiam, Orbicium Hadriano ſive antiquiorem ſive aequalem ſtatuit, in lemmate autem non πόνημα, ſed κτῆμα, ſive, quod ei magis etiam arridebat, ἀπάτημα (opus ab Imperatore ſaepe tritum otiique oblectamentum) legendum cenſet. Sic nihil eſt, quod a conjecturis tutum videri poſſit. In ed. Jenſii legitur εἰς βίβλον ἰατρικῶν Ὀρβικίου. — V. 1. ἐγκύμονα βίβλον. Vat. C. Noſtrum margo Ap. Guy. offert; id-

que nec *Reiskio* diſplicuit, qui in contextu tamen dedit: δέρκεό με κρ. κ. ἐγκύμονα βίβλον. — V. 3. ἀεργίῃ. negligentia otioſorum hominum eum in oblivionem adduxit. — V. 6. κάματος *Jenſ.* qui καμάτους emendavit. — V. 7. Quae ſequuntur omnia ad Byzantinorum cum barbaris bella referenda ſunt. — V. 10. πετρέων θ' ἐφ. Vat. C. a pr. m. ἀλυσκάζοντον. *Jenſ.* qui id emendavit. — Iſauri montanus populus. — V. 11. Ἀναστασίου; *Jenſ.* τελέσσω idem quod θήσω. Efficiam, ut omnia Anaſtaſii ſubjiciantur imperio. Sine cauſa idonea *Reiskius* πελάσσω dedit.

*DXCI.* Vat. C. p. 388. Plan. p. 96. St. 140. W. Inepti verſiculi in *Nonnum* Panopolitanum, poëtam. — V. 2. φωνήεντι. Vulgo. Noſtrum eſt in membranis. Gloriatur Nonnus, ſe Gigantum proelia ceciniſſe; jam, cum poëtae ea, quae celebrant, ipſi efficere dicantur, Gigantas ſe perdidiſſe ait, ἔγχεϊ φωνήεντι, haſtâ, non vera, ſed vocali. — ἤμησα. Verbum ἀμᾶν hoc ſenſu uſurpatum illuſtravit *Valckenar.* in Diatr. p. 225. C. *Metere* ap. Latinos *Drakenb.* ad *Silium* X. 146. *Burmann.* ad *Val. Flacc.* III. 670. Pro *amputare* dixit *Sophocl.* in Philoct. v. 749. ἀπάμησον ὡς τάχιστα· μὴ φείσῃ βίου. Noviſſimum vocabulum mihi quidem a Philoctetis mente alienum videtur; quippe qui doloribus liberari cupit, non vita privari. Quare vide an legendum ſit: μὴ φείσῃ βίας. i. e. μὴ πεφεισμένως πλῆττε, ἀλλὰ πάσῃ δυνάμει. — Ceterum hoc diſtichon falſo nonnulli de peculiari *Nonni* carmine acceperunt in Gigantum bella conſcripto. Intelligenda eſt potius pars Dionyſiacorum, quae Typhoëi pugnam complectitur. Vide *Fabr.* Bibl. Gr. T. VIII. p. 603. ſq. ed. *Harl.*

*DXCII.* Multi exhibuerunt. *Reineſ.* in Syntagm. Inſcr. p. 610. *Fabretti* p. 301. *Fleetwood.* p. 199. *Marmora Oxon.* p. 111. ed. nov. *Fabric.* Bibl. Gr. T. IV. p. 617. ed. *Harl.* *Bonada* II. p. 540. ſq. *Grotius*

in Mantiſſa T. III. p. 420. *Claudius Agathemerus*, medicus Lacedaemonius, occurrit in *Vita Perſii*, ſi vera eſt *Reineſii* emendatio, ſic reponentis pro *Agaterno*, in Epiſt. ad Hofmann. p. 538. — V. 3. εισα. *Marm.* quod pro ἶσα accipiebat *Reineſius*, *pariter*, *ex aequali parte*, *ex dimidia* explicans. — V. 4. μετ' εὐσεβέων. *Virgil.* Aen. V. 733. *non me impia namque Tartara habent, triſtes umbrae; ſed amoena piorum Conſilia, Elyſiumque colo.* Anthol. Lat. T. II. p. 10. *Non ego Tartareas penetrabo triſtis ad undas, Non Acheronteis transvehar umbra vadis.* — Claudius, medicus, occurrit in Inſcr. ap. *Bonadam* II. p. 579. et in Muſeo Veron. p. 314.

*DXCIII.* Apud *Gruterum* p. DCXXXIV. *Boiſſard.* T. IV. 136. *Urſin.* imag. p. 98. *Fleetwood* p. 207. *Fabric.* Bibl. Gr. T. XIII. p. 90. *Gampert.* in Fragm. Aſclepiad. Bith. p. 9. In tumulum Aſclepiadis et Veri, ejus filii. Nihil aliunde de hoc homine conſtat, niſi quae ſubſcriptio docet: A. φοντείω Φορτι Ἀσκληπιάδῃ τῷ γένει Ἐφεσίῳ, βιώσαντι ἔτεσιν Μ, μησὶν Β, ἡμέρ. ΚΕ, ὥρ. Ζ. Ἐγνατία Βρισηὶς σύμβιος, μνήμης χάριν. — ¶. 277.] V. 3. ἐνθάδε Σεβήρου tentabat *Kulenkamp.* in not. mſt. — V. 4. ΩΣ ΕΠΕΙΕΑΔΕ φίλοις. Vulgo. Sed apparet, deſcriptorem ΑΔ pro ΛΛ poſuiſſe, et veriſſimam eſſe emendationem ΕΠΕΤΕΛΛΕ φίλοις.

*DXCIV.* Vat. Cod. p. 388. Μαρίνου Νεαπολ. τοῦ καὶ διαδόχου τῆς σχολῆς Πρόκλου τοῦ φιλοσόφου ἐν Ἀθήναις. Plan. p. 118. St. 170. W. Poëta gratulatur Proclo, quod Marinum, diſciplinae ſuae decus et ornamentum, poſt ſe reliquerit, qui ejus deſiderium inter homines leniret et magiſtri memoriam, vita ejus conſcripta, ad omnem poſteritatem propagaret. De *Marino* conſul. *Suidas* T. II. p. 497. et *Fabric.* Bibl. Gr. T. VIII. p. 463. — V. 2. βρέτας eſt *ſimulacrum* Dei. Marinus igitur omnium Deorum vivum et ſpirans ſimulacrum, Procli diſciplina formatum. Sic paſſim philoſophi

*Themiſt.* Or. I. p. 9. P. ſuadet Imperatori τὴν αὑτοῦ ψυχὴν εἰκόνα θεοῦ κατασκευάσασθαι; hoc philoſophum curare, magis autem in Imperatoris eſſe poteſtate: ὅςτις δὲ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους καὶ δύναται τὰ ἀγαθὰ καὶ προαιρεῖται, οὗτος ἄγαλμα τοῦ θεοῦ ἀκέραιον. Ut hîc ἔμπνοον βρέτας, ſic βασιλεὺς ἔμψυχος νόμος apud Pythagoreos. Cf. *Diotogen.* ap. *Stobae.* in Flor. XLVI. p. 329. 47. ubi (p. 330. 10.) juſtitiam adminiſtrare et ſuum cuique tribuere οἰκήϊον βασιλέως dicitur, ὥςπερ θεῶ ἐν τῷ κόσμῳ. ὢ ἀγεμών τε καὶ προστάτας ἐντί. Sic haec integranda videntur, ubi vulgo θεῷ habetur, et ὢ omittitur. In eodem loco mox delendae voculae καὶ τὰ ante κατὰ, unde ortae ſunt. Ibidem: ὁ βασιλεὺς ἀρχὰν ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος, θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχημάτισται. Cf. *Themiſtium* Or. V. p. 64. B. — ὅτι. Vat. C. — V. 3. βοηθῶν. Vat. — V. 4. ἀντί. tuo loco, o ſanctum caput, illum tu nobis reliquiſti animorum medicum. — V. 5. θεοπρεπέα. Ed. Flor. pr. Ald. I. 3.

*DXCV.* Ex *Bandini* Catalog. Codd. Bibl. Laurent. T. III. p. 129. Scriptum in Paulum Aeginetam eum, cujus VII. de re medica libri extant. — V. 1. πολλὰ μογήσας. Vide not. ad *Philetae* Fragm. IV. T. I. P. I. p. 389. ſq. — βίβλον ἔτευξα. omnem medicorum artem in uno volumine comprehendi.

*DXCVI.* „Penes me eſt Cod. Mſt. bonae notae, in quo praeter alia Baſilii extant Naumachica, quae Fabricius edidit Bibl. Gr. T. VIII. p. 136. inde carmen hoc emendatius, quam apud illum legitur, protuli.“ *Br.* — V. 1. δεδιδειγμένοι. *Fabr.* Participium cohaeret cum verbis ἥττησας et ἐξενάριξας v. 6. Tu, qui Romanorum ſapientiae opera et omnem rem militarem ex hiſtoricorum ſcriptis didiciſti, et ab Auguſtis exercitui praepoſitus, Chambdan ſuperaſti et Arabes deviciſti. — V. 2. male ap. *Fabr.* diſtinguitur παρατάξεις, ὁπλιτῶν πρύλεων. ſicuti haec verba laudat etiam *Albert.* ad *Heſych.* v. πρυ-

λέει. T. II. p. 1065. — V. 6. ἐξεναρίζεις. *Fabr.* χαμβδᾶν. Ducem Arabum fuiſſe ex hoc loco veriſimile fit; an alibi occurrat, ignoro. *Baſilium* quendam invenio Protoſpatharium, qui circa ann. Chr. 956. multa praeclare geſſit contra Arabas in Italia inferiore et Sicilia; ubi Arabum ducem, *Ammar* ſive *Ebn Ammar*, magno proelio fudit. De *Baſilio* conf. ad *Ep.* ἀδ. CCCLXI. — V. 7. δεδαήμεναι. Si rei navalis peritus fieri cupis. Cum genitivo *Apollon. Rhod.* L. I. 147. Κάστορά τ' ὠκυπόδων ὤρσεν δεδαημένον ἵππων. — V. 8. εὐκλέ' ἀμήσεαι. *Fabr.* — ¶. 278.] V. 9. κατ' αἶσαν. ita ut par eſt i. e. diligenter. — V. 10. σοῖσιν. *Fabr.* — V. 11. βασιλεῖς πεδίου Κρήτης. Cretam inſulam Arabes occuparunt duce Abu Caab, anno Chr. 823. Vid. Scriptor. poſt *Theophanem* L. II. p. 46. ſqq. *Cedren.* p. 506. ſq. Hanc inſulam eorum manibus eripuit Nicephorus Phocas anno Chr. 960. Cf. *Meurſii* Cretam L. III. c. 7. — V. 12. Καρχηδονίων. Etiam hoc de Arabibus accipiendum videtur, qui tum omnem illam oram tenebant, quae olim in Carthaginienſium poteſtate fuerat.

*DXCVII.* Vat. C. p. 426. Εἰς γνωστικόν. Edidit *Reisk.* in Anthol. nr. 660. p. 115. inter Jenſian. nr. 9. cum lemmate εἰς γνωστικούς. — V. 1. θεός. correxit *Bernard.* in Epiſt. ad Reisk. p. 506. neſcio qua cauſa commotus, nec in quem ſenſum. — V. 2. βροτοφεγγέα. ſplendorem ſapientiae homines illuſtrantem. — V. 3. ἀπαστράπτουσαν ἀδύτως. Vat. C. *Brunckius* recepit lectionem, a margine Apogr. Guyet. oblatam. ἀπαυγάζουσαν ἀλήκτως. emendavit *Ruhnken.* in Epiſt. crit. p. 117. ἀδύτων in mentem venit *Bernardo* l. c. Facile in his verſibus recentiorum Platonicorum orationem agnoſcimus.

*DXCVIII.* Vat. C. p. 388. Edidit *L. Holſten.* ad *Stephan. Byz.* v. Ἀναζάρβα. p. 34. qui tradit de Aſclepiade, Anazarbae cive, libri περὶ ποταμῶν aliorumque multorum auctore. In noſtro diſticho laudantur τὰ πάτρια

'Αναζαρβοῦ i. e. origines Anazarbae. Anth. *Reisk.* nr. 701. p. 133. inter Jenſiana nr. 51. — V. 1. 'Ασκληπιάδης. Vat. C. in quo nomine metri vitium pronuntiatione emolliendum eſſe cenſet *Reiskius*. Qui, quod apud *Holſtenium* 'Ασκληπιδς legi ait, fallitur. In eodem nomine aberrarunt librarii in *Sophocl.* Philoct. v. 1333. καὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἐντυχὼν 'Ασκληπιαδῶν. ubi *Toup.* Emend. in Suid. p. 110. 'Ασκληπιῶν repoſuit, idem eſſe 'Ασκληπιδς et 'Ασκληπιάδης contra *Heathium* affirmans in Praefat. ad P. III. Emend. in Suidam. cujus rationibus ſubſcribit *Musgravius*, quem conf. ad *Euripid.* Suppl. v. 715. — V. 2. 'Αναζαρβοῦ. Vat. In marg. Ap. Guy. *an* 'Αναζάρβα? 'Ανάζαρβος hanc urbem appellavit *Suidas* T. I. p. 163. Cf. *Eckbel.* Doctrin. Num. T. III. p. 41.

*DXCIX.* Vat. C. p. 226. Plan. p. 289. St. 427. W. In Gorgiam quendam Cynicum. — V. 1. „Γοργίου ἡ κυνικοῦ. Sic recte optimus Planudeae codicum; vulgo omiſſus articulus.“ *Br.* In membr. Γοργίου ἡ κεφαλὴ κυνικοῦ. — V. 2. οὐκ ἔτι et ἀπὸ μ. Vat. C. Ut acumen hujus diſtichi recte percipias, tenendum, crebrius ſputum ejicere naſumque emungere, veteribus turpius fuiſſe viſum, quam nobis. De Perſis *Varro* ap. *Nonium* in *Siccus*: *Perſae propter exercitationes pueriles modicas eam ſunt conſecuti corporis ſiccitatem, ut neque ſpuerent, neque emungerentur.* *Xenoph.* in K. Π. 1. 3. 16. αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστι Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι. Quod illi honeſtatis cauſa vitabant, Graeci Romanique raro feciſſe videntur, ne offenſioni eſſent aliis; exſpuere enim ſolebant, cum rem abominandam et averruncandam vidiſſent. Vide quae de hac re docte disputavit *Boettiger im Journal der Moden* 1798. Novbr. p. 611. ſqq.

DC. Plan. p. 376. St. 515. W. In laudem Calliſti rhetoris, quem poëta Mercurio, eloquentiae praeſidi, comparat. — V. 1. λογίῳ. *eloquenti.* ἔστι δὲ καὶ λόγιος

ὁ λόγου ἔφορος. *Thom. Mag. Liban.* Epiſt. LVII. Μούσαις τε καὶ πᾶσι λογίοις θεαῖς. *Ariſtides* Or. de Rhet. I. καλῶ δ' ἐπὶ τούτῳ τῷ τολμήματι καὶ Ἑρμῆν λόγιον. De Mercurio, *ſermonum Deo* (*Servius* ad Aeneid. II. 293.), vide *G. Cuperum* Obſſ. I. XI. p. 82. *Wetſten.* ad N. T. II. p. 543. *Wyttenb.* in Epiſt. crit. p. 37. Clarum oratorem Ἑρμοῦ λογίου τύπον vocat *Julian.* Orat. VII. p. 237. C. quae comparatio haud infrequens, ut exempla docent a *Creſollio* allata in Theatr. Rhetor. l. 9. Theſaur. Gron. T. X. p. 44. ſq.

*DCI.* Anth. Plan. p. 377. St. 515. W. Ludibrii cauſa hi verſus videntur ſcripti in Phyrmos, patrem et filium, rhetores, quorum vel ipſum nomen, a φυρμός, *confuſio*, derivatum riſui movendo aptum. *Brodaeus* auctorem expreſſiſſe putat verſum *Aeſchyli* in Agam. v. 292. Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς Ἔπεμπεν. neſcio quam vere. *Huetio* p. 35. in mentem veniebat ſcribere Φῖρμος με Φίρμον, quo quid lucremur, non video. — πυρφόρ. quo ſenſu h. l. ſit poſitum, minus apertum. πυρφόροι vocabantur in Lacedaemoniorum exercitu, qui ſacrum ignem portabant; hi bello inutiles, poſt proelium commiſſum, pone aciem ſe recipiebant. Vide *Weſſeling.* ad *Herodot.* p. 622. 80. Ad hos ſi reſpexit diſtichi noſtri auctor, rhetores ſignificare voluit, nomine tenus eloquentes, re ipſa ad forenſes illas pugnas inutiles. Vereor tamen, ne haec interpretatio argutior ſit, quam verior. Aliam tamen cauſam idoneam, cur rhetor *ignifer* appelletur, non video.

¶. 279.] *DCII.* „E DuCangii Gloſſario v. συψέλιον. Vide *Fabricii* Bibl. Gr. T. IV. p. 376.“ *Br.* Habetur etiam in Argumento graeco Anonymi Panathenaïci Ariſtidis ed. Florent. 1517. Vide Menagiana ed. de la Monnoye. T. III. p. 73. Hunc luſum, quo Ariſtides ſeptem auditores habere dicitur, quatuor parietes ſcilicet et tria ſubſellia, apte comparavit *Menagius* ad

*Laërtium* VI. 69. cum dicto Diogenis, ibi allato: Εἰσελθὼν εἰς διδασκάλου, καὶ Μούσας μὲν ἰδὼν πολλάς, μαθητὰς δὲ ὀλίγους, Σὺν θεοῖς, ἔφη, διδάσκαλε, πολλοὺς μαθητὰς ἔχεις. Similiter Stratonicus citharoedus ap. *Athenae.* L. VIII. p. 348. D. διδάσκων κιθαριστάς, ἐπειδὴ ἐν τῷ διδασκαλείῳ εἶχεν ἐννέα μὲν εἰκόνας τῶν Μουσῶν, τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος μίαν, μαθητὰς δὲ δύο, πυνθανομένου τινός, πόσους ἔχοι μαθητάς, ἔφη, Σὺν τοῖς θεοῖς δώδεκα. Ariſtidem, qui hîc notatur, non illuſtrem illum Smyrnaeum eſſe rhetorem, ſed juniorem quendam, jam alii monuerunt.

*DCIII.* Plan. p. 369. St. 508. W. Scriptum videtur in Georgium Piſidam, verſificatorem ſui aevi foecundiſſimum. Quae ex ejus carminibus ſuperſunt, eum tanta laude, quanta ei hoc diſticho tribuitur, neutiquam dignum eſſe docent.

*DCIV.* Servatum in *Thucydidis* Hiſtoria L. VI. 54. p. 412. Piſiſtratus, Hippiae ejus, qui aliquamdiu tyrannidem inter Athenienſes exercuerat, filius, cum Archon eſſet Athenis, duodecim Deorum aram dedicavit in foro, et aliam Apollinis in templo Pythio. Pythium autem erat templum a Piſiſtrato exſtructum. Illi arae inſculpta fuit inſcriptio, *Thucydidis* aevo ſuperſtes adhuc, quamvis literis evaneſcentibus, ἀμυδροῖς γράμμασι. — V. 2. ἐν τεμένει Πυθίου. Vid. de hoc templo *Meurſium* in Piſiſtr. c. IX. et in Athen. Attic. II. 12.

*DCV.* Ex *Diogene Laërtio* VIII. 49. In Pythagoram, Samium, Cratis filium, pugilem, de quo vide, quae dicta ſunt ad Ep. *Theaeteti* VI. T. II. P. II. p. 244.

*DCVI.* Servavit *Plutarchus* in Vita Timol. c. 31. T. II. p. 138. ed. *Bry.* unde apparet, hoc diſtichon *Mamerci* eſſe, Catanaeorum tyranni, ejusdemque poëtae tragici, qui illud ſcutis mercenariorum Timoleontis, a Carthaginenſibus devictorum, inſcribendum curavit. *Mamerci* mortem *Plutarchus* enarrat c. 34. — V. I.

ὀστρειογρ. Haec ſcuta pretioſiſſima, purpurâ, auro, ebore et electro diſtincta, nos vilibus noſtris ſcutis cepimus. Charidemus, Athenienſis, ap. *Curtium* L. III. 2. quem ille ad Demarati Herodotei exemplar formavit, Darium, copiarum ſuarum et multitudine et magnificentia gloriantem, monens: *Hic tanti apparatus exercitus, haec tot gentium et totius Orientis excita ſedibus ſuis moles, finitimis poteſt eſſe terribilis: nitet purpura auroque, fulget armis et opulentia, quantam qui oculis non ſubjecere, animis concipere non poſſunt. Sed Macedonum acies torva ſane et inculta, clypeis haſtisque immobiles cuneos et conſerta virorum robora tegit.* — χρυσελεφαντηλέκτρους eſt ex emendatione *Xylandri*, cum antea legeretur χρυσελεφαντεπηλέκτρους. Aurei clypei paſſim commemorantur, quorum exempla collegit *Caryophilus* de Veter. Clyp. p. 13. ſq.

*DCVII.* Servatum a *Plutarcho* in Vit. Marcell. c. 30. T. II. p. 281. ed. *Bry.* qui ex *Poſidonio* tradit, hoc Epigramma inſcriptum fuiſſe ſtatuae Claudii Marcelli, quae Lindi fuit poſita in Minervae templo. Marcellus conſulatu quidem nonniſi quinquies functus eſt, τὴν δὲ ἀνθύπατον ἀρχὴν, ἣν δὶς ἦρξε, ταῖς πέντε προςκατηρίθμησεν ὑπατείαις ὁ τὸ ἐπίγραμμα ποιήσας. — V. 1. πατρίδος ἀστὸς nonnulli, teſte *Stephano*, fortaſſe pro ἄστρον. ut ap. *Pallad.* Ep. CXV. in doctam puellam: ἄχραντον ἄστρον τῆς σοφῆς παιδεύσεως. — ¶. 280.] V. 3. ὑπάτων. nonnulli. — V. 4. καὶ πολύν. Verſus vix ſincere ſcriptus. Quam enim vim h. l. habeat copula καί? quo ſenſu ἐγ κατέχευε dicitur? Utrumque merito offenſioni fuit *Reiskio*, qui tentavit: πάμπολυν ἀντιπάλων εἰς κατέχευε φόνον. Aliud quid latere puto.

*DCVIII.* Ex *Plutarchi* Vita *Marci Catonis* c. 1. T. II. p. 328. ed. *Bry.* ἦν δὲ τὸ μὲν εἶδος ὑπόπυῤῥος καὶ γλαυκός, ὡς ὁ ποιήσας τὸ ἐπιγραμμάτιον οὐκ εὐμενῶς παρεμφαίνει.

*DCIX.* Ex *Plutarchi* Vita Arati c. 14. T. IV. p. 325. ed. *Bry.* Inſcriptum fuit hoc Epigramma ſtatuae ex aere, ab exulibus, quos Aratus revocaverat, ei collocatae. *Reiskius* quaedam in hoc Epigrammate absque neceſſitate novavit. — V. 1. βουλάς. Vulgo. Prudentia et fortitudo Arati, et pugnae ab eo pro Graecorum libertate ſusceptae, Herculis columnas attingunt. πλάζεται i. e. πελάζεται. Vide *Wakefield* in Sylv. crit. IV. p. 220. *Heyn.* ad *Homer.* Ιλ. φ. 269. T. VIII. p. 165. Vulgo πλάθεται, quod a cl. editore mutatum eſt, qua auctoritate quave de cauſa, ignoro. *Herculis columnas attingere* dicuntur ea, quae ultimum attigerunt terminum, ultra quem prógredi nefas. *Pindar.* Olymp. III. 77. νῦν γε πρὸς ἐσχατιὰν Θήρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων ἅπτεται οἴκοθεν Ἡρακλέος σταλᾶν. Idem Iſthm. IV. 18. ἀνορέαις δ' ἐσχατιαῖσιν οἴκοθεν στάλαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείαις. Plura collegit Ill. *Heynius* p. 53. Male igitur ii, qui noſtrum locum ſic interpretantur, quaſi Arati gloria usque ad Herculis columnas celebrata eſſe dicatur. *Reiskius* argutae ſententiae, ejus ingenio obverſantis, ſpecie corruptus, corrigendum cenſebat: καὶ ἁ ὑπὲρ Ε. ἀλκὰ τοῦδ' ἀνδρὸς στάλᾳ πλάθεται Ἡρ. hoc ſenſu: Sapientia et providentia Herculis et labores ejus et fortitudo pro Graecia inſumta, vera imagine expreſſa cernitur in hac hujus viri, Arati, imagine. — V. 5. σωτῆρος, σωτῆρσι θεοῖς. Illuſtrium virorum ſtatuae Diis dedicabantur, in quorum fano collocati, majorum Deorum viderentur clientes et miniſtri. Vide Ep. ἀδεσπ. DLIV. Dedicat. Triop. v. 30. in Stat. Regill. v. 6. 7. ibique not. σωτῆρος nomen, quod Diis, Jovi inprimis tribui ſolebat, paſſim ad homines translatum eſt. Arato defuncto Sicyonii locum ei conſecrarunt, eumque ὥσπερ οἰκιστὴν καὶ σωτῆρα τῆς πόλεως ἐκήδευσαν· καὶ καλεῖται μέχρι νῦν Ἀράτειον, καὶ θύουσιν αὐτῷ θυσίαν — καὶ τὴν θυσίαν ἐκείνην Σωτήρια προσαγορεύουσι· τὴν δὲ τοῦ μηνὸς, ἐν ᾧ γενέσθαι τὸν ἄνδρα διαμνημονεύουσι·

τῆς μὲν οὖν προτέρας ὁ τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος κατήρχετο θυηπόλος, τῆς δὲ δευτέρας ὁ τοῦ Ἀράτου. *Plutarch.* l. c. C. LIII. Poſt ſuperatum Pompejum effigies Caeſaris publice propoſita, ὡς σωτῆρος τῆς πατρίδος. *Appian.* Bell. Civ. II. p. 494. — V. 6 δαίμον' ἴσον. i. e. eandem fortunam, ſortem. Debetur haec lectio *H. Stephano*; nam in antiq. edd. eſt δαίμονι σῷ. *Solanus* tentavit δαιμονίην; *Reiske* δαίμονα σόν, genium tuum, fauſtum illum et proſperum, aut δᾶμον ἴσον i. e. τὴν τῶν δημοτῶν ἰσότητα. Nihil horum valde arridet. Quid ſcriptum fuerit a poëta, non definio; non tamen ineptum foret legere:

. . . . . . ὅτι πατρίδι τῇ σῇ
ἁρμονίαν, θείαν τ' ὤπασας εὐνομίαν.

*Plutarch.* in Vit. Arati c. XIV. πόνῳ πολλῷ καὶ μεγάλαις πραγματείαις κατειργάσατο καὶ συνήρμοσε φιλίαν καὶ εἰρήνην τοῖς πολίταις. Idem c. II. ἡ Σικυωνίων πόλις ἐπεὶ τὸ πρῶτον ἐκ τῆς ἀκράτου καὶ δωρικῆς ἀριστοκρατείας, ὥσπερ ἁρμονίας συγχυθείσης, εἰς στάσεις ἐνέπεσε καὶ φιλοτιμίας δημαγωγῶν.

*DCX.* Ex *Chandleri* Sylloge Inſcr. p. 58. T. II. nr. XLVIII. qui in Notis p. XXVII. haec monuit: „Sub imperatore Theodoſio primo an. Chr. 380. Gothis Theſſaliam et Epirum vaſtantibus, honores meruit Theodorus, Achaeorum dux. Baſis ſtatuae ejus rotunda τὴν ἁγίαν τράπεζαν in Eccleſia dicta Scti Theodori, prope Monaſterium Capucinorum (Athenis) ſuſtinet.“ — V. 1. Ἀχαιῶν. *Chandl.* — V. 8. στῆσεν. Ibid.

¶. 281.] *DCXI.* Ex *Gruteri* Inſcript. p. MXCIX. 3. In *Fleetwood.* Syll. p. 146. Laudatur Polycles, neſcio quis, ob prudentiam in conſiliis, et fortitudinem in bellis pro patria ſusceptis demonſtratam. — V. 2. οὐ μαραίνει σε. Tuam gloriam nullum unquam tempus imminuet. Similiter de pulcritudine *Strato* Ep. LXXIII.

ταῦτα δ' ὁμῇ φθονέων ἐξεμάρανε χρόνος. *Julian. Aeg.* Ep. VI ἀλλὰ μαραίνει ὁ χρόνος ἑρπύζων σὴν, βασίλεια, χάριν.

*DCXII.* Ex Marmor. Oxon. p. 111. Comparandum inprimis Ep. CCCLXXV. ubi ejuſdem Cleadae, ſacrorum Lernaeorum antiſtitis, nomen occurrit. Hic Cleadas, Erotii filius, ejusque in miniſterio Cereris et Proſerpinae ſucceſſor, patris imaginem domi ſuae dedicat. — V. 3. ᾧ ἦν. Cleadas eodem, quo pater, munere in ſacris Lernaeis fungebatur.

*Lectt. p.* 286.] *DCXII.*[b] Ex Gruteri Inſcriptt. p. MXCVIII nr. 6. *Fleedwood* p. 145. 3. In ſtatuam ὑπάρχου cujusdam, quam Callinicus, civitate Cretenſium jubente, prope praetorium collocaverat. — V. 1. ἐςάθρει. *Gr.* et *Fleetw.* — ἐς πόλιν jungendum videtur cum ἁγνοῦ, qui ſe in Cretenſium civitatem probum praeſtitit et incorruptum. — V. 2. ἔθηκε *Fleetw.* vitioſe. Ipſa imago loquitur. ἔθηκα νέην. urbem inſtauravi. — V. 4. τοῖς ἀδίκοισι. omiſſo δ' *Fleetw.* — V. 5. δόγμασι; Idem. — V. 6. Ἰλλυρίδος. Ex Illyria igitur praefectus ille fuit, quem Cretenſes ſtatuae honore dignabantur. — δεύτερον ἠέλιον frequens ap. hos poëtas et ſophiſtas comparatio. Cf. not. ad *Paul. Sil* Ep. LXXXVIII. T. III. P. I. p 191. Huc facit *Themiſt.* Or. XI. p. 150. B. ὥςπερ παμμέγας ἥλιος ἢ ὁ τοῦ ἡλίου δημιουργὸς, ἐμπνεῖ μὲν τοῖς ζώοις τὴν ψυχὴν, ἐμπνεῖ δὲ τοῖς φυτοῖς, — οὕτω καὶ ὁ μέγας βασιλεὺς ἀνίστησι μὲν τὰς μείζους, ἀνίστησι δὲ καὶ τὰς ἐλάττους, τὰς δὲ μετάγει εἰς κάλλος, τὰς δὲ ἐξάγει εἰς μέγεθος. Conf. Eund. Or. XXVI p. 330. D. Solis commemorationem ap. hunc ſcriptorem obliteratam hac occaſione revocabimus, Or. III. p. 42. B. ἐπευφημεῖ δὲ ἅπασα γῆ τε καὶ θάλασσα· ὁ δὲ ὕμνος ἐμπίμπλησιν ἁρμονίας ἅπαντα μὲν φῦλα ἑῷα, ἅπαντα δὲ ἑσπέρια γένη· αἱ νῖκαι δὲ ἡ δίῳ συναναςχοῦσαι καὶ συνδραμοῦσαι λαμπρῶς ἄχρι τῆς ἑσπέρας, συγκαταίρουσι τῷ βασιλεῖ εἰς τὴν μητρόπολιν τῶν τροπαίων. Scribendum una litera leviter immutata: αἱ νῖκαι δὲ ἡλίῳ συν-

*ἀνασχοῦσαι. victoriarum ejus gloria cum ſole oriente ſurgens eumque usque ad occidentem comitans* i. e. ab oriente usque ad occidentem illuſtris. Simili imagine Or. XIII. p. 163. C. δρόμος ἰσόδρομος σχεδὸν τῷ ἡλίῳ ἀπὸ Τίγρητος εἰς Ὠκεανόν. *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXII. 6. ἡ ψυχὴ περίεισι πᾶσαν γῆν — συνθέουσα ἡλίῳ.

*Lect. p.* 287.] *DCXII.*[c] Ex *Gruteri* Inſcr. p. MXCVI. nr. 8. *Fleetwood.* p. 145. *Bonada.* II. p. 537. In Marcellum quendam, quem una Cycladum inſularum, ob tributum levatum, ſtatua ornavit. — V. 2. ὁ θρασύς. In marg. Grut. f. ὁ θρακης. quod quid ſit non intelligo. Mors *audax* dici potuit, quod tantum virum petere auſa ſit. *Grotius* vertit:

*Marcellum fera mors rapuit, qui Veſperis axem*
*Rexit et Odryſio quaeſtor in orbe fuit.*

— V. 3. ἔρνος. ut Ep. DCXII.[a] Κεκροπίης σοφὸν ἔρνος. — ὃς εὐδοκίῃ. qui benevolentia in urbes Cycladum inſularum ductus, eas onere tributi levaverat. Cum civitates agros ſuos nimio cenſu primi quererentur, mitti ſolebant, qui, an juſtae eſſent illae quaerimoniae, inſpicerent, remque ad principem referrent. Quibus cenſus relevatus eſſet, ii κουφισθῆναι dicebantur; relevatio ipſa κουφισμός. Rem accuratae explicuit *H. Valeſius* ad *Ammian. Marc.* XIX. 11. p. 323. ſq. et ad Excerpt. Legat. p. 206. ed. Pariſ. — V. 6. „In Lapide Πύῤῥου. Quis ille Pyrrhus fuerit, et an hujus nominis tyrannum, aut ſupremum magiſtratum, aut praeſidem habuerit Cretae urbs Gortyna, ubi repertus literatus hic lapis, ignoro. Hujus ni obſtaret fides, libens legerem βουλῆς καὶ δήμου.“ *Br.*

¶. 281.] *DCXIII.* Vat. C. p. 252. Plan. p. 217. St. 316. W. „Laudat hoc Epigr. tanquam Agathiae, Scholiaſtes Sophoclis in Electram 151. quia ex Agathiae

deſumtum Anthologia; ſed antiquioris auctoris eſſe videtur. Prolatum etiam ab Euſtathio ad Homerum p. 1368. 26. Ridiculum in membranis lemma praefixum habet: εἰς τὴν γυναῖκα Λώτ· οἱ δὲ Ἕλληνες εἰς Νιόβην αὐτὸ ἀναφέρουσιν." *Br.* Inter Aenigmata referendum erat. — V. 1. νεκρὸν Plan. et Vat. In marg. γρ. νέκυν. Hoc eſt in Schol. *Soph.* et ap. *Euſtath.* — V. 3. αὐτῷ. *Schol. Euſt.* Expreſſit hos verſus *Auſonius* in Epitaph. XXIX.

*Habet ſepulcrum non id intus mortuum.*
*Habet nec ipſe mortuus buſtum ſuper.*
*Sibi ſed ipſe hic ſepulcrum, et mortuus.*

*DCXIV* Vat. C. p. 296. Plan. p. 233. St. 338. W. Maximus, Aſiae proconſul, cum Laodices, Priami filiae, tumulum vetuſtate fere collapſum detexiſſet, eum inſtauravit eique ejusdem Laodices aeneam ſtatuam, alio quodam loco jacentem, impoſuit. — V. 1. ἀκτερέϊστον. Laodicen, poſt Trojam captam, hoſtium violentiam fugientem, terra dehiſcens hauſit. Caſſandra ap. *Lycophron.* v. 315. καὶ σὸν, τάλαινα, πότμον αἰάζω, σκύλαξ· Ὧν τὴν μὲν αὐτόπρεμνον ἡ τοκὰς κόνις Χανοῦσα κευθμῷ χείσεται διασφάγος. ubi vide *Schol.* Hiſtoriam Laodices narrat *Quintus Calaber* L. III. 544. ſq.

Καὶ τότε που Πριάμοιο πολυκτήτοιο θύγατρα,
Λαοδίκην ἐνέπουσιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ὀρέξαι,
Εὐχομένην μακάρεσσιν ἀπειρέσιν, ὄφρα ἑ γαῖα
ἀμφιχάνῃ, πρὶν χεῖρα βαλεῖν ἐπὶ δούλια ἔργα.
τῆς δὲ θεῶν τις ἄκουσε, καὶ αὐτίκα γαῖαν ἔνερθεν
ῥῆξεν ἀπειρεσίην· ἡ δ' ἐννεσίῃσι θεοῖο
κούρην δέξατο οἷαν, ἔσω κοίλοιο βερέθρου,
Ἰλίου ὀλλυμένης.

De plurimis circa Laodicen fabulis vide Ill. *Heynium* ad Homer. T. V. p. 244. Fuerunt in his haud pauca προομηρικά, qualis eſt illa ap. *Parthen.* c. XVI. ubi p. 44. legendum: Περσεὺς δὲ – πάσῃ μηχανῇ ἐπήει (vulgo ἐπεὶ) τὸν Ἀκάμαντα καὶ εἰς Δάρδανον ἀφικέσθαι πείθει. — V. 4. Μάξιμος. Deſignari putabat *Brodaeus* Maximum quendam ap. *Ariſtidem* commemoratum. Fruſtra eum in hujus rhetoris operibus quaeſivi.

*DCXV.* Vat. C. p. 241. Plan. p. 236. St. 342. W. In Laërtis tumulum, temporis progreſſu detrimenta paſſum. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ψήχειν. T. III. p. 705. Multa in hanc ſententiam dicta apud veteres obvia. *Plutarch.* T. II. p. 2. D. ubi, quantum conſtantia poſſit efficere, docens, σταγόνες, inquit, ὕδατος πέτρας κοιλαίνουσι, σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς ταῖς ἐπαφαῖς τῶν χειρῶν ἐπιτρίβονται. quae ex eodem fonte ducta eſſe dixeris, quo Lucretiana L. I. 312. *Quin etiam multis Solis redeuntibus annis Annulus in digito ſubter tenuatur habendo: Stillicidi caſus lapidem cavat: uncus aratri Ferreus occulte decreſcit vomer in arvis.* quem locum expreſſit *Propert.* II. 19. 55. *Sed tamen et ſcabra teritur robigine mucro Ferreus, et parvo ſaepe liquore ſilex.* et *Lupercus* in Anthol. Lat. III. XCVII. p. 551. *Decidens ſcabrum cavat unda tofum: Ferreus vomer tenuatur agris: Splendet attrito digitos honorans Annulus auro.* Ovidius I. A. A. 473.

*Ferreus aſſiduo conſumitur annulus uſu;*
*Interit aſſidua vomer aduncus humo.*
*Quid magis eſt ſaxo durum? quid mollius unda?*
*Dura tamen molli ſaxa cavantur aqua.*

*Ariſtaen.* I. Epiſt. XVII. p. 44. ῥανὶς γὰρ ὕδατος ἐνδελεχῶς ἐπιστάζουσα καὶ πέτραν οἶδε κοιλαίνειν. quod ductum ex verſu paroemiaco ap. *Galenum* de Temper. L. III. p. 84. D.

πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείη. *Bion.* ap. *Stobae.* *Grotii* p. 131. ἐκ θαμινῆς ῥαθάμιγγος, ὅκως λόγος, αἰὲν ἰεῖσας Χὰ λίθος ἐς ῥωχμὸν κοιλαίνεται. — V. 2. δαπάνῃ. Ed. Flor. pr. Ald. 1. Aſcenſ. — ¶. 282.] V. 4. λείπεται. Vat. C. — V. 5. Nunquam tamen ipſius herois nomen peribit, quod immortalia carmina aeternitati commendarunt. Vide in hanc ſententiam laudata ab Interprett. *Horatii* III. Carm. XXX. *Ovid.* Amor. I. XV. 31. *Ergo, cum ſilices, cum dens patientis aratri, Depereunt aevo, carmina morte carent.* Id. III. Amor. IX. 28. ſqq. *Propert. III.* El. I. 55.

*Fortunata meo ſi qua es celebrata libello,*
*Carmina erunt formae tot monumenta tuae.*
*Nam neque Pyramidum ſumtus ad ſidera ducti,*
*Nec Jovis Elaei coelum imitata domus;*
*Nec Mauſolei dives fortuna ſepulcri*
*Mortis ab extrema conditione vacant.*
*Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores,*
*Annorum aut ictu pondera victa ruent.*
*At non ingenio quaeſitum nomen ab aevo*
*Excidet, ingenio ſtat ſine morte decus.*

ἀοιδὰς ἀμβλύνειν. vim carminum imminuere. *Julian. Aeg.* Ep. X. χρόνος ὄμματος αὐγὴν ἀμβλύνας. *Aeſchyl.* VII. c. Theb. 849. θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται. Idem Eumenid. v. 230. ἀλάστορα Οὐ προστρόπαιον, οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα, Ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη. *Suidas*: Ἀμβλύνω· τὸ ἐκλύω. Ὁ δὲ ἐπιπολὺ διῆγε τὸν πόλεμον, ἀμβλύνων τὴν τοῦ πολεμίου ὀξύτητα χρονίαις τε καὶ μακραῖς τοῦ ἔργου τριβαῖς.

*DCXVI.* Vat. Cod. p. 227. Plan. p. 237. St. 343. W. In Achillis tumulum in maris litore. V. 1. 2. laudat *Suidas* in ῥηξήνορες. T. III. p. 258. — V. 2. Τρώων δεῖμα. Trojanorum terror, etiam eorum, qui ipſum

Achillem non viderunt. — V. 3. αἰγιαλῷ. pro εἰς αἰγιαλόν, qui frequens eſt dativi uſus. Cf. ad *Agathiae* Ep. XLV. T. III. P. I. p. 81. *Abreſch.* ad *Aeſch.* T. II. p. 73. Achilles, quod notum, in promontorio Sigeo ſepultus, ἀκτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ, ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ. Cf. *T. Hemſterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 250. — στοναχῇσι θαλάσσης. Maris ſtrepitus planctu ſimilis. *Sophocl.* Ajac. 683. λείων τ᾽ ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε Στένοντα πόντον. Sic hunc locum ante hos viginti annos correxi in Specim. Emend. c. II. p. 10. In eandem lectionem incidit *Musgravius*, cujus notae in Sophoclem nunc prodierunt. *Heliodor.* L. V. I. T. II. p. 4. ed. Bip. ὡς δὲ λείου πνεύματος ἐκ γῆς προσπνεομένου. Mare *ingemiſcere* dicitur ap. *Eurip.* Herc. Fur. v. 861. οὔτε πόντος οὔτω κύμασι στένων λάβρως, *Sophocl.* Antig. v. 590. κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν θῖνα, καὶ δυσανέμῳ Στόνῳ βρέμουσιν ἀντιπλῆγες ἀκταί. Sic hunc locum ſcribendum ſuſpicor. — V. 4. κυδαίνυτο. Ed. Fl. pr. Ald. 1. 2. 3. Aſcenſ.

*DCXVII.* Vat. C. p. 227. Plan. p. 237. St. 344. W. Antiquiſſimum videtur Epigramma.

*DCXVIII.* Vat. C. p. 228. Plan. p. 238. St. 345. W. In Ajacem Telamonium, quem Parca ipſius manu interfici voluit, cum alius, qui tantum virum perimeret, inveniri non poſſet. Simillimum Epigr. *Leontii Schol.* XX. T. III. p. 107. ubi vide not. p. 202. — V. 2. χρησαμένα Vat. — V. 3. 4. laudat *Suid.* in Κλωθώ. T. II. p. 332. ubi θνητοῖσιν ἐδύνατο legitur. Nec aliter v. μεμανῖα. T. II. p. 529.

*DCXIX.* Vat. C. p. 226. Plan. p. 239. St. 346. W. „Tertium diſtichon, quo multatum hoc carmen vulgo legitur, non Vaticanae ſolum addunt membranae, ſed in optimo quoque Planudeae cod. alteris duobus ſubjunctum eſt, et in cod. Jani Lascaris minio orae adſcriptum.“ *Br.* Jam in Lectionibus Aldus monuit, hoc diſtichon reliquis duobus ſubjiciendum eſſe, idque

exhibet Aldin. 2. 3. Habetur etiam in Cod. ap. *Bandin.* p. 100. — V. 1. μή με τάφῳ σύγκρινε. Plane ſic *Diodor.* Ep. XI. in Themiſtoclem:

Μὴ μέτρει Μάγνητι τὸ πηλίκον ὄνομα τύμβῳ,
μηδὲ Θεμιστοκλέους ἔργα σε λανθανέτω·
τεκμαίρου Σαλαμῖνι καὶ ὁλκάσι τὸν φιλόπατριν,
γνώσῃ δ' ἐκ τούτων μείζονα Κεκροπίης.

V. 5. 6. ἐμοί. Vat. Expreſſum eſt hoc diſtichon ex *Antipatr. Sid.* LXVI. in Priamum:

Ἥρωος Πριάμου βαιὸς τάφος, οὐχ ὅτι τοίου
ἄξιος, ἀλλ' ἐχθρῶν χερσὶν ἐχωννύμεθα.

DCXX. Plan. p. 239. St. 347. W. Aenigmaticum eſt. Hectorem Achilles interfecit, quod pueris notum; in hoc carmine Diomedes eum interficere dicitur. Quo ſenſu hoc dictum ſit, *Euſtathius* aperuit ad Ιλ. Ε. p. 453. 52. poëtam luſum quaeſiviſſe docens ἐν τῇ ὁμωνυμίᾳ, cum ſtuporem lectoribus injicere conaretur: τοιοῦτόν τι ἐτεχνήσατο καὶ ὁ εἰπὼν περί τινος, ὃν οὐκ ἀνεῖλεν ὁ Διομήδης, τό, τὸν κτάνε Διομήδης ἀνήρ. Διομήδης ἀνὴρ ἐν τῷ τοιούτῳ αἰνίγματι ὁ Ἀχιλλεύς, οὗπερ παλλακὴ ἦν ἡ Διομήδεια. Hinc appaiet, fruſtra *Joſ. Scaligerum* in not. mſt. v. 4. pro Διομήδης correxiſſe μενεδήϊος. — ¶. 283.] V. 5. αἴνης *Joſ. Scaliger.* — μάχης. Vulgo. μάχην emendavit *Scaliger.*

DCXXI. Vat. C. p. 620. »Aenigma hoc e ſuperiori effictum, unum eſt e XXV. carminibus, quae Salmaſius e Vaticanis, tunc Heidelbergenſibus membranis deſcripta ad Jacobum Gujonium transmiſit, quaeque poſt edita fuerunt in hujus et trium fratrum Vitis, quas illorum operibus praemiſit Philibertus de la Mare. Omnia illa carmina, ſuis ſingula locis, in his Analectis

exhibui." *Br.* — V. 2. μαρνάμενος. Vat. C. et *Philib. de la Mare* nr. IX.

*DCXXII.* Vat. C. p. 227. „Ex Ariſtotelis Peplo deſumtum videtur hoc diſtichon, quod protulit ad *Suidam* T. I. p. 472. Kuſterus, ubi pravam Codicis lectionem πόλιος attentior quis facile emendaſſet. Conf. *Ariſtotelis* duo diſticha T. I. p. 179." *Br. Reisk.* Anthol. nr. 567. p. 73. Alterum verſum bis excitat *Suidas* in γενεά. T. I. p. 472. et in τριγέρων. T. III. p. 502. ubi *Kuſteri* errorem ſuſtulit *Toupius* Emend. in Suid. p. 490. comparans Ep. ἀδεσπ. CCCCVII. ἔθανε χ' ἁ τριγέρων πόλιος.

*DCXXIII.* Vat. Cod. p. 252. Anth. *Reisk.* nr. 583. p. 79. Servavit *Plutarch.* in Vita Themiſt. T. I. p. 247. ed. *Bry.* et *Athenaeus* L. XIII. p. 576. C. ex *Amphicrate* ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. de quo ſcriptore vide inprimis *Ruhnken.* ad *Longin.* π. ῦ. p. 245. — V. 1. Θρῇσσα. *Plutarch.* — γυνὴ γένος. *Athen.* haud male. Hanc fortiſſimi viri matrem reſpicit *Plutarch.* T. II. p. 753. C. ἄρα οὖν κράτιστον ἐξ ἀγορᾶς γαμεῖν Ἀβρότονόν τινα Θρῇσσαν. Eandem commemorat *Aelian.* V. H. XII. 43. 11. ubi vide *Perizonium.* — V. 2. Ἕλλησιν φασί. *Athen.* Ἑλλησιν. Vat.

*DCXXIV.* Vat. C. p. 253. Plan. p. 219. St. 318. W. ubi etiam alia leguntur in eundem Timonem Epigrammata. — V. 1. σὺ δέ γ', ὦ πυλαωρέ. Sic Vat. Vulgo σὺ δὲ δεινὲ πυλωρέ. — V. 2. τάρβεο. Vat.

*DCXXV.* Relatum in Append. Planud. p. 509. St. 15. W. ex *Strabon.* L. IX. p. 650. C. qui de Locris Opuntiis agens, Ὁ δὲ Ὀποῦς, inquit, ἔστι μητρόπολις, καθάπερ καὶ τὸ Ἐπίγραμμα δηλοῖ, τὸ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν, τῶν περὶ Θερμοπύλας, ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ πολυανδρίῳ·

Τοὺς δέ ποτε φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων,
Μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει Ὀπουντία . . .

In Codicibus legitur μητρόπολιν Λ. κεύθει νόμων Ὀπόεις. Cod. Florent. κεύθει Ὀπόεις, depravato vocabulo omiſſo. *Xylander* in vulgata lectione nihil magnopere deſiderans, ad verſum implendum γῆ addidit. Hoc in γᾶ mutatum probavit *Olivetus* ad *Ciceron.* Tuſc. Diſp. I. 42. ubi hoc diſtichon *Simonidis* Epigrammati XXIX. ſubjungendum exiſtimat ſine cauſa idonea. *Palmerius* in Geogr. Ant. p. 529. χθὼν ſupplet. Utraque emendatio implet quidem verſum, ſed elegantiorem non efficit. Sic, ut *Brunckius* edidit hunc verſum, eum repraeſentat *Stephanus* in Append. Plan. ex Cod. Mediceo, quo *Gronovius* quoque uſus eſt in Var. Geogr. p 529. κεύθει ὁμοῦ Ὀπόεις. Sed verior fortaſſe lectio latet in depravatis ſyllabis κεύθει νόμων Ὀ. ut alii Codd. habent, nimirum κεύθει (praetulerim κεῦθεν) ὅλων Ὀπόεις. quod *Heringa* invenit in Obſſ. crit. p. 143. *Hos, qui olim occubuere pro Graecis contra Medos pugnantes, tegit metropolis Locrorum cunctorum Opus.* Λοκρῶν ὅλων, quia plures Locrorum gentes, cognominibus diſtinctae; harum omnium Opus metropolis habita eſſe videtur.

*DCXXVI.* Servavit *Pauſan.* L. VI. p. 416. In Chilonem Achaeum, Patrenſem, in ſummis Graecorum certaminibus plus ſemel coronatum. Sepulcrum ei Achaei publice exſtruxerant. Eum bellica virtute claruiſſe, ex hoc Epigrammate patet; ſed utrum in pugna ad Chaeroneam una cum Achaeis pugnaverit, an ei proelio interfuerit, quo Graeci ad Lamiam cum Antipatro conflixerunt, *Pauſaniae* non conſtabat. Pugna ad Lamiam pugnata eſt Ol. CXIV. 2. Ei ex omnibus Achaeis unum Chilonem Patrenſem interfuiſſe, narrat *Pauſan.* VII. 6. p. 537. — V. 1. Μουνοπάλης. Sic emendavit *Camerar.* Vulgo μοῦνος πάλῃ. *Huetius* p. 79. ma-

lebat, μουνοπάλῃ. *Heſych.* Μουνοπάλαι· οἱ μόνῃ πάλῃ νικῶντες.

¶. 284] *DCXXVII.* Relatum in Append. Plan. p. 503 St. 9. W. ex *Demoſthenis* Orat. pro Corona. T. I. p. 322. ed *Reisk.* Inſcriptum ſepulcro eorum, qui in pugna ad Chaeroneam ceciderant. — V. 2. ὕβριν ἀπεσκέδασαν. Macedonum ſuperbiam retundere conabantur. Sic haec accipienda *de conatu*, quem Dii irritum fecerunt. Hanc vim verborum multi notarunt poſt *P. Leopardum* VII. Emend. 7. Cf. *Taylor* ad *Lyſiam* p. 146. *Brunck.* ad *Sophocl.* Oedip. T. 1454. — ἀποσκεδάζειν *depellendi* ſignificatione, ut Ep. ἀδεσπ. CCCCXI. ἀλλήλων νοῦσον ἀπεσκέδασαν. *Macedon.* Ep. IV. ὕπνον ἀποσκεδάσας. *Theognis* v. 863. ἀπὸ μὲν χαλεπὰς σκεδάσεις μελεδῶνας. — V. 3. καὶ δείματος. Vulgo. δείγματος in mentem venit *Marklando*, quod foret *ſpeciminis cauſa*; ſenſu ab hoc loco alieniſſimo. Vulgatam ſic interpretabatur *Wolfius*: διὰ τὸ, τὴν μὲν ἰδίαν ἀρετὴν διαφυλάξαι, δεῖμα δὲ τοῖς πολεμίοις ἐμποιῆσαι. *Schol.* ap. *Taylor.*: φόβου οὗ εἶχον ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Utrumque alienum. Unice vera eſt *Valckenarii* emendatio ad *Ammonium* prolata II. 15. p. 142. ἀρετῆς καὶ λήματος. Sic *Simonid.* Ep. XLIV. τόνδε ποθ' Ἕλλανες ῥώμῃ χερός, ἔργῳ Ἄρηος Εὐτόλμῳ ψυχᾶς λάματι πειθόμενοι. Cf. notata ad *Philipp.* Ep. LXXXI. T. II. P. II. p. 207. — V. 4. βράβην. id quod βραβεὺς ſive βραβευτής. Plutonem ſibi certaminis judicem ſumſerunt; palma autem ex Plutonis manibus accipienda mors eſt. — V. 6. „ἔχωσιν. Sic edidit Vir graece doctiſſimus Jo. Taylor, cujus adeundae notae. Ex Atticorum tamen uſu ſcribendum credo ἔχοιεν. Vide *Rich. Daweſ.* Miſc. crit. p. 82." *Br.* — ἀμφὶς ἔχωσιν. Ducta metaphora de vinculis, membra corporis circumdantibus: ne ſervitutis jugo onuſti infeſta hoſtium premerentur ſuperbia. — V. 7. κόλποις. Cf. Ep. DXLIV. — V. 8. ἥδε κρίσις. Haec ad ſequentia referenda videntur. Jovis ipſius effatum

poëta profert: In omnibus rebus propoſitum finem attingere nonniſi in Deorum naturam cadere; mortalium autem vitae Parcas eſſe praepoſitas, quarum ſtatutis ſeſe ſubtrahere homini non liceat. Vulgo diſtinguitur poſt βιοτῇ, et in fine ἔπορεν legitur. Meliorem et diſtinctionem et lectionem debemus *Marklandi* acumini. Et illam quidem confirmant ſequentia *Demoſthenis* verba: ἀκούεις, Αἰσχίνη, καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ, ὡς τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν; οὐ τῷ συμβούλῳ τὴν τοῦ κατορθοῦν τοὺς ἀγωνιζομένους ἀνέθηκε δύναμιν, ἀλλὰ τοῖς θεοῖς. Ad ἔπορον ſubaudi οἱ θεοί. *Reiskius* οὔτι φυγεῖν ἕτερον malebat: nihil aliud autem praeter Deos effugere fatalem neceſſitatem. Non minus animoſe Hector ap. *Homerum.* Ιλ. Ζ 487. οὐ γάρ τίς μ' ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ Ἄϊδι προϊάψει· Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν. Ad hoc Epigramma et *Demoſthenis* interpretationem plures reſpexerunt, quod docuit *Bentlej.* in Addend. ad Diſſert. de Phalar. p. 295. Locis ab eo collectis uſus eſt *Wolfius* ad *Libanii* Epiſt. 1554. p. 750. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἐκ τοῦ Ἐπιγράμματος ἀπολογία τις ἔσται τοῦ λέγοντος, τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι τοῦ θεοῦ. Addidit quaedam *Lennep.* ad *Phalarid.* Epiſt. CXXVI. p. 347. *Themiſt.* Or. XXII. p. 276. B. ἐπεὶ δὲ τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν ἔξω τῆς φύσεως κεῖται τῆς ἀνθρωπίνης; – ἀλλὰ τάχα δὴ τὸ Ἐπίγραμμα ἀληθέστερον, ὃ Ἀθήνησιν ἐπιγέγραπται ἐν τῷ τάφῳ τῷ δημοσίῳ· καὶ γὰρ τοῖς θεοῖς μόνοις τὸ πάντα κατορθοῦν ἀπονέμει. Similis color eſt in his *Sophoclis* in Oedip. Col. 634. μόνοις οὐ γίνεται Θεοῖς τὸ γῆρας, οὐδὲ κατθανεῖν ποτε· Τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς χρόνος.

*DCXXVIII.* Relatum in Planudeae Append. p. 538. St. 14. W. ex *Athenaeo* L. XIII. p. 589. B. De Laïde, ſive potius de diverſis meretricibus, eodem nomine illuſtribus, diſputavimus in *Muſeo Attico* T. III. Faſc. I. p. 173. ſqq. — V. 2. Ἑλλὰς ἐδουλώθη. *Lais – ad cujus jacuit Graecia tota fores.* *Propert.* II. 5. 2. Ex

noſtro Epigrammate expreſſum dixeris Ep. *Juliani Aeg.* III. Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων Λαῒς θῆκεν ἑῷ κάλλεϊ ληϊδίην. — V. 3. Κόρινθος. Laïdem, Hyccarae in Sicilia natam, cum Philoxeno, nobili Dithyramborum poëta, Corinthum veniſſe, ibique multos, qui eam amarent, habuiſſe, tradit *Schol. Ariſtoph.* in Plut. 179. Hinc a multis Corinthia appellatur. Cf. *Burmann.* ad *Propert.* p. 249. Monimentum ejus, Corinthi poſitum, commemorat *Pauſan.* L. II. p. 115. Cf. *Athen.* L. XIII. p. 589. C. — V. 4. Θετταλικοῖς. *Athenaeus* l. c. ex Polemone Periegeta narrat, Laïdem, a Theſſalo quodam juvene amatam, Theſſalicarum mulierum ſuccubuiſſe invidiae, et ab iis in Veneris templo interfectam eſſe. Eadem fere narrat *Plutarch.* T. II. p. 768. A. *Suidas* in χελώνη. T. III. p. 663.

*DCXXIX.* Append. Plan. p. 537. St. 14. W. ex *Plutarchi* Vit. Lyc. T. I. p. 113. ed. *Bry.* et in Apophthegm. Lacon. T. II. p. 217. F. *Bonada* p. 336. Scriptum eſt in viros quosdam, qui contra tyrannum, neſcio quem, fortiter pugnantes, occubuerunt. Ad quam hiſtoriam hoc diſtichon referendum ſit, non conſtat. Tyranni quidam Selinuntis commemorantur ap. *Herodotum* L. V. 46. p. 393. Urbs capta eſt a Carthaginienſibus, duce Hannibale, Gesconis fil. *Diodor.* L. XIII. 588. ſqq. Quo tempore cum moenia urbis eſſent diruta, pars eorum reſtituta eſt ab Hermocrate. *Diodor.* l. c. p. 591. Deinde cum civitas iterum a Poenis deſciviſſet, moenia plane ſunt diruta, templa disjecta, civesque in Lilybaeum traducti. Omnem hujus urbis hiſtoriam accurate enarravit *Dorvill.* in Sicul. T. I. p. 65. ſqq. — V. 1. σβεννύντας. Vide not. ad Ep. ἀδεσπ. CLIX. T. III. P. I. p. 377. Hoc diſtichon cum Laco quidam recitatum audiviſſet, δικαίως, inquit, τεθνάκαντι τοὶ ἄνδρες· ἔδει γὰρ ἀφέμεν ὅλαν αὐτὰν κατακαῆμεν. quod dictum interpretatur, vulgari dialecto uſus, Apophthegmatum auctor l.

c. δικαίως ἀπεθάνετε τυραννίδα καιομένην ἀποσβεννύναι ἐπιχειρήσαντες· τοὐναντίον γὰρ ἔδει ὅλην αὐτὴν ἀφεῖναι κατακαῆναι. — V. 2. πύλαις. *Plut.* in Apoph.

*DCXXX.* Ex *Athenaeo* L. V. p. 215. B. In bello Mithridatico Athenion, quem alii Ariſtionem vocant, Athenarum tyrannus, Apellicontem miſit cum Athenienſium manu ad inſulam Delum expugnandam. Quae expeditio cum felicem habuiſſet eventum, Apellico non civium ſolum, ſed ipſius Dei opes invadere auſus eſt. (*Athenae.* l. c. p. 211.) Dum vero Athenienſes, militari diſciplina remiſſa, luxuriae et voluptatibus indulgebant, Orbius, Romanorum dux, eos repente adortus, pecudum in morem trucidavit, tropaeumque erexit, cui hi verſus inſculpti ſunt. Cf. *Schweighaeuſer.* V. D. in Animadv. ad Athen. T. III. p. 210. ſq. et *Dorvill.* in Miſc. Obſſ. T. VII. p. 58. ſqq. qui v. 1. ξείνους interpretatur de Romanorum ſociis, ipſisque Romanis, qui in illa inſula negotiandi cauſa verſabantur. — V. 4. βασιλεῖ Καππαδόκων. Mithridati.

¶. 285.] *DCXXXI.* E *Sirmondi* Notis ad *Sidonium Apollinar.* p. 30. *Reineſii* Synt. Inſcr. p. 330. *Fleetw.* p. 102. *Bonada* T. II. p. 223. *Triſtan.* Comment. Hiſtor. T. I. p. 639. *Abgari* cujusdam, regis Abgari filii, Antonini fratris, quem hoc carmen invidia injuſtorum hominum ſuccubuiſſe indigetat, tumulus hac inſcriptione ornatus fuit. Abgari nomen multis Orientis regibus commune fuiſſe, docet *Valeſius* ad *Dion. Caſſ.* LXVIII. 21. Cf. *Reimar.* ibid. c. 18. T. II. p. 1134. *Tillemontius* in Hiſt. Imper. T. III. p. 55. Epigramma noſtrum interpretatur de filio illius Abgari, quem Caracalla Romam invitatum primum libertate, deinde regno privavit. *Triſtanus* cogitabat de eo, cujus caput conſpicitur in numo una cum Gordiani capite, nixus loco *Jo. Chryſoſtomi* in Or. de Sancto Babyl. c. Gentiles p. 730. et p. 740. ubi de regis cujusdam filio agitur,

qui, cum obſidis loco apud Decium eſſet, ab hoc Imperatore contra jus gentium occiſus ſit. Quum *Chryſoſtomus* infelicem illum hominem ſignificet tantum, non nominet, nec aliunde quidquam de ſeriore illo Abgaro conſtet, ſatis apparet, omnem illam conjecturam, quamvis ſpecioſe a *Triſtano* exornatam, infirmiſſimam eſſe.

DCXXXII. Ex *Gruteri* Inſcr. p. CLXIII. *Fleetwood.* p. 112. *Bonada* p. 189. *Trebellius, Pollio* in XXX Tyrannor. Vit. T. II. Script. Hiſt. Aug. p. 278. *Hunc eundem Aureolum Claudius, interfecto jam Gallieno, conſilio habito, apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli uuncupatur, atque illic, ut tyrannum, ſepulcro humiliore donavit. Extat etiam Epigramma graecum in hanc formam:*

*Donat ſepulcro victor poſt multa tyranni*
*Proelia jam felix Claudius Aureolum:*
*Munere perſequitur mortali, et jure ſuperſtes*
*Vivere quem vellet, ſi pateretur amor*
*Militis egregii, vitam qui jure negavit*
*Omnibus indignis et magis Aureolo.*
*Ille tamen clemens, qui corporis ultima ſervans,*
*Et pontem Aureoli dedicat et tumulum.*

*Hos ego verſus a quodam Grammatico translatos, ita poſui, ut fidem ſervarem; non quo melius non potuerint transferri, ſed ut fidelitas hiſtorica ſervaretur.* Ad hunc locum *Caſaubonus* graecos verſus, e lapide in agro Mediolanenſi reperto transſcriptos, edidit et illuſtravit. In latina verſione quaedam emendavit *Salmaſius*, quae nunc ſciens praetereo. Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. I. p. 244. Interfectus eſt Aureolus anno p. Chr. CCLXVIII. — V. 1. 2. excitavit *Triſtan.* in Comm. Hiſt. T. III. p. 182. — V. 3. γάρ. *Salm.* γ' ἄρ. *Caſaub.* An fuit:

τῷ γ' ἂν καὶ ζωήν.

ſubaudito ἐδίδων. *cui quidem vel vitam conceſſiſſem*, modo milites permiſiſſent. — V. 4. ἐπιῤῥήτοις legitur in marm. quod *Salmaſius* emendavit, hoc ſenſu: *Sed milites noluerunt, qui omnibus probroſis et infamibus tyrannis ſemper infeſti infenſique, Aureolum, injuſſu* Claudii, *interfecerunt*. ἐπίῤῥητον. αἰσχρόν. ἐπίψογον. ἐπίῤῥητος. ἐπὶ κακῷ λεγόμενος, ἐπ' αἰσχρότητι. *Heſych.* Rem confirmat *Zoſimus* L. I. 41. p. 54. Αὐρέολος – παραδοὺς ἑαυτόν, ὑπὸ τῶν περὶ τὸν βασιλέα στρατιωτῶν ἀναιρεῖται, τῇ διὰ τὴν ἀπόστασιν ἐχομένων ὀργῇ. — V. 5. κεῖνος. Claudius. και αιματος εςκατ. Marm. quod *Caſaubonus* ita emendavit, ut ap. *Brunckium* legitur: *corporis reliquiis juſtum honorem denegare reveritus.* Notandum ὀπίζων pro ὀπιζόμενος. — V. 6. στήσατο. *Fleetw.* Attigit hunc locum *Salmaſius* in Exercit. Plin. p. 31. E.

*DCXXXIII.* Vat. C. p. 442. Plan. p. 12. St. 22. W. „In quendam, qui matrem ſuam ſtupraverat. Male vulgo in lemmate legitur μητρυιάν.“ *Br.* Hoc emendavit *Huetius* p. 5. Male *Brodaeus*: *Qui ſuſtulerat novercam.* In membr. lemma eſt: Εἰς Πέρσην μητροφθόρον. cujus auctor ſpectabat fabulam de Perſarum cum matribus conjugio, unde liberos procreatos nobiliſſimos cenſeri tradit *Philo* de Spec. Legg. p. 778. Cf. *Briſſon.* de Regno Perſar. L. II. 155. ſq. p. 493. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* Prooem. p. 6. et *Interpp. Catulli* XC. — V. 1. θάπτε. Vat. — V. 2. γῇ πάντων μήτηρ μητροφθόρον Vat. quae mihi verborum collocatio vulgato ordine videtur elegantior.

*DCXXXIV.* Vat. C. p. 241. Plan. p. 206. St. 300. W. Androtion quidam ſibi et ſuis ſepulcrum exſtruxerat, cum votis, ut, ordine naturae ſervato, ſeniores priores in illud deſcendant. Sepulcrum loquitur. Vertit *Auſonius* in Epitaph. XXXVII.

*Me ſibi et uxori, et natis commune ſepulcrum*
*Conſtituit ſeras Carus ad exſequias.*
*Jamque diu monumenta vacant: ſitque iſta querela*
*Longior; et veniat ordine quisque ſuo,*
*Naſcendi qui lege datus; placidumque per aevum*
*Condatur, natu qui prior, ille prior.*

— V. 2. οὐδ' ἑνός. Vat. C. et ſic mallet *Dorvill.* ad *Charit.* p. 76. — V. 4. τοὺς προτέρους πρότερον ſuſpicabatur *Wetſten.* qui hoc Epigr. excitat ad Euang. Lucae XXIII. 53. p. 821. *Ovid.* I. Heroid. 101. Penelope de Telemacho: *Di, precor, hoc jubeant, ut, euntibus ordine fatis, Ille meos oculos comprimat, ille tuos.* *Statius* L. V. Sylv. I. 181. *Linquo equidem thalamos (ſalvo tamen ordine) moeſti, Quod prior exegi longa potiora ſenecta Tempora.* *Gregor. Theol.* Ep. LII. in *Murator.* Anecd. p. 49.

Σχέτλιός ἐστιν ὁ τύμβος· ἔγωγε μὲν οὔποτ' ἐώλπειν,
ὥς ῥα κατακρύψῃ τοὺς πυμάτους προτέρους·
αὐτὰρ ὁ Καισάριον, ἐρικυδέα υἷα τοκήων,
τῶν προτέρων πρότερον δέξατο· ποία δίκη;

*DCXXXV.* Vat. C. p. 254. Plan. p. 211. St. 307. W. In ſepulcrum, quod Maximus ſibi et Calepodiae conjugi exſtruxerat. — V. 1. τὴν σορόν. Non ſandapilam tantum ſignificat, verum etiam partem camarae ſepulcralis, qua arcae lapideae collocabantur. Vide *Leichium* in Nov. Emendatt. ad Muratori Inſcr. p. 65. — ¶. 286.] V. 3. „Poſt σύν τε diſtinctio ponenda erat, quod monuit Vir doct. ad Eurip. Suppl. p. 190. ubi audaciori conjectura ultimus hujus carminis verſus emendatus, cui leviorem admovi medicinam. Vulgo legitur: ὡς ἵνα τὴν στοργὴν κᾂν φθιμένοισιν ἔχῃ. Suadet *Marklandus*: ὦ ξένε, τὴν στοργὴν κᾂν φθιμένοισιν ἔχει.“ *Br.* In

membr. legitur: ὡς ἵνα τ. στ. κἂν φθιμένοισιν ἔχοις. Emendatio cl. Editoris parum elegantiae habet; illud κἂν φθιμένοισιν minime ſollicitandum. Fortaſſe fuit:

ὡς ἅμα τὴν στοργὴν κἂν φθιμένοισιν ἔχοι,

*ut amorem ſuum* i. e. *amatam ſibi conjugem etiam ap. inferos ſecum habeat.* *Apollonid.* Ep. XXVIII. ἄμφω δ', ὡς ἅμ' ἔναιον, ἐνὶ πλακὶ τυμβεύονται ξυνὸν ἀγαλλόμενοι καὶ τάφον ὡς θάλαμον. Add. 189.

*DCXXXVI.* Vat. C. p. 256. Plan. p. 55. St. 78. W. — V. 1. „κάτθανον. Sic Florent. et Aldus in edit. prima; in ſecunda πρεῦλαβον, quae lectionis varietas in nullo mihi Cod. animadverſa.“ *Br.* πρεῦλαβον fluxit ex Lectt. Aldinae pr. ubi Aldus hanc lectionem in Codice quodam a ſe repertam notavit. — Color eſt ut in verſſ. ap. *Plutarch.* T. II. p. 110. B. Νῦν ἄμμες, πρόσθ' ἄλλοι ἐθάλλεον, αὐτίκα δ' ἄλλοι, Ὧν ἄμμες γενεὰν οὐκέτ' ἐποψόμεθα.

DCXXXVII. Vat. C. p. 318. Plan. p. 210. St. 305. W. „Titulus vulgo ἀδέσποτον, οἱ δὲ Νέρωνος. Ultima haec in tribus Planudeae codd. non leguntur, in membranis ἄδηλον ἐπί τινι.“ *Br.* Prior certe horum verſuum diu ante Neronem proverbii vim obtinuit. *Sueton.* in Vit. Neron. c. 38. *Dicente quodam in ſermone convivii,* ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. *imo, inquit,* ἐμοῦ ζῶντος, *planeque ita fecit.* Eundem verſum Tiberio crebro in ore fuiſſe, tradit *Dio Caſſ.* L. LVIII. 23. p. 895. ubi vide *Fabricium,* qui eum Euripidei Siſyphi vel Bellerophontis eſſe putat. Ad eum reſpicit *Cicero* de Fin. III. 19. *quoniam illa vox inhumana et ſcelerata ducitur eorum, qui negant ſe recuſare, quo minus, ipſis mortuis, terrarum omnium deflagratio conſequatur; quod vulgari quodam verſu graeco pronuntiari ſolet.* Alterum verſum ſubjectum legimus

quoque in *Stobaei* Ecl. Phyſ. L. II. 7. T. III. p. 253. ſq. in loco ex Peripateticorum ſcriptis, *Ariſtotele* inprimis et *Theophraſto*, excerpto.

*DCXXXVIII.* Vat. C. p. 257. Plan. p. 212. St. 308. W. Auctor hujus diſtichi invertit Ep. *Simonidis* LXI.

Πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ κάκ' εἰπὼν
ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

Hominis egeni et valetudinarii eſſe puta, qui miſeram tamen et voluptatibus privatam vitam per longam annorum ſeriem produxerat.

*DCXXXIX.* Vat. C. p. 365. Plan. p. 100. St. 161. W. Hinc fortaſſe expreſſum Ep. *Palladae* CXL. ubi vide not. T. II. P. III. p. 264. — V. 1. σὺ omittit Vat. — *Spes et fortuna valete.* Formula paſſim obvia. vide *Burm.* ad Anth. Lat. T. II. p. 213. — παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ. *Seneca* in Anth. Lat. T. I. p. 417.

*Cura, labor, meritum, ſumti pro munere honores,*
*Ite, alias poſthac ſollicitate animas.*
*Me procul e terra Deus avocat.*

Ibid. T. II. p. 256. Nr. CCCXLIV.

*Effugi tumidam vitam. Spes, forma valete;*
*Nil mihi vobiscum eſt; alios deludite quaeſo.*

*DCXL.* Vat. C. p. 252. Plan. p. 222. St. 323. W. In Dionyſium, Tarſenſem, alterum Timonem. Optimum Epigramma. — V. 1. ἑξηκοντούσης. Vat.

*DCXLI.* Vat. C. p. 254. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 585. p. 79. ante eum *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 582. et inde *J. Pierſon.* ad *Moer.* p. 112. — V. 1.

„Pierſoni emendationem ult. diſtichi ſecutus ſum. At v. 1. φρουρῆς pro nomine appellativo accepiſſe videtur; eſt viri nomen, quod tamen depravatum non eſſe non contenderem.“ *Br.* *Reiskius* jungebat φρουρᾶς ἄξιον στέφανον, illud vocabulum pro ἐπιμελείᾳ, quamvis parum apte, poſitum exiſtimans: *cuſtodia dignam noſtrae pietatis coronam.* — V. 4. ἔτη ζῶ νυμφικῇ Vat. ἔτι jam reperio in Ap. Guy. et Ruhnk. In utriusque Apogr. marg. notatum, *ineptum eſſe et ſubditititum* hoc diſtichon. At ego ſincerum eſſe nullus dubito. Senſus optimus: *Vivo in decem liberis, mihi ſuperſtitibus, cum maritalem prolis egregiae vel foecunditatis fructum ceperim.*

¶. 287.] DCXLII. Vat. C. p. 257. Plan. p. 194. St. 283. W. *Reisk.* in Anth. nr. 589. p. 81. cum lemmate: Εἰς Σαβῖνον ἐν Κορίνθῳ θαύματος ἄξιον. Tenerrimi amicitiae ſenſus ſignificatio in hoc carmine ineſt. In quem Sabinum ſcriptum ſit, cum plurimi hujus nominis fuerint, inutile duco inquirere. — V. 2. ἁ λίθος ἁ μικρά. Vat. Plan. — μικρὴ τῆς μεγάλης φιλίης. *Theocrit.* Eid. XXVIII. 24. κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τῷ, ποτιδών σ'· ἦ μεγάλα χάρις Δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ. — V. 4. πίῃς ὕδατος. Vat. C. ſuperſcriptum πόματος. Adſcripſit *Salmaſius*: *Placet* ὕδατος, *et verſus rotunditas hoc poſtulat.* πόματος eſt in Plan. et ap. *Reisk.* Fons ſententiae fortaſſe *Homeri* Ιλ. χ. 389. Εἰ δὲ θανόντων περ καταλήθοντ' εἰν 'Αΐδαο, Αὐτὰρ ἐγὼ κἀκεῖθι φίλου μεμνήσομ' ἑταίρου. Ap. *Lucian.* Dial. Mort. X. cum Proteſilaus ſummum conjugis videndae deſiderium ſignificaſſet, Pluto, οὐκ ἔπιες, ait, ὦ Πρωτεσίλαε, τὸ Λήθης ὕδωρ. Ille reſpondet: Καὶ μάλα, ὦ δέσποτα, τὸ δὲ πρᾶγμα (amor in Laodamiam) ὑπέρογκον ἦν. Ex noſtro carmine fortaſſe expreſſum ſuaviſſimum, licet recentioris forte poëtae, Epigr. in Anth. Lat. IV. 187. T. II. p. 139. *Tu cave Lethaeo contingas ora liquore, Et cito venturi ſis memor, oro, viri. Te ſequar obſcurum per iter.*

*DCXLIII.* Vat. C. p. 305. Plan. p. 275. St. 398. W. „Inepte Planudes verſus hos retulit in Libri III. caput εἰς ποιητάς, homonymia deceptus. Vide Heſych. in σάρδιον. et Salmaſ. in Plin. p. 72.“ *Br.* Lemma in membr. Ἀδέσποτον. Εἰς Σοφοκλέα, οὐ τὸν τὰς τραγῳδίας γράψαντα, ἀλλά τινα ἄλλον. — V. 1. Ἄϊδος ἔςβην Vat. C. pro ἐςέβην procul dubio. — V. 2. „Vulgo εἰ δέ τι σαρδῴῳ, pro quo ſcripſi εἰςέτι σαρδῴου. Poſterius bene. Sed in membranis εἴδατι, quod omnino praeferendum, εἴδατι Σαρδῴου σελίνοιο. *eſu ſardoniae.*“ *Br.* In membr. eſt Σαρδῴῳ. Σαρδῴου emendavit *Anonym.* Bibl. Bodl. — Herba ſardoa, ſive *apiaſtrum venenatum, ſiquis comederit, nervos contrahit, rictu diducit ora, ut, qui mortem oppetunt, facie ridentium intereant.* Solin. c. IV. p. 13. E. Idem tradit *Heſych.* l. c. Cf. *Martin.* Lex. Phil. T. II. p. 545.

*DCXLIV.* Vat. C. p. 293. Edidit *L. Holſten.* ad *Steph. Byz.* v. Θαυμακία. p. 133. et *Berkel.* ad eund. *Reisk.* in Anth. nr. 751. p. 154. inter Jenſian. nr. 100. Epigramma optimae notae in Derxiam quendam Theſſalum, quem iter in Peloponneſum facientem latrones in ſylva adorti peremerant. — V. 2. Θαυμακίδαν. Vat. Jenſ. — V. 3. Μαλεαῖον. pro Μαλειαῖον, ni fallor. Sylva in promontorio Maleae. *Jenſ.* et *Berk.* Μαλεαῖνον. — V. 4. *Narra Thaumaciae civibus, te hic tumulum, Derxiae, Lamponis filio, aggeſtum vidiſſe.* Sic haec accipi poſſunt, et ſic fere *Reiskius.* Fortaſſe tamen poëta hoc dicere voluit: Dic, te vidiſſe tumulum, quem Lampo filio ſuo Derxiae in ſylva Maleaea aggeſſit. Pater ipſe, in Laconia forte cum filio verſatus, eum a latronibus interfectum ſepeliviſſe videtur. — V. 5. quaedam Apogr. Δέξια exhibent. Δέρξια. *Berkel.*

*DCXLV.* Vat. C. p. 282. Edidit *Reisk.* nr. 709. p. 137. inter Jenſ. nr. 59. Εἰς Νικάνδρου τινὸς τέκνα ὁμοῦ θανόντα. „Scriptum in Codice ἀοῖς, quod mutanti Sal-

maſio auſcultare non debebam; genitivi flexus eſt doricus.“ *Br.* In Apogr. Gothano perſpicue κοῦς ſcriptum, nec aliter in aliis apogr. quae mihi videre contigit. — V. 2. ἄνυσε. confecit, abſumſit. — Λύσιδίκας. Vat.

*DCXLVI.* Vat. C. p. 284. Εἰς Κλεόδικον, υἱὸν Νικασίδος. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 350. *Reisk.* in Anth. nr. 713. p. 139. inter ſenſ. nr. 63. — V. 1. σελάνας δρόμοι. Nondum tibi luna tres annos impleverat. Poſt tres annos peractos coma detondebatur pueris tertio Apaturiorum die, hinc κουρεῶτις appellato. *Proclus* in Timae. Plat. p. 27. ἡ δὲ τρίτη κουρεῶτις· ἐν ταύτῃ γὰρ τοὺς κούρους ἐνέγραφον εἰς τοὺς φράτορας τριετεῖς καὶ τετραετεῖς ὄντας. quem locum excitat *Schneiderus* ad *Nicandri* Alex. v. 417. p. 212. — ¶. 288.] V. 3. Κλεόδικε. Apogr. Pauw. In marg. Κλεύδικε. ut Membr. — „Orvillius non male σὰν dedit, licet Cod. praeferat σὴν. At v. 4. perperam εὐακτῷ pro αἰακτῷ, quod perſpicua praebet Codicis ſcriptura; ſed forte typothetae erratum eſt, ut v. 2. ἀνιεχεῦντο. In Cod. ſcriptum eſt στεφάνῳ. Salmaſius θανάτῳ repoſuit.“ *Br.* In Cod. perſpicue σὰν ſcriptum. In marg. ap. Guy. ἐπαιακτῷ vel ἐπ' αἰακτῷ notatur. Mox emendationem *Salmaſii* ἔβοα θανάτῳ pro ἔβοα στεφάνῳ, quae Cod. eſt lectio, *Cornel. de Pauw* in not. mſt. merito improbat, ipſe tamen reprehendendus in eo, quod membranarum lectionem de corollis interpretatur, quae puerorum puellarumque tumulis imponebantur. Tu lege emendatione longe certiſſima;

ἐπ' αἰακτῷ πόλλ' ἘΒΟΑΣΕ ΤΑΦΩι.

Hoc quomodo in ἔβόα στεφάνῳ abire potuerit, in oculos incurrit. Recte vero ἐβόασε. *Anacreon* Ep. LXXXI. πᾶσ' ἐπὶ πυρκαϊῆς ἤδ' ἐβόησε πόλις. *Anyte* Ep. XIX. πολλάκι

τῶδ' ὀλοφυδνὰ κόρας ἐπὶ σώματι Κλεινὼ Μάτηρ ὠκυμόρου παῖδ' ἔβδασε φίλαν. *Gregor. Theol.* Ep. LXXXIII. in *Murator.* Anecd. p. 81. ἄλλοι δ' αὖ βοῶσι παρ' ἠρίον. *Ariſtides* Oratt. T. I. p. 76. ed. *Jebb.* οὐ μὴν ἀρκέσει σιωπῇ θρηνεῖν, οὐδ' ὅσον βοῶντας τοὔνομα. — V. 5. καὶ γενέτας περι ἐπ' ἀγνώτῳ. Sic Vat. C. Lacunam *Salmaſius* inter deſcribendum impleviſſe videtur. Omnia enim apographa, quae ex Salmaſiano fluxerunt, Περίκλειτος exhibent. — V. 6. ἀνοστοτάταν, epitheton ab homine ad rem translatum, quo nihil apud poëtas frequentius. Ipſe Cleodicus cum tenebricoſas illas regiones adiiſſet, *unde negant redire quenquam*, ipſius flos, quem nemo hominum ſpectaturus erat, ἄνοστος vocatur. Fingit autem poëta, puerum, immatura aetate exſtinctum, in Plutonis regno ad plenum adoleſcentiae florem perventurum eſſe. Similiter in Anth. Lat. IV. 122. p. 81. in puerum ſtatim poſt partum a Proſerpina raptum:

*Haec rapuit, paucos ut cum tu adoleveris annos,*
*Inter delicias te beet illa ſuas.*
*Creſce puer, tu creſce infans, infantule creſce.*

Suave phantasma, quod tamen offendit *Reiskium*, qui ἀγνωστοτάταν temere poſuit. Jam audi eum, illud inventum ſuum explicantem: „ἥβη ἀγνωστοτάτη eſt puerulì in ſepulcro usque ad annos illos, in quibus, ſi vixiſſet, in pubertatem evaſiſſet, obhaeſio inter alios mortuos, quorum nemo meminit, nemo novit curatve reliquias.“

*DCXLVII.* Vat. C. p. 320. ſq. Edidit *Reiske* in Anth. nr. 677. p. 124. inter Jenſiana nr. 26. In Leucippum quendam, apiarium, qui lepores ſectando perierat. Elegans epigramma et antiquum. — V. 1. Νηϊάδες. *Goens*, qui hoc Epigr. edidit ad *Porphyr.* de Antro Nymph. Diſſ. II. p. XXIX. inter Nymphas et

apes neceſſitudinem quandam eſſe exiſtimat, quod illis melle ſacra ſolerent fieri. Dicendum potius, Nymphas haud ſecus ac Pana (vid. *Niciae* Ep. VI. *Diodor. Zon.* Ep. VI.) propterea, quod agreſtes ſunt deae omni operi ruſtico praefuiſſe. In apes igitur poteſtatem habent; quare, Ariſtaeo, mellificationis inventori, ob Eurydicen infeſtae, apes necaverunt. Cyrene ap. *Virgil.* Georg. IV. 532. *hinc miſerabile Nymphae, Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis, Exitium miſere apibus.* — ψυχρὰ βουκόλια. relicta et Leucippi morte afflicta; ſive, quod malim, *frigida rura*, quae paſtores per aeſtatem ſectari ſolent. Conf. inprimis *Virgil.* Georg. III. 324. ſqq. — V. 2. ὑπ' εἰαρ. λ. νισομένοις. Vat. C. Utrumque emendatum ap. *Jenſ.* et *Reisk.* — οἶμος εἰαρινή. agri vernantes et paſcua florentia, in quibus verſantur. — V. 3. ἀερσιποδεσσι λαγωοῖς. ἀερσίποδες ἵπποι paſſim occurrunt ap. *Homer.* Ιλ. γ. 327. ψ. 475. — V. 5. οἱ νομεῖν. *Reisk.* et *Goenſ.* In Ap. Voſſ. οἰκομέειν i. e. οἱ κομέειν, quod commendat *Pierſon.* ad *Moer.* p. 449. et *Schneider* in Peric. crit. p. 47. — In fin. vſ. apogr. Guy. et Ruhnk. vitioſe ἄχρις. in marg. ἄκρης. ὁ γείτων ἄκρης eſt montium et ſaltuum vicinus, ubi paſcua. *Corn. de Pauw* in not. mſt. Ἄκρης litera majuscula ſcribendum cenſebat, quod eſſet nomen urbis. — V. 6. παθοῦσι. Ap. Ruhnk. in marg. ποθοῦσι.

*DCXLVIII.* Vat. C. p. 324. *Reisk.* in Anth. nr. 777. p. 165. ex Jenſian. nr. 126. — V. 1. ληστῆος. Vat. *Reisk.* λησταῖον. margo ap. Guy.

*DCXLIX.* Vat. C. p. 241. Plan. p. 226. St. „Ultimum diſtichon a praecedentibus vulgo ſeparatur; ea in unum epigr. conjungit Cod. Jani Lascaris.“ *Br.* Sic in unum conjunctos hos verſus habuit *Marian. Acurſius* ad *Auſonium* Ep. XXXIV. nec aliter habetur in Ed. Flor. pr. In Aldina pr. autem ἀδέσποτον interpoſitum. In Vat. C. v. 5. 6. omittuntur l. c. ſed ſeparatim exhi-

bentur p. 253. cum lemmate: Εἴς τινα γυναῖκα σώφρονα καὶ μόνανδρον. Separata haec fuerunt jam *Auſonii* aetate, qui nonniſi duo priora diſticha vertit:

*Viginti atque novem genitrici Callicrateae*
*Nullius ſexus mors mihi viſa fuit.*
*Sed centum et quinque explevi bene meſſibus annos,*
*In tremulum baculo non ſubeunte manum.*

V. 2. οὐδενὸς οὐδὲ μιῆς. Vat. C: οὐδενὸς οὐδεμιῆς. Plan. — V. 4. σκήπωνι. Vat. Plan. Eadem diverſitas paſſim obſervatur. Vid. ad *Leonid. Tar.* X. T. I. P. II. p. 71. *Ariſto* Ep. III. Ἀμπελὶς ἡ φιλάκρητος ἐπὶ σκήπωνος ὁδηγοῦ Ἤδη τὸ σφαλερὸν γῆρας ἐρειδομένη. — V. 5. ἅδ' ἐγὼ ἁ. Vat. ἅδ' ἐγὼ ἡ. Plan. et vſ. ſq. ζώναν α. λυσαμένα. Vat. ζώναν α. λυσαμένη. Plan. — περίβωτος hoc loco in laudem accipiendum eſſe patet. V. *Thom. M.* v. διαβόητος. In malam partem plerumque reperiri notavit *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 65. — ὑπὸ πλακὶ τῇδε. *Apollonid.* Ep. XXVIII. ἄμφω δ' ὡς ἅμ' ἔναιον ὑπὸ πλακὶ τυμβεύονται. — μούνῳ. Haec laus paſſim in ſepulcralibus occurrit. Vide *Santen.* ad *Propert.* IV. El. XI. 36. p. 904. *Burm.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 127.

*DCL.* Vat. C. p. 253. Plan. p. 210. St. 306. W. In Amyntichum hortulanum et agricolam. — V. 3. πέπλον Vat. C. a pr. m. Superſcriptum γρ. πρέμνον, quod exhibet Planud. — V. 4. »Toup. in Addend. ad Theocrit. p. 406. legit κλήμασί σ' ἠγλάϊσε. Neceſſaria mihi non videtur pronominis additio, quod praecedenti verſu repetitur. Illud non habent codices, et eo minus reponendum, quod ſic frequenti recurſu ſibilantis literae verſus fieret aſperior.« *Br.* De verbi ἀγλαΐζειν vi transitiva vid. ad *Theocriti* Ep. I. T. I. P. II. p. 191.

¶. 289.] *DCLI.* Vat. C. p. 255. Εἰς Φρόντωνα, υἱὸν Παλίττης· εὑρέθη δὲ ἐν Κυζίκῳ· τὸν δὲ ποιήσαντα οὐ γινώσκω·

ἐγράφη δὲ καὶ τοῦτο ὁμοίως παρὰ τοῦ μακαρίτου Γρηγορίου, τοῦ Καμψι. ὅθεν αὐτὰ καὶ ὁ Κεφαλᾶς ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν ἔταξεν. Ex hac nota apparet, Conſtantinum Cephalam Anthologiam, quae ſub ejus nomine circumfertur, non ſolum ex *Meleagri*, *Stratonis*, *Philippi* et *Agathiae* Collectionibus, ſed etiam ex ſchedis *Gregorii* concinnaſſe. Habetur hoc Epigramma etiam in Plan. p. 211. St. 308. W. Juvenis Phronto, qui Jurisprudentiae operam dederat, in ipſo aetatis flore matri ereptus, vitae ſuae curſum enarrat. — V. 1. νηλεές, ὦ δαῖμον. Sic in inſcriptione mutila apud *Murator*. p. MDCCLXXVI. 3. quam fruſtra tentavit *Leichius* in Miſcell. Lipſ. Nov. T. I. p. 502. ſcriptum fuit νηλεέθυμε Χάρων, non ηλεο ου με, ut *Muratori* edidit. — τόδε φέγγος. eſt in Plan. καὶ φ. Vat. C. — V. 2. ἐτέων μέτρα. Vox μέτρον periphraſi inſervit. *Heſiod.* Ε. κ. Η. 436. βόε δ' ἐνναετήρω Ἥβης μέτρον ἔχοντε. *Homer.* Ιλ. λ. 225. αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον. Idem Οδ. ν. 101. ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται. — V. 5. ἤματι τῆλε. Vat. C. τῷδε ſuperſcriptum; quae peſſima emendatio obſtitit, quominus id, quod olim ſcriptum fuit, reperiretur. Saepe miratus ſum, neminem offendiſſe in verbis ἥ μ' ἔτεκ' ἤματι τῷδε, quae ſenſum non habent. Jam membranarum lectio: ΗΜΑΤΙ ΤΗΛΕ perſpicue docet, ſcriptum fuiſſe:

ἥ μ' ἔτεχ', ἩΜ' ἈΤΙΤΗΛΕ, καὶ ἣ πολὺ μείζονα πατρός — —

*Homer.* Ιλ. ω. 59. αὐτὰρ Ἀχιλλεύς ἐστι θεᾶς γόνος, ἣν ἐγὼ αὐτὴ Θρέψα τε καὶ ἀτίτηλα. — πολὺ μείζονα πατρός. Similiter *Sophocl.* Electr. v. 530. ἐπεὶ πατὴρ οὗτος σός, ὃν θρηνεῖς ἀεί, Τὴν σὴν ὅμαιμον μοῦνος Ἑλλήνων ἔτλη Θῦσαι θεοῖσιν, οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ Λύπης, ὅτ' ἔσπειρ', ὥσπερ ἡ τίκτουσ' ἐγώ. — V. 9. Juri et eloquentiae operam Phronto dederat, ἀφ' ἁγνῶν ἡγεμονήων, *ſub ductu proborum magiſtrorum.*

Sic haec accipi poſſunt. Fortaſſe tamen ἡγεμονῆες ἁγνοὶ ſunt *incorrupti judices*, coram quibus Phronto cauſas agebat. Sic certe *Grotius*:

> *Jamque apud eximias, et erat mihi dulce, Curules*
> *Vox aliquam juri noſtra ferebat opem.*

ἐπὶ, *coram*, illuſtravit *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* XVI. 93. p. 153. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 721. — V. 10. ἐμπρεπέειν. Vat. C. — ἀμφὶ δικασπολίαις. Vat. — V. 11. ἀλλά μοι eſt ex membr. Vulgo μευ. in antiq. edd. με. — γενείων Vat. a man. ſec. κούριον a man. pr. Mater mea me barbam ponentem non vidit. Cf. Ep. DCCLIV. *Statius* II. Sylv. I. 52. in mortem Glauciae pueri: *O ubi venturae ſpes non longinqua juventae, Atque genis optatus honos? jurataque multum Barba tibi? Cuncta in cineres gravis intulit hora.* Facit huc inprimis *Apollonidae* Ep. VIII.

> Ἡδὺ παρηϊάδων πρῶτον θέρος ἤματι τούτῳ
> κείρεο, καὶ γενύων ἠϊθέους ἕλικας,
> Γάϊε· σὸν δὲ πατὴρ χερὶ δέξεται εὐκτὸν Ἴουλον
> Λεύκιος, αὐξομένου πουλὺν ἐς ἠέλιον.

ubi de feſto primae barbae monuimus T. II. P. I. p. 357. — V. 12. ἡλικίη ἐρατή. Vat. ἡλικίῃ ἐρατῇ. Plan. — V. 13. οὐχ ὑμέναιον ἄεισε. Cf. Ep. DCCIII. DCCLIV. Jocaſta de Polynicis nuptiis in peregrina terra contractis ap. *Eurip.* Phoen. v. 346. Ἐγὼ δ' οὔτε σοὶ πυρὸς ἀνῆψα φῶς Νόμιμον ἐν γάμοις, Ὡς πρέπει ματρὶ μακαρίᾳ, ubi vide *Valcken.* hunc ritum illuſtrantem. *Muſaeus* v. 274.

> ἦν γάμος, ἀλλ' ἀχόρευτος· ἔην λέχος, ἀλλ' ἄτερ ὕμνων.
> οὐ ζυγίην Ἥρην τις ἐπευφήμησεν ἀοιδός·

οὐ δαΐδων ἤστραπτε σέλας θαλαμηπόλον εὐνήν·
οὐδὲ πολυσκάρθμῳ τις ἐπεσκίρτησε χορείῃ·
οὐχ ὑμέναιον ἄεισε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.

— V. 13. τεκον. ſic Vat. C. Superſcriptum τέκος. — V. 17. Φρόντωνος ἐπὶ φροντίσιν. Agnoſce luſum in vocibus ſimilis ſoni, qualia multa apud veteres, in propriis praeſertim nominibus, quae omen habere videbantur. Ap. *Aeſchylum* in Agam. v. 1089. Ἀγυιεῦ τ' Ἀπόλλων ἐμός. Ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον In eodem nomine ſimiliter luſit *Euripid.* in Phaëth. ap. *Macrob.* I. Sat. XVII. ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας. Ὅθεν σ' Ἀπόλλων ἐμφανῶν κλήσει βροτός. et *Ammian.* Ep. XXVII. Plura congeſſit *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. I. p. 370. et *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoen. v. 639. p. 242. Adde *Soph.* in Ajace v. 430. αἴ, αἴ, τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; Νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ Καὶ τρίς.

*DCLII.* Vat. C. p. 255. In Plan. p. 210. St. 306. W. a praecedente Epigrammate perperam ſejunctum, cum in eundem Phrontonem ſit compoſitum. — V. 1. εὔνασον δάκρυ. *Homer.* Od. Δ. 758. τῆς δ' εὔνησε γόον. — V. 2. Sic ſe conſolatur Merope Euripidea ap. *Plutarch.* T. II. p. 110. D. τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν, Οὐδ' ἀνδρὸς ἐστερήμεθ'· ἀλλὰ μυρίαι Τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν ὡς ἐγὼ βίον. — V. 4. ἡδύστην. plurimae edd. vett. — ¶. 290.] V. 6. εἰς κοινὸν Ἀΐδην. De Orco ſolemne. *Sophocl.* Aj. v. 1193. τὸν πολύκοινον Ἅιδαν. Idem in Electr. v. 136. ἐξ ἀΐδα Παγκοίνου λίμνας.

*DCLIII.* Vat. C. p. 455. ſine lemmate. In Plan. p. 54. St. 78. W. *Lucillio* tribuitur. Aganax quidam loquitur, qui, cum vitam miſeriarum plenam aliquamdiu perpeſſus eſſet, voluntaria ſe morte fortunae telis ſubtraxit. Elegans Epigramma. — V. 1. ἠμάξευσα.

Ducta imago de auriga: *provexi hanc vitam.* Aliud hujus metaphorae exemplum non ſuccurrit. Longe frequentior certe imago de navigatione petita, de qua diximus ad *Pallad.* Ep. CIV. T. II. P. III p. 249. — τριδύσηνος. Vat. τριδύστηνος. Plan. Pro ἀγάναξ in membr. ἄναξ habetur. Incertum, an *Planudes* deficientem ſyllabam recte ſuppleverit. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. ἀγήνωρ ſive ἀγάνωρ emendare conatus eſt. — V. 2. κἄβιοτον. Plan. κ' οὐ βίοτον Vat. Βίος ἀβίωτος paſſim ap. poëtas. Attigit *Valcken.* ad *Eurip.* Hipp. v. 821. et *Alberti* ad *Heſych.* T. I. p. 18 Qui forma ἀβίοτος uſus ſit praeterea pro ἀβίωτος, neminem novi. Sed ut εὐβίοτος, ſic etiam ἀβίοτος frequentari potuit. Similem licentiam VV. DD. obſervarunt in *Orphei* Λιθ. Υποθ. v. 65. ubi ἀκρόρεια eſt pro ἀκρώρεια. Ἰόνιον poëtae dicunt, quod vulgo Ἰώνιον eſt. — V. 3. ἔτι χρ. Vat. — ἤλασα. Epigr. DCLXXIII. ἐς γὰρ ἄκρον Μούσης τε καὶ ἥβης ἧκον ἐλάσσας. *Philoſtr.* Vit. Soph. I. p. 494. λέγεται δὲ ὁ Γοργίας ἐς ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν ἐλάσας ἔτη. — λὰξ πατήσας ζωήν. *Leonid. Tar.* Ep. LXXIX. ἀπὸ ζωὴν ὁ παλαιὸς Ὤσατο.

*DCLIV.* Vat. C. p. 367. Plan. p. 52. St. 75. W. In Cod. Medic. ap. *Bandin.* in Catal. p. 99. *Crinagorae* nomen adſcriptum. Color eſt, ut in loco vexato *Theocriti* Eid. XVIII. 29. πιείρᾳ μέγα λαῖον (ſic lege c. *Eichſtaedtio*) ἅτ' ἔδραμε κόσμος ἀρούρᾳ Ἢ κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος, Ὧδε καὶ ἁ ῥοδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος. quod expreſſit *Virgil.* V. Ecl. 32. *Vitis ut arboribus decori eſt, ut vitibus uvae, Ut gregibus tauri, ſegetes ut pinguibus arvis, Tu decus omne tuis.* — V. 1. πολυδένδρεος. Vat. C. — ἄστρα. *Liban.* Progym. T. IV. p. 959. στέφανος μὲν οὐρανῷ τὰ ἄστρα. — V. 2. τῇ πόλει. Vat. — χθὼν pro πόλις ap. poëtas non infrequens. Cf. *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Theſm. 115. *T. Hemſterh.* ad *Lucian.* in Judic. Vocal. p. 87.

*DCLV.* Vat. C. p. 254. Εἰς Κάσανδρον τὸν ὡραῖον ἐν Λαρίσσῃ κείμενον, μετεγράφη παρὰ Γρηγορίου τοῦ μακαρίτου διδασκάλου ἐξ αὐτοῦ τοῦ λάρνακος. Cf. ad Ep. DCLI. Plan. p. 192. St. 280. W. — V. 1. μή σύ γε. Poëta in Excerpt. Tragic. p. 923. θνητὰ χρὴ τὸν θνητόν, οὐκ ἀθάνατα τὸν θνητὸν φρονεῖν. quae *Mitſcherl.* comparavit ad Horatianum *Immortalia ne ſperes.* IV. Od. VII. 7. Opportunior eſt locus I. Od. IV. 15. *Vitae ſumma brevis ſpem nos vetat inchoare longam.* *Metrodorus* ap. *Stobae.* in Flor. XVII. p. 334. ed. *Schow.* Ἑτοιμάζονταί τινες διὰ βίου τὰ πρὸς τὸν βίον, οἷον βιωσόμενοι μετὰ τὸ λεγόμενον ζῆν, οὐ συνορῶντες, ὡς πᾶσιν ἡμῖν θανάσιμον ἐγκέχυται τὸ τῆς γενέσεως φάρμακον. Sic hic locus ſcribendus, revocato οἷον, quod praecedentes ſyllabae abſorpſerant. Similiter comparandi particula periit ap. *Heliodorum* L. IV. 4. p. 217. ed. Bip. τὸ βλέμμα ὅλον εἰς τὴν Χαρίκλειαν τείνας, ἅτε βέλος ἐπὶ σκοπὸν ἀφέρετο. *Oppian.* Hal. II. 535. διὰ γὰρ, βέλος ὥστε, θάλασσαν Ἵπτανται.

*DCLVI.* Vat. C. p. 254. Plan. p. 192. St. 280. W. „Hoc cum praecedente continuatur in membranis. Duo diverſa ſunt carmina, quae veriſimile eſt eodem cippo inſculpta fuiſſe." *Br.* — V. 1. τίς λίθος. *Ovid.* XIII. Met. 48. *Qui nunc, ut memorans, ſilveſtribus abditus antris Saxa movet gemitu.* Anth. Lat. T. II. p. 8. *Me deſolatum, me deſertum, ac ſpoliatum Clamarem, largis ſaxa movens lacrymis.* *Libanius* de Nicomedia terrae motu ſubverſa p. 207. B. νῦν ἔδει καὶ πέτραις δοθῆναι δάκρυα, καὶ ὄρνισι νοῦν εἰς συναυλίαν. — V. 3. νηλειής. Ep. DCLI. — V. 4. εἴκοσιν ἕξ. Vat. — ἡλικίην, ἔχοντα ſc. Sive potius accuſativus pendet ab omiſſo κατά, quae ellipſis in temporis notatione ſatis obvia.

¶. 291.] *DCLVII.* Vat. C. p. 253. Plan. p. 196. St. 285. W. — V. 1. δὶς δύ'. Flor. pr. Ald. 1. — ἀδελφούς. Ald. 2. — V. 2. γενεῆς. Vat. Plan. forma ionica et poëtica, quam ut clar. editor cum γενετῆς commutaret,

cauſa idonea non erat. — Comparavit hoc diſtichon *Burmannus* in Append. Anth. Lat. T. II. p. 683. cum Epigr. L. IV. 77.

*Una dies animo ſimiles vultuque gemellos,*
*Una tuo fecit funere diſſimiles.*

Simile quoque Epigr. in fratres L. IV. 2. p. 2.

*Urna brevis geminum quamvis tenet iſta cadaver,*
*Attamen in coelo ſpiritus unus adeſt.*
*Viximus unanimes Luciusque et Flavius: idem*
*Senſus, amor, ſtudium, vita duobus erat.*

DCLVIII. Vat. C. p. 315. ſq. Plan. p. 232. St. 336. W. Callicratea, ſanctiſſima mulier, ſe pro Zenone marito ultro morti obtulit. Hiſtoria ignota, nec, quis ille Zeno fuerit, conſtat. Eum conjugis devotione ex imminente vitae periculo ſervatum eſſe ex his ipſis verſibus colligi poteſt. Paulo diverſo ſenſu Pomptilla pro marito obiiſſe dicitur in Anth. Lat. T. II. p. 61. *Languentem triſtis dum flet Pomptilla maritum, Voluit pro vita conjugis ipſa mori. Protinus in placidam delabi viſa quietem Occidit.* — V. 1. Ἀλκιστις. Vat. C. Alceſtidis exemplum laudare ſolent poëtae, quam *dilecti fatis impenſam mariti* dicit *Claudian.* XXVI. 439. et XXIX. 12. *conſorte redemto Caſta maritali ſucceſſit Theſſala fato. Statius* III. Sylv. III. 192. *Ergo et Theſſalici conjux penſare mariti Funus, et immitem potuit Styga vincere ſupplex Thracius.* Idem L. V. 3. 271. in loco ſimillimo:

*Si chelyn Odryſiam pigro transmiſit Averno*
*Cauſa minor; ſi Theſſalidis Admetus in ulnis,*
*Si Stygia unda retro Phylaceïda rettulit umbram.*

Sic hic locus, qui vulgo inquinatiſſimus eſt, emendandus videbatur. νέη Ἄλκηστις quae veterem illam generoſa pro conjuge morte imitabatur. Vide ad *Meleagr.* Ep. VIII. T. I. P. I. p. 24. — V. 2. τὸν μοῦνον. Vide ad Ep. DCXLIX. 6. — „ἐνὶ στέρνοισιν ἐδέγμην. Sic Vat. membr. et optimus Planudeae Codd.“ *Br.* Vulgo ἐνὶ στέρνοις ἐδεδέγμην. Add. 139

*DCLIX.* Vat. C. p. 284. Plan. p. 221. St. 321. W. In puerum, immatura morte exſtinctum. — V. 1. „ἀλλιτάνευτε. Hoc praetuli e membranis; vulgo ἀλιτάνευτε. Conf. quae notavi ad Crinagorae Ep. XLII. In Planudea τίπτε τοιοῦτον. Cod. τοιοῦτο, male conjunctis vocabulis. τίπτε τοι Κάλλαισχρον οὕτω νήπιον ζωᾶς ὀρφάνισας.“ *Br.* ἄτροπε. *Themiſtius* Or. XXXII. p. 356. B. Μοῖραι καὶ τὰ ἄλυτα αὐτῶν καὶ ἀμετάστροφα νήματα. *Phurnutus* de Nat. Deor. c. XIII. de Parcis: Ἄτροπος δὲ ἡ τρίτη (ὠνόμασται) διὰ τὸ ἀτρέπτως ἔχειν τὰ κατ' αὐτὴν διατεταγμένα. *Maxim. Tyr.* XI. p. 199. τοῦτο χρῆμα ἡ εἱμαρμένη — ἄτρεπτον καὶ ἐπικεκλωσμένον. Μοῖραι ἀμετάτροποι ſunt ap. *Orpheum* Hymn. LVIII. — V. 2. ὀρφάνισας. Vat. — V. 3. ἐν δώμασι Φερσεφονείοις. Vat. „μὲν habet optimus Planudeae codd. quod etiam praebent membranae, in quibus περσεφονείοις.“ *Br.* Vulgo ἔσται μὲν — Φερσεφονείας. — V. 4. παίγνιον. Anthol. Lat. T. II. p. 81. Ep. CXXII. 13.

*Aſt, puto, non rapuit te mors, ſed filia magni*
*Cara Jovis, Stygio nupta puella Jovi.*
*Haec rapuit, paucos ut cum adoleveris annos*
*Inter delicias te beet illa ſuas.*

*Auſonius* Epitaph. Glauciae XXXIII.

*Sed neque functorum ſocius miſcebere vulgo:*
*Nec metues Stygios flebilis umbra lacus.*
*Verum aut Perſephonae Cinyreïus ibis Adonis,*
*Aut Jovis Elyſii tu catamitus eris.*

Plura hujus generis congeſſit *Burmannus* ad Anth. Lat. T. II. p. 221. ſqq. — οἶκοι. In Vat. C. a pr. man. οἴκει. In Inſcriptione ap. *Gruterum* p. MCXXXVII. 4. non legendum, ut ille putabat: καλλείψαντ' οἶκοι Δημητρείαν πολύδακρυν. ſed ſecundum ductus literarum in marmore: καλλεί·ψαντ' ἄλοχον Δ.

DCLX. Vat. C. p. 239. Εἰς Πατροφίλαν ἑταίραν Βυζαντίαν. Plan. p. 226. St. 329. W. *Pauli Silentiarii* ingenium refert; certe auctorem habet illius aetatis et diſciplinae. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in μύσαντος. T. II. p. 590. Idem in λαμυρόν. T. II. p. 415. v. 3. et 4. ſic profert mutilos: ἐσβέσθη δὲ τὰ φίλτρα καὶ κυλίκων αἱ λαμυραὶ προπόσεις. — ἀκμαία πρὸς ἔρωτα. *Diogen. Laërt.* V. 65. βαρὺ γὰρ φορτίον πατρὶ κόρη, διὰ σπάνιν προικὸς ἐκτρέχουσα τὸν ἀκμαῖον τῆς ἡλικίας καιρόν. παρθένοι γάμων ὡραῖαι eſt ap. *Herodot.* I. 93. 76. et inde crebro. Vide *Pierſon.* ad *Moer.* p. 426. Nihil inter ſe differunt locutiones, ἐν ὥρᾳ γάμων, ὡραία γάμων, ἐν ἀκμῇ γάμων et πρὸς γάμους ἀκμαία. Τὸ ὥριον τῆς ἀκμῆς junctim multi, interque eos *Heliodorus* in loco depravato L. X. 9. p. 350. ed. Bip. τῶν δὲ ἄλλων ἀγασθέντες, καὶ πλέον ὅτι κάλλος οὕτως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ τὸ ὥριον τῆς ἀκμῆς ἄθικτον ἐ γ ε ί ρ ε ι, καὶ ἔχειν ἀνεδείκνυτο σωφροσύνῃ πλέον τῇ ὥρᾳ κοσμούμενον. Ineptum illud ἐγείρει, quod leniſſima mutatione tollendum: καὶ τὸ ὥριον τῆς ἀκμῆς ἄθικτον ἐ τ ή ρ ε ι. *Xenoph. Epheſ.* L. II. 9. προσπίπτει τοῖς γόνασιν αὐτοῦ καὶ ἱκετεύει κατοικτεῖραι καὶ τηρῆσαι ἁγνήν. Ibid. L. V. p. 91. τὸν ἥλιον ἐπόμνυσι καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ θεούς, ἦ μὴν τηρήσειν γάμον ἁγνήν. ut vere hunc locum emendavit *Markland.* ad *Max. Tyr.* Diſſ. XXXV. 2. p. 167. ed. *Reisk. Schol. Apollon. Rhod.* L. I. 773. τῶν μὲν μιγῆναι αὐτῇ θελόντων, τῆς δὲ τὴν παρθενίαν τηρῆσαι. — V. 3. laudat *Suidas* in κωτίλη. T. II. p. 367. φίλτρα κωτίλα eſſe puto τὰ φίλτρα λαλίης, *gratae et jucundae loquacitatis illecebrae.* — V. 4. λαμυραὶ προπόσεις, *protervae.* Sic λαμυρὰ ὄμματα de protervis ap. *Meleagr.* Ep. L. LXXVI.

— V. 5. 6. excitat *Suidas* in Ἅιδης. T. I. p. 51. et in δυςκλινῆτε, T. I. p. 635. Ex hoc Epigr. *Burmannus* expreſſos putat verſus Anth. Lat. IV. CXXXIV. p. 87.

*Quae, dum vita fuit, Superos ipſumque Tonantem*
*Torſerat, inferno nunc movet arma Jovi.*

*DCLXI.* Vat. Cod. p. 313. Εἰς Ἀμαζονίδα τὴν θαυμασίαν γυναῖκα, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ἐν Θεσσαλονίκῃ. Plan. p. 231. St. 336. W. — V. 2. οὐδὲν ἔχω θρήνων ἄξιον. *Hyperides* ap *Stobae.* CXXIII. p. 616. 4. ὅμως δὲ χρὴ θαῤῥεῖν — καὶ μεμνῆσθαι μὴ μόνον τοῦ θανάτου τῶν τετελευτηκότων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἧς καταλελοίπασιν. οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαίνων μεγάλων πεποιήκασι. — V. 3. λῆγε γόων. *Propert.* IV. El. XI. 1 *Deſine, Paule, meum lacrymis urgere ſepulcrum.* *Statius* V. Sylv. I. 176. *Pars animae victura meae, cui linquere poſſem O utinam, quos dura mihi rapit Atropos annos! Parce precor, lacrymis, ſaevo nec concute planctu Pectora, nec crucia fugientem conjugis umbram.* — V. 4. μνήμων Vat. C. a pr m.

¶. 292.] *DCLXII.* Leguntur hi verſus ſubſcripti anaglypho pueri, equo inſidentis. Emendavit eos *Baſtritius* in Prolegg. ad Bellor. de Monim. Vet. Rom. in Theſ. Gron. T. XII. *Praef.* cujus lectiones ſequitur *Brunckius.* *Fabrett.* p. 193. *Bonada* II. p. 542. — V. 2. ἀποπτάμενον. Marm. — V. 4. δίσσης. *Fabr.* — σύνοδος, interlunium, pro menſis ſpatio paſſim obvium. Puer decem fuit menſium, cum obiret. Tam tenerae aetatis puerum equo inſidentem eſſe fictum, mireris fortaſſe; at pater eum uni Dioscurorum ſimilem repraeſentari voluit. — V. 5. „Non placet ἔφυσεν, quod ſic neutraliter uſurpari non ſolet; mallem οἷός περ ἔφυ ποτ' Ἴακχος.“ *Br.* — V. 6. In Anal. cl. Editor Ἀλκείδης edi-

derat. In Lect. p. 291. Ἀλκείδης correxit. Vide not. ad *Apollonid.* Ep. III. Similibus comparationibus utitur *Ariſtides* T. I. p. 79. 3. ed. *Jebb.*

*DCLXIII.* Vat. C. p. 254. Plan. p. 232. St. 337. W. „Lemma in membr. Εἰς Ἀμμίαν παρὰ Νικομάχου τοῦ γαμβροῦ καὶ τῆς θυγατρὸς Διώνης. εἰς Ἀδριανοὺς ἐν Φρυγίᾳ. Ultimis his verbis ſignificatur, ubi extiterit monumentum, cui inſculptum hoc epigr. ſed incomperti mihi ſunt Adriani in Phrygia." *Br.* Depravatum in lemmate urbis nomen fortaſſe in Ἀζανοὺς mutandum. — V. I. „Vulgo καταχθονίοις μετὰ δαίμοσιν. In duobus Planudeae Codd. δαίμονος, [ſic Flor. pr. Ald. 1. 2. 3. Aſc.] quorum in altero, qui fuit Ja. Lascaris, correctum καταχθονίης μετὰ δαίμονας. Scribere debuit καταχθονίους." *Br.* Etiam in Vat. C. καταχθονίοις μετὰ δαίμοσιν. quae lectio ob membran. auctoritatem et poëtarum uſum revocari debet. *Apollon.* Lex. Homer. p. 454. μετὰ ἀντὶ τῆς ἐν· ταῦτα δὲ καὶ μετὰ πᾶσιν ἀκούσεαι (Ιλ. ο. 96.) καὶ· μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥβη. (Ιλ. δ. 2.)

*DCLXIV.* Vat. C. p. 255. ſq. Εἰς πλουσιωτάτην γυναῖκα καὶ σώφρονα ἐν Μεγάροις. Plan. p. 232. St. 337. W. — V. 1. Pro κύδιστε *Ruhnkenius* in not. ad *Hermeſian.* 28. p. 290. κήδεστε corrigit. *Heſych.* κήδεστοι. φίλτατοι. φροντιστικώτατοι. ἀναγκαιότατοι. — V. 3. τίς εἶ, πόθεν. Vulgo. — V. 4. γενεῆς λ. Vat. „Membr. ἐν μεγάροις, ubi Planudea inepte ἐν Μερόποις." *Br.* Haec, quam *Planudes* probavit, lectio ſuperſcripta noſtrae in Vat. C. — V. 5. „πάντα οἱ. Sic omnino ſcribendum, non πάντα γάρ. ἦν ἰδέσθαι ἐν οἱ πάντα, ὅσσα φέρει βροτοῖσι κλέος." *Br.* γὰρ Vat. Plan. — V. 6. „Peſſime editum erat εὐγενίην ἐρατήν, tanquam ſi generis nobilitas eas animi et corporis dotes conferret, quae mulierem amabilem faciunt. De ionicis ſubſtantivis in υς dixi jam ſupra, de quibus videndi docti ad Heſychium interpretes v. ἀποδαστύς. Pleraque hujus ſormae nomina a lexicographis omiſſa." *Br.*

Vide eundem ad *Euripid.* Hippol. 228. et ad *Apollon. Rhod.* I. 515. — V. 7. „Scripſi δ' ἄρ. pro vitioſo γάρ. Particulae ratiocinativae hic locus non eſt.“ *Br.* οὐρανίους γάρ. Vat. — V. 8. σῶμ' ἀποδυσαμένη. *Gregor. Theol.* Ep. LXXXVI. in *Murat.* Anecd. p. 85.

ἥλατ' ἐπουρανίην εἰς ἄντυγα, ὡς ποθέεσκεν,
τρὶς μάκαρ ἐν νηῷ σῶμ' ἀποδυσαμένη.

Corpus animae, ut veſtimentum, circumdatum eſſe Platonicorum eſt ſententia. *Plato* in Gorgia p. 523. C. πολλοὶ ψυχὰς πονηρὰς ἔχοντες, ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματά τε καλὰ καὶ γένη καὶ πλούτους. — οἱ οὖν δικασταὶ ὑπό τε τούτων ἐκπλήττονται, καὶ ἅμα καὶ αὐτοὶ ἀμπεχόμενοι δικάζουσι, πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς αὐτῶν ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα καὶ ὅλον τὸ σῶμα προκεκαλυμμένοι. — ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον ἁπάντων τούτων. Huic phantasmati ſuperſtructus Dialogus *Luciani* T. II. p. 155. ed. Bip. *Artemidor.* Onir. IV. 32. ὥσπερ γὰρ αὐτῷ τὸ ἱμάτιον, οὕτω καὶ τῇ ψυχῇ αὐτὸ τὸ σῶμα περιέκειτο. *Porphyr.* de Antr. Nymph. p. 259. χιτών γε τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, ὃ ἠμφίεσται. Hoc involucrum anima deponens ἀποδύσασθαι, ἀπογυμνωθῆναι dicitur. *Maxim. Tyr.* Diſſ. XIII. 5. ἡ μὲν οὖν ἀγαθὴ ψυχὴ καὶ διαπεπονημένη καὶ ἠσκημένη ἀμελεῖ, καὶ ὡς τάχιστα ἐφίεται γυμνωθῆναι. ubi vide *Marklandum.* Cf. *Fragm. Plutarchi* ap. *Stobae.* CXIX. p. 603. 29.

*DCLXV.* Vat. Cod. p. 256. cum lemmate: Εἰς Νικόπολιν γυναῖκα Μαραθ. Εὑρέθη ἐν Θεσσαλονίκῃ. Plan. p. 233. St. 337. W. — V. 1. Μαραθῶνος vulgo. Noſtrum eſt in membranis. Pro viri nomine habuit clar. Editor, qui an alia hujus formae exempla in promptu habuerit, ignoro equidem. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. Μαραθὼν ἐςεθήκατο notavit; et *Ruhnken.* qui hoc diſtichon excitavit ad *Hermeſian.* Eleg. v. 43. p. 292. legit: Μαραθὼν ἀνεθήκατο, nihil tamen de emendatione

monens. Hoc et vulgatae et membranarum lectioni praeferendum. — V. 2. κομβρήσας. Sic praeter Vat. membr. habet etiam optimus Planudeae Codicum. Vulgo male ὀμβρίσας. Mallem non una ex cauſa δάκρυσιν ὀμβρήσας." *Br.* Raro in δάκρυον prima ſyllaba corripitur. ὀμβρήσας. *Apollonid.* Ep. XXX. πατρὸς δ' ὄμματα λυγρὰ κατομβρηθέντα γόοισιν Ὤλετο. — V. 3. τί γὰρ πλέον ἀνέρι κήδευς. Vir, conjuge defuncta, ſolus in terra relictus, nil habet praeter luctum, quod eum juvare poſſit.

¶. 293.] *DCLXVI.* Vat. Cod. p. 256. Plan. p. 242. St. 352. W. In Archiam venatorem, in ipſo aetatis flore exſtinctum. — V. 1. Λιθίν' ἀγώ. Vat. C. — V. 2. ἕστηκα στάλα μν. κυνηγεσίης. Plan. κυνηγεσίης. Vat. in reliquis dorismum ſervans. — V. 3. σῆμα. Vulgo. σημα. Vat. — V. 4. δίκτυ' ὑπὲρ σταλίκων. Haec optime explicat *Pollux* V. 31. στάλικες δὲ καὶ σχαλίδες καὶ σχαλιδώματα ξύλα ὀρθά, ἐξ ἄκρου διττά, ἱστάμενα μὲν κατὰ τῆς γῆς, τοῖς δὲ δίκροις ἀνέχοντα τοὺς τῶν δικτύων βρόχους τε καὶ περιδρόμους. — V. 6. εἰκοσέτης. Vulgo.

*DCLXVII.* Vat. Cod. p. 293. Plan. p. 242. St. 352. W. Optimae notae Epigramma, ut et praecedens. — V. 1. κόρων ὀβολόν. Vat. C. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 2. 3. κορωνόβλον. Aſcenſ. κορωνοβόλον fundae genus fuiſſe videtur, primitus in cornices inſtructae, unde nomen accepit. Deinde aliis quoque avium generibus petendis adhibitum, prima appellatione conſervata. Hoc in multis ejusmodi inſtrumentis uſu venit. Non igitur audiendus *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Dian. 2. p. 160. — λιμηρὸν ὄργανον. inſtrumentum, quo quis aegre famem depellit. *Theocrit.* Eid. X. 57. λιμηρὸν ἔρωτα appellat amorem, quo quis non ſatiatur, ſed, neglecto opere ruſtico, fame perit. — V. 2. χίνας. Vat. C. χῆνας. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 2. χέας Aſcenſ. κίχλας Ald. 3.

quod etiam in Schol. Wechel. notatum. Hoc ſequitur *Grotius*: *Quae necis in turdos machina certa fuit.* χένας legendum eſſe monuit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. — V. 3. παραστίχων δ. ὁ. οἷος ἐκεῖνος. Vat. „Vulgo legitur οἷος ἐκεῖνος ſine ſenſu.“ *Br.* ἐκείνας emendavit *Joſ. Scaliger* et *Salmaſius* in not. mſt. Vereor ut recte. Vitium potius in οἷος latere exiſtimem. Fortaſſe legendum et diſtinguendum:

> Εἶχε κορωνοβόλον, πενίης λιμηρὸν Ἀρίστων
> ὄργανον, ᾧ πτηνὰς ἠκροβόλιζε χένας.
> ἦκα παραστείχων δολίην ὁδὸν οἶδεν ἐκεῖνος
> ψεύσασθαι λοξοῖς ὄμμασι φερβομένας.

Idem in mentem veniſſe dixeris ſummo *Grotio*, qui ſic vertit:

> *Eſuriens arcum nil praeter habebat Ariſton,*
> *Quae necis in turdos machina certa fuit.*
> *Sic lento ſe ferre gradu ſic lima tuente*
> *Lumine paſcentes fallere* n o r a t *aves.*

V. 5. „τὸ δὲ οἱ. Stephani operae δὲ omiſerunt, quod Wechelianae curatori reponere nefas fuiſſet.“ *Br.* δὲ omiſſum in Aſcens., unde Stephaniana expreſſa. — ἤχον. Vat. C. Eleganter dictum ὀρφανὸς ἤχου. ſtrepitu caſſum, nullum amplius edens ſtrepitum. — V. 6. ἡ δ' ἄγρη. anſeres, olim Ariſtonis praeda.

*DCLXVIII* Vat. C. p. 254. Plan. p. 242. St. 353. W. In membr. lemma: Εἰς Μυρτάδα τὴν μέθυσον ἐν πίθῳ ταφεῖσαν. Vulgo mulieris nomen Μορτάδα ſcriptum. — V. 1. παρὰ ληνοῖς. Ex ipſo torculari muſtum petebat, ſimilis vinoſae illi Ampelidi ap. *Ariſtonem* Ep. III. quae λαθριδίη Βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἐπὶ ληνοῦ Πῶμα γλυκύ, κλο-

πίμην πλησαμένη κύλικα. Ejusdem defunctae tumulo impoſitus lacus, ſi recte ibi emendavimus:

Εὐτέρπη δ' ἐπὶ τύμβον ἀποφθιμένης θέτο σῆμα
ληνὸν, εὐοινηρῶν γείτονα θειλοπέδων.

ubi plura notavimus ejusdem generis T. II. P. II. p. 261. et ad *Leonid. Tar.* Ep. LXXXVII. T. I. P. II. p. 141. — V. 2. σπασαμένην. Vat. C. et Steph. Antiquiores edd. σπασσαμένην. — *Propertius* L. IV. El. V. 1. 2. *Terra tuum ſpinis obducat, lena, ſepulcrum, Et tua, quod non vis, ſentiat umbra ſitim.* — V. 3. μοι in Vat. a man. ſec. με a m. pr. — V. 4. σύμβολον εὐφροσύνης. *Macedon.* Ep. XXI. αὐτὰρ ἐμοὶ κρητὴρ μὲν ἔοι δέπας· ἄγχι δὲ ληνὸς Ἀντὶ πίθου, λιπαρῆς ἔνδιον εὐφροσύνης.

*DCLXIX.* Vat. Cod. p. 285. ἀδέσποτον. In Plan. p. 255. St. 369. W. *Athenodoro* tribuitur. „Ἐν πόντῳ σῷ δᾶμις. Non prava eſt haec lectio, ſed auctoritate caret. Male in Planudea p. 369. Σώδαμις. Vat. membr. Σώδαμος, et in lemmate, ἀδέσποτον εἰς Σώδαμον τὸν Κρῆτα. Reponendum itaque hoc nomen. V. 2. vulgo legitur δίκτυα, καὶ τὸ σὸν ἦν κεῖνο σύνηθες ὕδωρ, ubi deeſt pronomen relativum, quod ſenſus omnino requirit; at integritati ſuae reſtitui poterat hoc diſtichon multo minori mutatione, ſcribendo v. 1. ᾧ pro ὦ. Sic totum legendum eſt:

Ἐν πόντῳ Σώδαμος ὁ Κρὴς θάνεν, ᾧ, φίλε Νηρεῦ,
δίκτυα καὶ τὸ σὸν ἦν κεῖνο σύνηθες ὕδωρ."

*Br.* σῷ δᾶμις aſſumtum ex conjectura *Huetii* p. 24. *Munkerus* ad *Anton. Liberal.* Metam. c. XLI. p. 279. dativum deſiderans κείνῳ tentabat, longas vocales interdum ante conſonantes reperiri correptas affirmans. At poſt palmariam *Brunckii* emendationem ad hanc ſacram

anchoram confugere nihil opus. — Pro Νηρεῦ Vat. C. Νιρεῦ praebet. — V. 3. ἰχθυβολεῦς. Vat. C. ἰχθυβολεύς. Plan. Hoc cur immutatum ſit, non exputo. Tuetur formam ἰχθυβολεὺς *Heſychius*, *Callimach.* H. in Del. v. 15. *Leonidas Tar.* Ep. XCIII. et alii — V. 4. οὐδὲ διακρ. Vat. C. Mare dum tempeſtatibus furit, nihil discriminis ponit inter ea, quae infeſtat, et ne piſcatoribus quidem parcit.

¶. 294.] *DCLXX* Vat. C. p. 248. Plan. p. 246. St. 357. W. Naufragus, ne in cippo ei remos et roſtra pingant, deprecatur. — V. 1. ἐρετμὰ καὶ ἔμβολα. Talibus nautarum tumuli inſtrui ſolebant, ut omnino inſtrumenta artis, quam quis vivens exercuerat, tumulis affingebantur. — Caeterum parum eleganter poëta: τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ et αἰὲν ἐπὶ σποδιῇ. Fortaſſe tamen initium pentametri corruptelam traxit. — V. 3. ναυηγοῖο τὸ μν. Vulgo. Noſtrum eſt in membr. τί τῆς ἐνὶ κ. Plan. recte. Elegantiores ſic numeri. — V. 4. ἀνὰ μνῆσαι. Vat.

*DCLXXI* Vat. C. p. 293. Plan. p. 250. St. 363. W. In Theogenem quendam, cujus navem in Libyco mari gruum caterva, quae ſe in eam demiſerat, depreſſit. Hinc poëta omnem navigationem vitandam eſſe docet, cum in ſumma ſecuritate res maxime inopinata naufragio occaſionem dare poſſit. — De coturnicibus *Plinius* H. N. X. 33. p. 557. *Advolant et hae ſimili modo non ſine periculo navigantium, cum appropinquavere terris. Quippe velis ſaepe incidunt, et hoc ſemper noctu, merguntque navigia.* Idem L. XXXII. 6. p. 574. *Idem* (Trebius Niger) *loligines evolare ex aqua tradit, tanta multitudine, ut navigia demergant.* Haec loca *Schneidero* debeo V. Cl. — V. 1. ἀρνήσαιτο. Vat. C. — V. 4. νέφος γεράνων. *Antip. Sidon.* Ep. LXXVIII. πόλλ' ἐπιβωσάμενον γεράνων νέφος.

*DCLXXII.* Vat. C. p. 257. Plan. p. 253. St. 367. W.

*DCLXXIII.* Vat. C. p. 295. cum lemmate: Εἰς Ῥουφῖνον τὸν υἱὸν Αἰθερίου τὸν σοφώτατον· εὑρέθη δὲ ἐν Προύσῃ. Plan. p. 258. St. 372. W. In Cod. Jani Lascaris ap. Iriarten *Callimacho* tribuitur, cujus diſtichon praecedit in Planudea. — V. 1. νεότητος ἀπώρην. Mors mihi juventutis meae eripuit fructus. — V. 2. παππαίῳ. Vat. C. — V. 4. ἀγαθῆς. *Grotius* pro nomine matris habuit: *Filius Aetherii Rufinus nomine, matre Ex Agatha.* Tum ſcribendum, accentu retracto, Ἀγάθης. — V. 5. ἥβης ἄνθος. Vulgo. ἧκον membr. praebuerunt. — ἐλάσσας. vide Ep. DCLIII. Egregios in literis profectus feceram et ad florem juventutis perveneram; ſed fruſtra; Orco doctus, Orco floridus juventâ fui. — V. 8. Vulgo ζώων. Noſtrum e membr. aſſumtum. Nam certe aut patrem habes inter vivos aut filium.

*DCLXXIV.* Vat. C. p. 251. Plan. p. 262. St. 377. W. In ſponſum ſponſamque, in ipſis nuptiis cubiculi ruina oppreſſos. Hunc caſum cum multis ſimilibus comparavit *Hieronym. Magius* in Miſcell. L. III. 4. (*Gruter.* Theſaur. crit. T. II. p. 1368.) — V. 1. „οὐκ ἄρα τοῦτο. Hoc dedi e clariſſimi Reiskii emendatione, cujus ratio manifeſta eſt.“ *Br.* Vulgo αὖ, αἶ τ. nec aliter membranae Vat. Senſus Reiskianae emendationis manifeſtus eſt: Non haec, ut videri poſſit, ſumma eſt calamitas, ubi ſponſi ſponſaeve lugetur obitus; majus quiddam eſt, cum utrique lugendi ſunt. Non malus hic ſenſus; at mihi poëta hunc potius efficere voluiſſe videtur: Quamvis triſtiſſimum videri ſolet, ſi aut ſponſus aut ſponſa moriuntur, longe tamen iſtud infortunium ſuperatur illo, quo et ſponſus et ſponſa ſimul interemti ſunt. Hic ſenſus ut emergat, ſcribendum ſuſpicor, minima mutatione:

Ἦ δὴ τοῦτο κάκιστον, ὅταν κλαίωσι θανόντα
νυμφίον ἢ νύμφην· ἡνίκα δ' ἀμφοτέρους

Εὔπολιν ὡς ἀγαθήν τε Λυκαίνιον, ὧν ὑμέναιον
ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος,
οὐκ ἄλλῳ τόδε κῆδος ἰσόῤῥοπον.

Sic, ut nos, ſententiam per quatuor verſus continuavit *Grotius*, qui totum carmen ſic reddidit:

*Cum faciunt ſponſi vel ſponſae funera luctum,*
*Triſte, ſed haec pariter cum coiere mala,*
*Nunc velut Eupolidis foedus pulchraeque Lycaeni*
*Exſtinxit prima nocte cubile cadens,*
*Par tali nullus dolor eſt. tibi Nicia natus*
*Materia eſt luctus, Eudice nata tibi.*

Hunc ſententiarum nexum non impediri ſuperlativo κάκιστον, qui ingens quidem malum, ſed quo majus quoddam non excludatur, ſignificat, ſponte apparet. -- ¶. 295.] V. 3. „Vulgo γλυκέριον contra metrum. Planudeae optimus Cod. γλυκαίριον, vere membranae Λυκαίνιον.“ *Br.* ὑμέναιος ſupra correctum in Vat. C. — V. 4. ἔσβη ἐν πρ. Vat. C. — V. 5. „Vulgo inepte οὐ καλῶς τόδε κῆδος ἰσόῤῥοπον. In membr. οὐκ ἄλλος, unde recte ſcripſi οὐκ ἄλλῳ. — ᾧ σύ, i. e. ἐν ᾧ vel δι' ὅ. Male vulgo ὡς σύ. Membranae et Planudeae optimus ὡς ὁ μέν.“ *Br.* Optimam cl. editoris emendationem occupavit *Grotius*: *Par tali nullus dolor eſt.* — ἰσόῤῥοπον. i. e. ἴσον. *Euripid.* Suppl. v. 706. ἦν δ' ἀγὼν ἰσόῤῥοπος. *Max. Tyr.* Diſſ. IV. I. p. 48. φιλοσοφία δέ, ἐπειδὰν αὐτῆς εὐπορώτατα ἔχῃ, τότε μάλιστα ἐμπίμπλαται λόγων ἀντιστασίων καὶ ἰσοῤῥόπων. i. e. ἴσων. *de quibus in utramque partem ſtatui poſſe videtur.* Vera vocis ſignificatio et etymologia optime apparet ex *Luciani* Amor. §. 4. T. V. p. 260. ἐγὼ μὲν γὰρ ὁ πληγεὶς ἑκατέρῳ, καθάπερ ἀκριβὴς τρυτάνη ταῖς ἐπ' ἀμφότερα πλάστιγξιν, ἰσοῤῥόπως ταλαντεύομαι. Eodem ſenſu ἰσοστάσιος uſurpatur et ἀντιστάσιος. — In vſ. exitu ὡς ὁ μὲν Vat. Ed.

Ald. I. 2. 3. — V. 6. „Νῖκι. Sic omnino ſcribendum, quod ex eo patet, quod codd. omnes bonae notae habeant σὺ δ' ἔκλαυσας εὔδικε. Variant autem in priori nomine, quod in aliis νικία, in aliis νικίας. Inconcinna vulgata lectio νικία σὺ κλαύσας δ' εὔδικε." *Br.* Νικία σὺ δ' ἔκλ. Vat. Νικίας σὺ τ' ἔκλ. Ed. Flor. pr. Ald. I. 2. 3. Νικία σὺ κλ. Aſcenſ. et hinc Steph. Νῖκι legendum eſſe, jam *Joſ. Scaliger* notavit in not. mſt.

*DCLXXV.* Vat. C. p. 259. Plan. p. 286.ᵃ St. 414. W. — V. I. τὸ δ' ἔμπαλιν. Sic crebro in Epitaphiis. *Gruter.* Inſcr. p. DCXCV. *Marcia Meroë Mater infeliciſſima Filiis ſuis dulciſſimis fecit, quod vos decebat mihi feciſſe Matri Sic invida fata dederunt.* ut haec emendavit *Burmannus* ad Anthol. Lat. T. II. p. 166. ubi haec habentur Nr. CCXIX. in Aquilam, ſeptendecim annorum juvenem:

*Formoſus, frugi, doctus, pius, a patre moeſto*
*Accepit tumulos, qui dare debuerat.*

Ibidem Nr. CCXLVIII. p. 188.

*Quae mihi debebas ſupremae munera vitae,*
*Infelix ſolvo nunc tibi, nate, prior.*

Nr. CCLXXXVI. p. 220.

*Manlius hic ſitus eſt Montanus, raptus iniqua*
*Femineaque manu, inſperans incidit aetas.*
*Fas erat, ut potius natus pia funera nobis*
*Penderet, et dignos coleret manesque patresque,*
*Si fortuna pie ſervaſſet vota parentum.*

V. 2. ὀξύτερος. Celerior fuit fatorum invidia (ὁ βάσκανος δαίμων), quae eum eriperet, quam aequitas et juſtitia,

quae cum ſervaret. Sic *Gregor. Nazianz.* Epigramm. XXV. in *Murator.* Anecd. p. 25.

οὗτος, ὃν αἱ Χάριτες Μούσαις δόσαν, οἱ δ' Ὑμέναιοι
ἀμφὶ θύρας· ἦλθεν δ' ὁ φθόνος ὠκύτερος.

*DCLXXVI.* Vat. C. p. 233. Plan. p. 235. St. 341. W. Servus clementer et benigne a domino habitus ei gratias agit. Cf. *Dioscorid.* Ep. XXXV. — V. 1. πιστὸς ὑπάρχω. Servus domini benevolentiam laudans in Anth. Lat. T. II. p. 269. Nr. CCCLV. *Nec tamen – iſtas ſedes noſtra ſubit anima. Sed petat Aſſyrios, petat ille licebit Iberos, Per mare, per terras ſubſequitur dominum.* — V. 2. ὡς πάρος. Hoc quamvis bonum per ſe ſenſum faciat, facile tamen apparet, ſequentia paralytice pendere. Quare noli dubitare ſcriptum fuiſſe:

τῆς πάρος εὐνοίης οὐκ ἐπιληθόμενος.

Domini εὔνοιαν laudat ſerva ap. *Murator.* Theſ. p. MDCCXLIV. 6. ubi primi verſus ſic concipiendi:

Κλεινὸς ἐν ἀνθρώποις Δημήτριος, ὅς μ' ἔτι τυτθὴν
οὖσαν δουλοσύνης ἐξάγαγε στυγερῆς.

Partem veri viderat *Leichius* in Nov. Miſc. Lipſ. T. I. p. 499. — V. 3. „Male vulgo ὅς με τὸν – τότε. *tunc* cum vivebam, cui opponitur v. ſeq. νῦν." *Br.* τὸν habet quoque Vat. ἐπὶ σφαλές. Vat. — V. 4. καλύβη nove dictum pro *ſepulcro*; reſpectu habito, ni fallor, ad ſervorum καλύβας ſive *cellas*. — V. 5. Μάνην. Vulgare ſervorum nomen. ἀγγείλας. ad inſcriptionem in cippo referendum. — V. 6. χερίῃ. Vat. et edd. plurimae. χερίᾳ Flor. pr. Pro ὑμᾶς Ald. in Lectt. notavit ἄμμες. Male.

Senſus eſt: Tua ergo me benignitas et reliquos ſervos ad miniſterium tuum promtiores reddet.

*DCLXXVII.* Deſcripſit hoc Epigramma cl. Editor ex *Toupii* Epiſt. crit. p. 40. qui illud ex *Pocockii* Inſcriptt. Antiqq. habuit, non, ut ibi legitur, p. 107. ſed p. 2. Scriptum eſt in Caſſiodorum, qui, relicta conjuge et filiola, viginti quatuor annorum juvenis obierat. — V. 2. ΘΙΚΙ. ΡΩΝ ΔΑΚΡΥΘΕΝΤΑ *Pocock.* — V. 3. εὐνάς. *ſepulcrum.* Illuſtravit *Dorvill.* ad *Char.* p. 97. — ἀλαμπέας. Ep. ap. *Maffeum* in Muſ. Veron. p. LXI. 5. νηλειὴς δέ με δέκτο μυχὸς καὶ ἀλάμπετον οὖδας Ἀΐδεω. *Sophocl.* Oed. Colon. v. 1733. τὸ νερτέρων Εὔνυυν διαστὰν γῆς ἀλάμπετον βάθρον. — Ap. *Pocock* κειμαι ες . . . χιμηρους. — De praep. εἰς pro ἐν poſita vide *Fiſcher.* et *Kuinoel* ad *Welleri Gramm.* T. III. P. II. p. 155. — V. 4. ΕΙΚΟΣ Γ. ΕΣΣΑΡ. *Pocock.* — V. 5. ΑΠ . . . . ΔΗΣ ΝΟΤΣ. Σ. et in verſus exitu ΜΟΥΝΟΕΣΤΙ. *Pocock.* Priores voces optime reſtituit *Toupius*, comparans *Horat.* II. Od. XIII. 19. *vis improviſa leti.* Ep. ἀδεσπ. DCCXXXII. τὴν δὲ τοσαύτην Δαίμων ἀπροϊδὴς ἐσκέδασε φιλίην. ubi vide not. An in poſtrema voce auctoris manum aſſecutus ſit, minus certum videtur. Scripſerat autem ille non μουνογενῆ, quod *Brunckio* debetur, ſed μουνογόνην. *Oppian.* Hal. L. III. 488. κούρην μουνογόνην ἥρπαξεν ἀπ' Αἰτναίοιο πάγοιο. — V. 6. . ΗΠΑΧΟΝ et ΛΙΠΩ. *Pocock.*

*DCLXXVIII.* Vat. C. p. 215. „Mutilum eſt hoc carmen, quo non pertinet lemma, quod ei praefixum eſt in Buheriano Apographo: Εἰς Εὐριπίδην, ὅτι ἐκεραυνώθη ὁ τάφος Εὐριπίδου. Poſt illud lemma ſequi debebat epigramma, quod librarius omiſit.“ *Br.* Edidit *Reiskius*, graviter in auctorem hujus Epigrammatis invectus, in Anth. nr. 558. p. 71. cum lemmate: Εἰς Εὐριπίδην Θουκυδίδου τοῦ ἱστορικοῦ. Male. *Thucydidis* aliud fuit in Euripidem Epigramma (Anal. T. II. p. 236. Ed. Lipſ. T. I. p. 102.), quod in eadem Codicis pagina legitur.

Recte monuit cl. editor, noſtrum Epigramma nihil ad Euripidem pertinere; ſed quod idem exiſtimat, Epigramma in illum poëtam poſt lemma periiſſe, minus mihi videtur probabile. Lemmata illa a recentiore manu adſcripta, parum auctoritatis habent, et in corruptis praeſertim carminibus ſaepenumero eorum auctores, vanis conjecturis fulti, ea pro compertis poſuerunt, quae penitus incomperta habebant. In noſtro quidem Epigrammate, quod initio mutilum eſſe videtur, certe vehementer depravatum eſt, cum de corpore flammis conſumto agi animadvertiſſent, legerentque in proximo carmine, (*Bianor.* Ep. XIII.) Euripi tumulum Jovis fulgure percuſſum eſſe, hîc quoque eandem hiſtoriam explicari ſuſpicati ſunt. Quin fortaſſe jam ipſi Conſtantino Cephalae, Anthologiae Vaticanae concinnatori, idem error impoſuiſſe videri poſſit, cum ille hoc tetraſtichon aliis in Euripidem Epigrammatis inſeruerit. — V. 1. Membranae ſic exhibent: δαιδαλέοις πυρὸς ῥιπῆσι τρυφηλαὶ σάρκες. Eodem ordine Apogr. Guy. et Ruhnk. niſi quod ibi ῥυτιῆσι pro ῥιπῆσι legitur. In marg. propoſita correctio: δαιδαλέοισι πυρὸς σάρκες ῥοθίησι τρυφηλαί. In Apogr. Lipſ. δαιδαλέοισι πυρὸς σάρκες ῥιπαῖσι τρυφηλαί. quod *Reiskius* ſequitur, vertens: *Artificioſis ignis impetibus correpta caro mollicula et combuſta exhalavit humorem.* ῥιπῆσι πυρὸς, quod membr. habent, verum videtur. *Apollon. Rhod.* L. I. 1027. ὀξείῃ ἴκελοι ῥιπῇ πυρός. Idem L. III. 42. de Vulcani antro, ᾧ ἔνι πάντα Δαίδαλα χάλκευε ῥιπῇ πυρός. πυρὸς ὁρμῇ eodem ſenſu dixit *Homer.* Ιλ. Λ. 157. — Pro δαιδαλέοισι ſuſpiceris διψαλέαις. quod firmatur Rheſo v. 417. ubi Hector de militibus aëris inclementiae et aeſtui expoſitis agens: οἱ δ' ἐνθάδ' ὅπλοις, καὶ παρ' ἱππείοις ὄχοις Ψυχρὰν ἄησιν, δίψιόν τε πῦρ θεοῦ Μένουσι καρτεροῦντες. Jam vides de cadavere agi, quod aliquamdiu radiis ſolis expoſitum tabuerat, ita ut nihil praeter oſſa humari poſſet. Nec dubito, quin, una voce a fine verſus ad ejus caput revocato, legendum ſit:

Σάρκες διψαλέαισι πυρὸς ῥιπῇσι τρυφηλαί — —

Similis imago in Euripidis Medea v. 1188. αἷμα δ' ἐξ ἄκρου Ἔσταζε κρατὸς συμπεφυρμένον πυρί· Σάρκες δ' ἀπ' ὀστῶν, ὥςτε πεύκινον δάκρυ, Γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων ἀπέῤῥεον. — V. 2. νοτίην. humores, qui ſunt in corpore, ſanguinem. — ἀπαιθομένη. Vat. C. Ap. Lipſ. *Reiskius* mallet ἄπ' αἰθόμεναι. ut ſit ἄπωσαν. Puto fuiſſe:

ὦσαν ὑπαιθόμεναι.

*Sophocl.* Trach. v. 1210. Compoſitum ἀπωθεῖν quamvis frequentius occurrit, tamen ſimplex quoque ὠθεῖν in hoc contextu multis ſe exemplis tuetur. *Pancrates* Ep. II. ὀϊζυρὴν ὠσάμενος πενίην. *Paul. Silent.* Ep. XL. ὤσομεν ἀνδροφόνον φροντίδα ταῖς φιάλαις. *Soph.* Oed. Tyr. v. 1382. ὠθεῖν ἅπαντας τὸν ἀσεβῆ. quod plus ſemel per ὠθεῖν ἀπ' οἴκων expreſſit Tragicus. — ¶. 296.] V. 3. ὀστέα κωφά. *inutiles corporis reliquiae.*

DCLXXIX. Vat. C. p. 255. Εἴς τινα γέροντα διὰ πενίαν ζωὸν ἐν τάφῳ τεθέντα. ὢ τῆς ἀπανθρωπίας. Plan. p. 222. St. 323. W. Editum inter *Callimachi* Epigrammata nr. LXX. p. 331. ed. *Erneſti*, cum nota *Salmaſii*: *In Cod. Palat. dubium eſt, utrum ſit* Σιμωνίδου ἢ Καλλιμάχου. Hanc notam ad aliud quoddam carmen pertinere nullus equidem dubito. In Apogr. certe Gothano nullum nominis Callimachei Simonideive veſtigium apparet. Scriptum eſt in hominem ſenem et pauperem, qui fame periturus in foſſam deſcendens obiit. — V. 1. τετρυμμένος. Vat. C. male. Vide ad Ep. *Addaei* III. T. II. P. II. p. 231. — V. 3. „ὑπελθών. Sic omnino ſcribendum eſſe phraſis ipſa arguit; vulgo male ὑπήλυθον, quod a *Callimachi*, cui, neſcio quare, tribuitur hoc Epigramma, editoribus non fuit animadverſum.“ *Br.* Admiſſo participio rotundiorem evadere periodum non nego;

illud neceſſario admittendum eſſe, minus certum videtur. In Planudeae edd. in fine v. 3. . diſtinguitur, quo facto v. 4. ſenſum efficit ſatis bonum: *vix tandem tam miſerae vitae finem nactus ſum.* Melius tamen, leniſſima mutatione, cum praecedentibus jungetur ſic:

εὗρον δ' οἰζυροῦ τέρμα μόλις βιότου.

οἰζυρὸς pronuntiandum τρισυλλάβως, ut in Ep. *Leonid. Tar.* XVI. ὡς ἐξ οἰζυρῆς ἠπίστατο δωροδοκῆσαι. ſic enim ibi ex membr. ſcribendum, non ὡς ἀπ', quod auctoritate caret. Alia exempla vide ap. *Jo. Pierſon.* ad *Moer.* p. 276. Sic ſervatur Codd. lectio, qui omnes ὑπήλυθον habent, et elegantiores verſus numeri. Item ob numeros in *Gregorii Naz.* Ep. XXX. *Murat.* Anecd. p. 29. procul dubio ſcribendum:

καὶ μύθοιο δετὴρ περιώσιος· ἠνίδ' ἑταίρων
σῶν ἑνὸς, ὦ φιλότης, γράμμ' ἐπιτυμβίδιον.

ubi vulgo male diſtractis ſyllabis: ἦν· ἴδ' ἑταίρων. habetur. Noſtri autem Epigrammatis auctorem, ut v. 1. et 5., ſic *tertium* quoque *bucolicum* voluiſſe efficere, mihi perſuaſum habeo. — V. 6. ἔπειτ' ἔθαπτον. Vat. C. Supra ſcriptum γρ. ἐτάφην.

*DCLXXX.* Vat. C. p. 259. „Huic epitaphio in codice praefixus verſus alio pertinens Τετμενάνης ὅδε τύμβος ἐϋγλύπτοιο μετάλλου. unde ineptus librarius ridiculum lemma effinxit: ἀδέσποτον εἰς Τετμενάνης υἱὸν Ζηνόδοτον ἱππέα βασιλέων Μάρκου τε καὶ Ἀδριανοῦ. Mulierem Tetmenanen graeculo relinquimus; illi hîc nihil eſſe negotii recte vidit auctor notae in ora codicis ſcriptae: ὅτι τὸ Τετμενάνης τόπον σημαίνει, οὐχὶ δὲ τὴν μητέρα τοῦ κειμένου, ὡς δηλοῖ ἡ τοῦ Ἐπιγράμματος ἔννοια. Sed loci non magis quam mulieris nomen eſt; verſus eſt ſpurius

obelo configendus.“ *Br.* Edidit *Reiskius* hoc Epigramma in Anthol. nr. 592. p. 82. qui primum verſum ſic refingere conatus eſt:

Τίς μὲν ἂν ἧς, ὅδε τύμβος ἐϋγλύπτοιο μετάλλου — —

*Quicunque tandem fueris ſpectator, hunc tene tumulum, marmore ſcite ſculptum, herois magni exanimes occulere exuvias.* In Ap. Lipſ. ἐϋγλώττοιο μ. habetur. Suſpicatur *Reiskius*, Zenodotum, quem hoc Epigr. celebrat, eum eſſe ſive Zenodotum ſive Zenobium (Codices enim variant), cujus Adagiorum graecorum collectionem manibus terimus. Hunc enim Adriani imperatoris aevo vixiſſe conſtat. — V. 1. „In cod. Ἥρωος μεγάλου νέκυος. Vox τύμβος, quae hîc eſſe debet, quum eam jam videret librarius in ſuperiori addititio verſu, mutata eſt in νέκυος.“ *Br.* νέκυος κατὰ γαῖα. Apogr. Lipſ. *Reiskius* νέκυος κατὰ γυῖα edidit. Nec hujus, nec *Brunckii* ratio ſatis placet. Hic quidem hos verſiculos eleganter, ut omnia, conſtituit, ſed laeſa carminis integritate; *Reiskius* hanc quidem intactam reliquit, ſed v. 1. pro lubitu immutavit. Hunc verſum, qui in Cod. ſic exhibetur, τετμενένης δ τύμβος ἐϋγλύπτοιο μετάλλου, depravatum eſſe omnes vident; reſecandum eſſe, non perſuadet cl. editor. Membranae Vat. primas Epigrammatum voces ſaepenumero foede corruptas exhibent; qualibus plerumque ſuum ζητ. (ζήτει) adſcripſit librarius. Hanc notam, huic quoque verſui appoſitam, cum verbo initiali coaluiſſe ſuſpicor, totumque verſum ſic fere ſcriptum fuiſſe in cippo:

Μνῆμ᾽ ἀρετῆς ὅδε τύμβος ἐϋγλύπτοιο μετάλλου
ἥρωος μεγάλου, νέκυος κατὰ σῶμα καλύπτων
Ζηνοδότου.

*Hic cippus ex metallo bene ſculpto monimentum virtutis magni herois, cum tegat corpus defuncti Zenodoti.* μνῆμ' ἀρετῆς non improbabile videbitur. *Simonid.* Ep. XLVII. κάλλιστον δ' ἀρετῆς μνῆμ' ἔλιπον φθίμενοι. *Antipat. Sidon* Ep. C. ἀλλ' ἀρετᾶν μνᾶμ' ἀρετᾶς ἔλιπον. ſi recte ibi emendavimus. Ep. ἀδεσπ. CXLV. μνᾶμ' ἀρετᾶς ἀνέθηκε Ποσειδάωνι ἄνακτι Παυσανίας. Ep. DCCXXI. μνῆμ' ἀρετῆς, μοίρης τὸ τέλος. *Ariſtoteles* in Peplo nr. XV. μνῆμ' ἀρετῆς υἱοῦ τοῦ Νέστορος, Ἀντιλόχοιο. *Iſocrates* ad Philipp. p. 288. ταῦτα δὲ πράξας τὰς στήλας τὰς Ἡρακλέους καλουμένας ἐποιήσατο, τρόπαιον μὲν τῶν βαρβάρων, μνημεῖον δὲ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ καὶ τῶν κινδύνων *Phalarid.* Epiſt. XCVI. p. 276. Στησιχόρου μνημεῖον ἀρετῆς ἀθάνατον. — V. 2. ψυχὴ δὲ κατ' οὐρανόν. male *Reiskius* παρ' οὐρ — V. 3. in contextu omiſſus bis margini adſcriptus in Vat. Eum tamen praeterit Ap. Lipſ. et *Reisk* In fin. ἐφ' εὗρεν. Vat. Color ductus ex nobiliſſimo loco Apologiae Socratis in Opp. Platon. T. I. p. 40. E. εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον, καὶ ἀληθῆ ἐστι τὰ λεγόμενα, ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσι πάντες οἱ τεθνεῶτες, τί μεῖζον ἀγαθὸν τούτου εἴη, ὦ ἄνδρες δικασταί; — — ἢ Ὀρφεῖ συγγενέσθαι καὶ Μουσαίῳ καὶ Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ, ἐπὶ πόσῳ ἄν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν; — V. 4. βασιλῆος. Vat. C. βασιλήϊος legitur in marg. ap. Guy. et ap. *Reisk.* — V. 6. Σωκρ. Prudentiſſimi ſimul et jucundiſſimi Zenodoti ſermones fuiſſe ſignificantur. *Sermo* enim, *in quo Socratici maxime excellunt, lenis minimeque pertinax, ineſt* etiam *lepos in eo.* quae ſunt *Ciceronis* verba in Offic. L. I. 37, 10. — μίμημα. *Euripid.* Helen. v. 73 ὅσον μίμημ' ἔχεις Ἑλένης. Ion. v. 1429. Ἐριχθονίου γε τοῦ πάλαι μιμήματα *Xenoph. Epheſ.* L. I. p. 5. ἔτρεψαν δὲ τὰς ὄψεις ἐπ' αὐτὸν βοῶντες, ἀπὸ τῆς θέας ἐκπεπληγμένοι, καλὸς Ἁβροκόμης λέγοντες, καὶ οἷος οὐδὲ εἷς καλοῦ μίμημα θεοῦ. — V. 9. „In Cod. εὐγενέεσσι φίλοισι, καὶ ἄστει, καὶ πολιήταις quo nihil ineptius. *Cognatis, amicis, peregrinis, et civibus.*" *Br.* ἐγγενέεσσι emendavit

Ada 141

ib.

quoque *Reiskius*, in reliquis ſatius exiſtimans codicis auctoritatem ſequi, licet eum inepta verborum tautologia minime fugeret. Mihi in mentem venit ſcribere:

λιπὼν ἀπερείσιον ἄλγος
εὐγενέεσσι φίλοισι, καὶ ἄστεϊ χ' ἱππελάταισι.

*ingentem luctum relinquens nobilibus ſuis amicis et urbi et equitibus, quorum ille ordini adſcriptus erat.*

*DCLXXXI.* Vat. C. p. 314. Edidit *Reiskius* in Anth. nr. 781. p. 167. inter Jenſian. nr. 130. Soterichus quidam occurrit in Epiſtolis *Firmici* nr. XVII. (*Muratori* Anecdota p. 297.) qui floruit quinto poſt Chr. ſeculo. Hic Soterichus praefectus praetorio Orientis vel ſaltem ejusdem praefecti in Pontica Dioeceſi vicarius fuiſſe videtur. — V. 1. πληρώσας στρατιήν. cum militum meorum ſuppleviſſem numerum. — κεῖται in ap. Guy. quod in marg. correctum. — V. 4. τε πόνων. Vat. — V. 5. πότμον δρῶ φάος Ολύμπου. Vat. δρῶ de induſtria mutatum eſſe non puto. Verſum claudicantem leniſſima medicina reſtituit *Br.* Οὐλύμποιο ſcribens. *Reiskius* ὁρῶ φάος ἀγνὸν Ὀλύμπου ſcribendum cenſebat; quod nec ipſum ſpernendum.

*Lectt. p.* 302.] *DCLXXXI.* [b]. Ex *Gruteri* Inſcr. p. 1098. *Murator.* p. 379. et iterum in Supplem. T. I. p. 184. 4. *Fleetwood.* Syll. p. 146. Servatur haec Inſcriptio Neapoli in pavimento aedis Mariae Virginis et Jo. Evangeliſtae, teſte *Martorellio* in Theca Calamaria T. II. p. 524. ubi eadem profertur. Scriptum in Philippum, Macedonem, Conſulem Romanum, Antigoni patrem; an eundem, quem inter Arianos nobilem fuiſſe conſtat, dubitare licet. Vide *Tillemont. Hiſtoire des Empereurs. Conſtance* Art. XI. T. IV. p. 141. ed. *Brux.* Ad eum hanc Inſcriptionem retulit *Valeſius* ad *Ammian. Marc.* XIX. 12. p. 229. nixus loco *Sozo-*

*meni* L. III. 8. rectius explicato a *Rittero* in Proſopogr. Cod. Theodoſ. T. II. 2. p. 75.

¶. 297.] *DCLXXXII.* Vat. C. p. 297. Ἀδέσποτον. In Plan. p. 191. St. 278. W. item eſt ἀδέσποτον in Flor. pr. Ald. I. 2. 3. In Aſcenſ. Νικάρχου nomen inſcriptum, idque *Stephanus* ſequutus eſt. Scriptum in Dulcitium quem ſub Conſtantio Conſularem Aemiliae fuiſſe apparet ex Cod. Theodoſ. p. 56. Eundem, ni fallor, commemorat *Libanius* Epiſt. XXIV. p. 11. unde apparet, eum circa an. 358. periiſſe, quo anno Nicomedia terrae motu everſa eſt. Ibi *Wolfius* eum confudit cum Dulcitio, duce militari, quem *Ammianus* memorat XXVII. 8. p. 495. quique an. Chr. 368. adhuc in vivis erat. Vide inprimis *Godofredum* in Proſopogr. T. VI. P. II. p. 50. — V. 3. ἔλυσεν. Ep. DCCVII. τερπνὸν ἔλυσε βίον. In Epigr. citato ex Olympiodoro a *Bernardo* ad *Thom. Mag.* p. 204. ἤδη λυγρὸν ἔλυσα βίον, πολυκηδέα δεσμόν. — V. 4. σηκός. ſepulcrum ſepto cinctum. Illuſtrat *Valcken.* ad *Ammon.* p. 155.

*DCLXXXIII.* Vat. C. p. 313. „Lemma in Vat. C. ἐν Κορίνθῳ γέγραπται εἰς Ἀνδρέαν τινὰ ἐπὶ δικαιοσύνῃ μεγαλαυχούμενον. Vulgo male v. 2. κατὰ θυμόν. recte membr. θεσμόν. In eundem Andream Ep. DCLXXXIX. poſt hoc ſequi debuiſſet. Idem utriusque in membranis lemma" *Br.* Plan. p 192. St. 279. W. — V. 2. κατὰ θεσμὸν ſequitur *Grotius*, qui vertit: *Si pia gens hominum transacto tempore vitae Lege ſacra vivit.* — ἀνὰ στόμα. *Evenus* Ep. XIV. πάντων δ' Ἑλλήνων κεῖσομαι ἐν στόματι. ubi vide not. T. I. P. I. p. 327. *Ennius* ap. *Ciceron.* Tuſc Diſp. I. 15, 34. *nam volito vivu' per ora virûm.* *Gregor. Nazianz.* Ep. XXV. in *Murat.* Anecd. p. 25. οὗτος ὁ Καππαδόκαις πᾶσι διὰ στόματος. — V. 3. σὺ ζώεις, σὺ κάτθανες. Ductum fortaſſe ex Scolio celeberrimo *Calliſtrati* in Harmodium et Ariſtogitonem: φίλταθ'

Ἁρμόδι', οὔ τι που τέθνηκας· Νήσοις δ' ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι.

*DCLXXXIV.* Vat. C. p. 326. Plan. p. 194. St. 283. W. „In Theodoſium M. Imperatorem et Joannem Chryſoſtomum CPoli in Apoſtolorum aede conditos. Hujus enim Comanis defuncti in urbem translatae reliquiae et in illa depoſitae aede. Adſcriptum in membranis Ἐκ τῶν Ἐπιγραμμάτων τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου. Sed Gregorii eſſe non poteſt.“ *Br.* Vide ad Ep. DCLI. et DCLV. — V. 3. ἄντυγος. Vat. C. *Euſtath.* ad Ιλ. p. 483. 12. ἡ μεταφορὰ καὶ οὐρανοῦ ἄντυγα ἐγύρωσεν, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ ἐξ ἀντύγων οὐρανίων. *Gregor. Naz.* Ep. LXXXVI. ἦλατ' ἐπουρανίην εἰς ἄντυγα. — V. 4. μετόχου. Vat. ἀκηρασίου i. e. καθαροῦ. θείου. ἁγνοῦ. Vide *Heſych.* et *Toup.* Emend. in Suidam p. 20. Idem eſt ἄκρατος, quod cum καθαρὸς frequenter copulatur. Vide *Toup.* ad *Longin.* π. ΰ. p. 295. nec non ἀκραιφνής. ut ἀκραιφνὲς Ἡλιοδώρου κάλλος ap. *Heliodor.* L. III. p. 178. In loco *Themiſtii* Or. XIII. p. 168. D. ubi κάλλος ἄκρατον emendare conatus ſum T. III. P. I. p. 151. pro ἄγριον, fieri tamen poſſit, ut aliis magis arrideat ἅγιον. ut Orat. IV. p. 51. D. ubi imperatoriam Conſtantii pulchritudinem deſcribens, ἔνι δ' ἵμερος, ait, σωφροσύνης, ἐνατρεμεῖ δὲ ἀλήθεια, ἐγκατοικεῖ δὲ πρᾳότης, ἐναστράπτει δικαιοσύνη, πολλά τε ἄλλα ἰνδάλλεται κάλλη σεμνά τε καὶ ἅγια καὶ θεσπέσια.

*Lectt. p.* 304.] *DCLXXXIV.*[b] Habetur apud *Zonaram* T. II. p. 79. hinc in *Bandurii* Antiqq. CPolit. p. 179. Scriptum in Mauritii conjugem, Tiberii filiam, quae cum conjuge et quinque filiis a Phocae tyranni militibus trucidata eſt, anno poſt Chr. nat. DCII. Conſtantia appellabatur. *Georgius Monachus* in Vita Romani Lacapeni narrat, iſtius imperatoris aevo inventas fuiſſe in aede Sancti Mamantis tres urnas ſepulcrales, in quibus fama erat Mauricium imperatorem cum liberis humatum eſſe. Hiſtoriam de Phocae ſeditione cae-

deque Mauritii narrat *Theophyl Simoc.* L. VIII. 7. ſqq. Chronic. Paſch. p. 379. ſq. *Theophanes* Chronogr. p. 238. ſqq. *Zonaras* T. II L. XIV. p. 77. *Cedrenus* p. 399. De Mauritii familia conſule *DuCangium* in Famil. Byz. p. 106. ſqq. Latina hujus Epigrammatis verſio *Hieronymi Wolfii* inſerta legitur Anthol. Lat. IV. 65. T. II. p. 46.

*O ego mille modis regum miſeranda duorum*
*Mauritii conjux, filia Tiberii!*
*Edocui regina ſatis, foecundaque mater,*
*Quam ſint multorum commoda ſceptra ducum.*
*Militis infidi jaceo populique furore,*
*Et mecum conjux progeniesque jacet.*
*Nae miſerae Niobes ego ſum vitale cadaver.*
*Plurane Ciſſeïs, plura Iocaſta tulit?*
*Eſto: jure pater. Cur pignora parva necantur,*
*Humani prorſus neſcia turba doli?*
*Non jam, Roma, meis carpes a frondibus umbram.*
*Eruta Threïcio ſtirps aquilone jacet.*

— V. 3. ἡ πολύπαις, novem liberorum mater. — λοχίη *Bandur.* — V. 4. καὶ πολυκοιρανίη. Reſpicitur verſus πολυθρύλλητος *Homeri* Ιλ. Β. 204. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Indicare voluiſſe videtur poëta, Conſtantiae liberos, id quod in hac hominum conditione rarum, optimis moribus et omnino tales fuiſſe, qui homines ad principum amorem et reverentiam moverent. — V. 8. Niobe, quae viva obduruit, non felicior fui. ἔμπνοος νέκυς. quippe quae *fixa cacumine montis Liquitur* et in marmor mutata etiamnum *lacrymas manat* (*Ovid* Metam. VI. 311.), et λίθος περ ἐοῦσα θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει. *Homer.* Ιλ. Ω. 617. In talibus oxymoris veteres

ſibi placebant, nonnunquam usque ad vitium. Noti ſunt ἔμψυχοι τάφοι *Gorgiae Leontini*, quos vituperavit *Longinus* Π. Υ. c. III. ubi vide *Ruhnken.* p. 244. *Wakefield* ad *Lucret.* V. 991. — V. 9. ναί, καὶ τὸν γενέτην. Quid duplex illa aſſeveratio hoc loco valeat, me non intelligere fateor. Facile apparet, hanc tum demum locum habuiſſe, ſi verbum γενέτης proxime praeceſſiſſet. Num fuit:

εἰ καὶ τὸν γενέτην —

quod cum ellipſi dictum: *Quod ſi patrem liberorum meorum ſolum occidiſſent* — cauſam ſaltem hujus ſceleris afferre poterant; at quid infantes peccaſſe poterant, ab omni hominum malitia alieniſſimi? — V. 11. Ῥώμη, ἡ νέα ſcil. Cónſtantinopolis. — V. 12. Θρηϊκίοις. vehementibus et importunis ventis. Facile crediderim, etiam ad patriam Phocae reſpici, quem tamen an quisquam Thracem fuiſſe prodiderit, ignoro.

*DCLXXXV.* Plan. p. 195. St. 283. W. Hoc Chriſtiani hominis carmen ſcriptum eſt in Nicolaum, Patriarcham Alexandrinum, qui laudatur ob fortitudinem, qua adverſariis fidei chriſtianae et ipſis regibus reſtiterit, et ob inſignem, qua vitam inſtituerit, ſeveritatem. Quis ille fuerit Nicolaus quibusque factis hanc laudem meruerit, ignorare me fateor, nec nunc inquirere vacat. — V. 2. πατέρων εὐνομίη ad Concilium quoddam referendum videtur, quo Nicolaus, reliquis patribus accedentibus, haereticos impugnaverit. — V. 7. ποθέεσκεν. hoc beatae vitae praemium appetivit, dum viveret. — V. 8. πιέσας. *Heliodor.* T. II. p. 229. ἐπίεζε λιμῷ καὶ αἰκίαις. *Libanius* de miſera Chriſtianorum poſt Juliani mortem conditione T. I. p. 620. φιλοσόφων δ' ἀνδρῶν αἰκίζεται τὰ σώματα - καὶ πρόσεστιν αἰτία κλοπῆς, καὶ δεῖ γεγυμνωμένον μέσου θέρους ἐν μεσημβρίᾳ ταῖς ἀκτῖσι πιεζόμενον —

διδόναι, καὶ ἀναγκάζεται (ſic lege pro καταναγκάζεται) οὐχ ἵνα δῷ κ. τ. λ.

*DCLXXXVII.* Vat. C. p. 315. Plan. p. 195. St. 283. W. In Pytheam, neſcio quem. — V. 2. ψυχῆς ἀγλαὰ πάντα μένει. Hanc ſententiam perſequitur *Libanius* in Progymn. T. IV. p. 958. ed. *Reisk.* loco paſſim depravato: Ὁ δέ γε δίκαιος χαίρων μεθίσταται. καλῶν ἀποδημίαν τὴν καλήν· κήπους καὶ ἄνθη καὶ αὔρας ὀνειροπολῶν· καὶ ἀπελθόντος χαίρει τοὔνομα· καθάπερ Ἀριστείδου τοῦ Λυσιμάχου. Hic ſcribendum ſuſpicor: καλῶν ἀποδημίαν τὴν κατάλυσιν. et καὶ ἀπελθόντος διαμένει τοὔνομα. *Conſolatio* ad Liviam v. 265. *Facta ducis vivent, operoſaque gloria rerum. Haec manet: haec avidos effugit una rogos* — V. 3. ὡς ἔλαχες ἔμαθές τε. Vat. C. ὅσσ' a ſec. man. emendatum; idque conjectura aſſecutus eſt *Caſaubon.* in not. mſt. nam in Plan. quoque ὡς ἔλαχες habetur. Quaedam edd. antiqq. ὧν ἔλ. idque tuetur *Brodaeus.* At ὅσσα verum eſſe, apparet ex loco *Cratetis,* unde haec expreſſa ſunt: ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα καὶ μετὰ Μουσῶν Σέμν' ἐδάην. — V. 4. πυθέα. In marg. Wechel. ἴσως γραπτέον ποθέων. male.

*DCLXXXVIII.* Vat. C. p. 315. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 783. p. 167. inter Jenſiana nr. 132. — V. 1. σῶμα ἔλειπεν. Vat. λέλοιπεν habet Apogr. Ruhnk. In marg. Guy corrigitur σῶμ' ἀπέλειπεν. — V. 2. παρεκάτθεο. Vat. C. In Ap. Ruhnk. et Guy. παρεκάτθετο. nec aliter *Reiskius.*

*DCLXXXIX.* Vat. C. p. 313. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 672. p. 121. inter Jenſian. nr. 22. Cf. Epigr. DCLXXXIII. in eundem *Andream.* — V. 2. δικάσας. Vat. — Δανχοῖσι *Reiskius* in Δαύοισι mutavit. *Ruhnkenius* quoque in Epiſt. crit. p. 118. *Danaos* hoc loco Graeculi alicujus κακοζηλίᾳ deberi arbitratus Δάκοισι corrigit; ut Andreas Daciae et Illyrici Vicarius, vel ipſe praefectus praetorio Illyrici fuiſſe dicatur. Dacia,

poſt diviſionem orbis Romani a Conſtantino Magno inſtitutam, erat ſubdioeceſis praefecti praetorio Illyrici. Vide *Zoſim.* L. II. 33.

*DCXC.* Vat. C. p. 256. Εἰς Πατέριον, υἱὸν Μιλτιάδου καὶ Ἀττικῆς Ἀθηναῖον. *Reiskius* Anth. nr. 588. p. 80. In lemmate ſcripſit εἰς Παθέριον, quod nomen idem eſſe cum nomine *Paſchalis*, docuit ex *DuCangii* Gloſſ. Lat. Med. Aevi v. *Thia.* — V. 1. „Perperam in Cod. ſcriptum λιγύθυμον.“ *Br.* Sic *Reisk.* In marg. Ap. Guy. emendatum γλυκύθυμον. Lenior emendatio cl. editoris. — V. 2. βαρυτλήτου. ob filium ipſi in flore aetatis ereptum. Ap. Lipſ. βαρυπλήτου. quod *Reisk.* emendavit. — V. 4. ἀνακάσης. *Reisk.* ἅμα πάσης propoſuit, quod unicuique facile in mentem venerit. At ἀνάπας idem eſt quod σύμπας. — ἔμπλεον Α. θεσμῶν. legum Romanarum ſcientiae peritiſſimum. *Antip. Sidon.* Ep. XXXVII. οὐ λάλον, ἀλλὰ καλᾶς ἔμπλεον ἀσυχίας. — V. 5. τ' omittit Vat. C. Ap. *Guy. Rubnk. Reisk.* — πισύρων ἀρετῶν: *Omne, quod eſt honeſtum, id quatuor partium oritur ex aliqua. Aut enim in perſpicientia veri ſollertiaque verſatur: aut in hominum ſocietate tuenda, tribuendoque ſuum cuique et rerum contractarum fide: aut in animi excelſi atque invicti magnitudine ac robore: aut in omnium, quae fiunt, quaeque dicuntur, ordine et modo, in quo ineſt modeſtia et temperantia.* Cicero de Offic. I. 5. 2. quas *quatuor virtutes* ſerior aetas *cardinales* appellare ſolebat, cujus appellationis fontem indicavit *Salmaſ.* Exerc. Plin. p. 882. A. — V. 7. οἷάτε Vat. C. et omnia quae vidi apographa; nec aliter *Reisk.* ἀγχαόμορφον ἔρνος ἀήτης. Similia paſſim obvia. *Statius* II Sylv. I. 106. de puero immatura morte exſtincto: *Ille, velut primos exſpiraturus ad auſtros, Mollibus in pratis alte flos improbus exſtat.* Idem L. III. 3. 128. *Qualia pallentes declinant lilia culmos, Pubentesqua roſae primos moriuntur ad auſtros, Aut ubi verna novis exſpirat purpura pratis.*

¶. 299.] DCXCI. Edidit hanc Inſcriptionem arae ſepulcralis *G. Wheler.* in Itiner. p. 268. *Spon.* in Miſcell. Erud. Antiq. p. 149. *Fleetwood.* in Syll. p. 212. Iterum illam deſcripſit Philadelphiae ad Tmolum *Th. Smithius* ediditque in Notit. Septem Eccleſ. Aſiae p. 33. *Muratori* Theſaur. p. 1425. *Bonada* Anthol. T. II. p. 138. Illuſtravit eam Vir Doct. in Miſcell. Obſſ. T. IV. p. 350. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 503. — V. 1. Aquila conjugem Xanthippam hominum memoriae commendavit. βίοτος, ut βίος, de genere humano paſſim obvium. Ξαντίππην Marmor. quod lapidarii ignorantiae tribuendum. βίου. *Wheler.* et μνήμην. Hinc *Fleetwoodius* emendandum propoſuit: Ξαντίππης Α. μνήμην βιότου π. — Ἀκύλα etiam Ἀκύλας enuntiatur, et ſic fortaſſe in marmore ſcriptum eſſe debuit. Certe terminatio illa in α apud Graecos rariſſima. Vide *Bentlej.* Epiſt. ad *Millium* p. 78. ſqq. — παρεδώκην. *Whel.* — V. 2. βωμῷ. i. e. cippo funebri, in quo libationes et ſacra parentalia fiebant, docente *Fabretto* ad Inſcr. Antiqq. c. II. p. 107. ſq. Infra Ep. DCXCVIII. τάφον τὸν ὄντα πλησίον, βωμὸν θ' ἅμα Ἔτευξα κατὰ γῆς Κλαυδία, ἡ καὶ Δεχάς. Inſcript. ap. *Gruter.* p. DCCCVII. 10. τύμβον καὶ βωμὸν Μελεάγρῳ ἐνθάδ' ἔτευξαν . . . . υἱοὶ Δήμαγνος καὶ Κλεόνεικος. Interpoſita, ut mutilata et corrupta, praetermitto, licet haud ignorem, haec a *Grotio* in verſuum ſpeciem concinnata eſſe in Mantiſſa Tertia Anthol. Planud. T. III. p. 408. Anthol. Lat. L. IV. nr. CCCXIII. p. 232.

*Hic matris cineres ſola ſacravimus ara,*
*Quae genuit tellus, oſſa tegit tumulo.*

Ibid. nr. CCCXXXVII. p. 246. *Aſtorio meritam dicat hanc Octavius aram.* ubi *Burmannus* hunc morem fuſe illuſtrat. — τειμήσας. *Marmor.* — σεμνω ταυτην. *Whel.* — V. 3. παρθένον recte *Wheler.* Male *Smithius*, cujus in re-

liquis correctior eſt editio, παρθένος. παρθένον μίτρην jungendum eſſe monuit *Schrader.* ad *Muſae.* c. XX. παρθένος adjective poſitum eſt ap. *Aeſchyl.* Perſ. 617. παρθένος πηγή. *Eurip.* Hipp. 1006. παρθένος ψυχή. ubi vide *Valckenar.* p. 271. A. B. — ἧς ὀρίον *Whel.* — V. 4. ἔσκεν. nonnulli. — θάλαμοι *Smith. Murat* θαλάμῳ recte *Wheler.* Mire haec vertit *Muratorius*: *Cujus tempeſtivum florem habuit in medio quieſcentem thalamo.* ἡμιτελὴς θάλαμος paſſim occurrit, ubi de matrimonio immatura alterius conjugum morte ſoluto agitur, ad imitationem *Homeri* Ιλ. β. 701. ubi, omiſſis Grammaticorum argutiis, rem ſimpliciter expoſuit Ill. *Heynius* T. IV. p. 3‑5. Cf. *Diodori Sard.* Ep. IX. — V. 5. εἰκοσίους τ. βίωσ'. *Smith.* Prius habet etiam *Wheler.* qui pro altero βίου habet: *Dorvillius* exhibuit τρεῖς γὰρ ἐπ' εἰκοσίους τ. βιοῦσ' ἐνιαυτούς: V. D. in Miſc. Obſſ. l. c. τρεισὶν ἐπ' εἰκοσίους τ. βιοῦσ' ἐνιαυτοῖς. — V. 6. ἔθανεν. *Smith.* τους δε θανεν τουτου *Wheler.*

DCXCII. Protulit *Chishull.* in Itiner. p. 168. *Tollius* in Fortuit. p. 30‑. ſqq. Ex *Tollio* eandem edidit *Murator* in Theſ. p. 749. *Bonada* T. II. p. 516. emendatius *Dorvill.* in *Charit.* p. 523. et *Toup.* in Addend. ad Theocrit. p. 399. Hujus lectiones *Brunckius* exhibuit. Scriptum eſt in Theodotum, triginta annorum juvenem. V. 1. 2. iterum laudat *Dorvill.* ad *Charit.* p. 350. — ἄβδατος. βοᾶν in luctu ſolemne. Vide not. ad Ep. DXLVI. — V. 2. οἶμον ὀφειλομέναν. *calcanda ſemel via leti.* *Horat.* I. Od. XXVIII. 16. Cf. *Burmann.* ad *Propert.* p. 409. — V. 3. ἐπονδαισι et ἄσταν vitioſe *Murat.* reliqui recte. πουλὺ cum γεγαθότα licet conjungere et cum αἰάζει. Hoc alterum mihi quidem rectius videtur: Mater vehementer luget te ſacrificiis Deorum gaudentem prytanin. Ex hoc diſticho *Tollius* ſibi perſpexiſſe videbatur, Theodotum in prytaneo, die quodam feſto, cum Diis libatum eſſet, hilarius ſemet invitaſſe, verum

eadem nocte vita cum morte commutata, multo cum luctu matris inſigne mortalibus documentum dediſſe, unde intelligerent, omnia humana incerta eſſe. At haec conjectura nullo idoneo fundamento nititur. Prytanes ſacrificiis publicis intererant, quod eorum officium his verſibus circumſcribitur. Ut autem *gaudere*, *laetari* apud Latinos pro *uti*, ſive *verſari* in aliqua re uſurpatur, ſic γηθεῖν et χαίρειν apud Graecos pro χρῆσθαι. Vocabulum πρύτανις *Muratorium* movit, ut de cive Attico agi exiſtimaret; at in plerisque Graeciae civitatibus prytanea fuiſſe ſatis conſtat poſt obſervata *Caſaubon.* ad *Athen.* XV. c. 19. p. 993. Cf. *Spanhem.* de Veſta et Prytan. Graecor. p. 679. ſqq. in *Graevii* Theſ Antiqq. T. V. — V. 5. βοάσεται. i. e. κηρύσσει. ut alibi dicitur. — ἀϊδάλως. *Toll.* et *Mur.* ἀΐδαλος τύχα. obſcura et incerta. Pro *obſcuro* eſt ap. *Soph.* Ajac. v. 611. τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον ᾅδαν. *Heſych.* ἀΐδηλον. ἄδηλον. ἀφανές. — V. 6. οὐθέν. *Toll. Dorv. Mur.* — V. 7. σὺμ π. *Marmor.* quo nihil in antiquis Inſcriptt. frequentius. — „ὄφρ' ἂν ἀσάψω. marmor accurate intuenti facile apparebit οφρανεσαψω in eo ſcriptum, pro quo viri quidam alias doctiſſimi et oculatiſſimi οἴρανεσαιο legerant, atque *oerane tuo* in proſa et carmine verterant. Sed eundem et *Theudotum* et *Oeranum* appellatum fuiſſe, vix mihi quisquam perſuaſerit.“ Haec *Tollius. Dorvillius* ὄφρ' ἂν ἐφαψῶ ſcripſit, diſtinctione majore in verſus fine poſita: *Laetus cum patre agas, dum ad te perveniam, dum tecum conjungar.* Ejusmodi formulae paſſim in Sepulcralibus obviae. Ap. *Gruter.* p. DCCLXXXVI. 5. *ut ego poſſim dulcius et celerius ad eum pervenire.* et p. CCCLXXVI. 5. *mater rogat, quam primum ſe ducatis ad vos.* — *Brunckius* adhaeſit lectioni a *Toupio* propoſitae: ὄφρ' ἂν ἐς αἰῶ Σ. i. e. ἐς αἰῶνα. Lexicon Sangerm. ineditum: αἰῶ. τὸν αἰῶνα κατ' ἀποκοπὴν Αἰσχύλος εἶπεν. Hoc ſatis ſpecioſum; at me non ſatis intelligere fateor, quomodo haec enuntiatio cum

praecedentibus coëat: *Laetus cum patre degas, ut Soſtratus* (hoc patris nomen fuiſſe videtur) *in perpetuum magna laude inter defunctos fruatur.*

*DCXCIII.* Vitioſe edidit *Murator.* in Theſaur. T. III. p. 1321. Infeliciter hanc inſcriptionem tractavit *Leichius* in Nov. Miſc. Lipſ. T. I. p. 484. nondum hos verſus eſſe intelligens. Poſtea rem melius adminiſtravit in Curis ſecundis ad calcem Sepulcr. p. 43. Eandem exhibuit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 39. cujus veſtigia preſſit cl. Editor. Id agit hujus carminis auctor, ut deliria eſſe et poëtarum portenta doceat illa de inferis. *tricipitem illum Cerberum, Cocyti fremitum, transvectionem Acherontis — inexorabiles judices, Minoem et Rhadamanthum,* quae ſunt *Ciceronis* in Tuſc. I. 5, 10. Similiter Pythagoras ap. *Ovidium* XV. Metam. 153.

*O genus attonitum gelidae formidine mortis,*
*Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis,*
*Materiem vatum, falſique piacula mundi?*
*Corpora ſive rogus flamma, ſeu tabe vetuſtas*
*Abſtulerit, mala poſſe pati non ulla putetis.*

Cf. inprimis *Callimachi* Ep. LIII. ibique notata T. I. P. II. p. 305. — V. 1. τὸ ἐπιγρ. *Mur.* — V. 2. αμα σταθεις. *Mur.* vitio aperto, quo ſexcentae ap. *Muratorium* Inſcriptiones inquinantur. — ἀπι. *Mur.* — V. 3. ἔστι ἐν. et Κάρων *Mur.* — V. 4. οὐχὶ Κέρβερος κύων in marmore, quod lapidarii oſcitantiae tribuendum. Nihil his ſimilius verſibus *Lucretii* L. III. 1124.

*Cerberus et Furiae jam vero et lucis egeſtas,*
*Tartarus, horrificos eructans faucibus aeſtus:*
*Quei neque ſunt usquam, nec poſſunt eſſe profecto.*

— V. 6. τεφρα σε γεναμεν. *Mur.* τέφρα γεγέναμεν. *Leicb.* Omiſſum τε inſeruit *Dorvillius.* Diogenes ap. *Lucianum* Dial. Mort. I. 3. p. 131. Pulchris et fortibus, ait, nuntia: πάντα μία ἡμῖν κόνις, φασί, κρανία γυμνὰ τοῦ κάλλους. ſi vera ibi lectio. Tragicus in Excerpt. *Grotii* p. 623. ὁ γὰρ θανὼν τὸ μηδέν ἐστι καὶ σκιὰ κατὰ χθονός. *Horatius* IV. Od. VII. 15. *Nos, ubi decidimus, Quo pius Aeneas, quo dives Tullus et Ancus, Pulvis et umbra ſumus.* ubi vide cl. *Mitſcberl.* — V. 7. ειρηκαι οι ορθωσυταγε ωδοιγιορα μη και τεθνακω γαδολεσχος σοιφανω. *Mur.* εἴρη καὶ οἱ ὀρθῶς; *Leicbius,* hoc ſenſu: Quaeris, an idem et iis contingat, qui recte vixerint. Longe rectius *Dorvillii* acumen, quod *Br.* ſequitur, niſi quod γ' poſt τεθνηκὼς a *Dorvillio* additum omittit. — V. 8. ἀδόλεσχος. Color in duobus his verſibus, ut in Od. *Anacre.* IX. 35. ἔχεις ἅπαντ'· ἄπελθε· λαλιστέραν μ' ἔθηκας, Ἄνθρωπε, τῆς κορώνης.

¶. 300.] *DCXCIV.* Ex *Muratori* Theſ. p. 809. emendatum hoc Epigramma exhibuit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 105. Scriptum in Criſpinum, Ravennatem, ponticarum navium, dum viveret, praefectum. — V. 1. Ποντικῶν νεῶν. ejus procul dubio claſſis, quae Pontum Euxinum tuebatur, de qua vide *J. Lipſium* de Magnit. Urbis Rom. L. I. 5. — V. 2. Θξηρητμοις πτερυξιν ηγαιμενος. *Mur.* quod varie tentavit *Dorvill.* pro ultima voce ſcribendum cenſens ἐξηγαλμένος, aut ἦν ἠγαλμένος, aut denique, quod *Brunckius* recepit, ἐξηγαλμένων. Naves ſex remorum ordinibus inſtructae dici poterant ἐξηγαλμέναι ἐξηρέτμοις πτέρυξιν ſive ἐξ ἐρετμῶν πτέρυξιν, quod eodem redit. *Remos* autem cum *alis* fuiſſe comparatos, *Dorvillius* monuit l. c. poſt *Tb. Stanlejum* ad *Aeſcbyli* Agam. v. 52. Fons metaphorae *Homerus* Od. λ. 124. οὐδ' εὐήρε' ἐρετμά, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται. Fuſius haec explicuit *Potterus* ad *Lycopbr.* v. 25. p. 116. ſq. — V. 3. Κρισπῖνος. Criſpini nomen paſſim occurrit apud ſcriptores

ſeriorum temporum; nullum reperio, ad quem hoc Epigramma ſatis probabiliter referri poſſit. — V. 6. μή τιν' ἐνθήσῃς τάφῳ. Cavebant veteres, ne alieni in eorum ſepulcra inferrentur. Cf. not. ad Inſcript. Triopeam T. II. P. II. p. 379. — V. 7. παρανόμου τυμβωρύχου. *Dorvill.* — V. 8 *Et fiſco ſolvas denarios MM, et urbi denarios M.* vertit *Dorvillius.* Ejusmodi poenae paſſim ſtatuuntur in eos, qui defunctos turbaverint eorumque juſſis non auſcultaverint. Cf. *Muratori* Theſ. T. II. p. 668. 1. p. 816. 4. T. III. p. 1287. 7. p. 1309. 6. p. 1396. 6. p. 1426. 5. p. 1468. 3. p. 1665. 10. T. IV. p. 2052. 1. p. 2078. 6. Adde de ſepulcris ſingularibus et communibus agentem *Sertorium Orſatum* in Marmi Eruditi (Padova. 1719.) p. 271. ibique notas p. 357.

*DCXCV.* Edidit *Murator.* in Theſ. p. 1693. Emendavit *Hagenbuchius* in Diatriba de Graecis Theſauri Muratoriani Marmoribus quibusdam metricis p. 37. Iterum attigit in Epiſt. Epigr. p. 79. Duo priora diſticha excitavit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 29. tria ſequentia p. 250. *Bonada* T. I. p. 247. In Aquilinum, viginti annorum puerum. — V. 1. ἔτι χνοάοντος ἰούλου. Comparat *Hagenbuchius Apollon. Rhod.* L. II. 43. τοῖος ἔην Διὸς υἱὸς ἔτι χνοάοντας ἰούλους Ἀντέλλων. τοὺς ἰούλους ὡς χνοῦν ἀναφύοντας ἔχων. *Schol.* Idem L. II. 779. ἐμὲ δ' εὗρε νέον χνοάοντα ἰούλους. Inepte *Muratorius* ἰούλου de nomine proprio *Julii* accepit, ridicule vertens: *In prima pubertate adhuc juvenculum et vix lanugine adſperſum Julium invida fata ſuſtulere.* δευόμενον in γευόμενον mutatum voluit *Buberius*, quod intelligo ex *Hagenbuchii* Epiſt. Epigr. p. 79. qui vulgatam operoſe tuetur, male interpretatus *irrigatum*, i. e. impletum, repletum, copioſe, abundanter inſtructum, contra poëtae mentem. Cf. eundem p. 139. Vertendum: *lanugine adhuc carentem. Lucian.* Ep. XII. καὶ βωμὸν θυέων μήποτε δευόμενον. *Euripid.* Troad. v. 276. ἃ τερ-

τεβάμονος χερὶ δευομένα βάκτρου. *Homer.* Ιλ. χ. 492. δευόμενος δέ τ' ἄνεισι πάϊς ἐς πατρὸς ἑταίρους. *Heſych.* δευόμενος. δεόμενος. χρήζων. Cf. *Tollium* ad *Apollon. Sophiſt.* Lex. Homer. p. 220. Circumſcribitur igitur puer ἔτι ἄχνους, qualis deploratur in Anth. Lat. L. IV. 97. T. II. p. 66.

*Funere non aequo puer immaturus obivi,*
*Marmoreisque meis hic jaceo tumulis.*
*Non potui parvus puerilem implere juventam,*
*Nec veſtire meam flore novo faciem.*

et in Inſcriptione ſequioris aevi, quam ediderunt *Paſſionei* in Inſcriptt Cl. XIV. 17. et *Ignarra* Comment. de Palaeſtra Neapolit. p. 286.

Πατρίδος ἐκ Σμύρνης βροτοί μ' Εὐθηλέα καλέεσκον,
Εἵνεκ' ἐμῆς ὥρης καὶ μεγέθους ἐρατοῦ.
Ἀλλά με Μοῖρ' ὀλοή, πρὶν ἰούλοις πλῆσαι παρειάς,
Ἥρπασε πὰρ φιλίων, οὓς τοκέας ἐκάλουν.

Hic *Ruhnkenius* in Bibl. Crit. T. II. p. 86. v. 3. corrigit πλῆσα, quod neceſſarium non videtur, cum ſic tamen v. 1. vitium metricum in βροτοὶ relinquatur. Nec abſtinuerunt ſeriorum temporum verſificatores a licentia diphthongi ante conſonantem correptae. — V. 3. βάσκανε δαῖμον. Hoc multi de Plutone poſt *Erinnam* Ep. III. ubi vide not. T. I. P. I. p. 189. Addendum illis Epigramma a *Pocokio* editum in Inſcr. p. 30. quod ſic corrigendum videtur:

Ἄρτι γενειάζοντά μ' ὁ βάσκανος ἥρπασε δαίμων,
ὀκτωκαιδεκέτης ἔστιχον εἰς Ἀΐδην.
Μῆτερ ἐμή, θρήνων ἀποπαύεο, λῆξον ὀδυρμῶν
καὶ κοπετῶν· Ἀΐδης οἶκος ἅπασι μέγας.

Γάϊος καὶ Κλεοπάτρα Ἀντωνίῳ .... καὶ τεκνιδίῳ μνήμης χάριν.

— V. 4. ἐτέταμες. *Murat* vitio paſſim obvio. — ἐλπίδας ἐξέταμες. *Liban.* in Monodia T. I. p. 518. αὐτὸς δὲ ὁ τὰς νίκας ἀνῃρημένος τέθαπται, καλὰς καὶ γενναίας ἐλπίδας τῆς οἰκουμένης ἐκταμών. Simili metaphora *Heliodor.* L. IV. 19. p. 263. Χαρίκλεια μόνη παραψυχή, καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἄγκυρα· καὶ ταύτην ὑ π ε τ έ μ ε τ ο καὶ παρήνεγκεν ὅ τι ποτέ ἐστι τὸ εἰληχός με κλυδώνιον. Ibid. VI. 7. p. 99. καὶ ταύτην ὑποτέμνῃ τὴν παραμυθίαν. — V. 5. Ἀκυλείνῳ. *Murat.* His ſimillimus locus *Perſii* Sat. I. 36.

*nunc non cinis ille poëtae*
*Felix? non levior nunc cippus inprimit oſſa?*
*Laudant convivae: nunc non e manibus illis,*
*Nunc non e tumulo fortunataque favilla*
*Naſcentur violae?*

ubi *Caſaubonus*, comparato *Juvenale* Sat. VII. 208. *Dî, majorum umbris tenuem et ſine pondere terram, Spirantesque crocos, et in urna perpetuum ver.* veteres monuit ver perpetuum ſuorum tumulis optaſſe, indeque enata eorum commenta, qui ex Sanctorum tumulis lilia aut violas exiiſſe aut manna erupiſſe narrarunt. Eadem fere *Dorvillius*, qui appoſite laudavit Inſcript. ap. *Fabrettum* Cl. IV. p. 248.

*Hic jacet Optatus, pietatis nobilis infans,*
*Cui, precor, ut cineres lilia ſintque roſae.*

ubi vulgo habetur *ſint ia ſintque roſae.* Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 185. ſq. et infra Ep. DCCV. — V. 6. καί τε mallet *Dorvill.* — V. 7. ὅσσα. omnia florum genera, quae terra gignit apud Arabas et Indos, i. e. fragrantiſſima. De Glauciae rogo *Statius* II. Sylv. I. 157 *Quid ego exequias et prodiga flammis Dona loquar, moeſtoque ardentia funera luxu? Quod tibi purpu-*

*reo triſtis torus aggere crevit: Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi, Quodque Arabes Phariique, Palaeſtinique liquores Arſuram lavere comam.* Cf Eund. II. 6. 86. ſqq. L. V. 1. 210. ſqq. — V. 9: κεῖται. *Mur.* — V. 10. οὐχὶ γόων. *Plutarch.* T. II. p. 114. C. οὐδεὶς ἀγαθὸς ἄξιος θρήνων, ἀλλ' ὕμνων καὶ ἐπαίνων, οὐδὲ πένθους, ἀλλὰ μνήμης εὐκλεοῦς, οὐδὲ δακρύων ἐπωδύνων, ἀλλ' ἀπαρχῶν. Plura hujus generis collegimus ad *Simonid.* Fragm. XV. T. I. P. I. p. 213. — V. 11. εικος ετι. *Murat.* — θεῇ appellatur Parca propter immaturam pueri mortem. Sic *Statius* II. Sylv. I. 137. *Subitas inimica levavit Parca manus. – Non te forma movet? non te lacrymabilis aetas?* — V. 12. ἐν εὐσεβέων, χώρῳ ſcil. *in beatorum ſedibus.*

*Lect. p.* 303. *DCXCV.*[b] ] Edidit *Maffeus* in Muſeo Veronenſi p. 375. ſine lectionis diverſitate.

DCXCVI. Edidit *Murator.* in Theſaur. p. 1450. *Donius* p. 558. Tractavit *Hagenbuch.* in Diatriba de Inſcript. metr. p. 21. et in Epiſtolis Epigr. p. 441. *Leichius* in Miſc. Lipſ. Nov. T. I. p. 487. *Bonada* T. II. p. 118. Scriptum in Chelidonem ad aras Jovis miniſtram. — V. 1. Χελειδονα. *Marmor.* — V. 2. ἀθάνατον. *Murat. Don.* et ΓΡΙΙ ΥΝ. unde *Leichius* fecit: σπένδειν ἀθανάτων γῆρυν ἐπισταμένην. *quae in aris Deorum libare vocem gnara erat.* quibus verbis ad Chelidonidis nomen, quo hirundo ſignificatur, alludi putabat. Perperam. Nihil certius, quam cum *Hagenbuchio* γερῶν legendum eſſe, id quod confirmat ejusdem Marmoris titulus latinus: *Dis Manibus Chelidonis Sa. I.* (i. e. Sacerdotis Jovis) *Floria Chelidon vixit annis* LXXV. Appoſite *Hagenbuchius* comparavit Epigr. *Callimachi* XLV. Ἱερέη Δήμητρος ἐγώ ποτε, καὶ πάλιν Καβείρων, Ὦνερ, καὶ μετέπειτα Δινδυμήνης. Ἡ γρηῦς γενόμην. Huic emendationi, quae etiam *Weſſelingio* in mentem venerat, ipſe *Leichius* calculum adjecit in Cur. Secundis ad Graec. Murat. Inſcriptt. p. 44. ſq. ita ta-

men, ut γρῆϋν *lac* verti mallet cum *Weſſelingio*, quam *anum*; quae opinio parum abfuit quin ipſi *Hagenbuchio* fucum faceret in Epiſt. Epigr. p. 443. — V. 3. ἀστο-νακτον. *Mur.* ἀστονάχητον. *Don.* *Leichius* ἀστοναχθον, *lugentibus omnibus*, ut ipſe vertit. Illa autem ἀστονάχητος, i. e. nullo gemitu edito, annis ſatiata ſcilicet et tranquilli animi mulier, ad inferos deſcendit. — In fine verſ. ουταραμαχχρος *Mur.* unde *Leichius* οὐδ' ἄρα μάκρες, pro μάκαρες. infeliciter. *Donius* ουγαρα μαυρως. i. e. οὐ γὰρ ἀμαυρῶς. quod praeclare vidit *Hagenbuchius.* — V. 4. δημονες. *Mur. Don.* Hoc in δαίμονες mutandum eſſe neminem fugere poterat. Senſus optimus: Dii non hebetibus oculis, ſed acribus, meam pietatem viderunt. i. e. Dii me ob pietatem meam et probe foecunda et longaeva ſenectute donaverunt. Sic loquutus eſt *Diotimus* Ep. II. de viro pio et juſto: οὐ γὰρ ἀφαυρῶς Ἐκ Διὸς ἰθείης οἶδε τάλαντα Δίκης. Idem eſt ἀμυδρὸν βλέπειν. *Aelian.* H. V. L. VI. 12. διαφθαρῆναι τὰς ὄψεις, ὡς ἀμυδρὸν βλέπειν. Apud *Themiſtium* Or. XIII. p. 177. C. hodie legitur: ταῦτο γοῦν τὸ πέλαγος σὺ μὲν ἄλλοθέν που καθήμενος λέγεις, ἐν χώρῳ ἀπῳκισμένῳ τῆς ἡμετέρας ἐνόψεως· ἐμοὶ δέ, ἅτε σμικρῷ ὄντε τὼ ὀφθαλμώ, τοῦ πελάγους τέως ἐκείνου οὐκ ἐφικνεῖσθον. Hîc primum legendum ſuſpicor: ἄλλοθέν που μεμαθηκώς, *tu aliunde diſcens dicis, cum mihi ipſi videre contigerit.* deinde certa, ni fallor, emendatione: ἅτε ἀμυδρὼ ὄντε τὼ ὀφθαλμώ.

¶. 301.] *DCXCVII.* Edidit *Murator.* in Theſaur. p. 1736. Illuſtravit *Hagenbuchius* in Diatriba p. 33. *Leichius* in Nov. Miſc. Lipſ. T. I. p. 498. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 446. *Bonada* T. II. p. 127. *Vitus M. de Amico* Catana Illuſtr. Vol. III. L. X. p. 259 et ex eo in nova Collectione Inſcript. Siciliae (Panorm. 1769.) p. 141. XL. Scriptum in Rhodogunen, Libanii conjugem, lapidis jactu interfectam. — V. 1. παροδεῖτα. *Marm.* deinde poſt lacunam . . . . ρικλειτης. Hoc in πε-

φικλειτῆς mutandum eſſe vidit *Leichius*. *Theocrit.* Eid. XVII. 34. περικλειτὰ Βερενίκα. — V. 2. οσιω λασσι λεινος. *Murat.* qui ridicule vertit: *quam occidit impie Linus maritus.* δεινὸς recte emendavit *Leichius*, lacuna relicta pro λάσσι, quod diſerte in Lapide ſcriptum. — V. 3. καὶ ταρχυστα βιανιος. *Murat.* ταρευσαβιανιος. *Coll. Inſcr. Sicil.* τάρχευσ' Ἀβιάνιος. *Leich.* τάρχυσε Λιβάνιος. *Hagenb.* cui emendationi obviam it *Dorvillius* qui verſus modulum ei favere negat. Certe *Libanii* nomen antepenultimam corripit ſecundum etymologiam a λίβανος. Ep. *Leont.* X. in Libaniam pantomimam: Οὔνομ' ἔχεις Λιβάνου. Fatendum tamen, ſeriores poëtas in nominibus praeſertim polyſyllabis non tam religioſos fuiſſe. *Buberius* tuebatur nomen Ἀβιάνιος, quo ſervato τάρχυσ' legendum, deleto ε, quod prava lapidarii ſedulitas addidit fortaſſe. Cf. *Hagenb.* in Epiſt. Epigr. p. 72. ſqq. — τάρχυσε Βιάνιος dedit *Dorvillius.* — V. 4. βαιην στηλη τηνδ. *Murat.* et alii, qui ipſum marmor viderunt. στήλῃ τήνδ' *Leich.* στήλης τῆσδ' *Dorvill.* — V. 5. 6. Horum ſenariorum verſionem tantum latinam adſcripſit *Leichius*, graeca omiſit. Dedit ille *Exagatho*; perperam. Nomen mulieris fuit Ἐπαγαθώ, „quod nomen quia ob ſyllabas tres breves continuas heroicum elegiacumque carmen intrare nequaquam poteſt, horum verſuum auctori cauſſa fuerit mutandi genus carminis, elegiacum in jambicum." Verba ſunt *Hagenbuchii* in Diatr. p. 39. Adde *Buberium* ad Marmora Brettiana p. 167. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 258. et ad Ep. ἀδεσπ. DCCIX. At haec obſervatio non prohibuit Editorem Inſcriptionum Siciliae p. 14. quominus haec verba in hexametrum et pentametrum redigere conaretur; quod cum ſibi minus feliciter proceſſiſſe animadvertiſſet, addidit notam, *in quinto verſu auctorem non omnes metricas leges ſequutum eſſe*; at ille, ſi de hexametri numeris cogitabatur, nullam omnino legem ſecutus eſſe dicendus erat. Et quid de v. 6.

ſtatuendum? — V. 6. ῥοδογουνη η βασιλιδος. *Mur. Leichius* vertit: *Nunc vero Rhodogune, Baſilidis F. cognomen eſt.* quod merito improbat doctiſſimus Diatribae auctor; corrigendum videns: νῦν δὲ Ῥοδογούνην Β. His interpretationem addidit hanc: „Quae prius uno tantum nomine dicebatur *Epagatho*, eadem poſtea, obliterato hoc priore ejus nomine, non amplius *Epagatho* vulgo eſt dicta, ſed *Rhodogune*, quod ejus nomen poſterius ſolum legitur in fine verſus hexametri primi. At quum poſterius nomen acciperet *Rhodogune*, non hoc ſolo dehinc dicta eſt, ſed praeter id etiam cognomentum *Baſilidis* accepit, ut vocaretur *Rhodogune Baſilis.* Tunc vero eam vocarunt ὄνομα, i. e. κατ' ὄνομα vel κατὰ τὸ ὄνομα, Ῥοδογούνην ſeu, quod idem eſſet, Ῥοδογούνης praetereaque Βασιλίδος ἐπώνυμον, i. e. κατὰ τὸ ἐπώνυμον ὄνομα Βασιλίδος, ſeu, quod idem eſt, κατὰ τὸ ἐπώνυμον ὄνομα Βασιλίδα. eodem loquendi genere, quo vulgo praecipiunt dici: nomen vel cognomen ei eſt Syrus, Syri, Syro: Glycerium, Glycerii, Glycerio. Ammian. Marcellinus L. XIV. 5. *Paulus erat in complicandis negotiis artifex dirus, unde ei Catenae inditum eſt cognomentum.*" Haec ille. Caeteris ſubſcribens *Dorvillius* Βασιλίδος nomen adjectum putat, quia non una *Rhodogune*, et ita indicare voluerit, ſe cognomen non a quavis, ſed a *regina* ſumſiſſe. Novimus Demetrii Secundi Nicanoros uxorem Rhodogunen ap. *Appian.* Syriac. p. 213. item Xerxis filiam ap. *Cteſiam* in Perſ. c. 20. Artaxerxis filia memoratur *Plutarcho* in ejus Vita p. 307. Oroetae uxor; alia forte ap. *Philoſtrat.* Icon. II. 5. Hinc ergo Βασιλίς.

*DCXCVIII.* Ex *P. Lucae* Itinerario Aſiatico nr. 28. protulit et emendavit *Adr. Heringa* in Obſſ. crit. p. 146. meliore verborum diſtinctione adhibita. Claudia, cognomine Dechas, marito Athenioni, qui, nulla prole relicta, obierat, monimentum ſepulcrale exſtruxit. Legitur etiam, ſed vitioſius quam ap. *Lucam*, in *Pocockii*

Inſcr. Ant. p. 33. nr. 1. — V. 1. βωμόν. De aris ſepulcralibus vide notata ad Ep. DCXCI. — V. 2. ἡ καὶ Δεχάς. Alterum hoc nomen in mendo cubare ſuſpicatur *Heringa*. Cognomina proprio nomini ſolemni formulâ ὁ ſive ἡ καὶ ſubjici obſervavit *Hagenbuchius* in Diatriba p. 41. poſt *Fabrettum* in Inſcr. p. 145. ubi plures hujus generis Inſcriptiones collectae. — V. 4. ἀγόνῳ γενομένῳ συμβίῳ. Vera eſſe poteſt haec lectio, quamvis me ſimile quid legere non memini. Certe ubi uxor amoris ſui erga conjugem affectum declarat, alienum videtur commemorari, eum liberos non procreaſſe. Quare vide, an pro ΑΓΟΝΩι in marmore ſcriptum fuerit

ΜΟΝΩι γενομένῳ συμβίῳ —

Ad caſtitatem ſuam tenerumque in maritos affectum demonſtrandum conjuges ſaepe monent, ſe nonniſi unum amaſſe. Supra Ep. DCXLIX. ἥδ' ἐγὼ ἡ περίβωτος ὑπὸ πλακὶ τῇδε τέθαμμαι, Μούνῳ ἐνὶ ζώνην ἀνέρι λυσαμένη. ubi vide not. Tales *Univirae* paſſim appellantur in Inſcriptionibus, ut ap. *Gruter*. p. DCCXLVIII. et MCXLI. σύμβιος de *marito* ap. chriſtianos ſcriptores frequens, illuſtravit *Jo. Pearſon*. ad Epiſt. ad Polycarpum p. 30. Ceterum ap. *Lucam* noſtra Inſcriptio ſic habetur:

ΤΑΦΘΝΤΟΝ ΕΝΤΑΠ ΛΗΣΙ
ΟΝΒΩ ΜΟΝΘΑΜΑΕ ΤΕΤΕΚΑ
ΤΑΓΗΣ ΚΑΛΤΔΙΑΗ ΚΑΙ ΔΕ
ΧΑΣ ΑΘΗΝΙΩ ΝΙΓΑΤΚΤ ΤΑ
ΤΩ ΚΑΙ ΦΙΔΤΤΑΤΩ ΑΓεΝΩ
ΓΕΝΟΜΕΝΩΣ ΤΜΙΩ ΜΝΗΣ
ΧΑΡΙΝ.

Ap. *Pocock*. v. 1. τον ενθα et θαλα. V. 2. ετεξε κλ. α γης. V. 3. Φιλτατω αγνω γενομενω συμβιω μνημης χ. Nomen mu-

lieris Δεχὰς confirmatur. In poſtremo verſ. fortaſſe admittenda ſine ulla mutatione lectio ἁγνῷ, quod epitheton tribuitur in eadem pagina *Pocockiani* operis nr. 4. Flaviano cuidam: τὸν ἁγνότατον καὶ δικαιότατον.

*DCXCIX.* „Apud Smetium fol. CXXIX. et Gruterum p. DCLV. Acerbam Dorvillii hujus carminis parodiam in Jo. Corn. de Pauw vide crit. Vann. 186.“ *Br.* Profertur etiam a *Boiſſardo* T. V. 102. *Fleetwood.* p. 219. *Bonada* T. II. p. 399. Scriptum in Menophilum juvenem, qui ex Aſia in Italiam venerat, ibique inter gaudia et voluptates, ſine ullius offenſa, vitam tranſegerat. — V. 1. *Smetius*, qui ſe ipſum Lapidem examinaſſe ait: Σ. συνεχος τελας πεξας τε τροφησας. V. 2. τρέψας. V. 3. ουδεν αλυπης. Emendatior lectio eſt apud *Gruterum.* Similis coloris Epigramma eſt in Anthol. Lat. IV. 166. T. II. p. 120.

*Hoc jacet in tumulo ſecura Glyconis honeſto,*
*Dulcis nomine erat, anima quoque dulcior usque,*
*Quae nunquam tetricos egit ſibi lucis honores,*
*Sed mage laſcivos ſuaves Bacchoque madere*
*Simplicitate ſequi cantus mollesque choreas*
*Luſibus ipſa ſuis generabat, ſaepe et amores,*
*Dulce ſibi natisque ſuis, quos pube reliquit*
*Caſtorea fratres ſub imagine quos generavit.*
*Digna quidem frui perpetua de luce benigna,*
*Sed celerat quo nos fata benigna vocant.*

et aliud, ad quod *Burmannus* noſtrum comparavit, L. IV. CCLX. T. II. p. 198.

*Roma mihi patria eſt, media de plebe parentes,*
*Vita fuit nullis tunc violata malis.*
*Gratus eram populo quondam, notusque favore,*
*Nunc ſum defleti parva favilla rogi.*

*Quis bo..a non bilari vidit convivia voltu,*
*Adque meos me..um pervigilare jo..os.*
*Quond..m ego Pici..o vatum monumenta canore*
*Doctus cygneis enumerare modis*
*Doctus Maeonio ſpirantia carmina verſu*
*Dicere Caeſareo carmina nota foro.* etc.

DCC. In *Chishull.* Antiqq. Aſiat. T. II. p. 12. unde id repetivit *Bonada* T. II. p. 518. In neſcio quem hominem ex rupibus praecipitatum. — V. 1. σπιλάδες διέχευαν. *Burmannus* comparavit haec ad *Propert.* L. III. El. V. 15. *Ah miſer Alcyonum ſcopulis adfigar acutis, In me coeruleo fuſcina ſumta Deo eſt.* quae verba ad Ajacis naufragium ſpectant. — V. 2. κρημνῶν ἅλμα. ſaltum de rupibus. — V. 3. ψυχή. Ex formula. Vide *Speuſippum* T. I. p. 176. et notata ad *Admeti* verſum T. II. P. II. p. 410. quibus adde *Barthium* in Adverſ. XII. 12. — ἀξυνέτων. Non ſatis apertum eſt, quo ſenſu haec accipienda ſint, cum hiſtoria nos lateat. ἀξυνέτους de improbis et ſceleſtis capiebat *Bonada.* Certe ἀσύνετοι dicuntur, qui perverſa conſilia ſequentes peccant. *Euripid.* Phoen. 572. ἀμαθεῖς Ἄδραστος χάριτας εἰς σ' ἀνήψατο· Ἀσύνετα δ' ἦλθες καὶ σὺ πορθήσων πόλιν.

¶. 302.] *DCCI.* Ex Muſeo Veronenſi p. 63. ubi ſine memorabili varietate extat. Hinc illud expreſſit *Bonada* T. I. p. 434. Scriptum eſt in Dionyſium, Eudaemonis libertum, hominem latine et graece doctum. — V. 2. καὶ Μούσαις. ut ſupra Ep. DCXCIX. ἀλλὰ φίλος Μουσῶν. *Theocrit.* Eid. I. 140. χ' ὠ Δάφνις ἔβα ῥόον, ἔκλυσε δίνα Τὸν Μούσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ. — V. 3. πείρεται. in Muſeo Ver. cui lectioni fortaſſe ſpeciem concilies ex iis locis, ubi πεπαρμένος ſenſu figurato occurrit. *Archilochus* ap. *Stobae.* Flor. LXII. p. 399. Δύστηνος ἔγκειμαι πόθῳ ἄψυχος, χαλεπῇσι Θεῶν ὀδύνῃσιν ἕκατι πεπαρμένος δι' ὀστέων. quem locum expreſſit *Apollon.*

Rhod. L. IV. 1066. ἐν δέ οἱ ἦτορ Ὀξείης εἰλεῖτο πεπαρμένον ἀμφ' ὀδύνῃσι. *Hymn.* Homer. in Apoll. 91. Λητὼ δ' ἐννῆμάρ τε καὶ ἐννέα νύκτας ἀέλπτοις Ὠδίνεσσι πέπαρτο. Nihilominus dubitari nequit, quin auctor hujus carminis τείρεται ſcripſerit. Color in his verſibus, ut in illuſtri *Catulli* loco LXV. 1. 2. *Etſi me adſiduo confectum cura dolore Sevocat a doctis, Hortale, virginibus – Sed tamen in tantis moeroribus, Hortale, mitto Haec expreſſa tibi carmina Battiadae.* — V. 5. ὕστατα δῶρα. *munera* et *ultima dona* ſaepe pro inferiis. Anth. Lat. IV. 175. T. II. p. 127. *Conjugis officium teſtatur carmine parvo Extremumque tibi refero munus.* ubi vide *Burmann.* et ad Ep. CCLXXXVI. T. II. p. 221. — V. 6. καὶ πάρος. dum viveres. — V. 7. Libertate te donavit, nec antea, dum ſervus eras, ſervitutis moleſtias unquam expertus es. Domini ſui clementiam laudat puella in marmore, quod *Muratori* edidit peſſime corruptum in Theſauri T. III. p. 1744. 5. et poſt eum *Amaduzzius* in Monument. Matthaeiorum T. III. Adſcribam illud, ſicuti emendatum eſt ab *Ignatio Rapono* in libello peculiari Veletris edito 1788:

Τίκτε Τύχη, σπεῖρεν δὲ Σεραπιακὸς ταχύποτμος,
    ἄμφω θηλυτέρην παῖδα Σεραπιάδα.
κεῖμαι δ' ἑξαέτης· τύμβον δέ μοι, ὅς μ' ἀτίτηλεν,
    τεῦξεν, νικήσας πάντας ἐπ' εὐσεβίῃ,
κλεινὸς ἐν ἀνθρώποισι, Δομέστικος, ὅς μ' ἔτι τυτθὴν
    οὖσαν δουλοσύνης ἐξάγαγεν στυγερῆς.

— V. 9. ἐξέτι παίδων. De particula ἐξέτι genitivo juncta conf. *Erneſtum* ad *Callim.* H. in Apoll. 47. Vulgaris ratio ferret ἐκ παίδων. ἑταίρῳ ἐκ παίδων ὄντι καὶ συνεφήβῳ *Lucian.* in Toxari c. 27. T. VI. p. 88. — V. 11. σημήϊα. De graecis latinisque literis accipi poſſit, quas ille cito didicerat; *Bonada* de notis Tironianis interpretatur.

Certe apud eos, qui accurate loquuntur, σημεῖα ſunt *notae praepetes*, quibus tachygraphi utebantur, qualem *Manilius* deſcribit L. IV. 197.

*Hic et ſcriptor erit velox, cui litera verbum eſt,*
*Quique notis linguam ſuperet, curſimque loquentis*
*Excipiat longas nova per compendia voces.*

*Plutarch.* in Catone Min. T. I. p. 770. B. C. τοῦτον μόνον ὃν Κάτων εἶπεν διασώζεσθαι φασὶ τὸν λόγον, Κικέρωνος τοῦ ὑπάτου τοὺς διαφέροντας ὀξύτητι τῶν γραφέων σημεῖα προδιδάξαντος, ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν. Plura vide ap. *Wowerium* de Polymathia c. VI. p. 40. ſqq.

*DCCII.* Edidit *Maffeus* in Muſeo Veron. p. 63. ſine lectionis varietate. *Murator.* in Theſ. p. 1584. Deſcripſit etiam in Muſeo Petri Marcelli *Apoſt. Zeno*, idque communicavit cum *Muratorio* in Epiſtol. T. I. p. 104. nr. 4. ubi v. 1. δέξας, v. 2. Ἡρακλείδης legitur. Male verſus ſecundus ſic excuſus eſt, quaſi pentameter eſſet, cum hexameter ſit.

*DCCIII.* Etiam hoc Epigramma legitur in Muſeo Veron. p. 317. et in *Gorii* Inſcriptt. T. I. p. 463. *Bonada* T. II. p. 315. ſq. In puellam immatura morte ante nuptias vitae ereptam. — V. 1. Mutilus in marmore verſus: κλαυσατε παντες εμον . . . . ερα . . . . ρον οι παριοντες. quod ſic explevit *Maffeus*: ἐμὸν στυγερὸν μόρον οἱ παρ. — V. 2. idem ſcripſit στάντες ἐμῆς μικρὸν πρόσθε λ. cum in marmore habeatur: στ. ἐμης . . . . ρον πρ. — V. 3. μεγα πεν . . . . εχουσιν. Marmor. ubi πένθος fuiſſe apparet; nec id *Maffeum* fugit. — V. 4. Pro τοκέες marmor τοκε . . . poſtrema ſyllaba evanida. δυστοκέες τοκέες dictum ſchemate crebro obvio apud poëtas aeque ac pedeſtris orationis ſcriptores, quod apparebit conſulentibus *Rittershuſ.* ad *Oppian.* I. Cyneg. v. 260. p. 29.

ſqq. et *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. II. p. 34. ſq. — V. 6. ησε . . . οινοχαρης προσθεμενων. Marmor. unde *Maffeus* ἧς ἔταν Οἰνοχάρης προςθεμένων θ. vertens: *Cujus amici optatos haud videre hymenaeos Nec ſponte oblatos Oenocarae thalamos.* Aeque turpiter idem ſe dedit in alia Inſcriptione edita in Muſeo Veronenſi p. 61. ubi nobis *Glycerenam* propinavit et *Epeſchatiam*, quae nunquam exſtiterunt. Adſcribam initium carminis, quod etiam *Bonada* edidit cum omnibus *Maffei* peccatis T. II. p. 314. ut illud emendandum ſuſpicor:

Σῆμα μὲν ἐν στήλῃ γλυπτῇ θέσαν, ἡνίκ' ἐγὼ μὲν
'Αελίου γλυκερὴν λεῖπον ἐπηλασίην·
νηλειὴς δέ με δέκτο μυχὸς καὶ ἀλάμπετον οὖδας
'Αΐδεω μαρ . . . . . . . . . . . . ὑπὸ σκοτίην.

In fine pentametri eſt ἐπεσχατίην, initio v. 3. ϱηνειης. — In noſtro Epigrammate verum ſenſum perſpexit *Anton. Mar. Salvinius*, qui poſtremum diſtichon ſic vertit: *Non videre jugale jugum nec concinuit quis Vir vinoſus hymen ante manens thalamos.* ubi vides eum πρόσθε μένων legiſſe, quod a ductibus marmoris, quales eos exhibet *Maffeus*, proxime abeſt. At verius id, quod *Brunckius* in textu poſuit.

*DCCIV.* Edidit *Maffeus* in Muſeo Veron. p. 64. et *Gorius* in Inſcr. p. 464. *Bonada* T. II. p. 239. Scriptum eſt in Caecilium, Flori et Stactae filium, ex eo loco, ubi poſt mortem depoſitus fuerat, in aliud ſepulcrum translatum. — V. 2. Verba ἐξ ἄλλου τύμβου melius, ni fallor, junxeris cum praecedentibus, quam cum ſubſequentibus. — ¶. 303.] V. 3. ἀλλα τεληον. *Maff.* qui vertit: *exilia membra, ſed apta.* Emendavit *Salvinius*. — V. 4. θρεπτῆρσιν λείπων exhibuit *Maffeus*, quod, etſi oratio per participia paulo longius protracta non ſatis elegans eſſe videatur, non tamen temere ſpernendum

eſt. Bene jungitur θρεπτῆρσιν ἡλικίης, *iis, qui ejus pueritiam aluerant et curaverant.* Iidem ſunt τροφεῖς v. 7. non parentes fortaſſe, quibus ille mature orbatus eſſe videtur, ſed ii, qui in parentum locum ſucceſſerant, pueritiae Caecilii tutores et nutritores. Apud *Gorium* exhibetur ſic: ος . . . . . . . τηρσιν λειπων. quod *Salvinius* in hunc modum explevit: ὃς γενετῆρσι λιπὼν ἡ. Initio v. 5. iterum mutilatum marmor . . . . . δ' ουκαυκλαυτον. δεύτερα addidit *Maffeus* et *Salvinius.* Secunda haec ſepultura dolorem refricuit, unde factum, ut novus hic tumulus lacrymis non minus irrigaretur ac prior. — V. 7. δειλαιη ΠΡΟΦ... *Salvin.* qui δειλαίων τροφέων emendandum cenſebat. *Maffeus* ſic legit: δειλαιοι ΤΡαφεων. „In lapide legitur κεῖναι χέρες, quod Salvinius vertit *vacuae manus*, parum commodo ſenſu. Hujus verſus ſententiam corrupit Quadratarius, quam non male reſtituiſſe mihi videor. Forte etiam ſculpere debebat δειλαίαι τροφέων κεῖναι χέρες. Hoc, licet altero, quod dedi, meo judicio non melius, probabilius eſt tamen, quod lapidis deſcriptionem inſpicienti manifeſto patebit.“ *Br.* — V. 8. σποδιὴν οὐκ ὀλίγης ὀδύνης. exiguum cinerem non exiguum illis dolorem excitantem.

*DCCV.* Hanc Inſcriptionem prope Nemauſum repertam anno MDCCX. exhibuit *Sallengre* in Praefat. Theſ. Novi T. I. p. 3. *Maffeus* in Muſeo Veron. p. 414. et in Epiſt. Antiqq. Gall. p. 60. *Voyage litéraire de deux Réligieux Bénédictins* (à Paris 1717. 4.) T. I. p. 309. *Murator.* Theſaur. p. DXL. *Bonada* T. II. p. 246. Comparavit hanc inſcriptionem *Burmannus* in Anth. Lat. T. II. p. 69. cum ſimilibus, ubi notat, eandem eſſe editam a *Brevalio* in Itiner. Anglic. T. III. p. 204. ſq. — V. 1. ἄνθεα. *Sit tibi terra levis, cineres quoque flore tegantur.* Anth. Lat. T. II. p. 115. CLVI. *Ver tibi contribuat ſua munera florea grata.* Ibid. p. 130. CLXXIX. Cf. notata ad Ep. ἀδεσπ. DCXCV. — V. 2. αιχμηρη *Sall.*

et σαμνουχα. utrumque recte emendavit. — V. 3. ἀλλ' ἴα. Anth. Lat. T. II. p. 185. Ep. CCXLVI.

*Hic jacet Optatus pietatis nobilis infans,*
*Cui, precor, ut cineres lilia ſintque roſae.*

Similia collegit *Klotzius* ad *Tyrtaeum* p. 49. nec noſtri carminis oblitus. Cf. etiam *van Goens* de Cepotaph. p. 77. — ὑδατίνη νάρκισσος. vide not. ad *Meleagr.* Ep. XCII. T. I. P. I. p. 105.

*DCCVI* Edidit *L. Holſtenius* ad *Stephan. Byz* p. 309. *Quirini* in Primord. Corcyrae p. 184. *Cyriac. Anconit.* Inſcript. p. XX. 135. *Maffeus* in Muſ. Veron. p. 65. *Montefalcon.* in Diar. Ital. p. 428. unde id repetivit *Murator.* Theſ. T. III. p. 1079. qui id etiam ex ſuis ſchedis deſcriptum dedit, utrumque vitioſiſſime *Bonada* T. II. p. 238. ſq. Sed inprimis conſulendus eſt *Dorvillius* in Miſcell. Obſſ. Nov. T. I. P. III. p. 146. et 149. cujus recenſionem, paucis, quae ad orthographiam ſpectant, immutatis, cl. Editor ſequutus eſt. — V. 1. πυνθάνεαι τις ἔφυν (φυν *Murator.*) ξένε τις δεγενηθην. Sic marmor hunc verſum exhibet uno pede breviorem. *Dorvillius* in Miſcell. Obſſ. Nov. T. IV. p. 319. ſaxum initio mutilum eſſe ſuſpicatur et excidiſſe voculas εἰ μὲν vel ſimiles. Peſſime *Quirinus*: πυνθάνεαι τίς καὶ ἐφύην, ξένε, τίς κ' ἐγενήθην. Aliam viam inſiſtebat *Kulenkampius* in notis mſt. ad Inſcriptiones quasdam hinc inde collectas: τίς ἔφυν γενεὴν ξ. Talia plura quivis ſine magno labore comminiſcatur. — V. 2. . . . παροδεῖτα *Maffei. Cyr.* qui ὦ ſupplevit. παροαποδειτα. *Murat.* ἀπροδειτα. *Holſt.* — V. 4. οὐκ ουνετο. *Murat.* οὐκ ὄνασθαι τινος dicuntur, qui eo ante juſtum tempus orbantur. Admetus inſtans uxoris fatum deplorans ap. *Euripidem* v. 335. ἅλις δὲ παίδων· τῶνδ' ὄνησιν εὔχομαι θεοῖς γενέσθαι· σοῦ γὰρ οὐκ ὠνήμεθα. Medea ap. eundem liberos allocuta v. 1024.

Ἐγὼ δ᾽ ἐς ἄλλην γαῖαν εἶμι δὴ φυγὰς, Πρὶν σφῷν ὄνασθαι, κἀπιδεῖν εὐδαίμονας. In eadem tragoedia Jaſon miſeram ſuam ſortem conqueſtus: Ἐμοὶ δὲ τὸν ἐμὸν δαίμον᾽ αἰάζειν πάρα· Ὃς οὔτε λέκτρων νεογάμων ὀνήσομαι, Οὐ παῖδας, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην, Ἕξω προσειπεῖν. — V. 6. ναυτιλίῃ .... νηΐ τε μὴ πίσυνος. *Holſten. Murat.* ναυτιλιηλυγρη νηιτεμη. *Maff.* qui vertit: *Navicula temere fretus et arte mea.* Neſcio, utrum ſic in marmore ſcriptum invenerit, an lacunam impleverit ex ingenio. Ap. *Cyriacum* lacunae indicium initio verſus: ..... ναυτιλιη νηι τε μη π. *Quirini*: ν. κενεῇ νηΐτ᾽. *Leichius* in Miſcell. Lipſ. Nov. T. I. p. 478. ναυτιλίῃ κρυερῇ νηὶ δὲ μὴ πίσυνος. *animam amiſi horrido naufragio, et navi non confidens.* κρυερῇ etiam *Dorvillio* placuit, qui reliqua ſic emendavit, ut eſt apud *Brunckium. Perſes* Ep. V. T. II. p. 5.

Οὐ προϊδὼν, Θεότιμε, κακὴν δύσιν ὑετίοιο
  Ἀρκτούρου, κρυερῆς ἥψαο ναυτιλίης,
ἥ σε, δι᾽ Αἰγαίοιο πολυκλήϊδι θέοντα
  νηΐ, σὺν οἷς ἑτάροις ἤγαγεν εἰς Ἀΐδην.

— V. 7. 8. excitat *Paciaudius* in Monum. Peloponn. T. II. p. 254. — Σχερία. antiquum Corcyrae nomen. Cf. not. ad *Crinag.* Ep. XXIV. T. II. P. I. p. 400.

*DCCVII.* Edidit hoc carmen *Reiskius* ex Apogr. Lipſ. (ubi ei adſcripta verba: *Haec tria ultima Epigrammata attulit e Graecia Michael Sophianus, qui obiit Ferrariae a.* 1565. *d.* 15. *Auguſti.*) in Anth. nr. 650. p. 110. Hiſtoriam illius Inſcriptionis a ſe repertae narrat *Maffeus* in Muſeo Veron. p. 375. et in Arte crit. Lapid. p. 71. ſq. Cf. eundem in Gallic. Antiq. Ep. XV. Repetivit *Muratori* in Theſ. p. 1068. cujus errores quosdam ſuſtulit *Leichius* in Novis Em. ad Gr. Murat. Inſcr. p. 63. *Bonada* T. II. p. 105. Scriptum eſt in Socrateam, Pariam, Nicandri filiam, Parmenionis conju

gem. — V. 1. γονέως. *Reisk. Mur.* — πόσιν αὐτόν. *Maſſei. Murat.* αὖθα. Ap. Lipſ. — V. 2. πόλεων. *Reisk.* — V. 4. Σωκράτεια. Idem. — V. 6. ἔνδοξον, ζ. *Reisk.* — ¶. 304] V. 7. και με πικραν νεαροιο β. α. ἐρεινυς αἱμορυτοιο νοσου. *Maſſ. Murat.* unde *Reiskius* effici poſſe putabat καί μοι πικρὰ νεαροῖο βρέφους ἀφύλακτος Ἐ. αἱμόρυτός τε νόσος ſive αἱμορύτῳ νούσῳ. In Ap. Lipſ ſic habetur: καί με μικρὰν νεαροῖο βρέφους ἀ. Ἐριννὺς Αἱμορύτοιο νόσῳ τ. Nihil horum ſatis placet. Primum καὶ verſus initio non habet quo referatur, non magis ac με; deinde alter horum genitivorum βρέφους aut νόσου pendet, nullo idoneo fulcro ſubnixus. Haec omnia gravis corruptelae ſuſpicionem movent. Pars difficultatis evaneſceret, ſi legeretur: αἱμόρυτος νοῦσος, ut ſanguinis fluxus, quo Socratea periit, vocetur πικρὰ Ἐριννὺς βρέφους, infantis, quem utero geſtabat, pernicies; idem enim morbus et matrem et infantem occidit. At haec fortaſſe aliquando accuratiore hujus lapidis deſcriptione illuſtrabuntur. — V. 9. ἐς φάος ἦγον. Ep. ap. *Reineſium* p. 694. μητρὸς ἀπ᾽ ὠδίνων ὡς εἰς φάος ἤγαγον ὧραι. *Heliod.* VII. 23. p. 192. τῇ γεννησάσῃ καὶ εἰς φῶς παραγαγούσῃ. Orationem cum embryone in lucis auras prodire geſtiente comparans *Themiſtius* Orat. II. p. 33. B. ἐάσατε οὖν καὶ ἐπιτρέψατε ἐξενεγκεῖν εἰς φῶς παρὰ τὸν καιρόν, μᾶλλον ἢ ἐξαμβλῶσαι. ubi quatuor verſibus interjectis legendum: εἰ γὰρ ἐγὼ ἐρεσχελοίην πρὸς ὑμᾶς καὶ ἀκκιζοίμην, non ἀγροικιζοίμην, ut vulgo habetur. Sic paulo poſt p. 28. B. οὔκουν ἔστι μοι θρύπτεσθαι καὶ ἀκκίζεσθαι. Ἐς φῶς ἔρχεσθαι dicitur puer in Fragmento *Euphorionis* ap. *Stobae.* in Flor. LXXVI. p. 453. 18. φοβερὰς δ᾽ ὠδῖνας ἀνέτλην Εἰς φάος ἐρχομένου· λαρὸν δ᾽ ἐπὶ χείλεσι πρώτη Μαστὸν ἐπισχομένη, λευκῷ σ᾽ ἔπλησα (vulgo δέ σ᾽ ἔλουσα) γάλακτι. — V. 10. ὑπὸ γαστρὶ κεύθεται. Conf. *Agathiam* Ep. LXXVIII. — V. 11. δεκάδας. *Murat.* — V. 12. ἀρσενόπαιδας ὄναρ. *Murat.* Noſtrum eſt in Ap. Lipſ. unde *Leichius Muratorii* errorem emendavit,

et ap. *Maſſeum*; quem *Bonada* expreſſit. — V. 14. αὐτά. tertius infans effecit, ut hunc tumulum ſubirem. — V. 15. Hanc tu, Proſerpina, manu in beatorum choros ducas. Sic paſſim Dii defunctos excipere dicuntur. Epigr. ap. *Reineſium* p. 854. *Gorium* T. II. p. 140.

> καί με θεῶν μακάρων κατέχει δόμος ἄσσον ἰόντα,
> οὐρανίοις τε δόμοισι βλέπω φάος ἠριγενείης,
> τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι σὺν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
> Ἑρμείαο λόγοις, ὅς μ' οὐρανὸν ἤγαγε χειρῶν
> αὐτίκα τιμήσας καί μοι κλέος ἐσθλὸν ἔδωκεν,
> οἰκεῖν ἐν μακάρεσσι καὶ (fort. κατ') οὐρανὸν ἀστερόεντα.

Cf. *Gorium* in Inſcr. Antiq. T. III. p. LXXXV. et p. CXXXVIII. Anthol. Lat. T. II. p. 230. Ep. CCCX.

> *Ibis in optatas ſedes; nam Jupiter aethram*
> *Pandit, Feſte, tibi, candidus ut venias.*
> *Jamque venis, tendit dextras chorus inde Deorum,*
> *Et toto tibi jam panditur ecce polo.*

*Statius* in Epicedio in Patrem manes rogat, ut defuncto obviam veniant, L. V. 3. 284.

> *Ite, pii Manes, Grajumque examina vatum,*
> *Illuſtremque animam Lethaeis ſpargite ſertis,*
> *Et monſtrate nemus, quo nulla irrupit Erinnys,*
> *In quo falſa dies coeloque ſimillimus aër.*

Conf. eundem V. Sylv. I. 253. — V. 15. παμβασίληα. *Mur.* — V. 16. ἔχουσα. *Maff.* τῄνδε αγε επ ε. χ. ἔχουσα χ. *Mur.* ἑλοῦσα praebet Ap. Lipſ. — V. 17. θεός τ' εὐχὴν τινὰ δοίη. Ἐν πᾶσιν χ. ſine ſenſu *Maff.* et *Mur.* No-

ſtrum exhibet Ap. Lipſ. Praetereuntibus, qui Socrateam apud inferos ſalvere jubent, Deus laetitiam praebeat.

*DCCVIII.* Memorabilem hunc lapidem propter accentus notas in eo conſpicuas edidit *Fabretti* p. 288. *Muratori* p. MCCCCLXIX. nr. 1. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 210. *Bonada* T II. p. 126. Tractavit quoque *Leichius* in Nov. Miſc. Lipſ. T. I. p. 488. et in Curis Sec. p. 45. Scriptum in Hippomedontem patrem et filium, in eodem ſepulcro ab Hippodamia, eorum nepte, collocatos. — V. 2. γενέτην. *Murat.* — V. 3. ἐς αἶαν. *Mur.* χηιρα. *Fabr.* — V. 4. δεξια δ' ανδεταφη. *Fabr. Mur* δεξιάδαν δ' ἐτάφη. quod *Paciaudius*, cujus notas mſt *Bonada* exhibet, pro δεξιάδην ex dialecto poſitum monuit; at forma δεξιάδην pro ἐκ δεξιᾶς unice nititur prava interpretatione loci Homerici Ιλ. VII. 15. ubi vide ill. *Heynium.* Aut igitur Epigrammatis noſtri auctor ab erronea Grammaticorum explicatione pependiſſe dicendus eſt, aut probanda *Dorvillii* emendatio: δεξιὰ δ' ἀντετάφη, in dextra parte e regione ſepultus eſt ſenex Hippomedon. γηραὸς pro γηραιός. — V. 5. χυτὰν κόνιν. *Homer.* Od. γ. 258. τῷ κέ οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν. *Apollon. Rhod.* IV. 1535. τρὶς δ' ἀμφὶ σὺν ἔντεσι δινηθέντες Εὖ κτερέων ἴσχοντα, χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔθεντο. — V. 6. ἐκγονω. *Fabr. Mur.* quod latiore ſignificatione hoc loco ſumendum eſſe monuit *Dorvillius.* At *Brunckius* ἐγγόνῳ corrigere maluit. De horum verborum, quae ſaepenumero confuſa eſſe conſtat, discrimine verbo monuit *Caſaubon.* ad *Ariſtoph.* Eqq. v. 783. „ἔγγονος eſt proprie is, qui genus cum aliquo communicat, ſeu rectâ ſeu transverſâ lineâ. ἔκγονος vero is eſt, qui in recta linea deſcendit ab alio et veluti propago illius eſt.“ Veteres ipſos hoc discrimen non ſemper diligenter obſervaſſe, plurima loca, ubi unum pro altero poſitum eſt, veriſimile reddunt. — V. 7. τάφως ἐνεώσατο. *Fabr.* ἐνεόσατο. *Mur.* quod in ὠνήσατο temere mutabat *Leichius*, meliora poſtea edoctus.

„De ἐνεώσατο vide *Schol Soph.* Trach. 460. πρὶν ἡμᾶς καὶ νεώσασθαι λόγους. ἀνακαινίζεσθαι. proprie de inſtauratis ſepulcris. unde καινίσματα ap. *Manethon.* IV. 191. σορόεργα τέχνης καινίσματ' ἔχοντας νεκροτάφους. nam vix auſim νεώσασθαι τάφον explicare *novum ſepulcrum facere et ſub aſcia dedicare.*" Haec *Dorvillius*, cujus interpretationi malim accedere, quam ἐπεχώσατο legere, contra marmoris fidem, cum *Eldikio* in Suſp. p. 17. qui provocat ad *H. Stephani* Diſſ. de Sophoclea Imitatione Homeri poſt ejus annotationes p. 48. *Parthen.* Erot. 26. πολλὰ κατοδυρόμενος ἐπὶ τῆς ἠιόνος μέγα χῶμα ἔχωσε. *Antipater Sidon.* Ep. LXVI. ἐχθρῶν χερσὶν ἐχωννύμεθα. *Gregor. Naz.* Ep. 169. p. 156. πολλάκι ναυηγοῖο δέμας κατέχωσεν ὁδίτης. et: γείτων χωσθέντ' ἀλλοτρίαις χερσὶν ἔπερσε τάφον. — τείχισε δ' Ἅιδαν. ſepulcrum maceria munimentoque circumdedit. ᾅδης in talibus *ſepulcrum* denotat, quem loquendi uſum *Huſchkius* adſtruxit in Anal. crit. p. 124. ſq. Cf. *Fabrettum* L. II. p. 98. et *Burmann.* in Anth. Lat. T. II. p. 112. — *Leichius* τεῦξε δ' ἀΐδαν initio corrigebat. — V. 8. λοιςθοτα τὰς. *Murator.*

*DCCIX.* Edidit *Reineſius* p. 856. ex *Aringhi* Roma Subterr. IV. 20. *Fabrett.* p. 192. unde id repetivit *Hagenbuch.* in Epiſt. Epigraph. p. 404. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 258. *Bonada* T. II. p. 307. ſq. *Fleetwood.* p. 236. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 223. comparavit Inſcriptionem ap. *Murator.* T. II. p. 1231. 3. in puerum:

ANIMA BONA SUPERIS REDDITA RAPTUS A NYMPHIS.

Scriptum in Phileſiam, puellam bimulam, quae in fonte perierat. — V. 1. κρυμναῖαι. *Bonad.* Nymphae Κρηναῖαι ſunt, quae Κρανιάδες appellantur ap. *Theocritum* Eid. α. 22. *Moſchus* Eid. III. 29. Reſpicitur ad Hylae fatum,

ut mox Ep. DCCXI. unde apparet, quam inepte mox *Fleetwoodius* v. 2. τιμῆς εἵνεκα verterit: *pro poena.* Similia comparavit *Dorvillius*, inter quae hoc Epigramma apud *Gruterum* p. DCCXVII. *Fundi bujus dominus infans bic jacet ſimilis Deo. Hunc ab ante oculis parentis rapuerunt Nymphae in gurgite.* Cf. *Callimachi* Ep. XLVI. — V. 4. Sic hunc verſum marmor exhibet. *Reineſius* pentametrum requiri exiſtimans, tamen tentabat: Φῆλιξ τὴν κλῆσιν Αὐσονιάς τε γένος. Sed nominis Φιλησίη ſyllabas contumaces auctorem Epigrammatis moviſſe, ut hexametro jambicum verſum ſubjiceret, *Dorvillius* monuit. Cf. not. ad Ep. DCXCVII. — αυσονι δε γενος. *Fabrett.*

¶. 305.] *DCCX.* Edidit *Maffei* in Muſeo Veronenſi p. 61. quem ſequitur cl. editor. *Muratori* p. MDCCXXVII. *Hagenbuch.* Epiſt. Epigr. p. 436. *Leichius* in Not. ad Carm. Sepulcralia p 25. *Bonada* T. II. p. 122. *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 223. In marmore ſuperſcripta verba:

Πόλλα Περιγένου χαῖρε
Λικιννία χαῖρε, Λικιννία Ἑλένη χαῖρε.

Mulieris nomen fuit igitur *Licinnia Polla*, fortaſſe etiam Helena, niſi hoc, ut *Bonada* ſuſpicatur, ad venuſtatem mulieris ſignificandam fuit additum. — V. 1. ἐκ δὲ με παστῶν καὶ θαλάμων. Cf. not. ad *Antip. Sidon.* XCVIII. T. II. P. I. p. 94. Ap. *Heliodor.* L. IV. 19. p. 264. Charicles de filia ſibi erepta conqueritur, ἀπ᾽ αὐτῶν μικροῦ τῶν παστάδων, ἄρτι τῶν γάμων ἅπασιν ὑμῖν προκεκηρυγμένων. Ap. *Eundem* in loco male affecto L. VI. 8. T. II. p. 104. ed. Bip. οἵας γὰρ δὴ καὶ ἐφ᾽ ἡμῖν τὰς παστάδας ἐπήξατο· οἷον τὸν θάλαμον ἀνέδειξε; μόνην μὲν ἔχει με καὶ ἀνύμφευτον δαίμων ὁ εἰληχώς με τοῦ δὲ μέχρις ὀνόματος νυμφίου· οἴμοι, χορεύει Κνήμων, γαμεῖ· Θεαγένης δὲ ἀλητεύει,

καὶ ταῦτα αἰχμάλωτος ἢ τάχα καὶ δέσμιος. — Ναυσίκλεια νυμφεύεται, κἀμοῦ διέζευκται, ἢ μέχρι τῆς παρελθούσης; Χαρίκλεια δὲ καὶ μόνη καὶ ἔρημος. Plura ſunt in hoc loco, quae medicam manum deſiderant. Primum, quod jam alii monuerunt, delenda ſunt verba a gloſſatore profecta, δαίμων ὁ εἰληχώς με, deinde legendum, ni vehementer fallor: ἀνύμφευτον τοῦ μέχρις ὀνόματος νυμφίου ὁ οἶκος χορεύει, Κνήμων γαμεῖ. Hoc *Commelini* emendationi et ob lenitatem mutationis et ob majorem concinnitatem, cujus nemo *Heliodoro* ſtudioſior, praelatum iri ſpero. Jungenda ſunt procul dubio verba ἀνύμφευτος τοῦ νυμφίου, ex Atticorum conſuetudine poſita, quam paucis illuſtravit *Valckenar.* ad Phoeniſſ. p. 115. Deinde ὁ οἶκος χορεύει dictum, ut illud *Aeſchyli* ap. *Longinum* c XV. p. 65. ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη. quod imitatus eſt *Euripides* Bacch. v. 725. πᾶν ξυνεβάκχευσ' ὄρος. et v. 114. αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει. Mox in *Heliodori* loco me offendit καὶ μόνη καὶ ἔρημος, licet non ignorem, hunc ſcriptorem duplicatam copulam καὶ vehementer amare. Fuit fortaſſe: Χαρίκλεια δὲ κεῖται μόνη καὶ ἔρημος. *Alciphron* I. Ep. XXXVIII εἶτ' οἴχεται ἡμᾶς ἀπολιποῦσα, καὶ κείσεται λοιπὸν μόνη ἡ Βακχίς *Heliodor.* V. 2. p. 10. ἐγὼ δὲ μόνη καὶ ἔρημος - τύχης βουλήμασι ἐκκειμένη. — Ad Epigramma noſtrum ut redeam, eorundem verborum conjunctio iterum obvia ap. *Heliodor* L X. 16. T. II. p. 369. καὶ ὅπου τῷ γεννήσαντι, νυμφοστολῆσαι μὲν οὐ δυνηθέντι, οὐδὲ ἐπὶ παστάδας καὶ θαλάμους ἀγαγόντι. — V. 2. νύμφην κἀκ θ. ἡρπασα φνω γ Αιδας. *Murat.* In his ἄφας latere ſuſpicabatur *Leichius* tacitum Orcum interpretatus. Satis inepte. Utrum ſcribendum ſit ἄφνω γ', an ἄφνως, diligentior marmoris inſpectio docebit. Utrumque perinde graece dicitur. Vide *Brunckium* in *Apollon. Rhod.* p. 239. — V. 3. Πέλλαν. *Maff.* et hoc loco et in epigraphe marmoris. Πώλλαν. *Murat.* De hoc nomine nonnulla monuit *Hagenbuch.* l. c.

Ada 142.

*Lect. p.* 303.] *DCCX.* [b] Edidit *Gruter.* p. MCXCVI. nr. 9. *Fleetwood.* p. 301. 5. Ut *Brunckius* haec exhibuit ad mentem *Reineſii*, ſcripta ſunt in puellam, ante nuptias exſtinctam. *Gruterus* nos de puero cogitare jubet, cum γευσάμενον exhibeat v. 3. quod *Fleetwoodius* ſequitur. — V. 2. νυμφεῖον θάλαμον. *Fleetw.*

*Lect. p.* 303.] *DCCX* [c] Edidit *Fabrettus* p. 144. — V. 2. ἧς εγι ιγιειων. *Marmor.* quod in ἐπιγείων mutandum eſſe monuit *Maffeus* in Arte Crit. Lapid. p. 102.

*DCCXI.* Edidit *Muratorius* in Theſ. p. 1502. cujus errores corrigere conatus eſt *Hagenbuchius* in Epiſt. Epigr. p. 402. ſqq. Eandem inſcriptionem tractavit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 260. et *Toupius* in Epiſt. de Syracuſ. p. 329. Partem ejus cum latina verſione *Dorvillii* integra protulit *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 223. *Bonada* T. II. p. 309. — V. 1. ἥρπαξες υπο κοιρανε Πλ. *Murat.* omiſſo χθόνα, quod ſupplevit *Dorvillius*: *At ſaevus Pluto rapuit me ad infera templa.* Inſcr. ap. *Murator.* p. MDCXLV. 6. Eandem vocem inſerebat *Weſſelingius* ap. *Leich.* in Cur. ſec. p. 46. Minus feliciter *Hagenbuchius* tentabat: οὐχ ὁσίως ἥρπαζες ὑπ' ὄχθην, κοίρανε Πλουτεῦ. Ut noſtri Epigrammatis auctor Plutoni exprobrat, quod quinque annorum puellam ceu florem tenellum decerpſerit, ſic alius Mercurium ψυχοπομπὸν et Orcum in ſimili re accuſat in Epigrammate minus noto, quod illuſtravit cl. *Mitſcherl.* in Bibl. Art. et Liter. T. II. p. 4.

Ἄγγελε Φερσεφόνης, Ἑρμῆ, τίνα τόνδε προπέμπεις
Εἰς τὸν ἀμείδητον τάρταρον Ἀΐδεω;
Μοῖρά τις ἀεικέλιος τὸν Ἀρίστων' ἥρπασ' ἀπ' αὔρης
Ἑπταέτη· (μέσσος δ' ἐστὶν ὁ παῖς γενετῶν).
Δακρυχαρὴς Πλούτων, οὗ πνεύματα πάντα βρότεια
Σοὶ νέμεται; τί τρυγᾷς ὄμφακας ἡλικίης;

— V. 2. νύμφην pro *puella* accipiendum eſſe monuit *Dorvillius*; ſaepiſſime ſic juniores appellantur feminae. — ἀγαλλομένην omnes, praeter *Toupium*, ap. quem, operarum vitio puto, ἀταλλομένην habetur. — V. 3. ἀρχομένου debetur *Toupio*. Vulgo ἀρχόμενον. — V. 4. ἐξέτεμες ῥίζης. *Mur.* Comparationem illuſtravit *Triſtan.* Comm. hiſt. T. I. p. 350. *Statius* in Sylv. III. 3. 124. *media cecidere abrupta juventa Gaudia, florentesque manu ſcidit Atropos annos, Qualia pallentes declinant lilia culmos, Pallentesque roſae primos moriuntur ad auſtros; Aut ubi verna novis exſpirat purpura pratis.* — ἐκτελέσῃ Omnes. — V. 5. φίλτατο. quod in Φίλτατε mutavit *Hagenbuchius.* Puellae, cujus obitus hoc Epigrammate deploratur, pater *Philtatus*, mater *Alexandra* appellabantur. Hoc probavit *Toupius. Dorvillius* autem legit: ἀλλ' ἄγ' Ἀλέξανδρα κἂν φίλατο, puellae defunctae ſuiſſe nomen Alexandram exiſtimans: *Sed age, licet Alexandra amata fuerit, ne amplius lamenta deſiderabili puellae libate querentes.* Hoc quamvis a doctiſſimo auctore variis argumentis adſtructum, minime praeferri debuit emendationi *Hagenbuchianae.* — ὀδυρμοῖς *Marmor*, ut videtur. Sed tam puſillum eſt diſcrimen inter Ι et Υ, ut deſcribentium oculos facile fallere poſſet. Licet enim dicatur ποιεῖν γάλακτι, οἴνῳ, et alia his ſimilia, ut *vino, lacte ſacra facere,* σπένδειν tamen ſenſu figurato ſemper adſciſcit accuſativum. *Meleager* Ep. CIX. πολυκλαύτῳ δ' ἐπὶ τύμβῳ Σπένδω νᾶμα πόθων. ubi vide not. T. I. P. I. p. 118. — V. 6. ειμερτῃ. *Marm.* — V. 7. εφη ευχροοις. *Mur.* ἔφη εὐχροῦσι. *Hagenb.* qui vertit: *Nam geminat, Placuit, Placuit, pulcerrima Nymphis. Sedibus aeternis digna locata manet.* Hoc merito diſplicuit *Dorvillio*, qui ἐπ' ἠύχροισι, et *Toupio*, qui ἐπὶ χρυσοῖσι πρ. emendabat. Paſſim confuſa, ob ſoni ſimilitudinem, ἐπὶ et ἔφη, quorum poſterius reſtituendum *Heliodoro* L. X. 31. καὶ ὁ Ὑδάσπης, τί μὲν βούλεταί σοι, ἔφη, τὸ παραπλέκειν ὄνομα Χαρικλείας, αὐτὸς ἂν

γινώσκοις. ubi vulgo ἐπὶ habetur. Eadem vocula male legitur ap. *Lucian.* de Sacrif. 15. T. III. p. 79. ed. Bip. τίς οὕτω περὶ πολλοῦ ποιεῖται τὴν κόμην, ὅστις οὐκ ἀπεξύρησε, καὶ ψιλὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸ πένθος ἐπεδείξατο. Scribendum: καὶ ψιλότητι τῆς κεφαλῆς. — At in noſtro Epigrammate procul dubio ſcribendum:

ἐφ' ἡδυχρόοισι προσώποις.

Sic enim, non ἠύχροισι, in Marmore ſcriptum eſſe, docet teſtis oculatus, *Viſconti in Lettera ſu due Monumenti, ne' quali e' Memoria d' Antonia Auguſta. In Roma. Anno VII republ.* p. 25. *not.* 55. — V. 8. Dubitabat *Dorvillius*, utrum αἰθέρος jungendum ſit cum δόμοις, an poëta χάριν αἰθέρος, *coeleſtem gratiam*, intellexerit. Mihi prius unice verum videtur. — V. 9. πισιευσατε. *Mar.* et v. 10. idem: ηρ πασανω στερπλιης ναδες ου Θ. Tentabat *Leichius* in Miſc. Lipſ. T. I. p. 489. ἥρπασεν, ὡς τερπνὴ ἦν, Ἅδες, οὐ Θάνατος. *Antiquis igitur fabulis credite: bonam enim puellam, Cum forma praeſtantiſſima eſſet, non mors, ſed Pluto rapuit. Weſſeling.* in literis ad Eundem datis, in Cur. Secund. p. 46. ἥρπασαν, ὡς πρώην, Ναιάδες. ex quibus, cum Leichianis comparatis, ſponte apparet, quid homo homini praeſtiterit. *Hagenbuchius* ſimiliter: ἥρπασαν, ὡς τερπνήν, Ναΐδες, οὐ Θ. Noſtra lectio, elegantiſſima ſane, debetur acumini *Toupii*; nec aliter emendavit *H. van Eldik*, teſte *Burmanno* ad *Propertium* p. 188. *Dorvillius* denique:

ἥρπαξαν τερπναὶ Κρηνίδες, οὐ Θάνατος.

At hic quidem, aeque ac *Toupius*, poëtam potius quam deſcribentium errores emendaſſe videtur. In Marmore enim, teſte *Viſcontio* l. c. diſerte habetur:

ἥρπασαν ΩΣ ΤΕΡΠΝΗΝ Ναΐδες —

quam lectionem ille *delicias* interpretatur: *Rapuerunt tanquam delicatam ſuam Naiades, non mors.* Sic liberi, quibus parentes oblectantur, paſſim appellantur ἀθύρματα, παίγνια. *Crinagor.* Ep. XLII.

Ὑμνίδα τὴν Εὐάνδρου, ἐράσμιον αἰὲν ἄθυρμα
οἰκογενές, κούρην αἱμύλον εἰναέτιν,
ἥρπασας, ὦ ἄλλιστ' Ἀΐδη.

Puellam laſcivam et elegantem τερπνὸν ἄθυρμα μέθης appellat *Antipater Theſſ.* Ep. XXXII. aliam tenellam virginem, immatura morte exſtinctam, inter Proſerpinae oblectamenta et delicias fore, dixit Auctor Ep. ἀδεσπ. DCLIX. ἔσται μὰν ὅ γε παῖς ἐν δώμασι Περσεφονείοις Παίγνιον. Ceterum ad hujus diſtichi ſententiam comparandum Ep. ἀδεσπ. DCCIX.

*DCCXII.* „Hoc et ſequens diſtichon conjuncta exhibet lapis antiquus ap. Hagenbuchium Epiſt. Epigr. p. 393. at diverſa ſunt, et antiquiorum Epigrammatariorum poëtarum, quae ſaepius in puerorum monumentis adhibita. Poſterius ſeparatim habet alius lapis ap. Gruterum p. 676. et Donium p. 363. Ex utroque partim concinnatum peſſimi commatis Epigramma, quod habet Fabrettus p. 193. in quo e priori noſtrorum diſtichorum deſumtus hic verſus: κοὐκ οἶδ', εἴτε καλῶς, εἴτε κακῶς ἔθανον. Inde hîc ſcripſi αἴτιος, quod ad δαίμων refertur. Apud Hagenbuchium αἴτιον legitur." *Br.* Plus ſemel haec Epigrammata attigit *Hagenbuchius* in Epiſt. Epigr. p. 390. et p. 393. et iterum p. 434. *Bonada* T. II. 235. — V. 1. γευόμενον ζωᾶς. Similiter Ep. ἀδεσπ. DCCXLI. μήπω γευσάμενος ἥβης ὤλισθον ἐς Ἀΐδου. i. e. ἄγευστος ἥβης. Hoc vocabulum haud ſcio an reddendum ſit *Aeſchini Socratico* §. 17. γαληνὸς δέ τις καὶ κακῶν ἄγευστος βίος, ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ εὐδιαζόμενος. Vulgo ἄγονος. κακῶν ἄγευστος αἰὼν eſt ap. *Sophoclem* Antig. v. 583. — V. 2.

*συνοιδετε αγαθων αιτιον.* *Marm.* quod emendavit *Hagenbuchius*, comparans Homerica in Od. Υ. 309. ἤδη γὰρ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια, πάρος δέ τε νήπιος ἦα.

*DCCXIII.* Vide ad praecedens Epigramma. Noſtrum diſtichon ſeparatim exhibuit *Fleetwood* p. 232. Epigramma hinc ductum, quod innuit cl. editor, hoc eſt:

ἄνθος ἐγὼ γενόμην υἱὸς Ἐργομένους τε καὶ Φύρμης,
ὃ ἀνθήσας τε κακῶς ἔτεσιν δυσὶν οὐχ ὁλοκλήρως
φωτὸς ἀφαρπασθεὶς πρόμοιρον βρέφος ἐνθάδε κεῖμαι,
καὶ οὐκ οἶδα καλῶς, εἴτε κακῶς ἔθανον.
ἀπλήρωτ' Ἀΐδα, τί με νήπιον ἥρπασες οὕτως,
σπεύσας τοῦ ζῆν με στερέσαι.

quae habentur ap. *Reincſium* cl. XII. nr. 104. p. 683. *Fabrettum* c. III. nr. 453. p. 193. *Hagenbuch.* Epiſt. Epigr. p. 396. — V. 1. *απληρωται λατι* et in fine ἥρπασας ΕΚΘΡΟΙΣ. *Marm.* Noviſſimam vocem varie tentat *Hagenb.* ἐχθρῶς, ἐχθρός, ἔκφρον. ἄφνω legitur ap. *Gruterum.* Veram lectionem adhuc latere exiſtimo. — V. 2. τί σπεύδεις; *Crinagoras* Ep. XLII. puellam teneram

ἥρπασας, ὦ ἄλλιστ' Ἀΐδη, τί πρόωρον ἐφιεὶς
μοῖραν τῇ πάντως σεῖό ποτ' ἐσσομένῃ.

σοὶ πάντες ὀφειλόμεθα. Comparavit *Hagenb.* *Claudianum* L. I. de Raptu Proſerp. v. 61. de Plutonis potentia: *Nam quicquid ubique Gignit materies, hoc te donante creatur, Debeturque tibi, certisque ambagibus aevi Rurſus corporeos animae mittuntur in artus.* *Horatius* Ars Poët. v. 63. *Debemus morti nos noſtraque.*

*DCCXIV.* Edidit *Muratorius* in Theſ. p. 1041. unde id iterum protulit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 251. graviſſimos editoris in interpretando hoc carmine errores exagitans. *Dorvillium* compilavit *Klotz.* ad *Tyrtae.* p. 51. Repetivit Epigramma *Bonada* T. II. p. 532. et ex ipſo lapide, in Nanii Muſeo ſervato, deſcriptum *Paciaudius* in Monim. Peloponn. T. II. p. 192. Scriptum eſt in Alexandrum Corcyraeum, Satyri et Calliopae filium. — V. 1. *μύρι' α. μύρατο. Homer.* Ιλ. υ. 282. *κὰδ δ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσι. πένθος μυρίον* eſt Ιλ. σ. 88. Similia contulit, noſtri loci non immemor, *Valcken.* ad Phoen. v. 1484. p. 498. Cf. not. ad *Marci Argentarii* Ep. XXXI. T. II. P. II. p. 297. Prorſus inepte *Muratorius μῦρα ἀποφ. - χυθεῖσα* tentabat, de *unguentis* in tumulo *effuſis* cogitans. — *περὶ τῷδε χυθεῖσα. Homer.* Ιλ. τ. 283. *ἀμφ' αὐτῷ χυμένη λίγ' ἐκώκυε.* — V. 3. *ταδ. πιγαια. Mur. τῇδ' ἐπὶ γαίᾳ. Dorvill.* — ¶. 306.] V. 5. *ἱστορα.* et artium liberalium ſcientia imbutum, et ſagittandi peritum. Hujus artis ſpecimen dederat in Strophadibus, ubi latrones ſagittis peremerat.

*DCCXV.* Editum in *Sponii* Miſcell. Erud. Antiq. p. 369. ap. *Reineſium* p. 1030. ex *Jac. Manilli* Deſcr. Villae Borgheſ. p. 147. *Fabrettum* p. 64. *Fleetwood.* p. 320. *Bonadam* T. II. p. 110. Popilia, Oceani conjux, gratum erga conjugem animum hoc Epigrammate declarat. — V. 3. *ουφητοι* in Marmore eſſe videtur prima litera evanida, quam reſtituit *Sponius* et *Fabrett.* Recte etiam vidit *Bonada κούφη* latere, dum vertit: *Sum levis ipſa cinis,* licet ſenſum poëtae non recte cepiſſe videatur et in his ipſis verbis et in ſequentibus, quae ſic latine expreſſit: *tamen hîc Acherontis ad undas Laudabo inſignem te pietate virum.* Hoc potius voluit Epigrammatis auctor: Quum me a marito poſt fata honoratam videam, levem experior pulverem, id adepta mihi eſſe videor, quod defuncti ſibi exoptare ſolent, ut

terra ipſis ſit levis. Cf. Ep. DCCXVII. κούφη σοὶ κόνις ἥδε πέλοι. — V. 5. καὶ πολλάκι. Comparavit *Reineſius* Ep. Anth. Lat. T. II. p. 49. *Et quicunque tuis humor labetur ocellis, Protinus inde meos defluat in cineres.* Opportunior eſt *Horatii* locus in Od. II. VI. 22. *ibi tu calentem Debita ſparges lacrima favillam Vatis amici.* — V. 6. σπεῖσον. Cf. Ep. DCCXI. 6. *Heliodor.* VI. 8. T. II. p. 105. τὸ πρὸν δέ σοι τάσδ' ἐπιφέρω χοάς· καὶ ἅμα ἔτιλλε τὰς τρίχας, καὶ ἐπὶ κλίνῃ ἐπέβαλλε· καὶ τάσδ' ἐπιχέω τὰς σπονδὰς ἐκ τῶν σοι φίλων ὀφθαλμῶν· καὶ αὐτίκα διάβροχος ἦν ἡ στρωμνὴ τοῖς δάκρυσιν. — V. 7. εὕδειν. Haec derivata ex Epigr. *Callimachi* XLIX. *Gregor. Theol.* Ep. LXXXIX. in *Murat.* Anecd. p. 89.

Νόννα δ' ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος· εἰ δὲ τελευτὴν
τοῦτο θέμις καλέειν, κάτθανεν εὐχομένη.

*Plinius* L. II. Epiſt. I. 10. de morte Verginii Rufi: *Si tamen fas eſt aut flere aut omnino mortem vocare, qua tanti viri mortalibus magis ſinita quam vita eſt. Vivit enim vivetque ſemper, atque etiam latius in memoria hominum et ſermone verſabitur, poſtquam ab oculis receſſit.*

*DCCXVI.* Ex *Muratori* Theſaur. p. 1349. *Bonada* T. II. p. 140. In Teleſillam Euxenidae conjugem. — V. 1. σῆμα τοιο γλυκερὴ T. *Murat.* Glyceram Teleſillam in his celebrari exiſtimabat *Bonada*. *Kulenkampius* in not. mſt. tentabat:

σῆμά τοι, ὦ γλυκερὴ Τελεσίλλα, ἐνθάδ' ἔθηκεν —

quae emendatio elegans et fortaſſe vera. Hiatum enim in hujusmodi carminibus non moror. — V. 2. ἀλόχῳ λάχεν ἥ οἱ πάντοτε πλήρης. *Mur.* quod confirmat *Kulenkampii* emendationem: σῶμά τοι, ὦ Τελεσίλλα, ἔθηκεν ἀλόχῳ. Quid verbo λάχεν faciendum ſit, ignoro equidem; at

ſequentia ἥ οἱ πάντοτε πλήρης iterum videntur ſcripta. — V. 3. τε μένοιτο et v. 4. ἐσσομένοισι τέον κλ. *Murat.* Fuitne: μένοι τοι. Reliqua non tangenda. τεὸν κλέος veriſſimum, quum poëta defunctam mulierem alloquatur. Fortaſſe etiam ſcribendum:

> … γένοιτο …
>
> ὄφρα καὶ ἐσσομένοισι τεὸν κλέος ἄφθιτον εἰεί.

*Theocrit.* Id. XII. 11. ἐπεσσομένοις δὲ γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδή.

*Lectt. p.* 304.] *DCCXVI.*[b] „E Muratori Theſauro p. 969. ubi, ut ſere omnia, admodum corrupte legitur v. 3. μνήμην ἀτινσων. quod nihili eſt. v. 4. πανυστάτην . . . τὸ μαρτυ . . . ceterae literae, quas ſupplevi, eraſae.“ *Br.* Poſtremi verſus lacunas optime explevit cl. Editor; in tertio verſu reſtituendo autem veram et genuinam poëtae manum attigiſſe non videtur. In verbis ΜΝΗΜΗΝ ΑΤΙΝΣΩΝ latere videtur ΑΓΙΑΣΩΝ, quae ſibi ſimillima eſſe, ſponte apparet. Andronicus, conjugis *memoriam conſecraturus*, ejus ſtatuam, tenerrimi amoris documentum, poſuit.

*DCCXVII.* Editum in *Sponii* Miſcell. Erud. Antiqu. p. 46. ap. *Fabrettum* p. 287. *Gruterum* p. 1118. Explicat *Gorius* in Inſcriptt. T. I. p. 270. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 98. *Bonada* T. I. p. 442. *Fleetwood.* p. 201. Superſcriptum: PETRONIAE MUSAE. Inter hoc et ſequens Epigramma in ara eſt caput muliebre affabre ſculptum. — V. 2. λειτός. *Marm.* ἄναυδον. Ad nomen puellae ſpectatur et ad canendi facultatem, qua polluiſſe videtur. Similia paſſim reperias. De Calliope, citharoeda, *Julian.* Ep. XLI. ἡ γλυκερὸν μέλψασα — Κεῖται σιγαλέη· τόσον ἔσθενε νήματα Μοίρης, Ὡς λιγυρὰ κλεῖσαι χείλεα Καλλιόπης. — V. 3. κεῖται, λίθος ὥς. *Alciphron* I. Ep. XXXIII. p. 228. κεῖται δὲ ἡ πάσαις μέλουσα Χάρισι κωφὴ λίθος καὶ σποδιά. *Theognis*

567. δηρὸν γὰρ ἔνερθεν Γῆς, ὀλέσας ψυχήν, κείσομαι ὥςτε λίθος Ἄφθογγος.

*DCCXVIII.* Vide ad praecedens Epigramma. — V. 1. Σειρηνακακον. *Fabrett.* qui *innocuam* vertit. Hoc tuetur *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 16. Muſam appellari Sirenem, quae *neminem laedat*, ἄκακον. Sic quoque viſum eſt *Antonio Mariae Salvinio*, cujus verſionem metricam exhibet *Gorius* in Inſcriptt. T. I. p. 270. *Daemone quo a nocuo rapta eſt innoxia Siren.* quod antitheſin efficit elegantia non deſtitutam. At ap. *Gruterum* habetur Σειρηνακακῶς κακός idque *Fleetwoodus* ſequitur. In marmore autem Σειρηνακακος κακος quod oculato teſti credimus *Viſcontio*, qui in libello per eleganti *Iſcrizioni Triopee* p. 80. aut repetitionem illam ſervandam, aut legendum eſſe monet: τὴν Σειρῆνα κακῶς κακὸς ἥρπασε δαίμων. Certe Sirenum nomen iis, qui dicendi et canendi facultate pollebant, ſaepenumero in laudem tribuitur, ſine ullo ad noxiam earum naturam reſpectu. Ep. ἀδεσπ. DXIX. καὶ λάλε Σειρὴν Βακχυλίδη. It. DLXII. σειρῆνα θεάτρων τόνδε Μένανδρον. Ep. DCCXXXII. ἡ πολὺ Σειρήνων λιγυρωτέρη. De oratorum operibus, quae eorum liberos vocat, *Themiſtius* Orat. XXVIII. p. 341. C. αὐτοὶ λόγοι αἱμύλοι εἰσὶ — κυδαίνοντες καὶ ἐπαίροντες καὶ ἀσπαζόμενοι τοὺς θεωμένους καὶ πάσας ἱέντες φωνὰς καὶ ᾄσματα ᾄδοντες τὰ ἡδονῆς, ὥςπερ Σειρῆνες. Scribendum μεστὰ ἡδονῆς. Item ap. eundem, quod obiter moneam, Or. XXII. p. 282. A. legendum: μεστὰ δὲ ἅπαντα δακετῶν θανασίμων καὶ ἰοβόλων, pro μετά. — V. 2. κακὸς δαίμων appellatur Pluto etiam in Epigrammate apud *Gruterum* p. DCCI. nr. 10. ubi primus verſus peſſime diſtinguitur. Legendum enim:

Εἰς θρήνους ἐφύλαξας Ἀτινίαν, ὦ κακὲ δαῖμον.

Poſtremum illius carminis diſtichon

πάππας μὲν γενεῆς προπάτωρ πέλεν, ἤϊθεος δὲ
ᾤχετ' ἔχων οὐδὲν πλὴν δάκρυον πρὸ τάφου.

male apud illum vertitur. Senſus eſt: *Avus quidem familiae parens fuit, juvenis autem nihil niſi lacrymas ex vita abſtulit.* Sed haec, quod nunc video, occupavit *Grotius* T. III. p. 407. — V. 2. μοι. *Fleetw.* μουτην pro nomine proprio habens *Fabrettus* vertit: *Quis Muten dulcem rapuit Lusciniolam.* quem errorem ſuſtulit *Gorius* et *Weſſeling.* in Probab. c. IX. p. 82. — ¶. 307.] V. 3. ψυχρᾶισι σταγόνεσσι. Muſa *frigidis guttis* aut *in frigidas guttas* reſoluta; neutrum ſatis intelligo. Certe mortis vis, corpus frigore perfundens, ſic ſatis inſolenter diceretur. *Fabrettus* vertit: *Nocte una frigidis ſtatim ſtillicidiis ſoluta Periiſti Muſa.* — λυθεῖσαν. *Grut. Fleetw.* — V. 4. Μοῦσα ἔτακη δ' ὄμματα ἐκεῖνα σέο. *Grut. Fleetw.* — V. 5. στόμα πέφρακται. *Plutarch.* T. II. p. 88. ἐμφράττει τὸ στόμα, ἄγχει, σιωπᾷν ποιεῖ. *Statius* V. Sylv. I. 200. *nunc ore ligato Incubat amiſſae.* Multa hujus locutionis exempla congeſſit *Wetſtenius* in Nov. Teſt. Epiſt. ad Rom. III. 19. p. 39. Male verbum φράττειν legitur ap. *Heliodorum* L. IX. 19. μικροῖς μὲν τοῖς βέλεσιν, ἰῷ δὲ δρακόντων πεφραγμένοις εἰςτοξεύοντες. Scribendum procul dubio: ἰῷ δὲ δρακόντων πεφαρμαγμένοις. Et ſic *Dorvillium* quoque ex Cod. emendaſſe nunc video ad *Chariton.* p. 693. quod noviſſimi *Heliodori* editoris diligentiam fugit. — τὸ χρύσειον nonnulli. — V. 6. οὐκ εἴδους. *Fabrett.* et ſic *Gudius*, qui ſe lapidem ipſum in villa Borgheſia vidiſſe ait, emendavit ad marg. *Gruteri*, apud quem σύκαλου σου σοφίης habetur. At ecce alius oculatus teſtis, *Viſcontius* l. c. ſic, ut *Gruterus* edidit, in marmore legi affirmat, indeque emendandum pronunciat:

λείψανον οὐ κάλλους, οὐ σοφίης πέλεται.

Nihil verius. In eandem emendationem inciderat *Kulenkampius* in not. mſt. — V. 7. ἐρρετειμερμεραι. *Grut. Fleetw.* Poſterior tentabat ἔρρετ' εἱμαρμέναι. inepte. μερ-

μουραι. *Gor.* Noſtrum habet *Fabrott.* *Grotius* vertit: *Ite procul curae, mortalia corda vorantes.* *Heſych.* μέρμηραι: φροντίδες. βουλαί. μέριμναι. *Theogn.* v. 55. λησμοσύνην τε κακῶν, ἄμπαυμά τε μερμηράων. Ejusdem originis vocabulum μερμέριος reſtituendum ſuſpicor Epigrammati in *Pocockii* Inſcr. p. 30. nr. 18. quod an alii ediderint, nunc inquirere non vacat. Mihi ſic ſcribendum videtur:

Οὐρανίων πάντων βασιλεῦ, χαῖρ', ἄφθιτ' Ἄνουβι,
σός τε πατὴρ χρυσοστέφανος πολύσεμνος Ὄσιρις,
αὐτὸς Ζεὺς Κρονίδης, αὐτὸς μέγας ὄβριμος Ἄμμων,
κοίρανος ἀθανάτων προγενὴς μηταισε Σάραπις,
σή τε μάκαιρα θεὰ μήτηρ πολυώνυμος Ἶσις,
ἣν τέκεν οὐρανὸς εὐφρονίδης ἐπὶ κύμασι πόντου,
μερμερίοις θρέψεν δ' Ἔρεβος φῶς πᾶσι βροτοῖσι,
πρεσβίστην μακάρων ἐν Ὀλύμπῳ σκῆπτρον ἔχουσαν
καὶ γαίης πάσης καὶ πόντου δῖαν ἄνασσαν.

Ap. *Pocockium* eſt v. 1. παμπτων. et Ανουοι. v. 2. πολυσεμνος Οσειρι. v. 3. Κρονδης et Αμμυ. v. 4. προτενημηταισι. v. 5. μολυωνυμος. v. 7. μαρμαρέοισι v. 8. εχουσ. v. 9. ανασσι.

DCCXIX. Editum in *Sponii* Miſcell. Erud. Ant. p. 347. *Gruter.* p. 1147. *Fleetwood.* p. 245. Epigraphe in marmore: Εὐτυχίδης Ζωΐλου Μιλήσιος. — V. 1. laudat *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 851. F. — V. 3. ψευδώνυμον. Falſo ſe *Eutychiden* i. e. *Felicem* appellatum eſſe ait, cum tam mature infelici fato ad inferos abreptus ſit. — V. 2. ἐς δε τε ων. *Spon.*

DCCXX. Habetur ap. *Smetium* fol. CXXX. ubi verba male diſtincta. *Gruter.* p. CCCXXVIII. *Fleetwood.* p. 131. *Murator.* p. 650. quem ſequitur *Bonada* T. II. p. 390. Ad *Salmaſii* et *Grotii* mentem emendatum protulit *Dorvillius* ad *Chariton.* p. 150. — V. 1. κῆρυξ. Cippus, in quo defuncti nomen ſcriptum, illud κηρύσσειν dicitur vel βοᾶν. Hinc lapis, Eutychis tumulo impo-

ſitus, ejus κήρυξ. — ἀρχεχόροιο. χοροστάτην interpretatur *Dorvillius*, τὸν προηγούμενον τοῦ χοροῦ καὶ τῆς ᾠδῆς. Idem χοροδέκτης appellatur ſecundum *Suidam*. — V. 2. μινυνθάδιον. *Smet. Dorv.* — V. 3. ὡς, *ut*: mallem ἥ, *quae*, relatum ad Κῆρα. Adumbratum eſt hoc diſtichon e Simonidis Epigr. CI.“ *Br.* Ad Parcam retulit haec verba etiam *Dorvillius*, (cui ὡς debetur et πείσασ' pro ὅς et πείσας;) ſecutus interpretationem ſummi *Grotii*:

> *Eutychis hic ego ſum tumulus praecoque choragi:*
> *Non levis eſt de te, Parca, querela mihi.*
> *Auctor namque Animae cum ſis, in corpus ut intret,*
> *Crudelis, cur non auctor es, ut maneat?*

Longe diverſo ſenſu haec accepit *Benedictus Egius Spoletinus*, cujus verſionem exhibuit *Muratorius*:

> *Sum praeco excelſi Felicis et urna choragi,*
> *Cui vitam exiguam fata dediſſe queror.*
> *Qui potuit revocare animas in corpora cantu*
> *Melliſluo, tenuit non tamen ipſe ſuam.*

quae ſane arguta ſententia et vulgatae lectioni accommodata: ὃς πείσας θνητοῖς ψυχὴν ἐπὶ σώμασιν ἐλθεῖν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν οὐκ ἀνέπεισε μένειν. Muſicus voce et arte valens dici poterat animas hominum jam aufugientes retinere et in corpore quaſi defigere. Alibi muſica animas e corporibus evocare dicitur. Utrumque bene. Ita enim fert natura poëſeos, ut eandem rem diverſiſſimis rationibus recte enuntiare poſſit. — V. 4. „Lapis exhibet ΤΗΝ ΑΥΤΟΥ ΜΕΛΕΟΣ. unde Dorvillius τήνδ' αὐτοῦ μελέεσσ' — at omnino ſcribendum αὐτῶν, *illorum membris*. Nam αὐτοῦ adverbialiter *illic* friget ſequente μελέεσσι.

Multo mihi probabilius videtur lapidi incidi debuiſſe αὐτὴν τοῖς μελέοις. — Hoc ad θνητοῖς refertur, *miſeris mortalibus.* " *Br.* Tantum nobis in marmoribus corrigendis licere, nemo facile concedet. Nihil omnino mutandum eſſe contendo, ſed reſtituta lapidis ſcriptura legendum:

ὅς θνητοῖς ψυχὴν πείσας ἐπὶ σώμασιν ἐλθεῖν,
τὴν αὐτοῦ μέλεος οὐκ ἀνέπεισε μένειν.

Ultima ſyllaba in μέλεος producta poſt tot ejusdem licentiae in his Epigrammatis exempla neminem, puto, offendet. Cf. Ep. ἀδεσπ. CCCLXXXVII. 2. CCCXCIV. 2.

DCCXXI. Inſcriptionem hanc accuratiorem dedit *Rich. Chandler* II. 61. p. 67. quam in *Sponii* Miſcell. p. 318. et ap. *Fabrettum* p. 322. legitur. Emendavit eam ſecundum exemplar *Sponii* in Itiner. II. p. 349. *Heringa* in Obſſ. crit. p. 287. ſq. Eandem ex ſchedis *Anton. Askew* accuratiſſime deſcriptam dedit *Taylor.* ad *Demoſthen.* de falſa Legat. p. 461. ed. *Reisk.* Legitur etiam ap. *Fleetwood.* p. 319. 2. — V. 1. Verſus eſt vitioſus aut poëtae aut lapidarii culpa. *Heringa* ἐπὶ omittendum eſſe cenſebat, quo verſus exiſtit longe deterrimus. Numeri in exitu hexametri

ξανθαῖς ἐπὶ κρατὸς ἐθείραις

longe ſunt perfectiſſimi; errorem igitur haerere apparet aut in κυδιόωσα aut, quod etiam probabilius, in ξανθαῖς. — V. 2. χαριτοβλεφάροις. Idem epitheton puellae tribuitur in Inſcr. ap. *Donium.* p. 15. nr. 57. Ἐλευθερίας χαριστήρια τῇ Νεμέσει Ῥαμνούντοθεν Νεαίρα Ἀθηναῖα χαριτοβλέφαρος ἀνέθηκεν. ubi *Gorius* noſtrum verſum comparavit. — V. 3. χειονειοισι ευπρεπουσα. *Spon Fleetw.* χιονέοσι πρ. emendavit *Heringa.* *Chandler* dedit, ut eſt

ap. *Brunckium*; nec aliter *Taylor.* χιονέοις ſignificatione generaliori pro καλοῖς, λαμπροῖς, ut *niveus* ap. Latinos, quod illuſtravit *Markland.* ad *Statii* Sylv. p. 15. — V. 4. κἀκ γλ. *Hering.* quod non neceſſe. In tali enim verborum ſtructura praepoſitio omitti poterat; cujus ellipſios exempla dedit *Fiſcher.* ad *Weller.* T. III. P. II. p. 128. — λιριόεσσαν. *Chandl. Spon. Taylor. Homer.* Ιλ. γ. 150. τέττιγες — οἵτε καθ' ὕλην Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι. *Apollon. Rhod.* L. IV. 902. ἀπηλεγέως δ' ἄρα καὶ τοῖς Ἵεσαν ἐκ στομάτων ὄπα λείριον. — V. 5. χιλιεσι. *Chandler. Tayl.* — „Non placet ἐλεφαντινέων, quod tamen mutare contra lapidis fidem non ſuſtinui; at mallem ἐλεφαντοχρόων." *Br.* ἐλεφαντινεον. *Taylor.* — V. 6. δὲ ἀρετὴν π. σῶμα τιθεῖσα. *Spon. Fleetw.* τε ἀρ. *Chandl.* — V. 7. Κιλικία *Tayl.* Mire hunc verſum vertit *Chandler*: *quam peperit Eutychis Sibenaro Ciliſſa Charitopis.* Talia innumera graecarum Inſcriptionum editores admiſerunt. — V. 8. εἰκοσιπενταετής. *Tayl. Chandl.* et alii. — V. 9. „Sic in lapide inciſus: ΕΡΜΕΡΟΣ ΔΕ ΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΙΟ ΠΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΜΗΤΕΡ . . . . Quum illius metrum reſtituere et defectum in fine ſupplere vellem, imprudens non animadverti verſum ἑπτάμετρον mihi excidiſſe. Ἕρμειος nomen eſt graecum, quod occurrit in lapide apud Gruterum p. 419. 2. Ἕρμειος Ἀσκληπιοδώρου Ἀντιοχεύς. In fine nihil veriſimilius ſuccurrit, quam μητέρος ἐσθλῆς, niſi forte ipſum matris nomen expreſſum fuerit. Sic ſupra in Epigr. DCLXXIII.

οὔνομα Ῥουφῖνος γενόμην, παῖς Αἰθερίοιο,
μητρὸς δ' ἐξ ἀγαθῆς.

At auctori hujus carminis, quem, niſi ſummae imperitiae damnetur, talem verſum procudiſſe nemo credet, ſuppetias eundum eſt, ut a quadratarii et mea etiam vexatione liberetur. Scribendum itaque cenſeo:

Ἕρμος Ἀριστομάχοιο πατρὸς καὶ μητέρος ἐσθλῆς.

Nomen Ἕρμος in alia inſcriptione apud Chandlerum occurrit; et hîc reponendum eſſe eo veriſimilius mihi videtur, quod alterum illud Ἕρμερος, ſeu, ut potius ſcribi debet, Ἑρμέρως, nomen ſit ſervile, quod ubi in Romanis monumentis viſitur, ſemper, ni fallor, libertinorum eſt." *Br.* Ἑρμερως et in fine μητρο . . . *Tayl.* In lacuna matris nomen latere recte ſuſpicabatur *Heringa.* Ceterum talibus emendandis operam fruſtra inſumi, mihi perſuaſum habeo. In his enim ſequioris aevi carminibus haud pauca occurrunt, quae numerorum tantum ſpeciem habeant, praeſertim ubi nomina propria verſificatori negotium fecerant. Hic cum nomen Ἑρμέρως in hexametrum non intraret, auctor Inſcriptionis verba ſic compoſuit, ut tetrametri trochaici ſpecies quaedam efficeretur. Et fortaſſe ne hoc quidem voluit. Nam nec earum Inſcriptionum exempla deſunt, in quibus proſa verſibus miſcetur. — V. 10. ἀλόχῳ κουριδίῃ. Hoc et πόσις κουρίδιος, *conjux virgineus* et *conjux virginea*, plus ſemel obvium in marmoribus. Vide *Reineſium* p. 722.

*Lect. p.* 302.] *DCCXXI* [b]. „Apud Smetium fol. CX. verſo, Gruter. p. DCCLXIX. nr. 4. et Murator. p. 1323. Χρηστὴ et Φρασᾶς nomina ſunt propria, quorum hoc corruptelae ſuſpicione non vacat." *Br. Fleetwood.* p. 281. *Bonada* T. II. p. 138. — V. 1. Ineptiſſimum eſſe hunc verſum, nec ullam efficere ſententiam, pronuntiat *Fleetwoodius*, haud ſcio an vere. φιλου συνομα. *Smet. Grut.* φιλουνομα. *Murat.* μνῆμ' ἀρετῆς paſſim occurrit in Epigrammatis de monimentis eorum, qui, dum viverent, virtute floruerunt. Cf. not. ad Ep. DCLXXX. μοίρης τὸ τέλος. Num haec quoque verba ad monimentum ſepulcrale referri debent? at quo ſenſu? num *Fati terminus*, quandoquidem cippus eum, cujus nomen deſignat, finem attigiſſe indicat? an *ſtipendium* ſive *munus Fato et Parcis tributum*? *Pii muneris* ſenſu τέλος oc-

currit ap. *Aeſchylum* Suppl. v. 123. Cf. *Abreſch.* ad *Aeſchylum* T. I. p. 182. Tum auctorem Inſcriptionis noſtrae hunc fere ſenſum efficere voluiſſe dixeris: Sum virtutis monimentum, munus Parcae tributum, carum nomen in fronte gero. Dura tamen interpretatio. Nunc video, eandem fere ſummo *Grotio* placuiſſe, qui vertit in *Mantiſſa Tertia* Anthologiae T. III. p. 409.

*Aſpice vectigal fati, virtutis honorem,*
*Chreſta pudicitiae jacet hic celeberrima laude.*

Ad ipſam mulierem verba μνῆμα ἀρετῆς, μοίρης τὸ τέλος retulit *Benedictus Hegius*, qui vertit:

*Hoc decus, haec fati virtus, et amabile nomen,*
*Dote pudicitiae celebrata, laboribus actis*
*Vitae Chreſta jacet condita nunc tumulo.*

quaſi ipſa *Chreſta* dicatur μνῆμα ἀρετῆς, quod ferri poſſit; at quomodo eadem μοίρης τέλος ſive, ut ille, *fati virtus* (τέλος nonnunquam eſt *perfectio*) appellari potuit? — V. 3. σῶμά γ' ἔκαυσε. *Smet. Grut. Fleetw.* σωμανεταυσατο. *Murat.* — V. 5. „θνητὴν lapis mendoſe, ut e ſequenti μέτοχος patet.“ *Br.* θνητῇ habet *Mur.* et *Bonada.* θνήτ' ἦν ſuſpicabatur *Fleetwood.* Quod librariis, idem et lapidariis paſſim accidit, ut literas perperam duplicarent. Ad ſenſum comparandus *Ariſtides* Orat. T. I. p. 79. ed. *Jebb.* beatum praedicat juvenem, vitae ereptum: ἔχει καλῶς γε δὴ τὰ ἀνθρώπεια· οὐ γὰρ Κωκυτὸς οὔτε Ἀχέρων τοῦτόν γε εἰλήφασιν, οὐδὲ θήκη κρύψη περιλαβοῦσα, ἀλλ' εὐκλεὴς καὶ ἀγήρως ἤδη τὸν λοιπὸν ἅπαντα χρόνον περίεισιν ἥρως, Κυζίκου πάρεδρος, τιμηθεὶς ὑπὸ Ἀπόλλωνος πατρῴου. — V. 6. „A. I. ΜΝΗΣΤΟΣ omiſſis duabus literis.“ *Br.* αιμνεστωσα πασα. *Murat.* unde ap. *Bonadam* αἲ μνησθεῖσα πᾶσι. Reliquos genuina non fugit lectio. αἰείμνηστος. *Sophocl.*

Ajax 1166. ἔνθα βροτοῖς τὸν ἀείμνηστον τάφον εὐρώεντα καθέξει. — V. 7. „Male in Lapide ΚΥΔΑΤΗ. Mallem σοὶ δὲ τάφον σοφίης ἕνεκεν, κυδρὴ παράκοιτις, Τεῦξα.“ *Br.* κυδνη. *Mur. Fleetwood.* κυδίη vel κυδέη tentabat; κυδνῇ *Ruhnken.* in Epiſt. crit. p. 83. κυδρῇ *Kulenkampius* in not. mſt. In reliquis cur quid muteiur, cauſam idoneam non video. — V. 8. τευξε φρασας συνομενος. *Smet. Grut. Fleetw.* φρασσυ νομευνος. *Muratori*, qui de meliore aliorum lectione ſecurus (recte enim *Hegius* ap. *Smetium* vertit: *conjux moeſtiſſimus*) *Nomeunum* hominem nobis hinc elicuit. In nomine Φρασας ante *Brunckium* haeſit *Hultmann.* in Miſcell. Epigr. p. 440. qui τεῦξ' Ἐπαφρᾶς συνόμευνος. Nomen *Epaphras*, quod *Epaphra* eſt ap. Latinos, ex Inſcriptionibus collegerunt Indic. Theſ. *Gruteriani*, et *Bentlej.* in Epiſt. ad *Millium* p. 82. *Leichius* in Cur. Secund. p. 66. legebat τεῦξ' Ἐφρᾶς συνόμευνος. — In fine Ἀλεξανδροπολείτης *Mur.* πολείτης etiam reliqui. — V. 9. „Seu quadratarii, ſive illius, qui lapidem deſcripſit, errore legitur ΑΓΕΝΤΙ ΕΥΨΥΧΙ. Unde feci ἀλλ' ἄγ' εὐψύχει. *ſed age, bono animo ſis.*“ *Br.* Leniori mutatione *Scaliger* in Not. ad *Gruterum* emendabat:

ΑΓΝΕΤΙ ΕΥΨΥΧΕΙ.

Mulier illa appellata fuit Ἀγνετις Χρηστη. *Leichius* ſcribebat: αἰὲν δ' εὐψύχει. εὐψύχει, κἀμὲ μένει τὸ θανεῖν, reſpondet formulae, quam paſſim exhibent Inſcriptiones:

εὐψύχει· οὐδεὶς ἀθάνατος.

cujus exempla quaedam collegit *Leichius* in Cur. Sec. p. 67. Ceterum *Grotius* poſteriores tres verſus paulo aliter, ac reliqui, conſtituit, ſic:

τόνδε τάφον σοφίης ἕνεκεν κεδνῇ παρακοίτι
τεῦξε φράσας Συνόμηρος, Ἀλεξάνδροιο πολίτης·
Ἁγνὴ εὐψύχει· κἀμὲ μένει τὸ θανεῖν.

*Haec Synomerus ei ſapientis praemia vitae*
*Civis Alexandri ſtruxit monumenta maritus.*
*Tu ne, ſancta, dole; me quoque fata manent.*

Ubi vides, eum vocem φράσας penitus praeteriiſſe, quod non magis probandum ac reliqua ſummi viri in hoc loco tentamina, ſi ab uno κεδνῇ παρακοίτι diſceſſeris. Si in ultimi verſus initio epitheton quaeris, quale ἁγνὴ eſt, in Chreſtae laudem, nihil propius ad marmoris veſtigia accedit, quam

ΑΙΝΕΤΗ εὐψύχει.

I pro H ſaepiſſime in ſerioris aevi monimentis reperitur; cum jam utriusque literae pronuntiatio confunderetur. Caeterum formulam εὐψύχει ſive Ευψυχι paſſim in marmoribus obviam illuſtravit *Reineſius* p. 731. 826.

*Lect. p.* 303.] *DCCXXI.*[c] *Muratorius* in Theſ. p. 1376. et iterum p. 2075. i. Primum editum in Deſcriptione Aedium Barberinarum. *Brunckius* ſequitur *Dorvillii* recenſionem ad *Chariton.* p. 100. Scriptum in Meſſiam, mulierem et elegantiſſimam, quam conjux defunctam in aedibus ſuis ſepelivit. — V. 2. πρέψασακαταφρων. *Murat.* loco pr. unde *Klotzius* ad *Tyrtaeum* p. 50. fecit πρέψασα κατ' ἄφρων, quo ſenſu, non dixit. Junxiſſe videtur κατάλιπες ἄφρων φῶς ἠοῦς. *ſtolida reliquiſti lucis oras.* quod a multis probatum iri dubito. Altero loco *Muratorius* πρέπουσα καταφρονι. Fac, in marmore ſcriptum exſtare KAT. . XΘ. ONA et facile intelliges, quomodo factum ſit, ut deſcriptores parum diligentes καταφρονα exhiberent. — V. 3. ἐςαρθρησασι σωσα. *Mur.*

quod *Dominicus Bricherius* vertit: *neque te inſpicienti bus adſtas.* — V. 4. φίλοις σταδίοισιν *Murat.* utroque loco. „Majoris momenti mutationem inſtitui. Legitur enim ubique φίλοις σταδίοισιν pro σταθμοῖσιν, quod quidem ſatis lepide *Dom. Bricherius Columbus* vertit:

*Fors ego* d i l e c t i s *tumulum fabricatus* a m i c i s.

quaſi στάδιοι φίλοι *ſtabiles amici* celebrarentur. Aliis verſum *in amicis ſtadiis.* Credo, ipſos intellexiſſe *ſtadia, in quibus decurritur.* Sed prius diſcant, φίλος hîc et centies non *amicus*, ſed *meus*, *tuus*, *ſuus* ſignificare apud poëtas: deinde me viciſſim doceant, *ſtadia* talia fuiſſe adjecta *aedibus privatis*, et quî cadaver, ut mox ſequitur, *in talibus ſtadiis ſepultum*, poſſit tamen in aedibus ipſis eſſe et conſpici. Quare credo, levi literarum duarum mutatione recte repoſitum σταθμοῖσι *poſtibus*, et loca buſto recipiendo apta eſſe σταθμούς, non dubitaveris, ſi inſpicias Homer. Οδ. Ζ. 19. et ſic hanc feminam domi a marito ſervatam ſepultamque conſtabit.“ Haec *Dorvillius*, qui moris defunctorum corpora intra aedium limina ſepeliendi multa exempla profert. — V. 5. νεκρυν et μελαφροισιν. *Murat.* loco ſec. — V. 6. Μεσσια αιμνηστη. utroque loco.

*Lect. p.* 303.] *DCCXXI.* [d.] In *Gruter.* Theſ. p. 1146. *Fleetwood.* p. 253. 2. — περικαλλεα *Gruter.* quod in περικαλλέϊ emendavit etiam *Kulenkampius* in not. mſt. — In v. 2. haud ſcio, an legendum ſit:

μνήμης ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ Θ᾽ ΕΝΕΚΕΝ.

*et ob memoriam ejus conſervandam et in caſtimoniae mulieris bonorem.* Θ inter Σ et Ε, ſimillimas literas, facile excidere potuit.

¶. 308.] *DCCXXII.* Hoc Epigramma in Dialogum philoſophum edidit *Sponius* in Miſc. Ant. Erud. p. 320. *Fleetwood.* p. 249. *Bonada* T. II. p. 529. — V. 1. καθαρῷ πυρί. rogo crematus. Igne autem abſumi putabatur, quidquid mortale eſſet, quo facto animus purgatus ad Deos tranſit. Sic Hercules ἐκ πυρὸς εἰς Οὔλυμπον ἐκώμασε in Ep. ἀδεσπ. CCLXXXVIII. Thetis Achilli immortalitatem donatura, βροτέας αἰεὶ περὶ σάρκας ἔδαιε — ὄφρα πέλοιτο ἀθάνατος, καί οἱ στυγερὸν χροῒ γῆρας ἀλάλκοι. *Apollon. Rhod.* L. IV. 869. De Triptolemo *Ovidius* IV. Faſt. 553. *Inque foco pueri corpus vivente favilla Obruit, humanum purget ut ignis onus.* quae *Ruhnkenius* comparavit ad Hymn. in Cerer. 236. et 239. — V. 4. „Notanda vox γυμνάς, quae hîc, ut in ſequ. Epigr. v. 3. γυμνάσιον ſignificat, quod non intellexit Sponius.“ *Br.* ΓΥΜΝΑΣ vitioſe *Spon.* γυμνὰς *Fleetwood.* et *Bonada* cum ἔπλετο conjunxerunt; ille vertit *exercitationi deditus*; hic: *Virtutis totus qui fuit et ſophiae.* — V. 6. ψυχὴν — οὐρανὸς ἔχει. Similiter Inſcriptio ap. *Sponium* in Miſcell. p. 374. cujus finem ſic reſtituendum eſſe ſuſpicor:

δοιαί, τῶν ἑτέρη μὲν ἐπιχθονίη πεφόρηται,
ἡ δ' ἑτέρη τείρεσσιν ὑπ' αἰθερίοισι χορεύει,
ἧς στρατιῆς εἷς εἰμί, λαχὼν θεὸν ἡγεμονῆα.

quae ad nobilem illum Platonis mythum de Deorum per aſtra curſu referenda ſunt. Vulgo legitur ΔΟΙΗ. ΕΠΑΧΘΟΝΙΗ. ΕΙΣΕΙΛΑ (pro εἷς εἰμί) et ΗΤΕ ΜΟΝΗΑ. — ἐκ μελέων. poſtquam anima ex corporeis evolavit vinculis. *Theocrit.* Eid. XVII. 24. ὅττι σφῶν Κρονίδας μελέων ἐξείλετο γῆρας. Epigramma ap. *Murator.* T. II. p. 696. 5. *Bonad.* T. I. p. 430. in Aſclepiadem medicum: ἐκ ῥεθέων δ' ἅμα στείχων σεμνὸν ἔβη Διὸς οἶκον. Sed totum carmen adſcribam, ut emendandum videtur:

Ἀνέρες, οἳ πάρος Αὐσονίων πέδον ἵκετε, ξεῖνοι,
βαιὸν ἐπὶ τραφερῇ χθονὶ δερκόμενοι τόδε δῶμα
ἀνδρὸς ὀπιζομένου Ζηνὸς νόον Αἰγιόχοιο,
ὅς ποτ' ἔδειξε βροτῶν πολυπλάγκτοισιν πραπίδεσσιν
ψυχὴν ἀθανάτην κἀγήραον ἐκ Διὸς αἴσης,
μάρτυρα Φοῖβον ἀμυμόνεσιν σελίδεσσι χαράξας·
οὐδ' ἄρα θνητὸς ἔην, ὑπ' ἀνάγκης δ' Ὑψιμέδοντος
τύμβῳ ἐν ἀργαλέῳ πεπεδημένος ἤνυσεν οἶμον,
ἐκ ῥεθέων δ' ἀναστείχων σεμνὸν ἔβη Διὸς οἶκον,
Λητοΐδῃ καὶ Μούσαις βωμὸν ὑπ' ἠέρι τεύξας·
ἰητὴρ δ' Ἀσκληπιάδης μακάρων τρίβων ἦει,
χρημοσύνην δ' ἔλιπεν πολυκήριον ἐν νεκύεσσιν.

V. 6. *Muratorius* legit ΑΜΥΜΝΙ ΣΙΝ ΕΝ σελίδεσσι. V. 8. τύμβῳ ΕΙΝ ΑΛΕΩ omiſſa ſyllaba, quam mihi certa emendatione reſtituiſſe videor. V. 9. δ' ΑΜΑ στείχων. V. 11. δ' ἅμ' Ἀσκ. Delevi ſyllabam abundantem. Aſclepiades, qui hoc Epigrammate laudatur, et medicus fuit et philoſophus. Hoc in celeberrimum hujus nominis medicum, Aſclepiadem Bithynum, quadrare dixeris; at noſtra Inſcriptio quin longe ſeriori aevo ſcripta fuerit, dubitari non poteſt.

DCCXXIII. Ex *Sponii* Miſcell. p. 350. Habetur etiam ap. *Donium* p. 150. unde id repetivit *Burmannus* in Anth. Lat. T. II. p. 222. *Murator.* p. 656. *Fleetw.* p. 294. 4. *Bonada* T. II. p. 229. In cippo, cui hi verſus inſculpti, figura ſtabat cum ſerpente circa columnam, in cujus ſymboli ſenſum inquirit *Bonada*, qui ſerpentem ſalutis et beatitatis, columnam aeternitatis ſymbolum eſſe exiſtimat. — V. 1. Ἡρακλείδης. *Spon.* Ἡρακλείδην. *Don.* ομβρυς Α. *Spon.* *Fleetw.* ὄμβριμος. *Don.* *Mur.* ex conjectura procul dubio, ſed ea parum felici. Verum eſt ΟΝ ΒΑΡΥΣ, quod in ΟΜΒΡΥΣ latere nemo negabit, qui meminerit, quam ſaepe in marmoribus Μ

pro N legatur ante Φ. M. B. M. quod monuit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 523. et 733. — V. 2. εἰρυσενανθεων *Don.* *Mur.* εἰρυσεναιθεων. *Spon. Fleetwoodus* recte diſtinxit αἰθέων. — ἔλικος. *Murat.* — V. 3. γυμνασια:. *Mur.* γυμνάδας. *Spon. Fleetw.* εὔμοχθος γυμνὰς gymnaſium, ubi corpus exercetur. Eodem ſenſu Ep. praeced. v. 4. et in Inſcriptione, quam *Tollius* dedit in Epiſt. Itiner. I. p. 5. *Henninius* in notis ad illum p. 20. *Leichius* in Sepulcr. p. 12. et 32. *Reisk.* in Anth. p. 108 nr. 648. Hujus Inſcriptionis initium noſtrum locum egregie illuſtrat:

> Ἄρτι σε τὸν θάλλοντα νέοις ἐπὶ γυμνάδος ἔργοις,
> ἄβας καλλίστοις ἄνθεσι τερπόμενον
> ἠΐθεον, Πρώταρχε, πατὴρ ἐκαλύψατο τύμβῳ,
> ὀστέα δ' ὀγκωθεὶς οὗτος ἔδεκτο τάφος.

Jam mirare *Fleetwoodium*, qui ad noſtrum Epigramma lepidam confinxit hiſtoriam de *Eumoebtho*, neſcio quo, qui *Ephebum* quendam, puerum pulcherrimum, occiderit. Paulo poſt v. 5. verba τερπνὸς ἀμίβων (ſic *Marmor* pro ἀμείβων, vulgari vitio) in *venuſtum Amibonem* mira arte convertit, haec addens: *Video aliter poſſe verti haec verba. Sed conjecturis cujuscunque cum locus ſit, cur non et noſtris?* Taliane ſanae mentis homini excidere! — Pro τερπνὸς *Donius* habet τερπος. *Muratori* τερας. — V. 6. Ζμεροτομαρα *Spon Don Mur.*

DCCXXIV. E *Muratori* Theſauro p. 1397. illuſtravit *Hagenbuchius* in Epiſt. ad *Blaurer.* p. 36. ſqq. *Bonada* T. II. p. 135. Scriptum eſt in *Rufinum*, cognomine Aſterium, Romanum, qui in Aegyptum profectus, diem ſupremum ibi obierat. Inde Damoſtrateia, Rufini conjux, mariti reliquias Romam deportavit, ubi noſtrum Epigramma inventum eſt. — V. 1. Ρουφεινου et ποτε κληζον *Murat.* De κλῆζον et ἔκληζον in Inſcriptionibus vide *Hagenbuch.* in Epiſt. Epigr. p. 417. — *Aſte-*

*rii* nomen ſeriori aevo frequentatum. Notus *Turtius Rufius Aſterius*, qui emendavit Codicem *Virgilii* Mediceum; ex hujus familia noſtrum fuiſſe, dubitari nequit. Occurrit Rufina quaedam, Sanctis Martyribus adſcripta, Aſterii filia, de qua dixit *Tillemont.* Hiſtoir. des Emper. T. III. p. 172. Multos *Aſterios* recenſet *Fabric.* in Bibl. Gr. T. VIII. p. 613. ſqq. De familia Aſteriorum disputavit *Henr. Noris* in Cenot. Piſan. Opp. omn. T. III. p. 676. ſqq. — V. 2. Νείλου πόλιν, urbem Aegypti, Nilopolin, quae modo ſic junctim, modo diviſim, ut in noſtro Epigrammate, ſcribitur. Vide *L. Holſten.* in *Stephan. Byz.* p. 221. — V. 3. προκοπαῖς λάμψας. *progreſſibus, quos fecerat, clarus.* Non dicitur, qua in re; ex proximis ſuſpiceris, Rufinum honorum et divitiarum viam feliciter inſtitiſſe. — πολλοις *Mur.* πολλοῖσι emendavit *Hagenb.* Ductum hemiſtichium ex *Theocrit.* Eid. XIV. 63. πολλοῖς πολλὰ διδούς. — Verbum προκοπὴ ſimiliter adhibetur in Epigr. ap. *Muratorium* T. III. p. 1687. 2. quod adſcribam, ſicut legendum puto, nam ap. Editorem peſſime diſtinctum:

Οἳ στύγιον χῶρον ὑποναίετε, δαίμονες ἐσθλοί,
δέξασθ' εἰς Ἀΐδην κἀμὲ τὸν οἰκτρότατον,
οὐ κρίσει ἐκ Μοιρῶν ἡρπασμένον, ἀλλὰ βιαίῳ
αἰφνιδίῳ θανάτῳ μήνιος ἐξ ἀδίκου,
ἄρτι μὲν ἐν προκοπῆς τάξει παρὰ δεσπότῃ ὄντα,
ἄρτι δὲ καὶ γενειῶντ' οὐδ' εἴκοσι τέρμ' ἐνιαυτῶν
ἐκτελέσας, γοερὸς οὐκ ἐσορῶ τὸ φάος.
τοὔνομά μοι ὕπατος· λίτομαι δ' ἔτι τὸν συνόμαιμον,
τοὺς δὲ γονεῖς μηκέτι τοὺς τάλανας.

V. 5. habetur Αρτιμου εν et in fine οντι. V. 6. γονεων. Haec vide quomodo verterit *Muratorius*: *propter iram injuſti Artimi, in dignitatis loco apud ſuum dominum conſtituti, nuper in ergaſtulo, parentum ſpe*

*fraudata, neque heredibus ſcriptis.* quae omnia aegri ſomnia potius quam verſionem dicas. Recte mihi ſcripſiſſe videor ἄρτι δὲ καὶ γενειῶντ', *primam nuper lanuginem proferentem.* Diphthongus etiam in media voce corripi poteſt; certe hoc probabilius, ſi veſtigia marmoris comparaveris ΑΡΤΙ ΔΕ ΚΑΙ ΓΟΝΕΩΝΤ', quam quod *Dorvillius* ad *Charit.* p. 30. ſenſu tamen nihil diverſo, ſcripſit: ἀρτιγενειάζων. V. 7. nihil intereſt utrum γοερὸς legas, ut *Muratorius* habet, an γοερῶς, ut *Dorvillius.* Cf. ad Ep. DCCXX. 4. — Redeo ad Rufini elogium. V. 4. μηδένα λυπήσας. Sic Ep. DCXCIX. οὐδένα λυπήσας, οὐ λοίδορα ῥήματα πέμψας. In corruptiſſima Inſcr. ap. *Fabrettum* p. 741. οὐδένα λοιγήσασα (fort. λυπήσασα) οὐ μικροῦ ψυχήν, οὐ μεγάλου. — V. 5. ἔφυγεν. *Mur.* — V. 6. ἐς ἀέρα, σῶμα δὲ πρὸς γῆν. *Euripid.* ap. *Plutarch.* T. II. p. 416. E. ὃ δ' ἄρτι θάλλων σαρκί, διοπετὴς ὅπως Ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς ἐς αἰθέρα. — V. 7. εὐσεβείης ἔσχεν. *Mur.* Etiam apud inferos ipſius pietas cognita eſt et probata. — V. 8. εἶδε τὸ φῶς. oſſibus ex loco, ubi ſepolita, denuo prolatis. — V. 9. Poſt patrem duo ejus liberi morte abſumti, qui in idem ſepulcrum atque pater illati ſunt. — V. 11. σεμνη δε. *Mur.* et *Bon.* — V. 12. διέπλεισε. *Mur Bon* — V. 13. 14. Notandae alliterationes, rhythmis ſequiorum temporum praeludentes, in verbis ὑπέμεινε, διέμεινε, κατέθηκε, παρέδωκε. — §. 309.] V. 14. αἰῶσιν. aeternitati tradidit. Sic in ſepulcralibus paſſim defuncti *aeternae ſecuritati, perpetuae quieti* commendantur, et in *aeternas ſedes domosve* illati eſſe dicuntur. Vide inprimis *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 107. — V. 15. His Damoſtratea ſuum erga maritum amorem demonſtravit.

DCCXXV. Edidit *Fabrettus* p. 731. ſed emendatius quam hic in ipſius *Fabretti* muſeo illud deſcripſit *Montefalconius*, repetivitque in Diario Ital. p. 273. Diſputavit de hoc marmore *Hagenbuch.* in Epiſt. ad *Blau-*

*rer*. p. 41. ſq. *Murator.* T. III. p. 1711. I. *Bonada* T. II. p. 546. — V. 2. πανεπηρατον et πρισσων. *Fabr.* Poſterius hoc *Zaccagnius* in κρεῖττον mutandum cenſebat, ſatis inepte. — V. 3. αἰνοτοκων εων. *Marmor. Montefalconius* vertit: *Infelicibus parentibus ſors invida rapuit*; nihil praeterea de ſenſus et metri lacuna monens αἰνοτόκων γονέων hîc legendum eſſe pronuntiat *Jac. Gronovius* ad *Herodot.* L. I. 38, 5. quod *Hagenbuchium*, idem reponentem, latuit. Hanc lectionem probavit etiam *Dorvillius* ap. *Burmannum* ad Anth. Lat. T. II. p. 83. qui multa de *Invidia Sortis* et *Fatorum*, quae in juvenum immatura morte accuſari ſolet, diſputavit. — ὃν καθορᾶτε. Ad Menophili imaginem refertur, quam cippus exhibebat. — V. 4. ὀκτὼ μόνοις ἔτεσιν. *Marmor.* „ὀκτὼ poſteriorem ſyllabam correptam habet, more Latinorum; quos niſi imitari poëta voluiſſet, ſcribere potuiſſet

ὀκτὼ μοῦνα ἔτη βεβιωκότα μησί τε πέντε.

Nil frequentius in ſaxis antiquis, quam ad quaeſtionem *quamdiu* accuſativos et ablativos in unam conferri orationem. *Vixit annos* tot, *menſibus* tot, vel *vixit annis* tot, *menſes* tot.“ Verba ſunt *Hagenbuchii.* Satius fortaſſe fuiſſet, hoc patellarii verſificatoris Epigramma penitus omittere, quam vitia, ab ipſo auctore admiſſa, pro lubitu corrigere. Longas vocales et diphthongos crebro corripiebat ſerior aetas, quam legitimus verborum graecorum ſonus latebat. Cf. tamen *Brunckium* ad Ep. DCCXLI. 4.

*DCCXXVI.* Edidit *Montfaucon* in Diar. Ital. p. 201. *Murator.* p. 154. Illuſtravit *Hagenbuchius* in Epiſt. Epigr. p. 86. ſqq. — V. 1. λιαν κλυτου. *Montf.* διανκλυτου. *Murat.* ΑΓΑΝΚΛΥΤΟΥ emendavit *Boubierius*, de cujus emendationis neceſſitate temere dubitabat *Hagen-*

*buchius* p. 90. marmoris auctoritatem praetexens, quae hic nulla eſt; nam in plurimis lapidibus Λ poſitum reperias pro Α; quantillum autem interſit inter Γ et Ι, omnes norunt. Ἀείδος pro hominis nomine habebat *Muratorius*, cum agatur de Mithra Aſiarcha. Ἀσιάρχαι, qui iidem ἀρχιερεῖς Ἀσίας, ſaepenumero occurrunt in antiquitatis monimentis, et in Actis Apoſt. XIX. 31. Cf. *Spanhem.* de Uſu et Pr. Numiſm. T. II. p. 417. — V. 2. Lucius, Mithrae filius, ἀθλοθέτης Σμύρνης, in patria Smyrna publicis certaminibus praefuiſſe putandus eſt, a patre fortaſſe datis. Solebant enim Aſiarchae, Syriarchae ac ceteri annui provinciarum pontifices ludos publicos dare; quod accurate docuit *H. Valeſius* ad *Euſebium* Hiſt. Eccl. IV. 15. De iisdem et eorum muneribus vide *Selden.* in Marm. Arund. p. 163. ſq. et *Godofredum* ad Cod. Theodoſ. T. II. p. 27. ed. *Ritt.* — ἱερατινης. *Marm.* — V. 3. ευγενιαν σοφίαισι. *Marm.* Εὐγένιον tentabat *Bouherius*, nomen juvenis *Lucium Eugenium* fuiſſe exiſtimans. Vulgatam ſic accipi poſſe cenſebat *Hagenbuchius* p. 97. παρὰ vel ὑπὲρ εὐγένειαν, *praeter nobilitatem generis, praeter id, quod nobili genere natus erat*, σοφίαισι κεκασμένον, *ſapientiae ſtudiis exornatum.* Hoc nemo praetulerit elegantiſſimae cl. editoris emendationi, in quam etiam *Kulenkampius* incidit in not. mſt. — V. 4. βωμός. Vide ad Ep. DCXCI.

*DCCXXVII.* Legitur ap. *Smetium* CXXIX. fol. verſo. *Gruter.* p. 700. *Boiſſard.* T. V. p. 122. *Fleetwood.* p. 250. — In Paulinum, cum ſorore Hygea in eodem tumulo ſepultum. — V. 1. ενιαυτους. *Smet.* — V. 3. Υγειν. *Smet.* — V. 4. επταετης. *Smet.* et *Grut.* — ἦν οντι. *Smet.* ἦν οὐκ. *Fleetw.* „γλυκειότερον. comparativus formatus a γλυκεῖα, ut a τέρεινα τερεινότερος. Illud in Lexicis omiſſum." *Br.* Hanc formam poëtae pro uſitatiore in ίων et είων paſſim adhibuerunt. De χερειότερον, λωίτερον et ῥηίτερον *Euſtathius* monuit ad Ιλ. β. p. 215. 6. ἀρειότερος

dixit *Theognis* v. 548. πλειότερος *Homer.* Od. λ. 358. Plura congeſſit diligentiſſimus *Fiſcherus* in Anim. ad *Welleri* Gramm. T. II. p. 90. ſq.

*DCCXXVIII.* Editum in *D. Bernardi de Montfaucon* Diar. Ital. p. 423. *Murator.* p. 1433. E *Ruhnkenii* emendatione ſcriptum exhibet *G. Koenius* ad *Gregor.* p. 287. quem in omnibus expreſſit cl. Editor. Scriptum eſt in juvenem Amphilochia oriundum, qui, cum in pugna contra Illyrios periiſſet, ab amicis hoſtium manibus ereptus eſt. — V. 1. λυγρομ ποτμον. *Marmor.* de qua orthographia monuimus ad Ep. DCCXXIII. 1. — V. 2. ἀλκη Αμφιλοχωγγαια. *Montef.* et *Murat.* Facile intelligitur, quomodo in vocibus ΑΛΚΙΜΗ ΑΜ — aut deſcriptor aut lapidarius ipſe ſyllabam ΜΗ tranſilire potuerit. — Ἀμφιλοχαγ genuina videtur marmoris lectio. Quum enim Grammatici jubeant Ν ante Γ in mediis vocibus in Γ mutari, quadratarii idem nonnunquam in fine verborum fecerunt; iidem contra aliis in locis Ν ſervarunt, ubi Γ ſcribendum erat. — V. 4. νασοι γαδεταροι εκτερισαν. *Montef.* et paulo vitioſius *Murat.* Veram lectionem primus hic vidit *Valckenarius* ad *Herodot.* L. VIII. p. 648. 42. — νᾶσος eſt Corcyra, ubi hoc monimentum repertum. — V. 6. ΣΙΝΝΑ φυλοπιδος Δ' ἐξ. *Montef. Mur. Sinnam* juvenis illius nomen fuiſſe exiſtimantes. Proprium hîc nomen et ipſe legi mallem quam σῶμα, praeſertim cum particula adverſativa poſt φυλόπιδος legatur. Caeterum *Bonada* male vertit hoc diſtichon ſic: *Mors nec enim fidos potuit latuiſſe ſodales, Quorum ope, Sinna, truci tutus ab hoſte jaces.* Hunc ſenſum ſi efficere voluiſſet poëta, ſcripſiſſet procul dubio: ἀποφθίμενος πιστοὺς φίλους οὐκ ἔλαθες.

¶. 310] *DCCXXIX.* Editum a *Sponio* in Miſc. Ant. erud. p. 357. *Fabrett.* p. 733. *Murator.* p. 1707. *Fleetwood.* p. 258. 3. *Bonada* T. II. p. 128. Corru-

ptum Epigramma, quod nimis pro lubitu emendatum videtur, ſic adſcribam, ut apud *Sponium* habetur:

> ΜΑΡΚΕΛΛΗΣ ΤΑΦΟΣ ΕΙΜΙ ΤΙΣ ΑΥΤΗ ΓΡΑΜΜΑΤΑ
> [illegible] ΛΕΞΕΙ
> ΑΡΧΙΓΑΜΟΣ ΚΟΥΡΗΣ ΕΙΚΟΣΙΝ ΟΥΣΑ ΕΤΕΩΝ
> ΑΥΤΗΝ ΓΕΝΝΗΣΑΣΑ ΚΑΙ ΚΗΔΕΥΣΑΣΑ ΕΠΕΓΡΑΥΑ
> ΑΧΘΟΣ ΕΧΟΥΣΑ ΚΡΑΔΙΗΣ ΠΕΝΘΕΟΣ ΟΥΚΟΝΙΟΥ.

— V. 1. Marcellae ſum tumulus. *Haec quaenam fuerit, ipſa indicabit inſcriptio.* Hic ſenſus. Perperam *Muratorius*: *quicunque hunc titulum inſpecturus es.* Pejus etiam *Fleetwoodius*: *Quis ei aliquid inſcribet?* — λέξεις. *Mur.* — V. 2. ἀρτίγαμος κούρη. *Fabrett.* οὖσα ἐτέων. Paſſim in marmoribus apoſtrophe negligitur. οικετεων. *Mur.* — V. 3. αυτη γεννησασα. *Fabr.* qui in reliquis cum *Sponio* conſpirat. αὐτη η γεννησασα και γεννησασα επιγραυ α. *Mur.* Haec ſic fortaſſe emendanda eſſe cenſebat *Leichius* in Miſc. Lipſ. T. I. p. 497.

> αὐτῇ ἡ γεννήσασα καὶ κηδεύσασα ἐπέγραψα.
> ἄχθος ἔχουσα κραδίᾳ πένθεος οὐκ ὀνοτοῦ.

Quae an ipſe pro verſibus habuerit, ignoro equidem. Vertit autem: *Ipſi genitrix, quae et curam ſepulcri habui, inſcripſi, onus non vituperandae triſtitiae corde gerens.* Mihi perſuaſum eſt, ea verba, quae 3. verſum hujus Inſcriptionis conſtituunt, ab ipſo auctore numeris concepta non fuiſſe. Fuit procul dubio: αὐτῇ ἡ γεννήσασα καὶ κηδεύσασα ἐπέγραψα. in quibus nullum numerorum veſtigium. In v. ſequ. membra poëtae agnoſcas in verbis ἄχθος ἔχουσα et πένθεος οὐκ ὀλίγου. Sed talia in proſaicis quoque Inſcriptionibus reperiuntur bene multa. Cf. Ep. ap. *Fabrett.* p. 741, 506. cujus partem mox laudamus ad Ep. DCCXXXI. — οὐκ ὀλίγου. *Fabrett.*

*Lect. p.* 304.] *DCCXXIX.* [b] Legitur ap. *Muratorium* p. 1732. Jejuni verſus, vix digni, qui typis repeterentur. — V. 1. Ενυεακαιδεκαμπνος. *Mur.* — V. 2. ποιει πατηρ. *Id.* — V. 3. δε εστι Πρ. γαια. *Id.*

*DCCXXX.* Editum a *Vineto* ad *Auſonium*; in *Auctario Smetii* fin. ap. *Gruterum* p. 802. *Fleetwood* p. 285. *Bonad.* T. II. p. 129. Hiſtoria hujus diſtichi narratur in Vita *Joann. Guijonii*, quam fratrum Guijoniorum Operibus praefixit *Phil. de la Mare*, ibidemque repetitur, ut *Jo. Guijonius* illud reſtituit. Servatur Burdigalae in Aede S. Andreae, pedibus praetereuntium jam medio ſec. XVII. ita extritum, ut vix literarum apices deprehendi poſſent. Cf. *Zinzerling.* Append. Itiner. Gall. 3. Latina, ſed recentioris poëtae, verſio legitur ap. *Ferretium* L. V. p. 330. eademque relata eſt in Anth. Lat. T. II. p. 51. LXXIV.

*Oſſa gemelliparae Lucillae hîc ſunt ſita, cujus*
*Secta fuit proles vivens patri et altera matri.*

— V. 1. κειτε. *Marm.* frequenti errore, ex prava ſeriorum temporum pronuntiatione orto. — V. 2. μεμέρισται malebat *Fleetwoodius* ſine cauſa. *Antipat. Sidon* Ep. CIV. διπλόον ὠδίνασα φίλον τέκος, ἄλλο μὲν ἀνδρὶ Εὐφρονι καλλιπόμαν, ἄλλο δ' ἄγω φθιμένοις. *Heraclides* Ep. I. T. II. p. 237. δισσὰ δ' ὁμοῦ τίκτουσα, τὸ μὲν λίπον ἀνδρὶ ποδηγὸν Γήρως, τὸν δ' ἀπάγω μναμόσυνον πόσιος.

*DCCXXXI.* „In Muſeo Veronenſi p. 318. Saepe adhibita in monumentis haec formula δοίη σοὶ ψυχρὸν ὕδωρ Ὄσιρις, qui Graecorum eſt Pluto. Vide Fabrettum p. 465. XIX. et p. 741. ubi ψυχῇ διψώσῃ ψυχρὸν ὕδωρ μετάδος.“ *Br.* Epigramma poſterius, quod laudat cl. Editor, peſſime depravatum, ſic fortaſſe refingi debet; verſuum ſunt membra diſcerpta:

Θ. Κ.

Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Ὀλυμπία ἔτη κβ.
Ἕλλην μὲν τὸ γένος, πατρὶς δέ μοι ἦν πόλις Ἀπάμεια,
οὐδένα λυπήσασα,
οὐ μικροῦ ψυχήν, οὐ μεγάλου κραδίην·
στήλην δ' ἣν ἐποίησα κατὰ χθόνα δάκρυσι θερμοῖς . . . . .
παρθένον ἣν ἔλαβον Σωτᾶς Ὀλυμπιάδι
πεποίηκα·
στοργὴ γὰρ μεγάλη τῶν ἀμφοτέρων διέμεινεν,
ὡς ὅτε φῶς τὸ γλυκὺ παρέμεινεν ἀκτῖσ' ἐπίλαμπον·
ἡδὺν ἀπὸ στόματος καὶ γλυκὺν ὡς μέλι τιν . . . . . .
ταύτην στήλην ἐποίησα Σωτᾶς σε φιλήσας.
Ψυχῇ διψώσῃ ψυχρὸν ὕδωρ μετάδος.

Noſtrum diſtichon ex *Maffeo* repetivit *Bonada* T. II. p. 228. et *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 146. quem conſule. Cf. et *Reineſium* in Syntagm. Inſcr. p. 731.

*DCCXXXII.* Edidit *Apianus*, qui id Romae in S. Michaelis aede reperit. *Boiſſard* T. III. 53. *Georg. Fabricius* L. II. Antiqq. et ex eo *G. Barthius* in Adverſ. IV. 6. p. 166. duo priora tantum diſticha exhibens. *Pithoeus* L. III. Epigr. vett. p. 118. *Aldus* in Orthogr. p. 489. *Fabrett.* p. 236. *Mazochius* p. 164. *Smetius* fol. CXXIV. *Gruterus* DCVII. *Donius* p. CCCXXXVI. *Bonada* T. I. p. 444. *Burmann.* Anth. Lat. T. II. p. 197. CXLVI. Praefiguntur his Epigrammata Latina, lectu digniſſima, haec:

ATIMETUS PAMPHILI TI. CAESARIS
A. L. L. ANTHEROTIANUS
SIBI ET
CL. HOMONOEAE CONLIBERTAE
ET CONTUBERNALI.

*Tu, qui ſecura procedis mente, parumper*
*Siſte gradum, quaeſo, verbaque pauca lege.*

*Illa ego, quae claris fueram praelata puellis,*
*Hoc Homonoea brevi condita ſum tumulo.*
*Cui formam Paphie, Charites tribuere decorem,*
*Quam Pallas cunctis artibus erudiit.*
*Nondum bis denos aetas mea viderat annos,*
*Injecere manus invida fata mihi.*
*Nec pro me queror hoc: morte eſt mihi triſtior ipſa*
*Moeror Atimeti conjugis ille mei.*

ATIMETUS.

*Si penſare animas ſinerent crudelia fata,*
*Et poſſet redimi morte aliena ſalus;*
*Quantulacunque meae debentur tempora vitae,*
*Penſaſſem pro te, cara Homonoea, libens.*
*At nunc quod poſſum, fugiam lucemque Deosque,*
*Ut te matura per Styga morte ſequar.*

HOMONOEA.

*Parce tuam, conjux, fletu quaſſare juventam,*
*Fataque moerendo ſollicitare mea.*
*Nil proſunt lacrimae, nec poſſunt fata moveri:*
*Viximus, hic omnes exitus unus habet.*
*Parce, ita non unquam ſimilem experiare dolorem,*
*Et faveant votis numina cuncta tuis.*
*Quodque meae eripuit mors immatura juventae,*
*Id tibi victuro proroget ulterius.*

ATIMETUS.

*Sit tibi terra levis, mulier, digniſſima vita,*
*Quaeque tuis olim perfruerere bonis.*

— V. 1. Σειρήνων. Cf. not. ad Ep. DCCXVIII. 1. — V. 2. θοίναις. In conviviis et compotationibus aureâ Ve-

nere magis erat aurea i. e. jucunda et dulcis. καὶ θιάσοις αὐτῆς emendandum ſuſpicabatur *Barthius* ad Zachar. Mitylen. p. 266. cui recte obloquitur *Burmannus*. — V. 3. ΦΛΙΑΡΗ nonnulli pro ΦΑΙΔΡΗ. et χελιδόνος *Heinſius* ex veteri *Moroni* codice notaverat: ἡ λαλιῇ φαιδροτέρη χελιδονίς. Poſterius hoc plures dederunt. χελιδ— emendabat *Barthius* pro χελιδόνος. De voce hirundinea, in laudem commemorata, paſſim monuimus. Adde cl. *Huſchke*, qui et noſtrum Epigramma excitavit, in Anal. crit. p. 6. — V. 4. κειπομένη δάκρυα. Marmor. In Sched. *Moroni* λειπουσα δάκρυα. — V. 5. τὸ πάλιν ἀσπασίη βέης. *Moron* ασπασιν nonnulli. — V. 4. δαίμων ἐσκέδασεν ἀπροϊδής. *Pithoeus* vitioſe. Alii δαίμονα προϊδὴς de quo errore monuit *Leichius* in Nov. Miſc. Lipſ. I. p. 490. *Archias* Ep. XXXI. ἀπροϊδὴς Κηρῶν λάτρις Μόρος. — ἐσκέδασεν. *Sophocl.* Oed. Colon. 646. ἐν αἷς τὰ νῦν ξύμφωνα δεξιώματα δόρει διασκεδῶσιν ἐκ σμικροῦ λόγου. — Ex hoc Epigrammate conflata fictitia Inſcriptio, quae Calderii in agro Veronenſi extitiſſe dicitur, et legitur ap. *Urſinum* in Inſcr. Veron. p. 229. *Sponium* in Miſc. p. 203. *Reineſium* p. 696. et alios:

QUAE MULTUM SIRENARUM CANTU DULCIOR
ET QUOAD BACCHUM IN SODALITIIS MAGIS
AUREA VENERE QUAE ELOQUIO CLARIOR
HIRUNDINE ET QUAE AD IUNONIS FONTES
CAELESTIA SOLATIA CAPIEBAT
HIC TURPILIA IACET BISIO LINQUENS LACRIMAS
CUI FUERAT SOLATIUM A PUERITIA ILLAM (ſic *Burm.*)

AUTEM TANTAM DAEMON (*Burm.* Vulgo *Demum*) INOPINATE. DISIUNXIT AMICITIAM.

Add. 1142. *DCCXXXIII.* „E Lapide, quem Roma huc attulit Vir celeberrimus Jo. Daniel Schöpflinus, in cujus Muſeo viſitur. Epigramma primus edidit et illuſtravit *Hagenbuch.* in Epiſt. Epigr. p. 257." *Br.* Ex *Hagenbuchio* in Anthologiam ſuam hanc Inſcriptionem transtulit *Bonada* T. II. p. 319. Alterum diſtichon conflatum ex Epigr. *Platonis* XXI.

ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος,
νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

¶. 311.] *DCCXXXIV.* Legitur apud *Gruterum* p. 1036. Latinis verſibus reddidit *Scipio Maffei* de Graecorum Siglis p. 110. et in Arte crit. Lapid. p. 115. Idem Epigr. cum *Grotii* interpretatione repetivit *Burmannus* in Anth. Lat. T. II. p. 221. — V. 2. πρὸς θαλάμους Φερσεφόνας. ut ejus παίγνιον ſcilicet et ἄθυρμα. Cf. not. ad Ep. DCLIX. — Proſerpinae θάλαμοι ſunt ap. *Sappho.* Ep. III. *Simonides* Ep. CIII. Ep. ap. *Fabrettum* p. 189.

*Annus erat vitae primus, mox deinde ſecuti*
*Liminibus rapuit me ſibi Perſephone.*

— V. 3. αμπαλα γαρ. *Grut.* manifeſto errore. λαμπάδα. *Maffei.* Reſpicitur ad λαμπαδηδρομίαν in Panathenaeis, ubi pueri brevibus intervallis diſpoſiti, accenſam facem ſibi invicem tradebant. Ex veterum locis, quae hoc certamen commemorant, apparet, plura ejus inſtituendi fuiſſe genera, quae nunc diſertius explicare nihil attinet. Veterum loca dedit *Potterus* ad *Lycophronem*

v. 734. p. 158. Ad noſtrum locum recte intelligendum ſuffecerit monuiſſe, brevius fuiſſe curriculum, quod λαμπαδηδρόμοις percurrendum erat, unde h. l. ad brevem pueri, anno decimo ſeptimo exſtincti, aetatem ſignificandam facit. Cf. inprimis *Alcaeum Meſſen.* Ep. I. et quae ibi notavimus T. I. P. II. p. 345. Ad brevitatem ſimul vitae et ad hominum ſibi celeriter quaſi ſuccedentium vices ſignificandas eadem imagine utitur *Lucretius* L. II. 74. *ſic rerum ſumma novatur Semper, et inter ſe mortales mutua vivunt: Augeſcunt aliae gentes, aliae minuuntur; Inque brevi ſpatio mutantur ſecla animantum, Et quaſi curſores vitaï lampada tradunt.* — V. 4. τὸν δὲ μακρόν. Longum illum curſum, quem ii conficiunt, qui ad ſenectutis perveniunt metam, non propoſuit. — V. 5. ἐφήβει θάλλων. *Grut.* ſyllaba omiſſa, quam reſtituit *Dorvillius* in Vanno Crit. p. 174. et *Maſſeus. Suidas*: ἐφήβεια. νεότης. ἡ ἀκμὴ τῆς ἡλικίας. — V. 6. σελίσιν Μουσῶν. literis elegantioribus imbutus erat. σελίδες pro *carminibus* dixit *Poſidipp.* Ep. XX. *Antip. Theſſal.* Ep. XXIII. XXV. — V. 7. ἀλλὰ πάτερ. Similis color in Inſcr. ap. *Chandlerum* p. LII. nr. 18.

> ὦ γονέες, τί μάτην κενεῷ ΠΡΟΣΨΥΧΕΤΕ τύμβῳ;
> Μοιρῶν γὰρ κλωστῆρι τέλος βιότοιο τέτυκται.

In his ſi verum eſt προσψύχετε, ſic accipiendum eſt, quaſi poëta dixiſſet, τί μάτην ἐντετήκατε τούτῳ τῷ κενῷ καὶ ψυχρῷ τύμβῳ; Sed vide, an fuerit κενεὸν περιψύχετε τύμβον. *Alciphron* L. I. Ep. XXXIX. σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες. et in fine: τὸν σὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις. — V. 8. ἐπέκρανε dorice pro ἐπέκρηνε. Melius, meo judicio, eſſet ἐπέκλωσε, verbo de Parcis adhiberi ſolito." *Br.* Neſcio, quid in hoc verbo tantopere offenderit cl. editorem. ἐπικραίνειν, ſicut ἐπικρίνειν, non ſolum eſt *perficere, ad finem perducere,* verum etiam *deſtinare*: Parcarum

juſſa hunc mihi vitae deſtinaverunt exitum. Hoc ſenſu *Euripid.* Suppl. v. 139. τί δ' εἶπ' Ἀπόλλων, παρθένοις κραίνων γάμον; *Pindar.* Pyth. IX. 117. ὡς ἄρ' εἰπὼν ἔντυεν Τερπνὰν γάμου κραίνειν τελευτάν· i. e. *finem conjugii ſibi parare.* Idem Ol. VI. 137. κεῖνος σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ Κραίνει σέθεν εὐτυχίαν. *Aeſchyl.* Suppl. v. 624. Ζεὺς δ' ἐπέκρανεν τέλος. — εἴς με i. e. ἐμοί.

*DCCXXXV.* Habetur in *Pauli Lucae* Itiner. T. I. p. 152. *Pocock* Inſcr. Antiqu. p. 24. in Append. Praefationis *Heſſelii* nr. 73. *Murator.* p. 608. Repetivit *Toup* in Cur. nov. p. 243. In Democlem quendam, Democlis filium, ſenem integerrimum, cui filius cum conjuge monimentum ſepulcrale poſuit. — V. 2. τέρματ' ἔχοντα. qui ad vitae finem pervenit. οἱ τέλος ἔχοντες ſunt defuncti ap. *Plutarchum* T. II. p. 382. E. ὅπου τὰ σώματα κρύπτεται τῶν τέλος ἔχειν δοκούντων. Hoc non minus aptum, quam ἔρχεσθαι, ἱκέσθαι ἐπὶ τὸ τέρμα, quod hic deſiderabat G. *Wakefield* in Sylva crit. T. III. p. 67. τέρμαθ' ἱκόντα corrigens. Plane ut noſter *Archeſtratus* de praeſtantiſſimo thynnorum genere ap. *Athenaeum* L. VII. p. 302. A. πολὺ δὴ πολὺ πάντων Ἐνταῦθ' εἰσὶν ἄριστοι, ἔχουσι δὲ τέρματα νίκης. — V. 3. μυχίοιο. *Pocock.* νυχίοιο. *Heſſel.* *Lucas*, ap. quem totum vitiis ſcatet ex chalcographi imperitia ortis, ΑΙΔΕΩΝΤΧΙΟΙΟ. *Euripid.* Heracl. 219. Ἅιδου δ' ἐρεμνῶν ἐξανήγαγεν μυχῶν Πατέρα σόν. Hercul. Fur. 607. ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν Ἅιδου κόρης ἔνερθεν. Cf. *Markland.* ad Suppl. p. 153. — Ἀΐδην noſtro loco, ut et in aliis, de ſepulcro interpretatur cl. *Huſchke*, qui inprimis conſulendus, Anal. crit. p. 126. ſq. — V. 4. ευσεβεων εσιην ευνασευνασεν. vitioſe *Pocock.* ευσεβειανθοσιην *Luc.* — κλισίη et εὐνὴ aeterni ſomni locus per euphemismum. — V. 5. τεηχηαν. *Heſſ.* *Luc.* τεηχηνανα ταυτον. *Poc.* — V. 6. εὐνιτιδι. *Poc.* τευεευννευνετιλι. *Luc.* — V. 7. „In lapide eſt ἀείσας, quod optimum et verum eſt. χαίρειν ἐᾶν ſpernentis eſt. ἀείδειν χαίρειν eſt ſupremum illud VA-

LE mortuis inclamari ſolitum alta voce ciere. "*Br.* Formulam χαίρειν ἐᾶν, pro quo verbo etiam λέγειν adhibebant et κελεύειν, illuſtravit *Valckenar.* ad Hippol. p. 178. B. et ad *Herodotum* p. 712. Quamvis Toupiana lectio non probanda, fatendum tamen, ἄείσας in hac re paulo inſolentius dictum eſſe. Hoc nomine ſe commendat conjectura *Gilberti Wakefield.* l. c. ξεῖνε, σὺ δ' ἄρ' εἴπας — χαίρειν. *Meleager* Ep. CXXVII. ἀλλά με τὸν λάλιον καὶ πρεσβύτην σὺ προσειπὼν Χαίρειν. *Leonidas Alex.* Ep. XXXIX. μήτ' ἐμὲ χαίρειν εἰπών. *Hegeſippus* Ep. VIII. ἀλλὰ πάρελθε; οἰμώζειν εἴπας πολλά. *Callimach.* Ep. XXXIX. μὴ χαίρειν εἴπῃς με — V. 8. Δημοκλεα. *Luc.* ἀβλαβές. Paſſim defuncti iis, qui praetereundo ipſos ſalutent, precantur, ut viam ſine offenſa perficiant.

*DCCXXXVI.* Apud Gruterum p. 1035. nr. 12. Scriptum in juvenem, artis oratoriae ſtudioſum, qui, cum in Lesbo inſula morbo periiſſet, a fratre Epheſum transvectus ibique ſepultus eſt. — V. 4. κουκέτι ἐς. *Gruter.* — V. 5. Si vera eſſet vulgata lectio, frater putandus eſſet fratris reliquias parentibus domum avehendas tradidiſſe. At verba καμὼν μάλα πολλὰ ſatis docent, illum, quidquid hujus eſſet laboris, ipſum ſuſcepiſſe. Quare recte *Brunckius* in Lectt. emendavit φέρων. — V. 7. οὐκ Αχ. *Grut.* Senſus ut in Ep. Anthol. Lat. T. II. p. 36. XLVIII.

*Nunc etenim vivis: nunc et felicius aevum*
*Ducis, ab humana conditione procul.*
*Nunc et in excelſa coeli regione locatus*
*Cum Superis nectar paſcis et ambroſiam.*

Parcae Bacchum de Ampeli morte conſolantes ap. *Nonnum* Dionyſ. XII. p. 334. Ζώει τοι, Διόνυσε, τεὸς νέος· οὐδὲ περήσει Πικρὸν ὕδωρ Ἀχέροντος· ἀκαμπέα δ' ἰσῦρε τελέσσαι Σὸς γόος ἀτρέπτου παλινάγρετα νήματα Μοίρης.

¶. 312.] *DCCXXXVII.* „Apud Gruterum p. 703. Gorium T. II. p. 119. Epitaphium eſt puellae octennis, quod vir cl. Anton. Maria Salvini latinis verſibus eleganter expreſſit, quos hîc, ſublata, quae in penultimum typothetae incuria irrepſit, menda ſubjungam:

*Mortua non es, PRIMA, loca in meliora migraſti:*
*Teque beatorum dapibus tenet inſula feſtis.*
*Elyſia exultans paſſim per plana vagaris*
*Mollibus in pratis: cura et procul exulat omnis.*
*Non te laedit hyems, aeſtus, non denique morbus;*
*Non ſitis atque fames cepit, vitaeque prioris*
*Te deſiderium tenet. Inculpabile namque*
*Aevum agitas felix, nitidaque in luce refulges,*
*Proxima qua ſedes clarum contingit Olympum.*“

*Br.* Vita editionis *Gruteri* ſuſtulit *Joſ. Scaliger* in Corrigend. p. CCCXII. Legitur ap. *Murator.* p. 1126. *Fleetwood.* p. 251. 3. *Bonad.* T. II. p. 321. Commentario eam inſtruxit Baro *de la Baſtie dans les Mémoires des Inſcr.* T. XXIII. (ed. *Pancouck.*) p. 272. ſqq. — V. 1. οὐκ ἔθανες. Anthol. Lat. T. II. p. 116. CLIX. *Functa jaces hic, ſed vivis, vivesque Secundo, Laelia, tuo, debent nec benefacta mori.* Cf. not. ad Ep. 715. — ἀμείνονα. *Grut. Gor.* — V. 2. θαλίῃ ἔνι πολλῇ. *Homer.* Ιλ. ἰ. 143. — V. 3. κατ' Ἠλυσίων πεδίων. Magnilla in Anth. Lat. T. II. p. 78. *Sedes inſontem Magnillam ducite veſtras, Per nemora et campos protinus Elyſios. Ibid.* p. 87. *mens aeterna profecto Pro meritis potitur ſedibus Elyſiis.* Comparari meretur cum hac Elyſiorum camporum deſcriptione locus *Plutarchi* ap. *Stobae.* Tit. CXIX. p. 602. 40. ἐκ δὲ τούτου φῶς τι θαυμάσιον ἀπήντησεν ἢ τόποι καθαροὶ καὶ λειμῶνες ἐδέξαντο, φωνὰς καὶ χορείας καὶ σεμνό-

τητας ἀκουσμάτων ἱερῶν καὶ φαντασμάτων ἁγίων ἔχοντες. — V. 4. κακῶν. *Heſiodus* in aurea aetatis deſcriptione, E. καὶ H. v. 115. τέρποντ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων. — V. 5. ΛΥΚΕΙΣΟΥΚΑΥΜΛΟΥ ΝΟΥΣΟΣ ΕΝΟΧΛΕΙ. *Grut. Gor.* — V. 6. ουπινηςουσεχεις αλλουδε. *Grut.* σὺ πινης ου διψος εχεις ζωεις γαρ αμεμπτως αυγαις καθαραισιν Ολ. πλ. ἔντος. *Murat.* mediis omiſſis. οὐ δίψος ſupplevit etiam *Gorius.* ΟΥ ΠΙΝΗΣ ΟΥ ΔΙΨΟΣ eſt in *Marmore*, teſte *de la Baſtie*, qui πινῃς pro verbo habens, vertit, *non eſuris.* πεινῇς etiam *Fleetw.* — *Aeſchines* in Axiocho 20. p. 114. ed. Cler. τὸν τῶν εὐσεβῶν χῶρον depingens: ἔνθα ἄφθονοι μὲν ὧραι παγκάρπου γῆς βρύουσι, πηγαὶ δὲ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι, παντοῖοι δὲ λειμῶνες ἄνθεσι ποικίλοις ἐαριζόμενοι — συμπόσιά τε εὐμελῆ, καὶ εἰλαπίναι αὐτοχορήγητοι, καὶ ἀκήρατος ἀλυπία, καὶ ἡδεῖα δίαιτα· οὔτε γὰρ χεῖμα σφοδρόν, οὔτε θάλπος ἐγγίνεται, ἀλλ' εὔκρατος ἀὴρ χεῖται (an διαχεῖται?), ἁπαλαῖς ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνακιρνάμενος. — V. 8. καθαραῖς ἐν. *Grut.*

*DCCXXXVIII.* Deſcripſit *D. Bernard. de Montfaucon* in Jeſuitarum villa haud procul ab Eccleſ. S. Sabinae, quae Romae eſt, in Itiner. Diar. p. 164. *Murator.* p. 628. *Bonada* T. II. p. 132. Illuſtravit *Hagenbuch.* in Epiſt. Epigr. p. 562. ſq. Scriptum in Eutonium, foecundae ſobolis auctorem. — V. 1. σοφίης. *Mont. Mur.* quod vitium ne *Hagenbuchium* quidem advertit. Vir *ſapientia praeſtans* eſt προέχων σοφίῃ ἀνήρ. — εὐτεκνίης ἀροτῆρα. ductum fortaſſe ex *Euripidis* Troad. 135. ubi Priamus πεντήκοντ' ἀροτὴρ τέκνων vocatur. Imaginem ab honeſtiſſimo agriculturae ſtudio ad connubium traductam variis modis adhibuerunt veteres. Cf. *Barneſium* ad *Euripid.* Iphig. Taur. v. 3. *Gatacker.* de ſtylo N. T. p. 70. T. *Hemſterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 372. ed. Bip. — V. 2. ΠΟΜΟΙΣΙ. *Montef.* in contextu; in marg. ΠΡΟΜΟΙΣΙ, quod *Muratorius* arripuit. πολλοῖσι recte emendavit *Hagenb.* De προτέροισι cogitaverat *Kulenkamp.* in not. mſt. — V. 3. τὸν τρὶς ἀριστεύσαντα. Muratorius verſione

Montfauconiana, quam retinuit, ablatus ad Claſſ. IX. retulit, ac ſi τὸν τρὶς νικήσαντα *ter victorem* ludorum gymnicorum legeremus: quum tamen filii inſcripſerint, ſe, et amicos paternos ἐντίμους, laudibus celebraturos eſſe patrem τὸν τρὶς ἀριστεύσαντα i. e. τὸν μάλα vel πολλὸν vel ὄχ᾽ ἄριστον, ut Homerus efferre ſolet.“ Verba ſunt *Hagenbuchii.* — ἐντειμοισι. *Mur. Montf.* — V. 4. Εὐτονίου corrigendum cenſebat *Kulenkamp.* in not. mſt. Nihil opus; filii nomen patris gerebant. — V. 5. ἐναιστηλαισι. *Mont. Mur.* Duplicem emendationem propoſuit *Hagenb.* πολλάκις ὑμνήσωμεν ταῖς στήλαισι γρ. et eam, quam *Brunckius* recepit.

*DCCXXXIX.* Apud *Smetium* fol. CXXXI. verſo, *Gruterum* p. 665. *Fleetwood.* p. 226. 3. Inſcriptum fuit urnae depoſitoriae, quae cineres Sabinae cujusdam et ejus filiae, quae matrem brevi intervallo ſecuta fuerat, continebat. — V. 1. εἰκοσινεξ. *Smet. Gr.* — V. 2. ειτενδεκατον omnes, adſpiratione neglecta. — V. 4. διξαμενη. Omnes. — Addita eſt huic Inſcriptioni alia latina in eodem monimento, quam *Burmannus* exhibet in Anthol. Lat. T. II. p. 50. Ep. LXX.

*Hic jacet examinis tumulis Aelia Sabina,*
*Cum ſua nata ſimul, foetu quam procreat ipſa.*
*O fortuna, fidem quantam mutaſti maligne!*
*Quam genuit genetrix, ſecum tenet in lare Ditis.*

*DCCXL.* Apud *Gruterum* p. 1118. 8. *Muratorium* p. 1076. *Fleetwood.* p. 202. *Bonada* T. II. p. 542. In Atimetum, Agapomeni et Quintae filium, qui cum puer duodecim annorum Rhegio, ubi natus, Romam veniſſet, ibi mortuus eſt. — V. 1. *Muratorius*, corruptas ſchedas ſecutus, dedit: ΑΓΑΠΩΛΛΕΝΟΥ ΩΜΕΛΛΙΓΕΙΣΑ. vertitque: *Filius ego fui Agapollini: Omelligiſa Quinta* etc. in quem errorem ſecum abripuit *Bonadam.*

Veram tamen lectionem ap. *Gruterum* reperire haud difficile erat. — V. 2. τέκεν *Gr.* Etiam h. v. *Murator.* inquinatiſſimum dedit. δείξω. *Gruter.* — V. 3. ἀτείμητον. *Gr. Mur.* — V. 4. ἀγάπων. *Grut.* — V. 6. Χιτον ταχεα. Omnes Errorem correxit *Fleetwood.* et *Weſſelingius* ap. *Leichium* in Cur. Sec. p. 42. ubi ſimilia comparantur. Poſterior etiam γῆς με καλύπτει ἥδε βῶλος tentabat, citra neceſſitatem.

¶. 313.] *DCCXLI.* Apud *Fabrettum* p. 425. *Bonadam* T. II. p. 260. In Herophilum puerum, qui mature initiatus Bacchicis myſteriis, vix ſeptem annis peractis, obiit. — V. 1. ὤλισθεν εἰς Ἀΐδου. ſenſim ad inferos delapſus. Similiter *Apollonid.* Ep. XII. νοῦσον ὅτ' ἐς ὑπάτην ὠλίσθανε. *Heliodor.* L. II. 15. p. 113. καὶ πρὸς ἡδὺ κῶμα διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς λύπης ὠλίσθησαν. Idem verbum eidem ſcriptori reſtituendum eſſe ſuſpicor L. IV. 4. p. 217. ubi de Theagene, victoria reportata, ad Charicleam pergente: προσδραμὼν οὖν τῇ Χαρικλείᾳ, πολύς τε ἐξεπίτηδες, εἰς τὸ στέρνον ἐμπίπτει, τοῦ δρόμου δῆθεν τὴν ῥύμην οὐκ ἐνεγκών. Vitium orationis monſtrat copula τε poſt πολὺς penitus abundans, et ſenſus ipſe, cum abſurdum ſit, Theagenem, timidum amantem, ſe *toto impetu* in Charicleae pectus conjeciſſe. Lege, ſyllaba finali, quae hic ut in innumeris locis periit, reſtituta: προσδραμὼν οὖν τῇ Χαρικλείᾳ, ὑπολισθών τε, εἰς τὸ στέρνον ἐμπίπτει. — V. 4. „*Fabrettus* ΕΠΤΑ ΜΟΝΟΥΣ ΛΥΚΑΒΑΝΔΑΣ ΔΙΩ ΚΑΙ ΜΗΝΑΣ ΕΖΗΣΑ. reclamante metro. Vera eſt doctiſſimi et rei antiquariae peritiſſimi Hagenbuchii obſervatio, Epiſt. ad Blaurer. p. 43. nil frequentius in ſaxis antiquis, quam ad quaeſtionem *Quamdiu* diverſos caſus in unam conferri orationem. Sic ſupra DCCXXV. ὀκτὼ μοῦνον ἔτη βεβιωκότα, μησί τε πέντε. ubi carminis auctori pronum fuiſſet ſcribere: πέντε τε μῆνας.“ *Br.* Vide notata ad Ep. DCCXV. — V. 5. ὧν τρεῖς ad μῆνας referendum videtur. Tribus menſibus ante mortem initiatus

puer. Notandus hic locus, ex quo intelligitur, pueros tenerrima aetate Bacchi myſteriis initiatos fuiſſe. In marmore, unde hoc Epigramma deſcriptum, conſpicitur, tradente *Fabretto* p. 428. K. L. pueri incompoſitis crinibus bacchantis et furore correpti effigies; tintinnabulum, quod *Fabrettus* etiam ad Bacchi cultum referebat; gramen, ſeptem internodiis diſtinctum; (niſi potius ſit ficuum ὁρμαθός, quem initiatos geſtaſſe conſtat ex *Ariſtoph.* Lyſ. 647. Cf. *Plutarch.* T. II. p. 527. D. et *Winkelm. Verſuch über die Allegorie.* p. 119.) hederacea denique corona eaque diſſoluta. — βάζων ὄργια. Accipi poteſt de formulis ſolemnibus, quas initiati repetebant; niſi forte pueris partes erant peculiares in initiis, ut *Iacchi* in Myſteriis Cereris, qui ſi forte hymnos canebant precesque recitabant, verba ὄργια βάζειν ad hoc officium referri poterit. — V. 7. „οὐκ ἐγενήθην. cum interpretationem non abſurdam admittat, ſervavi; mallem tamen ὧν τ' ἐγενήθην." *Br.* οὗ κ' ἐγενήθην ſuſpicabatur *Kulenkamp.* in not. mſt. Verbis οὐκ ἐγενήθην myſticum quendam fuiſſe ſenſum, profanis non apertum, vehementer ſuſpicor. Similis eſt Inſcriptio in Epitaphio Nicomedis ap. *Muratorium* T. II. p. 967. nr. 1. et *Gorium* T. III. p. 127. ὅστις οὐκ ἤμην, οὐκ ἐγενόμην, οὐκ εἰμὶ καὶ οὐ λυπεῦμαι. Cf. not. ad *Nicomed.* Ep. X. T. II. P. III. p. 133. *Auſonius* in Epitaph. Heroum XXXVIII.

*Non nomen, non quo genitus, non unde, quid egi.*
*Mutus in aeternum ſum, cinis, oſſa, nihil*
*Non ſum, nec fueram: genitus tamen e nihilo ſum.*
*Mitte, nec exprobres ſingula, talis eris.*

*DCCXLII.* Apud *Gruterum* p. 683. *Fleetwood.* p. 340. Vide *Scaligerum* in Catal. Virgilii p. 242. In Flavianum, Dori filium, Myrina oriundum. — V. 1. ἥρωϊ. Sic defuncti non ſemel. *Alciphron* L. III. 37. T. II. p.

114. ed. *Wagn.* ἐπεὶ γὰρ τὸν μακαρίτην ἀπέβαλον Φαιδρίαν, οὐκ ἐπαύσατό μοι πράγματα παρέχων καὶ γαμησείων· ἐγὼ δὲ ἀνηνάμην, ἅμα μὲν τὰ γεραιὰ παιδία κατοικτείρουσα, ἅμα δὲ τὸν ἥρω Φαιδρίαν ἐν ὀφθαλμοῖς τιθεμένη. Vide inprimis *Burmann.* in Anth. Lat. T. II. p. 14. et quae nuperrime collegit cl. *Villoiſon* in *Magazin Enc.* an. VII. 2. 8. p. 477. ſqq. — V. 2. Ἀργολίδος. *Gruter.* quod expreſſit *Grotius* T. III. p. 407. *Quem ſatum Argolica patria procul urbe Myrina Virtuti eripuit.* — »Μυρίνης. Sic in lapide, meo judicio, recte. Hinc confirmatur Codicum ſcriptura, in quibus nomen Aeolicae hujus urbis, et alterius cognominis in Lemno inſula unico ſemper » ſcriptum. In Apollonii Argonaut. I. 604. tres regii codices Μυρίνης, ut editum eſt; minus bene ap. Homerum Ιλ. β. 814. Μυρίννης.« *Br.* Aeolidis urbes recenſens *Strabo* XIII. p. 923. B. Μυρίνα ἐν ἑξήκοντα σταδίοις Αἰολὶς πόλις ἔχουσα λιμένα. Cf. *Mannert. Geographie der Griechen u. Römer.* T. VI. 3. p. 394. ſq. — V. 4. εὔνιν. Flaviano extincto ejus patria praeſtantiſſimo Muſarum antiſtite orbata eſt; Muſae apud illos conticuerunt.

*DCCXLIII.* Edidit *Jul. Caeſ. Capacius* L. I. Hiſt. Neap. c. VII. unde id repetivit *Reineſius* p. 824. *Gorius* in Inſcr. T. II. p. 43. *Fleetwood.* p. 238. *Bonada* T. II. p. 394. »Duo ſunt in lapide Epigrammata, quae diſtinxi. Diu poſt excuſum hoc folium incidi forte in locum doctiſſimae Euripideae Diatribes, qui mihi e memoria exciderat, ubi vir praeſtantiſſimus carmina haec protulit p. 236. aliter de his ſentiens, diſtichon nimirum abeſſe, licet qui primi lapidem deſcripſerunt, fracturae mentionem non fecerint.« *Br.* — V. 1. »male inciſum τανδ pro ταιδ.« *Br.* τάνδε Κλεοπάτραν non offendit *Reineſium* et *Valckenarium*; nec corrigendi neceſſitatem video, cum veriſimile ſit, Cleopatrae imaginem cippo fuiſſe impoſitam: Siſte gradum, viator, et hanc, quam vides, Cleopatrae imaginem contemplare! — Vulgo

vitioſe ΕΠΙΣΤΑΜΑΙ, quod correxit *Reineſius* et *Salvin.* — V. 2. φθόνος. Fati invidia, non longaevitate abreptam. Cf. Ep. DCCXXV. — V. 3. Α ΠΡ. *Marm.* Male *Salvin.* ἂν ſuſpicabatur. μορφᾶς. Cf. *Meleagri* Ep. LXXXIX. Simillima ſunt haec in Epitaphio *Homonoeae*:

*Cui formam Paphie, Charites tribuere decorem,*
*Quam Pallas cunctis artibus erudiit.*

— V. 5. Μοῦσα δὲ καὶ σοφίαν. *Quum tibi praecipue Phoebus ſua carmina donet, Aoniamve libens Calliopea lyram. Propert.* L. I. El. II. 27. quem locum cum ſimilibus ad noſtrum Epigr. comparavit *Burmann.* Anth. Lat. T. II. p. 112. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* I. Odar. I. 33. p. 19. — V. 6. συμφωνιαν ε. μειξαμένα. *Rein.* qui vertit: *et tibiam valde optatam Symphoniae optatis miſcens cantibus.* „ΜΕΙΞΑΜΕΝΑ, quod ſervavit cl. Valckenaer, audacius, ſed optimo ſenſu, mutavi in μισγέμεναι. Scribendum μιξαμένᾳ, quod refertur ad ᾇ 3. verſus.“ *Br.* συμφώνως *Valcken.* — V. 7. „In Lapide ΚΑΙ ΓΝΟΥΣ ΩΣ ΘΑΝΑΤΟΙΟ ΟΥΔΕΝ ΓΛΥΚΕΡΩΤΕΡΟΝ ΑΥΓΑΣ. Reineſio et Gorio viſum eſt pro θανάτοιο ſcribendum eſſe βιότοιο, quos ſecutus ſum transpoſitione duarum vocum rotundiore reddito verſu] [in Anal. editum: καὶ γνοὺς ὡς οὐδὲν βιότου γλυκερώτερον αὐγᾶς]. Imperitus quadratarius, cui, dum ſepulcrale carmen incidebat, mortis obverſabatur cogitatio, facile potuit has voces permutare. At probabilior eſt cl. *Valckenarii* emendatio: καὶ γνοὺς ὡς θνατοῖς οὐδέν. . . . .“ *Br. Eurip.* Iph. in Aul. v. 1218. ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς βλέπειν. et v. 1250. τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν. Similia collegit Vir Summus in Diatr. p. 140. — V. 8. „in Lapide κάλον τεινας οὔριον εὐφροσύναν. Nihil manifeſtius, quam ſcribendum eſſe οὐρίῳ εὐφροσύνᾳ.“ *Br.* κάλων τείνας emendabat *Reineſius*; *Valckenarius* p. 233. κάλων τείνας οὔριον εὐφροσύνᾳ. *Atque, ubi cognoveris, nihil*

*hac luce dulcius eſſe mortalibus, vive, curſu ſecundo pleniſque velis veram animi voluptatem perſecutus.* Qui vento ſecundo veliſque adeo pleniſſimis navigabant, πάντα κάλων τείναντες, *omni fune contento* navigabant. Monuit praeterea *Valckenarius*, doctum Epigrammatis ſcriptorem contractam adhibuiſſe locutionem: κάλων τείνας οὔριον εὐφροσύνῃ idem ſignificare, ac ſi dixiſſet: κάλων τείνας, οὐρίᾳ ἱεὶς εὐφροσύνᾳ. ſive potius: κάλων τείνας, οὐρίῳ δρόμῳ, ἱεὶς ἑαυτὸν εὐφροσύνᾳ, *ut fune contento curſuque uſus intelligatur ſecundo, qui totum ſe dat honeſtae voluptati.* Idem ſuſpicabatur, Epigrammatis auctorem in animo habuiſſe verba *Platonis* in Protagora T. I. p. 338. A. ubi verba facturis auctor eſt Hippias, Socrati quidem, ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις, contra Protagorae, μὴ πάντα κάλων ἐκτείναντα, οὐρίᾳ ἐφέντα, φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων. Caeterum hoc diſtichon comparavit *Heynius* ad *Tibullum* L. I. El. V. 75. *utere, quaeſo, Dum licet; in liquida nat tibi linter aqua.* — V. 11. ζωοῖσι μέτεστι. *Virgil.* XII. Aen. 234. *Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe devovet aris, Succedet fama vivusque per ora feretur.* Ep. *Palladii* in Ciceronem, Anthol. Lat. L. II. CLXI. p. 344. *Ac ne quid Fortuna viro nocuiſſe putetur, Vivus in aeternum docta per ora volat.*

¶. 314.] *DCCXLIV.* Ap. *Muratorium* p. 658. *Gorium* T. II. p. 174. *Bonadam* T. II. p. 401. Scriptum in pantomimum, artis peritiſſimum. — V. 1. ἱστορίας δείξας. fabulas in ſcena exhibens. *Lucillius* Ep. LXXXII. in pantomimum ineptum: πάντα καθ' ἱστορίην ὀρχούμενος. et in fine: τοῦτο παρ' ἱστορίην. — χειρεῖν. *Gor. Mur.* χερσὶ λαλεῖν dicuntur pantomimi. Vide not. ad *Antip. Theſſal.* Ep. XXVII. T. II. P. I. p. 309. — V. 2. συνπειρος. *Mur.* — V. 3. συνπασχων κεινοιςπερ κεινειτο πρ. *Mur.* „In Lapide ΚΕΙΝΟΙΣ ΠΕΡ . . . . ΚΕΙΝΕΙΤΟ — aliquot eraſis literis. Salvinius κεινοις interpretatur κενοῖς, *vanis, inanibus perſonis*, et hiatum explet, περὶ μὲν κινεῖτο. Sed

in verſu ſic ſcripto συμπάσχων κεινοῖς περὶ μὲν κινεῖτο προσώποις aut nullum, aut peſſimum ſenſum video, et phraſin minime graecam; nam συμπάσχων non habet, quo referatur, et μὲν inutile eſt. συμπάσχων κείνοισιν ὅσων κινεῖτο προσώποις, *affectus heroum illorum ſumens, quorum ſub perſonis ſaltabat.* De pantomimo enim ibi agitur." *Br.* De Vitali Mimo Ep. in Anth. Lat. T. II. p. 18. XX.

*Moribus ac dictis, tragica quoque voce placebam*
*Exhilarans variis triſtia corda modis.*
*Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,*
*Ut plures uno crederes ore loqui.*
*Ipſa etiam quam noſtra oculis geminabat imago,*
*Horruit in vultus ſe magis iſſe meos.*
*O quoties imitata meo ſe femina geſtu*
*Vidit, et erubuit, totaque mota fuit.*
*Ergo quot in noſtro videantur corpora formae,*
*Tot mecum raptas abstulit atra dies.*

— V. 4. πολυδοξοιο. *Mur.* vitioſe. Quo ſenſu auctor διδαχὰς πολυδόξους acceperit, mihi non conſtat. Malim tamen de eruditione et arte accipere, quam ille in ſcena exhibens laudem apud omnes adeptus eſt. Eodem referenda ἡ θαλερὴ παιδεία, cujus laudem reliquiſſe v. 5. dicitur. — παιδιας ευκωμια λιψας. *Gor. Mur.* — V. 6. κειτε δε γηρα βεβιχρηνος. *Gor. Mur.* — οὐκ ἔθανεν. non mortuus eſt, arte ejus diſcipulorum, quos reliquit, praeſtantia adhuc durante. — V. 7. „In Lapide εὐχόροιο, contra metrum; male Salvinius εὐρυχόροιο, quod epitheton ſubſtantivo τέχνη non convenit. ἠύχορος ut ἠύκομος, et multa alia nomina cum εὖ compoſita, in quibus poëtae ob metrum ε in η mutant." *Br.*

*DCCXLV.* „E Muratorii Theſauro p. 1437. ubi admodum corrupte legitur. Mendas, quas ſuſtuli, referre piget." *Br.* Habetur etiam ap. *Gregor. Piacentinum* de Siglis Veterum Graecorum (Romae 1757.) p. 9?. cujus errores perſequitur Vir eruditiſſimus *Villoiſon dans le Magaſin Encyclop* an VII. T. II. nr. 8. p. 502. *Brunckium* hanc Inſcriptionem edidiſſe, tum, ut videtur, non recordatus. — V. 1. σε ὁ et Ἀθηναῖος. *Mur. Piac.* — V. 3. πως ων δε θνησκει. *Mur.* δ' ἔθνησκες. *Piac.* — V. 5. γενναια σου και χ. *Mur. Piac.* Hanc lectionem tuetur *Villoiſon* vertens: *egregia, generoſa tua ſunt dicta.* (Conf. *Eurip.* Iphig. Aul. 1402. τὸ μὲν σὸν, ὦ νεᾶνι, γενναίως ἔχει. et v. 1423. γενναῖα γὰρ φρονεῖς. *Heliodor.* L. VII. 5. T. II. p. 140. γενναῖον τὰ ῥήματα, καὶ γνωρίζοντος εὖ τὴν φύσιν *Sophocl.* Oed. Col. 596. Θησεῦ, τὸ σὸν γενναῖον ἐν σμικρῷ λόγῳ Παρῆκεν. Senſus ſic quidem optimus, ſed verba non ſatis reſpondent. Primum enim ſic καὶ male abundat, deinde dicendum erat, ni fallor, γενναῖα τὰ σά, γενναῖα λέγεις, vel tale quid. Si marmoris pateretur auctoritas, legerem

γενναῖα ΦΩΝΕΙΣ· χαῖρε.

Verba καὶ σύ γ' ὦ ξ. *Piacentinus* in καὶ σ' ὑγιοῦ mutanda cenſebat; peſſime ſane. — V. 6. σοὶ γὰρ χαρᾶς μέτεστι. Reſpicitur, quod *Viſcontius* monuit, ambigua vis verbi χαῖρε. Sic ap. *Theocrit.* Eid. XXII. 54. cum Pollux dixiſſet: χαῖρε, ξεῖν', ὅστ' ἐσσί. τίνες βροτοί, ὧν ὅδε χῶρος; reſpondet Amycus: χαίρω πῶς, ὅτε γ' ἄνδρας ὁρῶ, τοὺς μήποτ' ὄπωπα. Ap. *Euripid.* Hec. 426. Polyxena ad inferos abitura: χαῖρ', ὦ τεκοῦσα, χαῖρε Κάσσανδρά τ' ἐμοί. ad quae Hecuba: χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν χαρά. — Ap. *Muratorium* hic verſus ſic exhibetur: σοὶ γὰρ μέτεστιν χαρᾶς ἡμῖν δαλις. ap. *Piacent.* σοὶ γὰρ μέτεστιν ἔτι χαρᾶς ἡμῖν δ' ἄλις. In poſtremis verbis vir magnus, *Weſ-*

*ſelingius* ap. *Leichium* in Cur. Sec. p. 42. tentabat ἡμῖν δ' ἄλυος. *tibi gaudii adbuc copia eſt, mihi nil niſi moeror ſuppetit*; omnino male et contra auctoris mentem. Verum eſt procul dubio:

Σοὶ γὰρ μέτεστιν ἔτι χαρᾶς, ἡμῖν δ' ἅλις.

quod vertit cl. *Villoiſon*: *Réjouis-toi toi-même, o étranger. Puiſque tu es vivant, tu as encore des droits à la joie, tu peux encore y prétendre; elle n' exiſte plus pour moi. C'en eſt fait; j'en ai aſſez joui.*

*DCCXLVI.* Primus edidit *Sirmond.* ad Ennod. L. VIII. Ep. 42. *Reineſius* p. 821. *Muratorius* p. 1642. *Fleetwood.* p. 256. *Bonada* T. II. p. 521. — Similia ſunt haec *Agathiae* Ep. LXXXI.

τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε, τὸν ἡσυχίης γενετῆρα,
τὸν παύοντα νόσους καὶ πενίης ὀδύνας;

— V. 1. γλυκερωρε ος μ. *Murat.* γλυκερώτερε. reliqui, quod deſcriptorum eſſe videtur peccatum, qui O pro Ε habebant, eraſam eſſe proximam literam non animadvertentes. — V. 2. νούσων καὶ καμάτων. Haec cum ſimilibus conjungit Epigramma depravatiſſimum in *Sponii* Miſc. erud. antiqu. p. 374. ſi recte emendavimus:

νούσων καὶ καμάτοιο καὶ ἄχθεος ἠδὲ πόνοιο,
ταῦτα γὰρ ἐν ζωοῖσιν ἀμείλιχα θᾶκον ἔχουσι.

Vulgo v. αρχμαιοιο et ſq. verſu ἀμειλιχασινκες εχουσι. Primi verſus hujus Inſcriptionis fortaſſe ſic reſtituendi ſunt:

Κοῦρος ἐπικλείω σε Θεῶν φίλος οὐκ ἔτι θνητὸς
ἠΐθεος, Κούροισιν ὁμηλικίῃ πανόμοιος
πλωτήρων σωτῆρσιν, Ἀμυκλαίοισι θεοῖσι.

Haec apud *Sponium* ſic exhibentur:

ΚΟΙΡΟΣ ΕΠΙΚΛΕΩ ΣΕ ΘΕΩΦΙΛΟΣ ΟΥΚΕΤΙ ΘΝΗΤΟΣ
ΗΙ ΘΕΟΣ ΚΟΙΡΟΙΣΙΝ ΟΜΗΛΙΚΙ Η ΠΑΝΟΜΟΙΟΣ
ΠΛΩΤΗΡΩΝ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΑΜΥΚΛΑΙΟΙΣΙ Σ . . ΟΙ . . Ν.

Primo verſu *viatorem* appellat puer, qui tenera aetate, Dioscuris ſimilis, obierat. V. 2. in primis literis facile ſe offerebat ἠΐθεος.

*DCCXLVII.* Ex marmoribus Oxonienſibus p. 109. ubi Hermae inſcripta leguntur haec: Ψηφισαμένης τῆς ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλῆς τὸν υἱὸν τοῦ κοσμήτου Αὐρ. Ἀφφιάνου Χρῆστον Μαραθώνιον οἱ περὶ τὸ Διογένειον συνάρχοντες, ἀρετῆς ἕνεκεν. Ad hanc inſcriptionem ſpectat v. 1. Epigrammatis, quod inferius legitur. Chreſtus Marathonius, Abbiani filius, in pompa ſolemni (ſic enim κῶμος ἠγάθεος explicandus videtur) exſtinctus fuerat, frigore tactus, quod laena ſe munire neglexerat. De *laenae* uſu ad frigus ventumque arcendum vide *Ferrar.* de Re Veſt. II. 1. c. X. p. 20. — Caeterum dubites, comma melius collocetur poſt θέσθαι an poſt ἠγαθέῳ.

¶. 315.] *DCCXLVIII.* Urnam, cui hoc Epigramma inſcriptum, deſcripſit *Winkelmannus in der Geſchichte der Kunſt* p. 244. Idem Epigr. dedit *Gaetano Marino* in *Iſcrizion Albane* p. 186. Eſt in Severam, Strymonii cujusdam filiam. — V. 1. ἀθανάτων, *Marm.* Nihil certius, quam ἀθάνατος ſcribendum eſſe. Nemo hominum immortalis eſt; hoc monet Severa, Theſeus aliique antiquitatis heroës immortalitate digniſſimi. Similiter Latini ad inevitabilem mortis neceſſitatem demonſtrandam *Tullium* et *Ancum* ap. inferos degentes commemorant. *Lucret.* L. III. v. 1039. *Horat.* IV. Od. VII. 19. ibique *Mitſcherl.* — V. 3. τύνβος

*Marm.* λαγόνεσσιν. *Gregor. Theol.* Ep. CLI. ap. *Murator.* p. 148. de ſplendido quodam ſepulcro:

οὐ γὰρ ἔχον χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, ἀλλ' ἐδοκήθην
κάλλεϊ μαρμαίρων τεσσατίων λαγόνων.

ubi fortaſſe legendum: ἀλλ' ἐδαίχθην ut ap. eundem Ep. CLXXV. p. 159. οὐδὲ γὰρ οὗτος ἔχε χρυσὸν τάφος· ἀλλ' ἐδαίχθη. Πάντα φιλοχρύσοις ἄμβατα· φεῦγε Δίκη. — V. 4. Στρυμονίου παιδός. filii Strymonis, quem ipſum Strymonem appellatum fuiſſe puto. Cf. Ep. DCCXXXVIII. 4. — V. 5. πολὺς βίος. qualem aliam inter homines non reperias. βίον pro *ipſis hominibus* paſſim in his carminibus notavimus. — οἵην οὐχ ἡ π. β. οὐδέ τις οὕτω. *Marm.* τις ουπω. *Winkelm.* Unice vera eſt cl. editoris emendatio. Neque ullus alius ſub ſole tumulus tam probam mulierem complectitur.

*DCCXLIX.* Edidit *Rich. Chandlerus* in Inſcr. Syll. p. 69. nr. 78. — V. 2. παλ. ν. *Chandl.* media litera eraſa. — V. 3. Πειραι παῖς. *Chandl.* — V. 2. ἐκ γαίας. Inſcr. ap. *Gruter.* p. 636. *Mater genuit, mater recepit.* Ibid. p. 725. *Hic matris cineres ſola ſacravimus ara, Quae genuit tellus, oſſa tegit tumulo.* Cf. *Burm.* Anth. Lat. T. II. p. 207.

*DCCL.* Hoc quoque Epigramma edidit *Rich. Chandlerus* p. 78. nr. 123. qui illud invenit in Campo Eleuſinio Athenas verſus. Scriptum eſt in hierophantam myſteriorum Eleuſiniorum. — V. 1. ημα τοδε υψιφανες Δη . . . σιαι . . . οιο δεδορκας. *Chandler.* cujus emendationes ſequitur cl. editor. — V. 2. ἐν ενκαμένου. — V. 4. Εὐμόλπου. *Eumolpus*, Muſaei filius, quem Athenienſibus τὰς τελετὰς Δήμητρος tradidiſſe narrant. Vide *Suidam* in Εὔμολπος et doctum *Scholion* in *Sophocl.* Oed. Col. 1051. *Burmann.* ad *Ovid.* Metam. XI. 93. *Heynium* ad *Apollodor.* L. III. 15. 4. p. 861. Hinc Cereris myſteria

h. l. ὄργια Εὐμόλπου appellantur, quippe quae ad eum auctorem referebantur. — V. 4. μόθον. Bellica quoque virtute claruit is, quem hoc carmen celebrat, haud abſimilis ipſi Eumolpo, de cujus bellica virtute vide *Pauſan.* I. 38. II. 14. — V. 6. ἄχραντα ἱερ. *Marm.* Epitaphium in mulierem, Cereris ſacerdotem, in ipſa Eleuſine inventum edidit *Villoiſon.* in Prolegom. Homer. p. LV. et *Viſconti* in Muſeo Pio-Clement. T. IV. p. 43.

*DCCLI.* Etiam ex *Chandleri* Syll. Inſcr. p. 67. T. II. nr. LX. Athenis inventum. — V. 2. Φιλοτειμου. *Marm.* — V. 3. Συμφορον. *Marm.* quod emendavit *Chandler.* Symphoros Philotimi aequalis hujus ſtatuam, ut videtur, poſuit. — ἀναστησεν συνεφηβον. utrumque vitioſe Lapis.

*DCCLII.* „Apud Fabrettum p. 704. et in D. Bern. de Montfaucon Palaeographia graeca p. 170. Hic metro ſcriptum non eſſe hoc epigramma adnotat, ſed poëticen olere in narrandi genere. At fallitur Vir doctiſſimus. Verſus ſunt plerique anapaeſtici dimetri catalectici, ſcilicet 1. 2. 3. 5. 7. 9. caeteri dactylici, excepto ultimo, qui jambicus eſt dimeter hypercatalectus." *Br.* — V. 1. Νεικοκράτης. *Lap.* — V. 2. μουσικὸς ἀνήρ. In marmore exſculptae, praeter protomen defuncti, puellae lyrae cubito incumbentes, poëta ſedens cum volumine, et ſub ſedili perſona ſcenica. Haec *Nicocraten* noſtrum dramaticae poëſeos auctorem fuiſſe oſtendunt. — V. 4. συνοδείτης. *Lap.* *Synodo adſcriptum* vertit *Fabrettus*, neſcio cui. Mihi ex ſequentibus ſatis manifeſtum videtur, hominem intelligi, qui ſe multis peregrinantibus comitem dederat. — V. 6. ὁδοιπορίαις ἀπονήσας *Fabr.* quem veram lectionem perſpexiſſe, ex ejus verſione apparet: *cum — itineribus eſſem laſſatus.* — V. 7. ἔμπορος. lenocinium facere inſtitui. — V. 9. δάνος. animam, mutuo a coelo acceptam, poſt juſtum tempus reddidi. De vita ut debito naturae reddenda dedimus

quaedam ad *Theodorid.* Ep. X. T. II. P. I. p. 129. — V. 12. Μοῦσαί μου τὸ σῶμα κε. *Lapis.* Quo ſenſu Muſae Nicocratis corpus poſt mortem tenere dicantur, me non ſatis intelligere fateor. Fortaſſe ad binas puellas cum cithara in cippo illo exhibitas reſpicitur.

*Lectt. p.* 301.] *DCCLII.*[b] Habetur apud *Smetium* Fol. CXXXI. *Gruterum* p. CCCXXXII. *Reineſium* p. 390. *Donium* p. 148. Ex Mantiſſa Anthologiae Grot. edidit *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 207. *Bonada* T. II. p. 259. — V. 1. „Variant exemplaria. Smetius ΠΑΙΣΤΑΣΙΟΣ. Donius ΠΑΙΣΤΑΣΙΟΣ. Peſſime Reineſius ΠΑΣΤΑΣΙΟΣ. Quae omnia corrupta et ſenſu caſſa ſunt. Admodum veriſimile eſt quod dedi πλεῖστ' αἰνετός, *maxime laudatus, maxima laude dignus.*" *Br.* Locus varie tentatus. *Gruterus* παῖς Γάϊος legendum cenſebat, ad hujus nominis etymologiam ſpectari exiſtimans v. 4. Non perſuadet. *Grotius* παῖς Τήϊος expreſſit in verſione:

*Transacto puer hic jaceo qui Teius aevo,*
*Nobilis in ſcenis hiſtrio nuper eram.*
*Vixi annos denos Aſclepiodorus et octo;*
*Matre ſatum terra nunc quoque terra tegit.*

— V. 2. πάσης *Burmannus* ex ſchedis *Grotii*; nec aliter exhibetur in praeſtantiſſima editione V. cl. *Hieronymi de Boſch* T. III. p. 398. — Epitheto penitus omiſſo ἀσκήσας εἶδος *Reineſius*, et ſic reliqui. „In omnibus exemplaribus omiſſa eſt vox τραγικῆς. Acute vidit Salvinius deeſſe nomen hypocriſeos ſpeciem indicans, fueritne illa tragica, an comica. Hanc praetulit in verſione:

Exercens ſpeciem comicae hypocriſeos.

Sed κωμικῆς reſpuit metrum. Suſpicari quis poſſit illius loco ſculptam fuiſſe in lapide perſonam tragicam, quam

ſorte non animadverterunt, qui lapidem deſcripſerunt: niſi vocem, qua verſus incipiebat, omiſerit quadratarius, quum incidi debuiſſet:

ποικίλον ἀσκήσας εἶδος ὑποκρισίης.

quae conjectura mihi altera probabilior videtur.« *Br.* — V. 3. οκτω και δεκα. *Reineſ.* — »Male Donius βίον inſerit poſt ζήσας, qua voce non juvatur ſenſus, et peſſumdatur verſus.« *Br* — V. 4. γῆς ὢν γόνος. Vide not. ad Ep. DCCXLIX. 2. et ad *Crinagor.* Ep. XLIII. T. II. P. I. p. 415.

¶. 316.] *DCCLIII* Apud *Gruterum* p. 1130. *Fleetwoodium* p. 236. *Bentlejum* in Animadv. in *Callimachi* H. in Lav. Pall. v. 130. T. II. p. 13. ed. *Ern.* — V. 1. ἐνυβρίσης. *Grut.* — V. 2. μηνιση πικρον επαγεσιμη. *Grut.* In poſtrema voce *Fleetwoodius* nomen Deae ſibi reperiſſe videbatur, *Epageſimae*, quam hominibus vindictam adducere, ἐπάγειν, exiſtimabat. *Bentlejus* emendabat: μή σοι μηνίω πικρὸν ἐπ' Ἀγεσίλᾳ Περσεφόνᾳ τε κόρᾳ. *ne tibi iraſcar apud Plutonem et Proſerpinam.* Sic, ut *Brunckius* hunc verſum exhibet, eum laudat *Ruhnkenius* in Epiſt. crit. p. 133. ubi exemplis prolatis docet, praepoſitionem ſaepe per tmeſin verbo poſtponi, etiam pluribus vocibus interjectis. Ἀγεσίλας et Ἀγεσίλαος Pluto appellatus ab *Aeſchylo*, *Athenae.* L. III. p. 99. deinde ab aliis. Cf. *Spanhem.* ad *Callim.* p. 724. — V. 3. ΑΜΑ παρ. *Grut.* et *Fleetw.* frequenti errore. ἀλλὰ dedit *Bentlejus.*

*DCCLIV.* E *Muratorii* Theſauro p. 958. 1. In Itorium juvenem, cui avunculus monimentum poſuit. — V. 2. συγκλησας αρετης ευκλειην ηπτεκεις. *Murat.* *Leichius*, qui hoc Epigramma tractavit in N. Miſcell. Lipſ. T. I. p. 473. ſq. lacunam reliquit in fine pentametri. Fruſtra idem h. v. tentabat in Curis ſecund. p. 42. ubi

tamen optimam *Weſſelingii* emendationem profert, ὅσσην συγκλείσας ἀρετῆς εὐκλείην κατέχεις. Similis color in Ep. *Leonid. Tar.* LXXXV. cujus initium: ἠρίον, οἷον νυκτὶ καταφθιμένοιο καλύπτεις Ὀστέον, οἵην, γαῖ', ἀμφέχανες κεφαλήν; — V. 3. Nullus poëta, neque tragicus, neque lyricus, neque epicus denique tuas virtutes ſic, ut par eſt, celebraverit. *Ariſtides* Orat. T. I. p. 256. τίς Ὀρφεύς, ἢ Θάμυρις, ἢ ποῖος Ἐλευσίνιος οἰκήτωρ Μουσαῖος ἐξαρκέσει τοσούτῳ πράγματι; ποίαις κιθάραις ἢ λύραις τὸ κοινὸν πτῶμα ἀνακλαύσεται; — V. 6. οσσ ανθ ως. *Mur.* Tentabat *Leichius*: ὅσσην θ', ὡς πρ. *quantum, ut ſenex, cum aetate juvenis eſſes, pollebas.* Noſtra lectio debetur iterum *Weſſelingii* acumini. ὅσσων κρατεῖς κοῦρος ὤν, ὡς πρέσβυς. puer omnia, tanquam ſenex, tenes. De puero ſupra annos aſtuto *Silius* L. VIII. 466. *Ora puer, pulcherque habitum, ſed corde ſagaci Aequabat ſenium, atque aſtu ſuperaverat annos.* De Fundani filia *Plinius* V. Epiſt. XVI. 2. *Nondum annos quatuordecim impleverat, et jam illi anilis prudentia, matronalis gravitas erat.* Idem de Fuſco Salinatore L. VI. Ep. XXVI. 1. puer *ſimplicitate, comitate juvenis, ſenex gravitate.* Multa ſimilia collegit *Corte* ad eundem L. V. Ep. IX. not. 6. p. 365. ſq. — Caeterum in textu interrogandi nota cum commate permutanda eſt. — V. 7. νυμφην δ η . . . . οι εγω. *Mur.* quod bene emendavit *Leichius*, qui in fine verſus οἴ, οἴ tentat, quod mihi Brunckiana lectione videtur verius. Sic rotundior exiſtit oratio: ἣν σοὶ ἐγὼ θεῖος τεὸς ἔτρεφον, οἴ, οἴ, τλήμονα, νυμφεύσων ἥρπασε πρόσθ' Ἀΐδης. Sic jungenda et diſtinguenda verba, quod minus recte vidit emendationis auctor. — Puellae, ante nuptias defunctae, ab Orco in matrimonium abreptae dicuntur. Iis, quae notavimus ad *Meleagri* Ep. CXXV. T. I. P. I. p. 139. adde Ep. *Anytes* XVII. et *Euripid.* Iphig. Aul. 460. τήνδ' αὖ τάλαιναν παρθένον (τί παρθένον; Ἅιδης νιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει τάχα.) ubi vide *Markland.* notas. Ap. *Murator.*

eſt τλημον ανυφευσων. — ¶. 317.] V. 9. ΑΜΑΡΑ ΜΟΥΝΟΣ. *Mur.* Perperam *Leichius* ἄμ' ἄρα μοῦνον π. *Brunckius* quomodo μούνῳ acceperit, non ſatis apparet; ſed ad Itorium, puellae ſponſum, videtur retuliſſe. Sed ſic difficile fuerit, poëtam ab obſcuritatis vitio liberare. Hoc nomine, et propter alias virtutes, ſe commendat *Weſſelingii* emendatio apud *Leichium*:

ἀλλ' ἄρα μοῦνοι
παρθενίην ἱερατὴν σώσαθ' ἕως Ἀΐδου.

μοῦνοι. Itorius et puella ipſi deſtinata. Hac emendatione admiſſa, poëta, ut par eſt, ad Itorii mentionem, unde progreſſus fuerat, redit, eamque apte cum puellae illius commemoratione conjungit. — V. 10. ΣΩΣΑΤΕΩΣ. *Murat.* An fuit:

σώσατε εἰς Ἀΐδου.

eodem ſenſu. Cf. *Fiſcherum* in Animadv. ad *Welleri* Gramm. T. III. P. II. p. 151.

*DCCLV.* Edidit *Iſ. Voſſius* ad *Pompon. Mel.* p. 129. emendavit *Heringa* in Obſſ. crit. p. 143. quod *Toupium* fugiſſe videtur in Emend. ad Suidam p. 395. Tentavit etiam, ſed minus feliciter, *Dorvillius* ad *Charit.* p. 357. Legitur praeterea apud *Gorium* T. I. p. 453. *Fleetwood.* p. 327. *Bonadam* T. II. p. 391. — V. 1. ΤΗΗ ΤΡΙΒΟΝ ΠΑΓΑΓΕΙΣ ΑΛΠΤΩΣ ΤΟΔΕ ΣΗΝΑ ΝΟΗΣΗΣ. *Marmor* ap. *Voſſium*, et parum diverſe ap *Gorium*, ubi ΑΛΗΤΩΣ ... ΣΗΜΑ habetur. Emendavit *Voſſius*: τὴν τρίβον εἰ παράγεις, ἀλύπως τόδε σῆμα νοήσῃς. *Salvinius*: ὃς παράγεις ἀλύπως, vertens: *Tu ſine moeſtitia monimentum hoc cerne, viator.* *Dorvillius*: τὴν τρ. ὡς παράγῃς ἀπτῶς τόδε σ. νοήσας. Brunckiana lectio *Heringae* debetur et *Toupio*, uterque enim in eandem emendationem incidit. —

V. 2. ΜΗΔΕΟ ΜΑΙΓΕΛΑΣΗΣΕΙ ΛΥΝΟΣ ΕΣΤΙ ΤΛΟΟΣ. *Voſſ.* ει κυνος εστι ΤΛΟΟΣ. *Gor.* In hoc verſu emendando omnes conſpirant. — V. 3. ΕΥΛΑΝΣΟΗΝ ΧΕΙΡΣΣΛΛΕ ΚΟΝΙΝ ΣΥΝΖΘΗΥΛΝΔΚΤΟΣ. *Voſſ.* et fere ſic *Gorius*, ap. quem tamen initio ΕΥΑΤΣΟΗΗ et in fine ΞΘΗΤΑΝΑΚΤΟΣ habetur. Haec *Voſſius* recte emendavit et ceteri, niſi quod *Salvinius* συνέθησαν dedit. — V. 4. ΟΣ ΜΟΥΚΑΚΙΗ ΛΗΤΟΝΑΣ ΕΧΑΡΑΞΕΝΟΓΟΝ. *Voſſ.* Minus corrupte *Gorius*: ΟΣ ΜΟΥΚΑΙΣΙΗΛΗΤΟΝ ΑΣΕΧΑΡΑΞΕΝΟΓΟΝ. Haec omnia jam *Voſſius* reſtituit, quem *Dorvillius* in reliquis ſecutus κᾆν ſcripſit.

*DCCLVI.* Vat. Cod. p. 238. Τύμνεω, cui futurus Anthologiae editor hoc carmen reſtituet. Lemma: Εἰς κύνα Μελιταῖον Εὐμήλου. Auctoris nomine omiſſo, edidit *L. Holſtenius* ad *Steph. Byz.* p. 203. Hinc ſe illud, ſed emendatum, exhibere ait *Toupius* in Cur. Nov. p. 195. ubi praeter puſillum typothetae errorem in 3. v. (ubi ap. *Holſtenium* κάλεσκον legitur, pro καλέεσκον,) nihil omnino emendavit. — V. 1. ὅτ' ἦν ἔτι. *Meleager* Ep. XXII. ἦν καλὸς Ἡράκλειτος, ὅτ' ἦν, ποτέ. *Idem* Ep. XXVII. ἦν γὰρ ὅτ' ἦν Δάφνις μὲν ἐν οὔρεσιν, νῦν δ' Ὑάκινθος Τερπνός.

# AENIGMATA.

---

*I.* De gryphis agens *Athenaeus* L. X. p. 455. D. ἔστιν εὐπορῆσαι δὲ καὶ ἄλλων γρίφων.

Ἐν φανερῷ γενόμαν, πάτρη δέ μοι ἁλμυρὸν ὕδωρ
ἀμφὶς ἔχει, μήτηρ δ' ἐστ' ἀριθμοῖο πάϊς.

φανερῷ μὲν οὖν λέγει τῇ Δήλῳ, ἥτις ὑπὸ θαλάσσης περιέχεται· μήτηρ δὲ ἡ Λητώ, ἥτις Κοίου ἐστὶν θυγάτηρ. Μακεδό-

νες δὲ τὸν ἀριθμὸν κοῖον προσαγορεύουσι. *Euſtathius* in Od. *x.* p. 256. 12. ἰστέον δέ, ὅτι περὶ Ἀπόλλωνος Δηλίου ἤγουν γεννηθέντος ἐν Δήλῳ τῇ νήσῳ, αἴνιγμα φέρεται ἐοικὸς τοῖς τοῦ Θεοκρίτου σκληροῖς (i. e. aenigmaticis luſibus, *Fiſtulae* et *Arae*, *Theocrito* tributis) τοιοῦτον· Ἐν φανερῷ γενόμαν, πάτρην δέ μου ά. etc. πάτραν δέ μοι *Caſaubonus* invenit in melioribus Codd. De etymologia nominis inſulae Deli plures tradiderunt, quos vide ap. *Berkelium* ad *Steph. Byz.* v. Δῆλος. p. 297. Adde *Callim.* in H. in Del. 52.

> τοῦτό τοι ἀντημοιβὸν ἀλίπλοοι οὔνομ' ἔθεντο,
> οὕνεκεν οὐκέτ' ἄ δ η λ ο ς ἐπέπλεες, ἀλλ' ἐνὶ πόντου
> κύμασιν Αἰγαίοιο ποδῶν ἐνεθήκαο ῥίζας.

— V. 2. ἀριθμοῖο πάϊς. Coei, Titanis, cujus nomen praeclare *Barneſius* reddidit *Pindaro* ap. *Strabon.* X. p. 742. B. ubi Κοίου γένος Latona dicitur. Eadem Κοιογένεια ap. *Apollon. Rhod.* II. 712. et Κοιηΐς in *Callim.* H. in Del. 150. ubi *Spanhem.* aenigmatis noſtri non immemor fuit.

*II.* „Eſt inter carmina in Guijoniorum vitis edita. Vide Salmaſium ad Hiſtor. Aug. p. 289. [T. II. p. 231.] et in Plinianis p. 538. Linum, ex quo mantelae fiunt, flavum eſt et albeſcit tundendo et abluendo.“ *Br.* Vat. C. p. 620. in Guijon. Vit. nr. XIV. In Exercitatt. Plinian. l. c. *Salmaſius* nonniſi tres verſus excitavit. — V. 4. πρώτη. Quum convivae diſcubuerant, aqua iis porrigebatur et χειρόμακτρα ſive *mantilia*. *Virgil.* Georg. IV. 376. *manibus liquidos dant ordine fontes Germanae, tonſisque ferunt mantelia villis. Pars epulis onerant menſes.* Id. Aen. I. 701. *Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris Expediunt, tonſisque ferunt mantelia villis.* Hinc apparet, cur ſe primum in convivarum chorum venire dicat *mantile.* Caeterum

de χειρομάκτροις conſule *Athenae.* L. IX. p. 410. *Rhodigin.* Ant. Lectr. XVI. 24.

*III.* Vat. C. p. 624. „Illuſtratum eſt a Salmaſio in Plinian. p. 162. V. 3. ὡς excudi debuit ſine accentu. ἐείδομαι absque neceſſitate in ἐρείδομαι a viro quodam docto mutatum.“ *Br.* Confer *Bod. a Stapel* in *Theophr.* p. 622. Ex *Salmaſii* verbis in Plinianis l. c. forte quis ſuſpicetur, eum aliquid in hoc Epigrammate novaſſe; ſed fruſtra. Sic enim, ut ille exhibet, carmen in Cod. legitur. Ad ſenſum carminis facit inprimis *Theophraſt.* L. VI. Plant. ubi de κάκτῳ· — καυλὸν ὀρθὸν ἀφίησιν, ὃν καλοῦσι πτέρνικα, καὶ τοῦτον ἐδώδιμον· τὸ δὲ περικάρπιον, ἀφαιρεθέντων τῶν παππωδῶν, ἐμφερὲς τῷ τοῦ φοίνικος ἐγκεφάλῳ. ἐδώδιμον καὶ τοῦτο. Hunc cactum nihil diverſum eſſe a κινάρᾳ, monuit *Athenaeus*, qui *Theophraſti* locum excitat L. II. p. 70. et 71. eique ſententiae ſubſcribit cl. *Schneider* ad *Columell.* X. v. 235. p. 531. ſq. qui κίναραν ſive cactum eundem eſſe exiſtimat, quem nos *Artiſchocke* appellamus. Cf. *Needham* ad Geopon. XII. 39. —— V. 1. ἐγκέφαλον. cinarae ea pars, quam cum palmae ἐγκεφάλῳ comparat *Theophraſtus*. κεφαλῆς ἄτερ. quamvis vero capite deſtituta. — V. 3. ὡς ὑπὲρ αὐλόν. ea pars, quae cauli impoſita eſt, ſphaerae eſt ſimilis. — V. 4. μητρὸς ἔχω πατέρα. ſemen, quod intus eſt; unde caulis, quem μητέρα appellat auctor, progignitur.

*IV.* Vat. C. p. 620. Editum in Vitis Guijon. nr. XI. „Addito ρ, centenarii numeri ſigno, media in voce πυρὸς, habebis Πύῤῥος, Neoptolemi nomen, Deidamiae filii, et Polyxenae occiſoris.“ *Br.*

¶. 319.] *V.* Vat. C. p. 623. Edidit *Pierſon* ad *Moerin*, unde id repetivit *Schneiderus* in Per. crit. p. 8. Ex primo diſticho traductum eſt miſeri verſificatoris Aenigma, quod in membranis habetur p. 621.

μούνῳ μοι φίλον ἐστὶ γυναιξί περ ἐν φιλότητι
μιγνύσθαι, αὐτῶν λισσομένων τοκέων.

quo confirmatur lectio λισσομένων in noſtro, ubi Schedae LaCrozianae λευσσομένων exhibent. — V. 4. „Menda eſt in voce ἀχνυμένων. Non magis dolere debent puellae parentes, cui clyſter infunditur, quam mariti, qui illum uxoribus ſuis mederi ſupplicant, λισσομένων τοκέων. Scribendum ἀρνυμένων, non flagitantibus modo parentibus, ſed etiam oblato aere id adipiſcentibus, pretium ſolventibus. Haec eſt propria ſignificatio et primaria vocis ἄρνυσθαι, ἀντικαταλλάττεσθαι.“ *Br.* Eſt potius: *parentibus id poſtulantibus et expetentibus*. Vide Clark. ad Odyſſ. α. 3. An fuit γανυμένων? *parentibus ipſis laetantibus*, dum puellae ſalutem inde reſtitutum iri ſperant. — τοκήων. Vat. C. — V. 5. δέ με. Vat. et Sched. LaCr. — V. 6. „πόνον. quando ſcilicet Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν.“ *Br.* Inepte *Pauw*, in cujus apogr. hoc Epigramma legebatur, ad verbum τρύω, τρυμάτιον reſpici putabat. — V. 7. καὶ ἀμπλευτῆϊ. Vat. In Sched. LaCroz. επη εμενοισι και αμπλευτηϊ. *Reiskio* in mentem veniebat ἀποιχομένοισι καὶ ἀμπλουτῆϊ, neſcio quo ſenſu. Veram lectionem vidit *Cornel. de Pauw*; idem in ſenſu verborum explicando a vero aberrat. Continuatur ſimilitudo cum Hercule, qui cum Plutone pugnaverat. Οἱ ὀπυιόμενοι ſunt ii, quos ὁ κλυστὴρ init. Hos ſe defendere ait vel contra Plutonem, morbum ab iis depellens ſcilicet; hinc etiam μαχοίμην ὑπὲρ ψυχῆς, vitam tueri valeam eorum, quibus miſceor. — V. 9. „αἰγὶ μιγεὶς ἐλέφας. Ad immittendos clyſteres utebantur olim utribus e caprina pelle, quibus adaptatae fiſtulae eburneae.“ *Br.* εὔρινος a ῥινὸς *pellis* derivandum, epitheto ſcilicet ad eam partem inſtrumenti relato, quae corio conſtabat. — ἀργιόδοντα. Cod. recte. In apogr. nonnullis ἀγριόδοντα. ἀργιόδους, *candido dente inſtructus*, de fiſtula eburnea aptiſſimum.

— Pro ἰδρείῃ Vat. C. ἰδρείη. Illud recte emendavit *Pauw*, nec aliter exhibuit *Pierſon*. et *Schneider*.

*VI.* Vat. C. p. 623. „Ἥφαιστος ignem notat, Παλλὰς oleum, Πηλεὺς vas ſiglinum e πηλῷ factum, ὀθόνη funiculum ſtupeum, ἑλλύχνιον: νυκτιπόλος Φαέθων lumen nocturnum.“ *Br.* — V. 1. ὑπ' ἀγκοίνῃσι. Vat. — V. 2. „In Cod. ſcriptum εἰς εὐνὴν ἐμίγη, librarii, ut videtur, errore, repetito verbo e praec. verbo.“ *Br.* Vitium potius in v. 1. latere putaverim, ubi fortaſſe ſcribendum:

ἐν ἀγκοίνῃσι κλιθεῖσα.

ut eſt ap. *Theocrit.* Eid. III. 44. ἁ δὲ Βίαντος ἐν ἀγκοίνῃσιν ἐκλίνθη. — εἰς εὐνὴν ἐμίγη eſt pro εὐνῇ ἐμίγη καὶ φιλότητι, ut *Homerus* loqui ſolet. — V. 3. ὀθόναι. de linteis accipiendum, quibus lecti inſternuntur.

*VII.* Vat. C. p. 623. „In aeneam cucurbitulam, qua utuntur chirurgi ad eliciendum ſanguinem. Epigramma planum et perſpicuum eſt.“ *Br.* Ductum videtur aenigma ex *Plutarchi* Conviv. Sapient. T. II. p. 154. B. C. ubi Aeſopus Cleodemo explicandum proponit aenigma hoc:

ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα,

quod cum ille ſe intelligere negaſſet, καὶ μὴν οὐδεὶς, inquit, τοῦτο μᾶλλον εἶδεν, οὐδὲ ποιεῖ βέλτιον· εἰ δὲ ἀρνῇ, μάρτυρας ἔχω σικυωνίας. ὁ μὲν οὖν Κλεόδημος ἐγέλασε, καὶ γὰρ ἐχρῆτο μάλιστα ταῖς σικυωνίαις τῶν καθ' αὑτὸν ἰατρῶν.

¶. 320.] *VIII.* Vide ad praecedens Epigr. Integrum aenigma laudat *Athenaeus* L. X. p. 452. C. ubi πυρίχαλκον exhibetur. Priorem verſum, quem celeberrimum vocat, profert *Ariſtoteles* L. III. Rhetor. II. 12. et in Poëtic. c. XXII. 5.

*IX.* Servavit *Athenaeus* L. X. p. 449. D. E. unde hos verſus ex *Alexidis* fabula ductos diſcimus. Addebantur ap. Comicum haec:

> παίζειν σὺ χαίρεις, ὦ γύναι, μ' αἰνίγμασι.
> β. καὶ μὴν ἁπλᾶ γέ καὶ σαφῆ λέγω μαθεῖν.
> α. τίς οὖν τοσαύτην παῖς ἔχων ἔσται φύσιν;
> β. ὕπνος βροτείων, ὦ κόρη, παυστὴρ πόνων.

*Euſtath.* ad Ιλ. Ω. p. 1463. 12. qui v. 3. ἐν θεοῖς exhibet, et v. 5. ἅπασιν ὢν ἀεί. *Hadrian. Jun.* VI. Anim. 26. hoc Epigramma explicans, v. 4. τὴν παροῦσαν, ἔμπαλιν legit. Explicationem adſcribam verbis *Caſauboni* ad *Athen.* p. 755. ſq.: »Non eſt mortalis, neque immortalis, ſed habet mixtum temperamentum: itaque nec ut homo, nec ut Deus vivit: ſed cum naſcatur ſubinde nove, perit rurſus ejus praeſentia i. e. ipſe, poſtquam eſt renatus; inviſibili ſpecie, notus eſt omnibus. — Quare inviſibilem ſomnum dicat, ſtultum ſit quaerere: ſimul enim naſcitur ſomnus, et coecus fit homo; ſimul redit facultas videndi, et abit ſomnus.«

X. *Eubuli* eſt Comici in Sphingocarione, unde id excerpſit *Athenaeus* L. X. p. 449. F. Idem poëta ſenſum explicuit ipſe:

> τί δ' ἐστὶ τοῦτο; τί ἀπορεῖς, Καλλίστρατος;
> πρωκτὸς μὲν οὖν οὗτος. σὺ δὴ ληρεῖς ἔχων.
> οὗτος γὰρ αὐτὸς ἐστιν ἄγλωσσος, λάλος,
> ἓν ὄνομα πολλοῖς, τρωτὸς, ἄτρωτος, δασύς,
> λεῖος· τί βούλει; πνευμάτων πολλῶν φύλαξ.

— V. 1. ἀῤῥενόθηλυς in antiq. edd. Noſtrum eſt in melioribus libris. ὁ πρωκτὸς ſive maris ſit, ſive mulieris, eodem nomine gaudet. — V. 2. ἀνέμων ταμίας. *Nicarchus* Ep. V. 4. Ἑρμογένης δ' ἔλαχε στυγερὸν δόμον εὐρώεν-

τα, Ὕστατος εἰς ἀφανῆ χῶρον ὑπερχόμενος, Ἔνθ᾽ ἀκταὶ νεκύων καὶ ἐρημίαι ἠνεμόεσσαι Δουπεῦνται πνοιῇ δυσκελάδων ἀνέμων. — ἄλλοτε λεῖος. Sic ἄλλοτε paſſim in altero membro, ita ut in priore ſubaudiendum ſit. — V. 3. ἀξύνετα ξυνετοῖσιν. Sic *Caſaubonus* ex conjectura, quam Excerpta confirmarunt; nihil certius. Vulgo ἀξύνετ᾽ ἀξυνέτοισιν, quod ſenſum idoneum non habet. Noſtrum autem et argutum eſt, et facetam continet parodiam ſermonis tragici. *Euripid.* Phoen. v. 1510. Oedipus τᾶς ἀγρίας ὅτε Δυςξυνέτου ξυνετὸς μέλος ἔγνω Σφιγγός. ubi vide *Valckenar.* Idem Iphig. in Taur. v. 1092. εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοάν. *Pindar.* Ol. II. 150. βέλη φωνᾶντα συνετοῖσιν. — Verba, quae ſequuntur, νόμον ἐκ νόμου ἕλκων, *Caſaubonus* melius declarari poſſe negat, quam verbis *Ariſtophanis* in Nub. v. 387. ubi de ventre Strepſiades: δεινὰ ποιεῖ γ᾽ εὐθύς μοι, καὶ τετάρακται, Χὤςπερ βροντὴ τὸ ζωμίδιον παταγεῖ καὶ δεινὰ κέκραγεν Ἀτρέμας πρῶτον παππάξ, παππάξ, κᾆπειτ᾽ ἐπάγει παπαπαππάξ. Cogitandum nimirum de νόμοις muſicis, qui diverſi ſunt generis et ſoni.

*XI.* Etiam hoc Aenigma ex *Eubuli* Σφιγγοκαρίωνι profert *Athenaeus* L. X. p. 450. A. B. Vulgo v. 1. ὡς νέος legitur, quod in ὅς mutavit *Grotius* in Excerpt. Trag. p. 657. Idem v. 2. κοῦφος πέταται legit, quod vulgatae neutiquam praeferendum. Explicationem Comicus adjecit hanc:

Id. 143. πάππος ἀπ᾽ ἀκάνθης, ὦ ᾽γάθ᾽, ſive ὦ ᾽τάν, (vulgo οὗτος
γάρ) ὃς νέος μὲν ὢν
ἕστηκεν ἐν τῷ σπέρμαθ᾽, ὅταν δ᾽ ἀποβάλῃ
[γηραιὸς ἤδη] τοῦτο, πέτεται κοῦφος ὤν,
δήπουθεν ὑπὸ τῶν παιδίων φυσώμενος.

Sic haec integranda cenſebam, quae diverſa ratione tentarunt *Grotius* et *Caſaubonus*. Non debuerat omitti in ſolutione *ſenectutis* commemoratio; quare γηραιὸς

inſerui. Reſpexit autem *Eubulus* locum *Sophoclis* a *Plutarcho* ſervatum T. II. p. 1100. γεραίας ἀκάνθης πάππος ὡς φυσώμενος. *Nicander* Alex. 126. αἷα δὲ δὴ γήρειαν νέον τεθρυμμένα πάππου Ἠέρ' ἐπιπλάζοντα διαψαίρουσιν ἀέλλαις. Cf. *Arnald.* in Lect. Gr. p. 33. — V. 2. ἄπτερος ὤν. volat, licet alis non inſtructus ſit. — γῆν ἀφανίζει. deciduus terram obducit. —

¶. 321.] *XII.* Vat. C. p. 619. Editum in Guijonor. Vitis nr. V. et prius ab ipſo *Salmaſio* ad Script. Hiſt. Aug. T. II. p. 825. qui ita interpretatur: εἷς ἄνεμος flatus eſt tibicinis; δύο νῆες duae tibiae; δέκα ναῦται decem digiti, qui, foramina tibiarum percurrendo, quaſi remigant; εἷς κυβερνήτης, tibicen, qui utramque tibiam moderatur. — In fine Cod. Vat. ἐλάσει exhibet; et ſic eſt in Guijon. Vit. ἐλάει. *Salm.*

*XIII.* *Athenae.* L. X. p. 450. F. Ἐν δὲ Σαπφοῖ ὁ Ἀντιφάνης αὐτὴν τὴν ποιήτριαν προβάλλουσαν ποιεῖ γρίφους τόνδε τὸν τρόπον, ἀπολυομένου τινὸς οὕτως. ἡ μὲν γὰρ φησίν· Ἔστι φύσις κ. τ. λ. ταῦτά τις ἐπιλυόμενος φησίν·

ἡ μὲν φύσις γὰρ, ἣν λέγεις, ἐστὶ πόλις,
βρέφη δ' ἐν αὐτῇ διατρέφει τοὺς ῥήτορας,
οὗτοι κεκραγότες δὲ τὰ διαπόντια,
τὰκ τῆς Ἀσίας καὶ τἀπὸ Θρᾴκης λήμματα
ἕλκουσι δεῦρο· νεμομένων δὲ πλησίον
αὐτῶν κάθηται, λοιδορουμένων τ' ἀεὶ
ὁ δῆμος οὐδὲν οὔτ' ἀκούων οὔθ' ὁρῶν.

Hanc interpretationem improbat Sappho, verſibus ap. *Athenaeum* corruptiſſimis, quos leviter attigit *Caſaubonus*, *Grotius* ſine ſucceſſu emendare et reſarcire conatus eſt. Tum poëtria veram interpretationem expromit:

Θήλεια μὲν γοῦν ἐστὶ φύσις ἐπιστολή·
βρέφη δ' ἐν αὐτῇ περιφέρει τὰ γράμματα,
ἄφωνα δ' ὄντα [ταῦτα] τοῖς πόῤῥω λαλεῖ,
οἷς βούλεθ'· ἕτερος δ' ἂν τύχῃ τις πλησίον
ἑστὼς, ἀναγινώσκοντος οὐκ ἀκούσεται.

— V. 2. ἄφωνα. Similiter inſcriptio ſtatuae puellaris ap. *Sapph.* Ep. I. παιδνὴ ἄφωνος ἐοῖσα τάδ' ἐννέπω, ἤν τις ἔρηται, Φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν. — βοὴν ἵστησι. *Euripid.* Iphig. in T. 1307. τίς ἵστησι βοήν. Ib. Iphig. in Aul. 1039. ἔστασαν ἰαχάν. Illuſtravit hunc dicendi uſum *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Theſm. 704.

add. 44, *XIV. Athenae.* L. X. p. 451. F. ex *Hermippi* opere de Iſocratis diſcipulis narrat, Theodecten Phaſeliten ἱκανώτατον γεγονέναι ἀνευρεῖν τὸν προβληθέντα γρῖφον, καὶ αὐτὸν προβαλεῖν ἑτέροις ἐπιδεξίως, οἷον τὸν περὶ τῆς σκιᾶς. ἔφη γὰρ εἶναί τινα φύσιν, ἣ περὶ τὴν γένεσιν καὶ φθίσιν ἐστὶ μεγίστη, περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν ἐλαχίστη. λέγει δὲ οὕτως· Τῆς φύσεως κ. τ. λ. — V. 1. Nihil eſſe in rerum natura ait, nec in mortalium genere, quod ſimili modo creſcat et augeatur. ἐν γενέσει, referendum ad ſolis ortum, qui cum meridie ſummam coeli attigit arcem, umbra eſt minima; veſperi eadem denuo creſcit. — V. 4. Meliores forent numeri, ſi legeretur:

ἐν δὲ μέσαις ἀκμαῖσι μικρά.

et ſic *Theodecten* ſcripſiſſe puto.

*XV.* Vat. C. p. 625. Notum Sphingis aenigma ex *Aſclepiadis* Τραγῳδουμένοις profert *Athenaeus* L. X. p. 456. B. Sine auctoris nomine *Tzetza* ad *Lycophr.* v. 7. p. 2. *Aſclepiadem* nominat etiam *Schol. Eurip.* in Phoen. v. 50. qui primum hemiſtichium excitat ſic: ἔστι δίπους ἐπὶ γῆς καὶ τετράπους. In compendium hoc aenigma red-

egit *Diodorus* L. IV. 64. p. 308. ἦν δὲ τὸ προτεθὲν ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς, τί ἐστι τὸ αὐτὸ δίπουν, τρίπουν καὶ τετράπουν; *Apollodor.* III. 5. 8. τί ἐστιν, ὃ μίαν ἔχον φωνὴν, τετράπουν καὶ δίπουν καὶ τρίπουν γίνεται; quo firmatur lectio *Athenaei* οὗ μία φωνή, pro qua in *Schol. Lycophr.* legitur: οὐ μία μορφή, quod per ſe ſpectatum minime ineptum eſt. — V. 2. τρίπον. Hoc de ſene dictum, qui baculo tanquam tertio pede nititur, obverſabatur auctori Tragopodagrae, v. 54. ὤμοι, πόνων ἀρωγὸν, ὦ τρίτου ποδὸς Μοῖραν λελογχὸς βάκτρον, ἐξέρειδέ μου βάσιν τρέμουσαν. — V. 3. φυὴν *Valckenarius* recepit ex Codd. *Sophoclis*, ni fallor; certe φυὴν legitur in marg. ed. *Turnebi.* Vide eum in Prolegg. ad Phoeniſſ. p. XXIV. Vulgo φύσιν, quod apud *Tzetzen* in βοὴν degeneravit, unde *Dalechampius* etiam ap. *Athenaeum* vertit, *clamorem id tamen mutat*; βοὴν eſt etiam in Vat. C. — V. 4. ἐρειδόμενον. *Athen.* ἐπειγόμενον. *Tzetza* et Vat. Cod. — V. 5. ἔνθα τάχος. longe plurimi; et ſic ipſe *Brunckius* dedit in Ed. *Sophoclis.* μένος *Valckenarius* invenit in Euripideis Codd. Batavis. Caeterum illuſtre hoc aenigma reſpexit *Ovidius* XV. Metam. 221. *Editus in lucem jacuit ſine viribus infans: Mox quadrupes, rituque tulit ſua membra ferarum. — Inde valens veloxque fuit, ſpatiumque juventae Tranſit, et, emeritis medii quoque temporis annis, Labitur occiduae per iter declive ſenectae.* *Maximinianus* in Eleg. I. 218. *Nec coelum ſpectare licet, ſed prona ſenectus Terram, qua genita eſt, qua reditura, videt: Fitque tripes, prorſus quadrupes, ut parvulus infans, Et per ſordentem, flebile, repit humum.* *Auſonius* Eid. XI. 37. *Ille etiam thalamos per trina aenigmata quaerens, Qui bipes, et quadrupes foret, et tripes omnia ſolus, Terruit Aoniam volucris.*

¶. 322.] Solutionem praecedentis aenigmatis habet *Schol.* Phoeniſſ. v. 50. Cod. Auguſtani. Primus eam protulit *Gale* in not. ad *Apollodor.* p. 67. unde a pluribus repetita eſt. — V. 1. κακόπτερε Μοῦσα. ob carmen

funeſtum, quod edebat, ipſa Sphinx Μοῦσα, cujus aenigma ἀμουσοτάτας ᾠδὰς appellat *Eurip.* in Phoen. 814. Ad mortales autem venerat haec peſtis ab inferis, Echidnae ſcilicet filia et Typhonis, unde κελαινὴ vocatur *Lycophroni* v. 7. et ap. noſtrum Μοῦσα θανόντων. — V. 2. Durior in hoc verſu oratio. Genitivus φωνῆς ἡμετέρης non pendet a κλῦθι, ſed a praepoſitione ſubaudienda: Accipe ſcelerum tuorum finem, mea voce tibi nuntiatum, ſive, quem mea verba tibi afferunt. — Incommodum eſt etiam pronomen poſſeſſivum σὸν ſequente genitivo. — V. 5. βάκτρον ἐρείδει. Optimam hanc lectionem *Gale* in ſuo invenit Cod. *Valckenario* alter ſuorum ἔχει, alter ἐπάγει praebebat. Comparandus cum tota hac λύσει *Apollodorus* L. III. 3. 8. p. 201. Oedipus, audito aenigmate, reſpondit, ἄνθρωπον εἶναι· γεννᾶσθαι γὰρ τετράπουν βρέφος τοῖς τέτταρσιν ὀχούμενον κώλοις· τελειούμενον δὲ τὸν ἄνθρωπον δίπουν· γηρῶντα δὲ τρίτην προσλαμβάνειν βάσιν τὸ βάκτρον.

*XVI.* Vat. C. p. 624. — In quibusdam apogr. v. 1. υἷα π. — V. 2. „In Cod. ſcriptum μὴ ληστῶν πάντων ſenſu nullo. Jaſonem autem innuit, qui in ara Doſiadae ſecunda δίςαβος ideo dicitur, ὁ δὶς ἡβήσας, τὸ μὲν τῇ φύσει, τὸ δὲ τῆς Μηδείας ἑψήσει, καὶ τῇ ἐντεῦθεν ἀνανεώσει. In juventutem reſtitutum fuiſſe Jaſonem, non Aeſonem illius patrem, quae recentiorum conſtans eſt traditio, antiquiores ſcriptores, Pherecydes et Simonides tradiderunt, quos laudat auctor argumenti Medeae Euripidis.“ *Br.* In membranis eſt μηληστῶν πάντων, unde vix dubito, quin legendum ſit:

φηλήτων πάντων ἔκτανον ἡγεμόνα.

*Heſychius*: φηλήτῃσι. λῃσταῖς. Cf. *T. Hemſterh.* ad *Polluc.* p. 1120. n. 64. *Latrones* appellantur Argonautae, qui aureum vellus auferebant. Simile vitium commiſſum

in *Diophanis* Epigr. T. II. p. 259. — Argo Jaſonem dicitur interfeciſſe, propterea quod Medea eum mactaverat, ut juventutem ei redderet. Hunc locum inprimis illuſtrat *Lycophron* v. 1309. καὶ δευτέρους ἔπεμψαν ἅρπαγας λύκους, Ταγῷ μονοκρήπιδι κλέψοντας νάκην — Ὃς εἰς Κύταιαν τὴν Αἰγυστικὴν μολὼν — καὶ λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας Οὐκ ἀσμένως ἔμαρψεν ἐῤῥάου σκύτος. ubi vides Jaſonem dici in fruſta diſſectum et in lebete coctum, quod Aeſoni accidiſſe tradiderat auctor τῶν Νόστων ap. *Schol. Euripidis* in Argumento Medeae. V. not. ad *Doſiad.* Aram v. 2. T. I. P. II. p. 221. — In priore *Doſiadae* ara v. 22. Jaſon φὼς κριοῦ appellatur, quod ad firmandam emendationem noſtram facit. — V. 4. χαλκείη. lebes aëneus. γαστὴρ de vaſis cavitate notum. Add. 144

*XVII.* Vat. C. p. 617. Editum in Vitis Guijon. nr. I. Nihil obſcuri habet hoc aenigma. — V. 3. ἀντομένειν. Vat. C. — ἀπενθέα δάκρυα. lacrymas non luctu et moerore expreſſas. „Ambiguitas eſt in voce κούραις. Κόρα enim et pupillam oculi et puellam ſignificat.“ *Br.*

*XVIII.* Edidit *H. Stephanus* in Anth. p. 535. ex vetere Cod. Epigrammatum, quem Johannem Clementem Anglum Lovanii habuiſſe ait. Hinc Wechel. in Append. p. 30. Habetur in Vat. C. p. 623. — V. 1. σὺν Λαπίθῃσι. Nota res ex *Homero* Od. φ. 294. ſqq. Iis, quae dedimus ad *Alcaeum Meſſen.* Ep. XV. T. I. P. II. p. 358. adde *Horat.* I. Od. XVIII. 7. *Ac ne quis modici transſiliat munera Liberi, Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero Debellata.* ubi vide cl. *Mitſcherl.* — Recte legitur v. 2. μαρνάμενος, quod *Huetius* in μαρναμένους mutari voluit. At lectio vulgata, quam membr. confirmant, longe eſt argutior, cum vinum ſe una cum Lapithis et Hercule Centauros debellaſſe glorietur. *Homerus* l. c. οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα Ἄασ᾽ ἐνὶ μεγάρῳ μεγαθύμου Πειριθόοιο Ἐς Λαπίθας ἐλθόνθ᾽· ὁ δ᾽ ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἴνῳ, Μαινόμενος κάκ᾽ ἔρεξε δόμοις ἔνι Πειριθόοιο.

— V. 2. „Valde obſcurum eſt ſecundum diſtichon, quod ſic exponit vir doctus in auctario ad Phaedri fabellas editionis Conr. Rittershuſii ex officina Plantiniana 1598: μουνογένεια κόρη, Minerva: eadem dicitur φρόνησις. ἐν τρισὶ πληγαῖς i. e. tribus poculis. Primum poculum vocat philoſophus ἀνάγκης, ſecundum ἡδονῆς, tertium μανίας. Ergo ἡ φρόνησις εἰς μανίαν ἔπεσεν. Quod ait, Κρονίδην ἤκαχον εἰνάλιον, innuit vim ſe intuliſſe τῆς ἀσφαλείας θεῷ, quum Ποσειδῶν dicatur ἀσφάλιος et ἀσφαλίων.“ *Br.* Neſcio, quid aliis videatur; mihi quidem eruditio nunquam infelicius et ineptius videtur eſſe adhibita. Agitur in hoc diſticho de *Polyphemo*, qui ebrius oculo ſuo, quem ſolum habebat, privatus eſt. *Oculus* ille *unus* in media fronte poëtae eſt κόρη μουνογένεια. Cf. Ep. XVII. 3. — ἐν τρισὶ πληγαῖς. Polyphemus tria pocula hauſit ab Ulyſſe ei oblata. Od. ι. 360. αὐτάρ οἱ αὖτις ἐγὼ πόρον αἴθοπα οἶνον· Τρὶς μὲν ἔδωκα φέρων, τρὶς δ' ἔκπιεν ἀφραδίῃσιν. — Jam nullius eſt negotii poſtrema diſtichi verba explicare, Κρονίδην δ' ἤκαχον εἰνάλιον, quae de Neptuno accipienda ſunt, propter filium Polyphemum gravi dolore perculſo. Cf. Od. ι. 518. 528. ſqq. Egregie convenit aliud aenigma Cod. Vatic. p. 632. quod *Huſchkius* edidit V. cl. in Analectis nr. LXXVI. p. 307.

Ἐν πυρὶ κοιμηθεῖσα κόρη θάνεν· ὁ προδότης δὲ
οἶνος, ὑφ' οὗ δὲ θάνεν, Παλλάδος ἦν στέλεχος·
ὁ κτείνας ναυηγὸς, ἐνὶ ζώοντι δὲ τύμβῳ
κεῖται, μεμφομένη τὰς Βρομίου χάριτας.
Παλλὰς καὶ Βρόμιος (τε) καὶ ὁ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις
οἱ τρεῖς τὴν μούνην παρθένον ἠφάνισαν.

Hujus aenigmatis, quod ex elegantiſſimis eſt, verum ſenſum feliciter eruit *Buttmannus* V. cl. cujus acumini plures debeo difficillimorum aenigmatum ſolutiones longe certiſſimas. Agitur de Polyphemo, cui, a Baccho

prodito, Ulyſſes naufragus oculum ſtipite oleagino exuſſit. ὁ ζῶν τύμβος autem ipſe eſt Cyclops (de Thyeſte *Sidon. Apoll.* IX. 109. *Fratris crimine qui miſer voratis Vivum pignoribus fuit ſepulcrum.* Vide *Ruhnken.* ad *Longin.* π. ὕ. §. 3. p. 244. *Wetſten.* ad N. T. T. II. p. 38.) propter devoratos Ulyſſis ſocios. — ¶. 323.] V. 5. „Verſus vulgo corruptiſſime legitur νῦν δὲ νέμουσα τρίτη πυρίναιου νύμφαισι μιγέντα, nec metri nec ſenſus habita ratione. Quem mox laudavi libellum, dum haec excudebantur, inſpicere neglexi, illius obliterata memoria, et ſic, ut vides, corruptelam ſanavi; Bacchus quam recte πύρινος dicatur, e ſabula notum. Mythico ſenſu, nec phyſico minus idem epitheton vino tribuitur: οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, inquit Eratoſthenes in Erigone. Mos veteribus tribus aquae partibus vini partem miſcendi; Evenus Ep. XV. χαίρει κιρνάμενος τρισὶ Νύμφαις τέτρατος αὐτός. — V. 6. vulgo δέρκετο, quod e ſuperioris verſus ſic emendati ſenſu neceſſe fuit mutare in δέρκεαι. At illius libelli auctor diſtichon hoc alio modo ſanavit, et melius quidem, quia etiam in fine ὁμωνυμίας, quas ubique ſectatus eſt carminis auctor, habet, et a veſtigiis antiquae lectionis minus recedit:

νῦν δ' ἐμὲ Μοῦσα τρίτη πυρίναις Νύμφαισι μιγέντα
δέρκεται ὑελίνῳ κείμενον ἐν δαπέδῳ.

quae ſic exponit: Μοῦσα τρίτη eſt Θάλεια ſeu θαλίη, utrumque convivium ſignificat. Proinde dicit, ſe nunc in conviviis cum caldis aquis mixtum conſpici in vaſe vitreo. Caldam cum vino potabant. Haec ille. Convivium ſeu θάλειαν τρίτην Μοῦσαν quum appellat auctor hujus carminis, reſpicit ad Heſiodum, qui Muſarum in Theogonia recenſens nomina, Thaliam ordine tertiam refert. Alii aliter. Nam Apollodoro octava eſt, nona autem auctori epigrammatis de Muſarum inventis.“ *Br.* In

membr. Vat. ſic plane legitur, ut ap. *Stephanum*: νῦν δὲ νέμουσα τρίτη πυρναίου νύμφαισι μιγέντα δέρκετο. quae non aliter, ac Vir doctus ille, quem *Brunckius* laudat, emendavit *Joſ. Scaliger* ap. *Huetium* p. 81. Veriſſima emendatio et horum luſuum indoli accommodatiſſima.

XIX. Vat. C. p. 624. Anth. Steph. p. 539. Wech. Append. p. 30. Nihil difficultatis hoc Epigramma habet nec multum acuminis. In v. 1. haud ſcio an legendum ſit:

σὺ δὲ βλεφάροις με δέδορκας.

ſive minori mutatione:

σὺ δὲ βλεφάροισι δέδορκας.

Pronomine enim carere poſſe videmur.

XX. Vat. C. p. 624. Εἰς φοινίκων βάλανον. Anth. Steph. p. 535. Wechel. App. p. 30. — V. 1. οὔνομα μητρός. Palmae fructus, ſive dactylus, eodem nomine appellatur, quo arbor ipſa. *Euſtath* Od. ζ. p. 256. 2. ἐνταῦθα δὲ ἰστέον, ὅτι τε καθὰ ἐλαία, ἔτι δὲ καὶ λωτὸς λέγεται αὐτά τε τὰ φυτὰ καὶ ὁ καρπὸς δὲ αὐτῶν, οὕτω καὶ φοῖνιξ τὸ φυτὸν καὶ τὸ αὐτοῦ τρόφιμον. et iterum paulo infra: φοῖνιξ — ὄνομα καὶ δένδρου καὶ καρποῦ τοῦ ἐξ αὐτοῦ πρὸς ὁμοιότητα ἐλαίας καὶ ῥοιᾶς. — V. 3. Excitat hoc diſtichon *Salmaſ.* Exercit. in Plin. p. 933. B. et ex eo *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* L. II. p. 109. Nihil in palma edule praeter τὸ ἄκρον, τὸ ἄνω, unde rami oriuntur; ibi enim id eſt, quod palmae ἐγκάρδιον ſive ἐγκέφαλον vocant. *Nicander* in Georgicis: Σὺν καὶ φοίνικος παραφυάδας ἐκκόπτοντες, Ἐγκέφαλον φορέουσι νέοις ἀσπαστὸν ἔδεσμα. ap. *Athen.* L. II. p. 71. D. ubi plura de hac palmae parte. — V. 4. ἔντερα. nucleum durum et non edulem.

*XXI.* Vat. C. p. 624. Steph. Anth. p. 536. Wech. Append. p. 30. — V. 1. „Vulgo legitur ὕλη μέν με τίκεν, ἐκαινοϐέργει δὲ σίδηρος, claudicante metro. Vir doctus, quem modo laudavi, emendavit: ὕλη μέν μ' ἔτεκεν, καὶ ἐκαινοϐέργησε σίδηρος.“ *Br.* In membr. Vat. ὕλη μὲν τετέκεν (ſic) ἐκαινοϐέργει. Putabam:

ὕλη μὲν ποτ' ἔτικτεν, ἐκαινοϐέργει δὲ σίδηρος.

Agitur de diptychis, quae clauſa, κλειόμενα, ſilere videntur. — V. 4. τὸν Ἄρη. ſtylus ex ferro.

*XXII.* Vat. C. p. 622. Guijonor. Vit. nr. XXIV. „μάλθα dicitur cera illa, qua pugillares illinebantur.“ *Br.* *Heſych.* μάλθη. μεμαλαγμένος κηρός. ubi vid. Intrpp. — V. 2. ὑπερεντανϐσης. Vat. C. — V. 3. ἄρει. ope ſtyli et manus loquor.

¶. 324.] *XXIII.* Anth. Steph. p. 536. Wechel. Append. p. 30. Vat. C. p. 624. „In pilam luſoriam pilis ſtipatam et pelle contectam: ideo dicitur λίην ἔντριχος. τὰ φύλλα autem, quibus pili obteguntur, ſunt pelles conſutae, in quibus arctantur pili in rotundam formam. Hoc autem in ludo ὁ μὲν ἡττώμενος, ὄνος ἐκαλεῖτο, καὶ πᾶν ἐποίει τὸ προςταχθέν· ὁ δὲ νικῶν βασιλεύς τε ἦν καὶ ἐπέταττεν. Sunt verba Pollucis in Onom. p. 1094.“ *Br.* Ineptum eſt aenigma et nullius acuminis. Comparandum eſt triſtichon *Sympoſii* ejusdem argumenti nr. LIX.

*Non ſum cincta comis, et non ſum comta capillis;*
*Intus enim crines mihi ſunt, quos non videt ullus;*
*Meque manus mittunt, manibusque remittor in auras.*

*XXIV.* „Hoc et quae ſequuntur omnia e vitis Guijoniorum petita ſunt, in quibus nihil intelligo, excepto

penultimo, quod eſt in oleam.“ *Br.* Vat. C. p. 619. Vitae Guijon. nr. 111. Andromache loquitur, quae Hectoris et Neoptolemi conjux fuit. Achilles interfecerat Hectorem, Neoptolemus Hectoris patrem; Paris Achillem (δαὴρ ἑκυρόν), Achilles Eetionem, Andromaches patrem. Notanda poëtae licentia in quantitate mediae ſyllabae vocis ἑκυρός. Primus hoc aenigma *Buttmannus* ſolvit.

*XXV.* Vat. C. p. 619. Vitae Guijon. nr. IV. „Licet, quid hîc ſignificetur, ignorem, vidi tamen v. 3. ἀντικτυποῦντος ſcribendum eſſe; male Phil. de la Mare ἀντιτυποῦντος edidit, niſi typographi ſit error. Tum v. ult. linguae ratione non obſervata ibi legitur: σιγῶσ᾽ ὅταν δεῖ, καὶ λαλοῦσ᾽ ὅταν δέοι.“ *Br.* Mirum, cl. editorem ſenſum hujus Epigrammatis non perſpexiſſe. Agitur de oraculo Dodónaeo. Hanc interpretationem extra omnem dubitationis aleam ponit *Suidas* in Δωδωναῖον χαλκεῖον· ἐπὶ τῶν μακρολογούντων. Δήμων γάρ φησιν, ὅτι τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον ἐν Δωδώνῃ λέβησιν ἐν κύκλῳ περιείληπται, τούτους δὲ ψαύειν ἀλλήλοις, καὶ κρουσθέντος ἑνὸς ἠχεῖν ἐκ διαδοχῆς πάντας, ὡς διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τῆς ἠχῆς τὴν περίοδον. Nihil explicatius neque diſertius. – ἄρτια dicitur ἠχεῖν Dodonaeum aes, quia ex ejus ſono Deorum voluntas agnoſci poſſe videbatur. — V. 3. ἀντικτυποῦντος. Vat. C. — V. 5. τὸ κινοῦν. ventus ille divinitus commotus, unde lebetes illi commovebantur. Cf. *Steph. Byz.* in Δωδώνη. p. 324. ed. *Berkel.* et *Zenobii* Paroem. VI. 5. — V. 7. — 9. Jam poëta ſatis inepte hiſtoriam de aere Dodonaeo ad hominum mores accommodat. τῶν σῶν λεβήτων. De loquendi facultate, qua homines ſunt praediti, accipiendum eſſe, nullus dubito. Jam *Menander* ἐν Ἀῤῥηφόρῳ hominem intemperanter loquacem cum χαλκείῳ Δωδωναίῳ comparaverat. Inſigne comici poëtae fragmentum, quia ad noſtrum aenigma explicandum inprimis facit, ad *Bentleii* mentem emendatum adſcribam:

Ἐὰν δὲ κινήσῃ μόνον τὴν Μυρτίλην
ταύτην τις, ἢ τίτθην καλῇ, πέρας οὐ ποιεῖ
λαλιᾶς· τὸ Δωδωναῖον ἂν τὸ χαλκίον,
ὃ λέγουσιν ἠχεῖν, ἂν παρήψαθ' ὁ παριὼν,
τὴν ἡμέραν ὅλην, καταπαύσαις θᾶττον ἢ
ταύτην λαλοῦσαν· νύκτα γὰρ προσλαμβάνει.

Haec fortaſſe obverſabantur *Juvenali* VI. 441. de docta matrona:

*verborum tanta cadit vis;*
*Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas*
*Pulſari. Jam nemo tubas, nemo aera fatiget:*
*Una laboranti poterit ſuccurrere lunae.*

Malleolum mobilem, quo tintinnabulum pulſatur, *Symposius* Aenigmate LXXIX. *linguae crepitantis imaginem* vocat. — V. 8. σοὶ δ' ἐντυχοῦσα. Vat. C. Haec ſenſum non habent, non magis ac *Brunckii* lectio, σοὶ δ' εὐτυχοῦσα. Legendum, ni valde erro:

φρεσὶ δ' ἐντυχοῦσα γίνετ' εὐστομωτέρα.

mutatione minima, ſenſu optimo: *Lingua cum ratione conjuncta melius quid ſonat.* Hoc auctorem aenigmatis voluiſſe, ſequens verſus nos dubitare non ſinit, ubi Vat. C. σιγῶσ' ὅτ' ἂν δεῖ καὶ λαλοῦσ' ὅταν δέοι.

*XXVI.* Vat. C. p. 619. Vita Guijon. nr. VII. Vocem, quam hic verſus ſignificet, Ῥόδος eſſe, probabiliter ſuſpicatur ſagaciſſimus *Buttmannus.* Mugitus bovis eſt ῥο, vox foeneratoris eſt δός.

*XXVII.* Vat. C. p. 620. Vita Guijon. nr. X. Ineptum eſſe aenigma pronuntiat idem Vir doctiſſimus, quippe quod plures interpretationes admittat, ſibi tamen *pediculum* ſignificari videri, qui crines defectos pererret

In hoc aenigmate virum perſpicaciſſimum verum vidiſſe dubito, nec θῆρα ſenſu proprio accipiendum puto. *Serra* potius ſignificatur, quae percurrit ὕλην τμητοσίδηρον, *materiam ferro caeſam*, (*Sympoſ.* Aen. LX. *Dentibus innumeris ſum toto corpore plena: Frondicomam ſubolem morſu depaſcor acuto.*) ὀρθὰ, eam rectâ ſcindens, (ἰθύδρομον πρίονα vocat *Philipp. Theſſ.* Ep. XV.) ſive ita, ut par eſt, incedens, quamvis ὕπτιος. Convexa pars ſerrae, qua dentibus inſecta eſt, νῶτον vocatur, ut apparet ex *Leonidas Tar.* Ep. XXVIII. τετανὸν, νώτῳ καμπτόμενον πρίονα. Jam ὕπτια ſunt, quae in tergo jacent. — Quae ſuperſunt verba, ποσὶν δ' οὐχ ἥπτετο γαίης, nihil difficultatis habent.

¶. 325.] *XXVIII.* Vat. Cod. p. 620. *Guijon.* Vit. nr. XII. Corrigendum ante omnia vitium importunum v. 1. μὴ λέγε, καὶ λέξεις. ut eſt in membr. Initio ſeq. vſ. obſcurum ὧδε an ἀδε legatur in noſtro apographo. Ut haec nunc leguntur, vereor, ut ſenſum habeant; nam poſterior pentametri pars cum praecedentibus non coit. An fuit:

μὴ λέγε, καὶ λέξεις ἐμὸν οὔνομα, εἰ δ' ἐμὲ λέξεις,
ὧδε πάλιν, μέγα θαῦμα, λέγων ἐμὸν οὔνομα λέξεις.

*Silentium* ſignificari videtur; qui tacet, etſi nomen ſilentii non pronuntiat, alios tamen ejus recordari cogit, quod idem eſt, ac ſi illud nominaſſet. Hoc eſt: μὴ λέγε, καὶ λέξεις ἐμὸν οὔνομα. Reliqua jam perſpicua ſunt, oxymori cauſa, in quo natura aenigmatis verſatur, adpoſita. Haec mihi mens auctoris fuiſſe videtur; quod ſi quis meliorem explicationem invenerit, facile me victum fatebor.

*XXIX.* Vat. C. p. 620. Vitae Guijon. nr. XIII. Feliciter cl. *Buttmannus* Νηρέος emendavit, de piſce hoc aenigma accipiens, qui in catino ex argilla appoſitus

erat. — γηγενὴς υἱός. ſimul terrae filium et opus ex terra factum ſignificat. *Critias* ap. *Athenaeum* L. I. p. 28. C. fictilium inventum Athenienſibus tribuens: Τὸν δὲ τροχοῦ γαίας τε καμίνου τ' ἔκγονον εὗρε Κλεινότατον κέραμον. *Antiphanes* ap. *Eundem* L. X. p. 449. B. τὴν χύτραν circumſcribens: ἡ τροχοῦ ῥύμαισι τευχθὲν κοιλοσώματον κύτος, Πλαστὸν ἐκ γαίας, ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ. — V. 2. τὸν στυγῆς νάμασι δυόμενον. non ſolum necatum eſſe piſcem indicat, ſed ſimul ad jus reſpicitur, in quo ille natabat. Notandum vero, quod huc inprimis facit, veteres quosdam piſces vivos juſculo injectos ſuffocaſſe, quod erat ἀποπνίγειν. — Jam apparet, cur poëta ἱμερτοῖς νάμασι dixerit, quo argutum oxymoron efficitur.

*XXX.* Vat. C. p. 620. Vitae Guijon. nr. XV. Difficile aenigma, cujus me verum ſenſum reperiſſe vix affirmaverim. Dicam tamen, quod ſentio; nam in talibus hariolari licet. ἡ παιδοφόνος Ἑκάβη *Medea* eſſe videtur. Ἑκάβη. ἡ ἑκάθεν βεβηκυῖα. *Suid.* Jam Medea e longinquo venerat. Simili luſu Ep. ἀδεσπ. DCXXI. Ἕκτορα τὸν Πριάμου Διομήδης ἔκτανεν ἀνήρ. ubi non Tydeï filius, ſed Achilles intelligitur. Cf. *Euſtath.* Ιλ. ε. p. 453. 49. — Medeae τηθή, i. e. *avia*, *Perſeïs* fuit, Oceani filia. Inter belluas marinas eſt Περσεύς, quam *Aelianus* deſcribit H. A. III. 28. λέγεται δὲ ἰχθύων περιεῖναι ῥώμῃ τε σώματος καὶ βίᾳ· ἀλλ' οὐδὲ τῆς τόλμης οἱ ἐνδεῖ. Femina hujus piſcis Περσηΐς vocanda erat. Hinc luſus. — τὴν πρόσθε λέοντα fortaſſe non ad faciem, ſed ad vim et robur referendum: πέφρακται γὰρ ὀδοῦσι μεγάλοις καὶ πυκνοῖς, ut eſt ap. eundem *Aelianum.* — Hoc ſi minus placuerit, aliam proponam ſolutionem. Virgo marina, ἡ πρόσθε λέων, *olim*, *antea* leo, *Thetis* fuerit, quae, cum Peleus ei ſomno vinctae vim pararet, ad ſolitas artes confugiens, figuram ſaepe mutavit:

*Sed modo tu volucris, volucrem tamen ille tenebat;*
*Nunc gravis arbor eras, haerebat in arbore Peleus.*
*Tertia forma fuit maculoſae tigridis.*

*Ovid.* Metam. X. 2?3. cf. v. 260. Leonis formam, de qua *Ovidius* tacet, diſerte commemorat *Pindarus* Nem. IV. 101. de Peleo: Πῦρ δὲ παγκρατὲς θρασυμαχᾶν τε λεόντων Ὄνυχας ὀξυτάτους ἀκμάν τε δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων Ἔγαμεν ὑψιθρόνων Μίαν Νηρεΐδων. et *Sophocles* in Achillis Amatoribus ap. *Schol. Pindar.* Nem. III. 60. τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεστάτει; λέων, Δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ. Jam ſi Ἑκάβη παιδοφόνος de *Medea* accipi debet, reſpexit poëta ad illam fabulam, qua Achilles poſt mortem Medeam duxiſſe fertur ap. inferos. V. *Eudoc.* v. Ἀχιλλεύς. p. 81. *Apollon. Rhod.* IV. 814. ubi Juno ad Thetidem: χρειώ μιν κούρης πόσιν ἔμμεναι Αἰήταο Μηδείης· σὺ δ᾽ ἄρηγε νυῷ ἑκυρή περ ἐοῦσα.—Tum τηθὴ nova ratione pro *ſocru* eſt poſitum, quam tamen licentiam ne noſtrae interpretationi nimium obſtare putes, cognationis nomina a Graecis diverſa ratione uſurpari ſolent. Quin ipſum verbum τηθὴ variis gaudebat ſignificationibus. *Heſych.* τηθή, τηθίς. ἡ τῆς μητρὸς καὶ πατρός, ἥ τε μάμμη, καὶ ἡ τῶν γονέων ἀδελφή.

*XXXI.* Vat. C. p. 621. Vitae Guijon. nr. XVI. Non ſatis perſpicio ſenſum. Cogitabam de cithara, e teſta teſtudinis et chordis ex ovium inteſtinis compoſita. Sic certe Hymn. in Mercur. v. 47. πῆξε δ᾽ ἄρ᾽ ἐν μέτροισι ταμὼν δόνακας καλάμοιο, Πειρήνας διὰ νῶτα λιθορρίνοιο χελώνης· Ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς πραπίδεσσιν ἑῇσι, Καὶ πήχεις ἐνέθηκ᾽, ἐπὶ δὲ ζυγὸν ἤραρεν ἀμφοῖν, Ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀΐων ἐτανύσσατο χορδάς. Nihil moror ineptam fabulam ap. *Antigonum Caryſtium* c. VII. qui arietum inteſtina muta eſſe ait; nemo enim veterum prae-

ter eum hoc tradidit, unde communem hanc antiquitatis opinionem fuiſſe merito dubites.

*XXXII.* Vat. C. p. 620. ſq. Vitae Guijon. nr. XVII. Nihil hîc video. — V. 2. ἄγειν ἀγῶνας. Vat. C.

*XXXIII.* Vat. C. p. 621. Vitae Guijon. nr. XVIII. Sagaciſſimus *Buttmannus* hoc diſtichon ſic emendandum cenſebat:

Οἴνου τὴν ἐτέρην γράφε μητέρα, καὶ θὲς ἐπ' ἄρθρῳ
ἄρθρον· τοῦ πάτρη πατρὸς ἄκοιτις, ὁρᾷς.

intelligi autem verba ὁ μηρὸς, unde Bacchus genitus; addito articulo eſt ὁ Ὅμηρος; hujus patria Σμύρνα, eadem ac Μύῤῥα, quae cum patre concubuit.

¶. 326.] *XXXIV.* Vat. C. p. 621. Vitae Guijon. nr. XIX. ubi κτανπείς. De *Neſſo* optime interpretatur *Spaldingius* V. cl. de quo, monente *Buttmanno*, explicandum eſt quoque aenigma ab *Huſchkio* editum in Analect. crit. p. 303. nr. LXIX.

Τόν με κτείναντα κατέκτανον· οὐ δέ μοι ἦδος·
θῆκε γὰρ ἀθάνατον τὸν κτάμενον θάνατος.

ubi recte emendavit doctiſſimus editor: τόν με κατακτείναντα. Cum primis verbis utriusque aenigmatis comparandus *Sophocles* Trachin. v. 1159.

ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι,
πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ἄπο,
ἀλλ' ὅςτις ᾅδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι.
ὅδ' οὖν ὁ θὴρ Κένταυρος, ὡς τὸ θεῖον ἦν
πρόφαντον, οὕτω ζῶντά μ' ἔκτεινεν θανών.

*XXXV.* Vat. C. p. 621. Vitae Guijon. nr. XX. — V. 1. ὕδατα δ' αμφω. Vat. C. unde ſuſpicor, aenigmatis auctorem ſcripſiſſe:

εἴλατα δ' ἄμφι, —

Interpretabatur *Buttmannus* de piſce marino (πικρὴ ζωή, quia in amara et ſalſa aqua vixerat), qui dulci aqua, fortaſſe etiam molle (hinc θάνατος γλυκύς) elixus, in garo apponebatur. Quod dicitur ἀναιμάκτοις ἔγχεσι νυσσόμενος, eo referendum videtur, quod vivus calidae aquae ſive melli injectus obierat vi caloris, ſanguine non effuſo. — ζῶν τύμβος eſt venter, ut aenigm. ſupra allato ad nr. XVIII.

*XXXVI.* Vat. C. p. 621. Vitae Guijon. nr. XXI. Hoc quoque aenigma, cujus ne verba quidem ſatis intelligo, aliis explicandum relinquo. Suſpiceris forte, auctorem *Enceladum* ſignificare voluiſſe, cui Aetna cum tota Sicilia impoſita eſt.

*XXXVII.* Vat. C. p. 621. Vita Guijon. nr. XXII. Recte clariſſimus editor de olea interpretatur. ἀπειρεσία τέκνα ſunt olivae, ut πυκινοὶ παῖδες ἀμπέλου ap. *Ion. Chium* Fr. I. 6. ubi vide not. T. I. P. I. p. 312. — κατὰ πετρέων. quia olivae ſaxis franguntur. — V. 3. Πηλεΐδης eſt *lucerna* fictilis a πηλός. Ambiguitas eſt in verbis φάος ἔσχε, quod h. l. ſenſu proprio accipiendum. Sic quoque proxima, βροτῶν ἄκος, ἕρκος ἀγώνων, ambigua ſunt, quae, cum Achillem ſignificare videantur, revera de oleo, quod et medicinae inſervit, et in certaminibus uſurpatur, accipi debent.

*XXXVIII.* Vat. C. p. 622. Vitae Guijon. nr. XXIII. In pentametro membranae habent παρθένος. De beſtia quadam videtur dictum, quae ſine concubitu putabatur concipere, ut anguilla, ἡ ἔγχελυς, quam neutrius eſſe ſexus veteres exiſtimabant. V. *Antig Caryſt.* c. LXXXVI. Idem de tigride putabant, cujus maritus Zephyrus. Hinc *Oppian.* III. Cyn. 353. ὠκυτέρα τελέθει δὲ θοῶν πανυπείροχα θηρῶν, Αὐτῷ γάρ τε θέειν ἰκέλη Ζεφύρῳ γενετῆρι. *Claudian.* III. de Rapt. Proſ. 266. *fremit illa marito*

*Mobilior Zephyro.* Fortaſſe tamen alius ſenſus latet, quem non perſpicio.

*Lectt. p.* 308.] XXXIX. „Apud Suidam in αἶνος et Athenaeum L. X. p. 452. C. hoc etiam habetur aenigma metro ſolutum, quod quatuor ſenariis ſic concluſum legitur in auctario ad Phaedri fabellas: Αἶνός τις ἐστιν κ. τ. λ." *Br.* Locus *Athenaei* hic eſt: Καὶ τὸ Παναρκοῦς δέ ἐστι τοιοῦτον, ὥς φησι Κλέαρχος ἐν τῷ περὶ γρίφων, ὅτι βάλοι ξύλῳ τε καὶ οὐ ξύλῳ, καθημένην ὄρνιθα καὶ οὐκ ὄρνιθα, ἀνήρ τε καὶ οὐκ ἀνήρ, λίθῳ καὶ οὐ λίθῳ. τούτων γάρ ἐστι τὸ μὲν νάρθηξ, τὸ δὲ νυκτερίς, τὸ δὲ εὐνοῦχος, τὸ δὲ κίσσηρις. καὶ Πλάτων δ' ἐν πέμπτῳ νόμων μνημονεύει τοὺς τῶν τεχνυδρίων φιλοσόφους τοῖς ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν ἔφη ἐπαμφοτερίζουσιν ἐοικέναι, καὶ τῷ τῶν παίδων αἰνίγματι τῷ περὶ τοῦ εὐνούχου τῆς βολῆς, περὶ τῆς νυκτερίδος, ᾧ καὶ ἀφ' οὗ αὐτὸν αὐτὴν αἰνίττονται βαλεῖν.

## SEQUUNTUR IN ANALECTIS PARALIPOMENA HAEC:

*Arionis Methymnaei* Hymnus p. 327.
Vide Animadverſſ. T. I. P. I. p. 179.
*Ejusdem* Epigramma; Ἀθανάτων κ. τ. λ. p. 328.
Ibid. p. 181.
*Philiadis Megarenſis.* p. 329.
V. Animadvſſ. T. I. P. I. p. 273.
*Aſtydamantis Tragici* Epigr. p. 329.
V. Anim. T. I. P. I. p. 310.
*Hipponis* Epigr. p. 330.
V. Anim. T. I. P. I. p. 336.
*Archelai* Epigr. II. III. IV. p. 330.
V. Anim. T. II. P. I. p. 179. ſqq.
*Daphitae Grammatici* Epigr. p. 330.
V. Anim. T. II. P. I. p. 105.

*Damagetae* Epigr. III.[a] p. 331.
V. Anim. T. II. P. I. p. 107. ſq.
*Diodori Zonae* Ep. VI.[a] p. 331.
V. Anim. T. II. P. I. p. 206.
*Antiphanis* Ep. I.[a] p. 331.
V. Anim. T. II. P. II. p. 118.
*Automedontis* Ep. III.[a] p. 331.
V. Anim. T. II. P. II. p. 131.
*Quintii Maecii* Ep. I.[a] p. 332.
V. Anim. T. II. P. II. p. 211.
*Juliani Imperatoris* Aenigma III. p. 332.
V. Anim. T. II. P. III. p. 190.
*Palladae Alexandrini* Ep. CI.[a] p. 332.
V. Anim. T. II. P. III. p. 247.
*Macedonii Conſulis* Ep. XXVIII.[b] p. 332.
V. Anim. T. III. P. I. p. 229.

*Incertorum Poëtarum.*
Ἀργὼ τὸ σκάφος. Ep. CXXXII.[b]
V. Anim. T. III. P. I. p. 365.
Ἀσπίδα, φρῦνον. Ep. CCCXCIV.[b]
V. Anim. T. III. P. II. p. 94.
Σῆς ἕνεκεν Λητοῦς. Ep. CXVI.[a]
V. Anim. T. III. P. I. p. 354.
Πῶς βοῦς ὑπάρχων. Ep. CCXXIX.[b]
V. Anim. T. III. P. I. p. 418.
Δημῶναξ, μὴ πάντα. Ep. LXXVI.[b]
V. Anim. T. III. P. I. p. 327.
Ἓξ, ἓν, πέντε. Ep. CCCCLIV.[b]
V. Anim. T. III. P. II. p. 131.
Ἓξ πόδες ἐν χώραισι. Ep. CCCCLIV.[c]
V. Anim. T. III. P. II. p. 131.

In *Lectionibus* Brunckianis inſerta leguntur haec:
p. 25. *Simonidis* Fragm. XV.[a]
V. Anim. T. I. P. I. p. 214.

p. 25. *Ejusdem* Fragm. XV. [b]
Ibid.
p. 25. *Ejusdem* diſtichon. CVII.
V. Anim. T. I. P. I. p. 272.
p. 155. *Antipatri Theſſal.* Ep. LXX.
V. Anim. T. II. P. I. p. 342.
p. 159. *Apollonidae* Ep. XXXI.
V. Anim. T. II. P. I. p. 375.
p. 164. *Crinagorae* Ep. XLVII.
V. Anim. T. II. P. I. p. 418.
p. 172. *Antiphili* Ep. XLIV.
V. Anim. T. II. P. II. p. 68.
p. 173. *Ejusdem* Ep. XLV.
V. Anim. T. II. P. II. p. 70.
p. 177. *Parmenionis* Ep. XV.
V. Anim. T. II. P. II. p. 116.
p. 186. *Philippi Theſſalonicenſis* Ep. LXXXV.
V. Anim. T. II. P. II. p. 210.
p. 195. *Antiſtii* Ep. I. [a]
V. Anim. T. II. P. II. p. 320.
p. 234. *Philetae* Fragmenta [III. V. (ad calcem T. II. Anal. p. 523. 524.)
V. Anim. T. I. P. I. p. 388. 390.]
*Ejusdem* Fragm. XII. XIII. XIV. XV. XVI.
V. Anim. T. I. P. I. p. 392. ſqq.
p. 236. *Archilochi* Fragm. XLIV. XLV.
V. Anim. T. I. P. I. p. 177. ſq.
p. 267. *Sullae* Epigr. Τόνδε σοι αὐτοκράτωρ.
V. Anim. T. II. P. I. p. 198.
p. 274. *Incerti*: Οἶδε Βίτων. Ep. CCCVII. [b]
V. Anim. T. III. P. II. p. 55.
p. 274. *Incerti*: Ὑβλαίῃ κήρυκι. Ep. CCCXIII. [b]
V. Anim. T. III. P. II. p. 61.
p. 286. Εἰκόνα τήνδ' ἐςάθρει. DCXII. [b]
V. Anim. T. III. P. II. p. 205.

p. 287. Ἑσπερίης πάσης. Ep. DCXII. c.
V. Anim. T. III. P. II. p. 206.
p. 287. Σοί, παιήον. Ep. CLXII. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 378.
p. 287. Πιτθεΐδαι, Θεόδωρον. Ep. CCCLIX. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 76.
p. 288. Τέρπεο καὶ σκηνῆς. Ep. CCCLXXV. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 86.
p. 289. Ὑπνώδης φίλιος. Ep. CCXCI. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 42.
p. 301. Τέρμα βίου. Ep. DCCLII. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 338.
p. 302. Τὸν πάσης ἀρετῆς. Ep. DCLXXXI. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 254.
p. 302. Μνῆμ' ἀρετῆς. Ep. DCCXXI. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 302.
p. 303. Ἡλικίῃ, μορφῇ. Ep. DCCXXI. c.
V. Anim. T. III. P. II. p. 305.
p. 303. Μίσιδι Δημοκρατες. Ep. DCCXXI. d.
V. Anim. T. III. P. II. p. 306.
p. 303. Μοίρῃ καὶ λήθῃ. Ep. DCCX. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 288.
p. 303. Ζήσας ὡς δεῖ ζῆν. Ep. DCXCV. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 269.
p. 303. Τύμβος ὅδε κρύπτει. Ep. DCCX. c.
V. Anim. T. III. P. II. p. 288.
p. 304. Τὴν σεμνῶς ζήσασαν. Ep. DCCXVI. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 295.
p. 304. Ἐννεακαιδεκάμηνος. Ep. DCCXXIX. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 316.
p. 304. Ἅδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα. Ep. DCLXXXIV. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 256.
p. 308. Αἶνός τις ἔστιν. Aenigmata nr. XXXIX.
V. Anim. T. III. P. II. p. 365.

# ADDENDA
## ET
# EMENDANDA
## AD TOMUM SEXTUM
### SIVE
## COMMENTARII TOM. I. PART. I.

---

P. 2. Locis, in quibus poëtae dicuntur coronas nectere, adde hunc *Themiſtii* Orat. IV. p. 54. B. στέφανον – ὃν ἐγὼ ἐπλεξάμην, ἄνθη ἀκήρατα συλλεξάμενος ἐκ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λειμώνων. Id. Or. XV. p. 185. A. διὰ τί μοι τῆς αὐλῆς ἡ γλῶττα ἀποκεκλείσεται, καὶ οὐκ ἐπιτρέψεις, καθάπερ μοι ἔθος, ἐκ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λειμώνων δρεψαμένῳ ἄνθη ἀκήρατα, καὶ ὧν σίδηρος οὐ θιγγάνει, στεφάνους πλέξαι τῷ βασιλεῖ. ubi facile agnoſcis imitationem *Euripidis* in Hipp. v. 73. Cf. *Valckenar.* p. 170. ſq. et cl. *Mitſcherlich* ad *Horat.* I. Carm. XXVI. 8. et IV. Carm. II. 27.

P. 9. In Meleagri C. I. v. 35. verba de Anacreonte: τὸ μὲν γλυκὺ κεῖνο μέλισμα Νέκταρος – ſic accipienda, quaſi poëta dixiſſet μέλισμα πλέον νέκταρος. *Meleager* ſe nectarea Anacreontis odaria et florentes elegos coronae ſuae intexuiſſe ait. Vir doctus in Ephem. Gothan. ann. 1799. nr. 30. p. 252. corrigendum ſuſpicabatur: τὸ μὲν γλυκὺ κεῖνο μέλημα Εἴαρος. – *roſam* ſignificari exiſtimans ex *Anacr.* Od. V. 3. ῥόδον εἴαρος μέλημα. Elegans conjectura; at vocabulum νέκταρ in mendo cubare vix crediderim, praeſertim ob *Antipatri* locum in notis laudatum. Notanda autem *Meleagri* audacia, qua non ſolum Anacreontem ipſum — non florem quendam —

coronae intexit, id quod etiam in aliis locis facit, verum etiam illum ipſum μέλισμα νέκταρος et ἀνθέμιον εὔσπορον εἰς ἐλέγους appellat. Sic enim hic locus accipi debet, unde apparet, vanam eſſe conjecturam, quam propoſui p. 10. εὔσπορος εἰς ἐλέγους eſt *elegorum fertilis.*

P. 12. Ad *Meleagri* Carm. I. 48. Hermodori nomen griphis locum dediſſe, intelligitur ex *Athen.* L. X. p. 448. E. — Mox l. 23. lege *proinde* pro *proindo.*

P. 14. l. 14. corr. *Huic* pro *Hic.* — V. 54. κυάνων τ' ἄνθεα. Cum *cyani* jam in ſuperioribus facta ſit mentio (v. 40.), *Purgold*, juvenis eruditiſſimus, in Obſſ. crit. p. 283. hoc loco κυάμων δ' ἄνθεα corrigendum cenſet. Fabarum flores non quidem inter coronarios referri ſolere; at eſſe etiam v. 17. 18. platani atque nucis racemos, v. 30. βρωτὴν ἀχεράδα. Fieri poſſe etiam, ut *Meleager* ad indolem atque argumenta Epigrammatum *Phaniae* reſpexerit, quae, cum nihil alti atque magnifici ſpirent, facile cum fabarum floribus comparari potuerint.

P. 15. *Meleagri* Ep. II. V. 5. in Ap. Pauwiani margine notatur, tanquam *Guyeti*, καὶ μὲν, et ſeq. vſ. ἓν ῥόδον. In eodem Apogr. v. 3. 4. 6. ἓν habetur pro ἐν. — V. 10. ibidem conjectura proſtat tanquam *Guyeti*: ἱμερτὸν τ' ἀρετῆς κλῶν' ἐπαρεδρέπετο. nihil vidi infelicius.

P. 19. *Meleagri* Ep. IV. 3. Haec *Corn. de Pauw* ſic diſtinguenda et emendanda cenſebat:

ἠρπάσατ' ἄλλον ἔρωτ', ἄρνες λύκον οἷα, κορώνη
σκόρπιον ὥς, τέφρη πῦρ ὑποθαλπόμενον;

interrogative enim haec efferenda eſſe. Deinde proponit etiam ἐρῶντα, et totum diſtichon ſic exponit: Vos oculi, arripuiſtisne alium amantem, qui ignem fovet ſub cinere, qui, prout auguramini et creditis, vos ada-

mat, ſed iſtius erga vos amoris indicium hactenus non praebuit ſatis apertum, qui vos amat, nec tamen videri vult veſtrum amator? Eſtisne queruli ea de re, ac ſi conditio veſtra ſit eadem, quae agnorum lupum invadentium vel cornicis ſcorpium tenentis, ut vulgo dici ſolet, ubi de negotio difficillimo et ejus auctore plerumque noxio verba fiunt, ut juſtus proinde metus ſit, ne forſitan ſitis carituri in poſterum et nova iſta captura amantis, qui laqueis veſtris nondum ſatis arcte videtur irretitus, et me, cui factum iſtud ſuſpicamini valde diſpliciturum. — V. ult. idem corrigit:

ἕρκος ἐπεὶ ψυχῆς εἷλε μάγειρος Ἔρως.

P. 21. *Meleagri* Ep. V. 5. Scribendum procul dubio, ne litera quidem in Cod. lectione immutata:

λαῖνοι δὲ Δίων τόδ' εὔστοχον ἐν χερὶ τείνων
σὸν κέρας, Οὐδιάδης δ' αὐτὸ περισχυθίσαι.

P. 23. *Meleagri* Ep. VII. 1. ἐμπνεύσῃς corrigit *de Pauw*, male. — Pro δυσέρωτες *Purgold* in Obſſ. crit. p. 285. mallet: ὦ δυσέρωτος, quia nihil ſit in hoc Epigrammate, cur poëta ſe ad ſocios malorum convertat. Non perſuadet. Poëta δυσέρως iis, qui in eadem Charybdi laborant, aptiſſime ſuos cruciatus enarrat. — ἥμισυ μευ ψυχᾶς. *Statius* Sylv. III. 2. 6. *juvenis dubio committitur alto, Metius, atque animae partem ſuper aequora noſtrae Majorem transferre parat.*

P. 24. *Meleagri* Ep. VIII. Simile acumen ap. *Ovidium* X. Metam. 515. ubi Adonis comparatur cum Amoribus: *Sed ne faciat diſcrimina cultus, Aut huic adde leves, aut illi deme pharetras.*

P. 25. *Meleagri* Ep. IX. 3. μὰ inſertum debetur *Salmaſio.* — V. 4. τοὔμπαλιν idem correxit, cum membr.

habeant τάμπαλιν. Scribe τἄμπαλιν. Quum enim τὸ ἔμπαλιν dicatur (cf. *Antip. Sidonii* Ep. IX. 5. *Herodotum* L. II. 121.) haud ſecus ac τὸ ἔμπαλιν, ſponte apparet, τἄμπαλιν non minus recte poni ac τοὔμπαλιν. Eadem forma revocanda in Ep. XXXIII. Sic eſt in *Aeſchyl.* Perſ. 221. *Euripid.* Helen. 317.

P. 25. 26. *Meleagri* Ep. X. V. 1. ὡς eſt pro ὅτι. Quum quondam aeſtate ſiti laborans tenellum puerum oſculatus eſſem, ſitim ſubito extinctam ſenſi. τότε in ſequ. vſ. abundat, ut ap. *Anacreont.* Od. LII. 21. ὁ δὲ μὴ λόγοισι πείθων, τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει. ubi *Fiſcherus* ſimilia congeſſit, noſtri loci non memor. — V. 2. Pro εἶπα marg. Ap. Guy. et Ruhnk. οἶδα. — V. 3. ἢ ῥα φ. corr. *C. de Pauw.* — Lectio apographorum quorundam φίλημ' ὅτι ex marg. Ap. Guy. profluxit. — V. 4. 5. pro ſpuriis et addititiis habet margo Guy. et Ruhnk.

P. 27. *Meleagri* Ep. XI. 1. ἄνυσε πρῶτος legendum eſſe contendit *Corn. de Pauw.* Idem v. 8. καὶ τὸν ἔρωτα νέον tentat: quae amorem novum nutris et ſecundum, alterum ab ipſo Cupidine, Veneris gnato.

P. 28. *Meleagri* Ep. XII. 1. Lectio in Analectis non ex *Brunckii* ingenio profecta, ut olim exiſtimabam, ſed ſic legitur in marg. Ap. Guy. ex *Salmaſii* procul dubio conjectura, cui etiam v. 4. emendatio debetur. — V. 5. pro ἢ τάχα *Pauw* tentabat ἦ μάλα ſeu ἢ μάλα. — V. 7. ὄφρα τυπωθεὶς corr. Vir Doctus in Ap. Ruhnk. ſubaudiens, ὁ Πραξιτέλης, *in templum, quod amor ſolet occupare.* — Locis allatis, quibus mortalium pectora Deos dicuntur continere, adde *Ovidium* III. ex Ponto VI. 25. *Nuper eam* (Juſtitiam) *Caeſar facto de marmore templo, Jam pridem poſuit mentis in aede ſua.*

P. 30. *Meleagri* Ep. XIII. 1. σιγῶν αὐδᾷ. *Ovidius* I. A. A. 573. *Atque oculos oculis ſpectare fatentibus ignem. Saepe tacens vocem verbaque vultus habet.* — V. 6. πόθοις prae-

cedentibus non ſatis reſpondere cenſens *Pauw* τοῦ δὲ χεροὸς corrigit.

P. 30. *Meleagri* Ep. XIV. 2. emendatus ad mentem *Salmaſii*, ut etiam v. 5. 6. — V. 6. νίπτρα ποδῶν damnans ut ineptum V. D. in Ephem. Goth. ann. 1799. nr. 30. p. 252. νίπτρα πόθων corrigebat, ex Ep. CIX. 4. Idem *Schneidero* in mentem venerat, qui etiam v. 5. αἰτοῦμαι tentabat — V. 9. *C. de Pauw* corr. εἰ δὲ πέλῃ μοι ſive μου, *ſi ad me accedat puer*; quod ſoloecum.

P. 32. *Meleagri* Ep. XVI. 1. 2. emendati ad mentem *Guyeti*, ut diſerte affirmatur in marg. Ap. Ruhnk.

P. 35. *Meleagri* Ep. XVIII. 1. ψυχροπόται *Salmaſio* deberi, recte ſuſpicatus ſum. Varia tentat *Pauw*, quae repetere piget, niſi quod v. 5. ἢ γὰρ corrigit. — V. 3. in marg. Ap. Ruhnk. et Guy. conjicitur: ψυχρὸν ὕδωρ ψυχῆς εἶκος (ſic in utroque Cod. ſed nullus dubito, quin emendationis auctor ἄκος ſcripſerit) ἄρτι. In marg. Ap. Pauw. tanquam *Guyeti* habetur: ψυχρὸν ὕδωρ διψῶ ψυχῆς ἦκος κ. τ.

P. 37. (*Meleagri* Ep. XIX.) lin. 4. verba *prorſus negligenda ſit*, ſic refinge: *non admodum urgenda ſit*. — V. 4. ἀπαστράπτει reperitur jam in marg. Ap. Guy. et R. ubi praeterea δαδὸς corrigitur pro παιδός. — Mox v. 5. in marg. Cod. Guy. ἡδὺ φίλοις. In Apogr. Ruhnk. praeterea: f. ἡδυφιλὲς vel ἡδύφιλον. *Salmaſius*. — *Purgold* in Obſſ. crit. p. 285. propoſuit: εἶδος ἐφαρμόζων χείλεσιν ἡδυφιλῶ. *imaginem amplexu tenens*. Verbum ἐφαρμόζειν reſpondet Latinorum *applicare*, quod in re amatoria uſurpatum illuſtrat *Ruhnkenius* ad *Rutil. Lup*. p. 97.

P. 39. *Meleagri* Ep. XX. V. 2. Κύκλωπας προφυγόντ' margo Apogr. Lennep. idque ipſum in contextu Ap. Pauwiani reperitur. At copula abeſſe non poterat. — V. 6. Ex *Propertii* loco, quem et nos laudavimus, *Huſchkius* emendat in Anal. crit. p. 71. αὐτομάτοις δ'

ἄκων ποσσὶ –. Nihil hac emendatione verius et acutius. Idem comparat *Tibull.* II. 6. 13.

> *Juravi quoties, rediturum ad limina nunquam?*
> *Cum bene juravi, pes tamen ipſe redit.*

Adde *Apollon. Rhod.* L. III. 1152. αὐτομάτοις δὲ πόδεσσι θοῦς ἐπεβήσατ' ἀπήνης. — V. 7. Margo Ap. Guy. et Ruhnk.: „γεμισθεὶς οἴνου recte dicitur, οἶνον, πῦρ nonniſi barbare dici videtur. Ineptum et frigidum diſtichon et ſuppoſititium forte." — V. 8. *Cornel. de Pauw* corrigendum vidit: ἀλλὰ φίλῳ, ξεῖνοι, – ſive verſu ſequ. ἀρκέσατε ξείνῳ. — V. 9. Ex lect. membr. ἀρκεσάτω procul dubio ſcribendum:

ἀρκέσατ', ὦ ξεῖνοι.

idque ipſum, ſimul cum ea lectione, quam *Br.* recepit, in marg. Ap. Guy. et Ruhnk. notatum eſt.

P. 41. *Meleagri* Ep. XXII. 1. ἅτ' ἦν ποτε. ſive ὅδ' ἦν. margo Ap. Guy. et Ruhnk. Ineptius etiam *de Pauw*: ὢ ἦν π. *vaeh*, *erat aliquando*! Nihil vulgata ſincerius. Laudatis adde Ep. ἀδεσπ. (quod *Tymnae* eſt) DCCLVI. Ταῦρόν μιν καλέεσκον, ὅτ' ἦν ἔτι. Ap. *Meleagrum* diſtinguendum:

ἦν καλὸς Ἡράκλειτος, ὅτ' ἦν, ποτε.

P. 42. *Meleagri* Ep. XXIII. 5. Ὀλύμπου eſt in membr. quod pro ἐξ Ὀλύμπου accipiebat *Pauw*, qui νέος praeterea legebat. In marg. Ap. Guy. et Ruhnk.: *Ordo*: ὡς γὰρ ὁ Ζεὺς οἶδε κεραυνοβολεῖν Ὄλυμπον, τὸ ὄρος, οὗτος ὁ παῖς τὸν νέον *i. e.* τοὺς νέους οἶδε κεραυνοβολεῖν.

P. 43. *Meleagri* Ep. XXIV. 14. ἐτρεφόμαν emendatur etiam in Ap. Guy. et R. ut et v. 5. μνήμην.

P. 45. *Meleagri* Ep. XXV. 1. ἀλύων *errabundus amor.* Margo Ap. Guy. — *Pauw* jungebat ἀλύων ἀκρονυχί, *qui*

*prima nocte oberrat*, quia tunc ſcilicet animus maxime in amorem pronus. At ἀκρονυχὶ cum ἔκνισε copulari debet, poſitum ſcil. pro ἄκρῳ ὄνυχι. — V. 4. χριόμενος μέλιτι corrigitur in marg. libri Lennepiani. Unice verum eſt καιόμενος. — Pro κρᾶμα *Pavoni* τραῦμα in mentem venit.

P. 46. *Meleagri* Ep. XXVI. 2. *Purgold* in Obſſ. crit. p. 285. corr.: ἀρτιχόμαν καρπὸν καιομένου θέρεος.

P. 47. (*Meleagri* Ep. XXVII.) lin. 26. corr. *Parthenium* c. XXIX. — V. 3. 4. *Pauw* plane ſic conſtituit et interpretatur, ut *Toupius*. Hunc locum, olim a me ſine ſucceſſu tentatum, ſic fortaſſe reſtitueris:

μηδὲ σὺ τὸν στεφθέντα, λύρη, Φοίβοιο προφῆτι,
δάφνῃ παρθενίῃ μέλφ' Ὑάκινθον ἔτι.

*Hyacinthum lauro virginali coronatum ne amplius celebra, lyra, Phoebi interpres.* In marg. Apogr. Guy. haec leguntur tanquam *Salmaſii*: „An quod apud Delphos et alibi Hyacinthus ab Apollinis prophetiſſa praedicari in honorem Apollinis ſoleret. Δάφνη hîc ἡ προφῆτις vocatur, nomine Apollini caro et famulis ejus imponi ſolito. Alludit autem ad Daphnen ab Apolline amatam.“

P. 51. *Meleagri* Ep. XXX. 4. εὔκρατον *Salmaſio* debetur.

P. 51. *Meleagri* Ep. XXXI. Monendum erat, receptam apud veteres opinionem fuiſſe, inter nomina hominum et fata ipſis deſtinata conjunctionem quandam intercedere. In qua conjunctione cum eſſet, quod animum admiratione et timore impleret, ſaepe nomina a Tragicis tanquam omina rerum futurarum repraeſentari, nemo mirabitur. Ex hac obſervatione plura loca, Tragicorum inprimis, quae Criticorum prava ſedulitas tanquam interpolata damnavit, defendenda ſunt. — Quod *Brunckius* noſtrum Epigr. pro mutilo habet, id *Salmaſii* obſervationi debetur.

P. 53. *Meleagri* Ep. XXXIII. 2. revocanda membranarum lectio;

τόνδε δὲ μή, τἄμπαλιν οὐδὲν ὁρῶ.

Cf. ſupra notata ad Ep. IX.

P. 54. *Meleagri* Ep. XXXIV. V. 3. αὐτὸν marg. Ap. Guy. et R. *Juſtinuiſti Theronem.* Hoc idem placebat *C. de Pauw* et Viro D. in Actis Erud. ann. 1753. p. 278. qui hoc Ep. latinis numeris, ſed minime bonis, reddere conatus eſt. — P. 54. lin. 10. adde: *Sappho* ap. *Athen.* L. XIII. p. 564. D. στᾶθι κἄντα φίλος καὶ τὰν ἐκ' ὄσσοις ἄμπετον χάριν. — V. 5. Marg. Ap. Guy.: *Lege* τὴν i. e. τὴν Νιόβην.

P. 55. *Meleagri* Ep. XXXVI. 1. καὶ eſt in Ap. Ruhnk. et Pauw. Hic proponebat: ἠγρεύθην, αἲ πραχθέν! *Captus ſum, peracta res eſt!* Inepte. — V. 3. idem ναὶ μ' ἐπὶ – malebat.

P. 57. *Meleagri* Ep. XXXVII. 5. ἀμπνεύσας. marg. Ap. Guy. et Ruhnk. θάμβος eſt in utriusque contextu. In marg. Ruhnk. θαμβεῖς. *Cod. Salm. an* θαῦμα?

P, 57. *Meleagri* Ep. XXXIX. 4. ψυχῆς habet Ap. Guy. et Ruhnk.

P. 59. *Meleagri* Ep. XL. 3. ἐπὶ ſuppletur in Ap. Ruhnk. In marg. ἐνὶ et ὑπὸ conjicitur.

P. 60. (*Meleagri* Ep. XLI.) lin. ult. adde: *Nonni* Dion. L. X. p. 284. 8. de Baccho Ampelum depereunte: δείδιε, μὴ Κρονίδου κρασίπτερος ὄρνις ἐρώτων Ἀπροϊδὴς ἀκίχητος ὑπὲρ Τμώλοιο φανείη, φειδομένοις ὀνύχεσσιν ἐς ἠέρα παῖδα κομίζων.

P, 62. *Meleagri* Ep. XLIII. 1. γλυκύ γ' margo Ap. G. et R.

P. 62. *Meleagri* Ep. XLIV. 2. λοιπὸν pro λειφθὲν emendat *Zeune* in Anim. ad Anacr. p. 34.

P. 64. *Meleagri* Ep. XLV. 3. Idem hemiſtichium cum eadem lectionis varietate legitur Ep. XXIX. Utroque loco *Corn. de Pauw* χειμαίνει retinendum cenſebat.

Ibid. *Meleagri* Ep. XLVI. 1. Pro τερπνὸς Vir Doctus in Ephem. Goth. ann. 1799. nr. 50. p. 252. λεπτὸς emendandum cenſebat, comparato loco *Sapphûs*, ubi eſt λεπτὸν χρῶ. Equidem λεπτὸς abſolute de homine poſitum, vix aliud quid, quam *macilentum*, ſignificare, exiſtimaverim.

Ibid. *Meleagri* Ep. XLVII. 2. et 5. reſtituendae membranarum lectiones. ἐπ' ἄγρης ſincerum. ἐπὶ etiam cum verbis motum ſignificantibus genitivum adſciſcit. *Theocrit.* XXI. 58. κατῆγον ἐπ' ἠπείροιο.

P. 65. *Meleagri* Ep. XLVIII. 1. ἐρῶντι habet margo Ap. Guy. et R. Reſtituendum Ἔρωτες. — V. 3. probata emendatio noſtra *Lenzius* V. Cl. in Ephem. Goth. ann. 1799. nr. 30. p. 252. praeterea corrigit: αἰέν· χαῖρ' ἄρχων κ. λ. — V. 4. Margo Ap. G. et R. λασβεῖν *matulam.* (fort. mentulam.)

P. 66. lin. 2. Adde: *Maximian.* El. II. 30. de Lycoride: *primae retinet monumenta figurae, Atque inter cineres condita flamma manet.*

P. 67. *Meleagri* Ep. L. V. 3. 5. veterem ſcripturam οὐ praefero. Ad v. 6. *H. Stephanus* in Epigr. Selectis haec notavit: „Haec verba γενέτης δ' οὔτε τὶς, οὔτε τίνος videntur per parentheſin poſita eſſe, et ejus nota debere includi, ut videlicet perinde ſit ac ſi diceretur, Taceo de patre, quippe qui omnino ignoretur. Addit autem οὔτε τίνος, quod ſolerent, cum dixiſſent, quis eſſet aliquis, ſtatim addere, cujus eſſet filius. At Urſinus Velius quomodo haec verba intellexerit, non facile quis dixerit. Ita enim interpretatur: genitor nemo nec alterius. “

P. 68. *Meleagri* Ep. LII. 5. *Purgold* in Obſſ. crit. p. 286. legendum cenſet: ἦ γάρ σευ τάδ' ὀδυρὰ πόθου

ὠκύπτερα κέψας. ut ὁδηγὰ ποδῶν ſint alae, quae pedibus viam per auras quaſi muniunt. — V. 8. λυγρά, quae eſt membr. et Planud. lectio, non in θῆρα mutandum erat, ſed in

λύγκα παρ' αἰπολίοις.

P. 70. lin. 16. adde: *Themiſt*. Or. XX. p. 234. C. et p. 244. B. — V. 5. μοι καί ποτ' emendandum cenſet *Huſchke* in Anal. cr. p. 61. comparato *Propert*. II. 12, 13. *Evolat heu noſtro quoniam de pectore nunquam, Aſſiduusque meo ſanguine bella gerit. Purgold* in Obſſ. crit. p. 286. ναὶ καί ποτ' ἐφ.

P. 71. *Meleagri* Ep. LIV. 3. In lectione membr. et Plan. ἦ γάρ τοι τρία fortaſſe latet;

ἦ γὰρ ὁ παῖς τρία — —

P. 71. *Meleagri* Ep. LV. 1. περανθέν. Ap. Guy. et R. in marg. τὸ πάροιθεν. — V. 3. φιλόβουλε *Salmaſius* in marg. Apogr. Guy.

P. 72. *Meleagri* Ep. LVI. 5. ὁ πολὺς φθόνος. Ap. G. et R. cum interpretatione: *invidioſa ſapientia valeat*.

P. 73. *Meleagri* Ep. LVII. 4. Ad δήσας haec notantur in Ap. G. et R. τῷ οἴνῳ i. e. vino altero vinculo devinctum trahis. — Verſum olim a me tentatum nunc ſincere ſcriptum eſſe puto. Senſus eſt: Amoris flammis, o Bacche, faves, et me, a vino auxilium contra Amoris cruciatus petentem, ſupplicem tuum, tuis vinculis oneras et catenis irretitum trahis. — V. 5. κἄπιστὸς habet etiam margo Ap. G. et R. Ibidem v. 6. αὐχῶν *jactans, glorians*; male.

P. 75. *Meleagri* Ep. LVIII. 7 — 14. integrum fortaſſe Epigramma conſtituere ſuſpicatur *Huſchkius* Anal. cr. p. 43. me non adſentiente. — V. 9. ἄτεγκτον. marg. Ap. Guy. In Ap. *Ruhnken.* praeterea ἄτεχνον i. e.

πανοῦργον proponitur. — V. 7. *C. de Pauw* aut ἐν πυρὸς αἴθει ab αἶθος, aut ἀκμῇ, aut denique ἔμπυρος αἴθῃ. Poſterius mihi quoque in mentem venerat. — V. 11. οὐκ ᾔδεις. Malim per interrogationem efferri.

P. 76. 77. *Meleagri* Ep. LX. 3. Vehementer me poenitet conjecturarum, quas ad h. l. expromſi, de cujus integritate ne dubitandum quidem. Junge ἰδοὺ, τὸ βεβαρημένον ὄμμα μηνύει σε ἄγρυπνον, γεγονέναι ſcil. *oculus ſomno gravatus te noctem transegiſſe vigilem indicat.* Optime hoc monuit *Purgold* in Obſſ. cr. p. 286.

P. 78. *Meleagri* Ep. LXI. 3. ante *Reiskium* ſic emendavit *Salmaſius.* — V. 7. τάγε πάντα λέγ' αὐτῇ. et mox προάγω. margo Ap. G. et R.

P. 80. lin. 1. Adde poſt *lectio*: ex marg. Ap. Guy. derivata, ubi tamen adſcriptum ἐπέχω. — V. 8. In marg. Ap. G. et R. δρῶν' αὐτῇ δέσμιον ὧδε νέμε, ἔχε. V. D. ſibi fingebat poëtae rivalem vinctum.

P. 81. *Meleagri* Ep. LXIV. 4. πόλλ' ἀποδυρομένην. *Propertii* Cynthia L. I. El. III. 43. *Interdum graviter mecum deſerta querebar.* — Cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 56. re ipſa mecum conſentiens, verius tamen putat, quod ipſe legendum eſſe conjecit: πόλλ' ἀποκλαιομένην. ἀποκλάειν ſive ἀποκλαίειν interdum eſt *elugere. Aeſchyl.* Prom. 642. ὡς κἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας. *Ariſt.* Veſp. 564. οἱ μὲν γ' ἀποκλάονται πενίαν αὑτῶν. — V. 6. ἐκδήσω. marg. Ap. G. et R.

P. 82. *Meleagri* Ep. LXV. 1. 2. 3. 4. ὦ emendatum in marg. Ap. G. et R. additis verbis: „notandum ὦ cum accuſativo jungi, quae latina conſtructio eſt." Propter ſequens carmen, quod noſtro ad amuſſim reſpondet, Vir doctiſſimus, *Godofr. Henr. Schaefer* in literis ad me datis, improbata *Brunckii* lectione, οὐ ſervandum cenſet per totum hoc Epigramma. οὐ omiſſo μὲ poni, docuit *Valcken.* Ep. ad *Roever.* p. 28. *Koen.* ad *Gregor.* p. 117. *Brunck.* ad *Soph.* Oed. T. 660. Veriſ-

ſime! Eandem emendationem V. D. nunc propoſuit ad *Longi* Paſtor. p. 416. ſq.

P. 83. *Meleagri* Ep. LXVI. 2. καὶ hoc quoque loco reponendum eſſe, veriſſime cenſet *Schaeferus*. — P. 84. l. 15. Lege *paraſitus* pro *paraſita*, quod vitium, ortum ex loco *Horatii* I. Serm. II. 98. male intellecto, paſſim recurrit.

P. 85. lin. 14. parum feliciter tentavi verſum *Anaxilae* Comici ap. *Athen.* XIII. p. 558. C. Fortaſſe fuit;

ἡ δὲ Νάννιον τί δεινῆς διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ.

Adde *Alciphron.* I. Ep. VI. de meretrice: κωμάζουσι γὰρ εἰς αὐτὴν ἡ πρὸς θάλασσαν νεολαία, καὶ ἄλλος ἄλλο δῶρον ἀποφέρει· ἡ δὲ εἰσδέχεται, καὶ ἀναλοῖ Χαρύβδεως δίκην. ubi vide *Waguerum* p. 41.

P. 86. lin. antepen. Lege Καλλίσχιον pro Θαλλίσχιον. Monuit me cl. *Lenzius*, verba ἤλλακται διπλοῦν γράμμα Συρακόσιον dicta eſſe per brachylogiam pro: *mutando inducta eſt duplex litera Syracuſia* Comparat idem *Eurip.* Bacch. v. 53. ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἔχω Ibid. v. 1329. Ἐκθηριωθεῖσ' ὄφεος ἀλλάξει τύπον. *Lycophr.* v. 195. et 334. *Mitſcherl.* ad H. in Cerer. 274. *Valcken.* in Diatr. p. 246. ſq.

P. 88. *Meleagri* Ep. LXXII. 4. Verba καὶ τὸ φιλεῖν, quae depravata eſſe ſuſpicabar, acute refinxit cl. *Huſchke* Anal. cr. p. 73. παῖδα φιλεῖν vel παιδοφιλεῖν corrigens; ſubaudiendum πάρεστι, ut in loco *Sophocl.* Phil. 1165. εὖ γνῶθ', ὅτι σοι Κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν. vide *Schol.* — Quod ſperaveram, ad v. 5. emendandum alios meliora reperturos eſſe, quam ipſe repereram, jam contigit ejuſdem perſpicaciſſimi viri ingenio, qui certa emendatione ſcribendum propoſuit:

ἆδε φίλα θρεπτῆρι χάρις; καὶ τὸν βαθὺν ὄρθρον — —

*Haeccine eſt gratia, quam nutritori tuo refers?* Idem in mentem venerat *Purgoldio* Obſſ. cr. p. 287.

P. 90. *Meleagri* Ep. LXXVII. 1. 2. Legendum, una litera leviter immutata:

> Οὐκέτι Τιμαρίου τὸ πρὶν γλαφυροῖο κέλητος
> πῆγμα φέρει πλωτὸν Κύπριδος εἰρεσίην.

Junge: τὸ πρὶν πλωτὸν πῆγμα κέλητος Τιμαρίου. Timarii cymba, navigationi olim apta, Veneris remigium non amplius perfert. -- V. 5. χαλᾷ. *Epicrates* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. D. de Laïde vetula: τὰς ἁρμονίας δὲ διαχαλᾷ τοῦ σώματος. — V. 6. margo Ap. G. et R. „γάστρη. γάστρα et γάστρη eſt venter navis; hîc autem pro γαστὴρ poſitum. Poſt v. 6. diſtichon intercidiſſe videtur.“ γαστρὸς poëtice pro γαστήρ, ut φύλακος pro φύλαξ. — V. 9. τοι ζωός. marg. Ap. G. et R. ubi ad ſeq. vſ. haec notantur: „An ἄνωθι i. e. in ſuperis, ap. ſuperos, vivus videnſque, ut ait ille. τὸ ἄνωθι hîc mire facit, alias ἄνωθε legendum. τὸ ἄνωθι inuſitatum.“ Ad ἄνωθε tuendum vide an faciat *Ariſtoph.* in Eccl. 1100. ubi juvenis vetulae mancipatus miſeram ſuam ſortem deplorans: — δεῦρ' ἐσπλέων, Θάψαι μ' ἐν αὐτῷ τῷ στόματι τῆς ἐσβολῆς, Καὶ τῶν ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος Ζῶσαν καταπιττώσαντας. — In εἰκόσορος reſpicitur ad σορός· nam veteli vetulaeve σοροὶ et τάφοι vocantur. Cf. notata ad *Rufin.* Ep. XXXII. T. II. P. III. p. 176.

P. 94. *Meleagri* Ep. LXXIX. 5. *Corn. de Pauw* tentabat φλογμὸς πάντη vel ἐκ δὲ φλογὸς καυτήρ, *ex flammula uſtor me invaſit.* — Quae olim propoſui, nimis fortaſſe recedunt a membr. ſcriptura. Num fuit: ἐκ δὲ φλόγες πάντη μοι ἐπέδραμον. i. e. ἐξεπέδραμον. *ex illa ſcintilla flammae undique exortae me circumdederunt.*

P. 94. *Meleagri* Ep. LXXX. Argumentum hujus Epigrammatis ſic concepit C. *de Pauw*: „Meleager quan-

do verſus hos pangebat, ex inſula Co, in qua habitabat et tandem mortuus eſt, peregre profectus erat, relicto domi puerulo ſuo, Phanio, quem dum metuit, ne abſentiam ejus forte longiuſculam impatientius ferret vel de felici ejus reditu animo foret ſollicitus, nautis, neſcio quibus, mandat, ut, ſi forte puerum viderint, ei haec nuntient.“ V. 3. idem ſic explicat: „Si videatis forte Phanium meum ad litora inſulae Cos, oculos habentem defixos in mare coeruleum et quotquot mare peragrant naves.“ Deinde ſequens diſtichon ſic corrigit: Τοῦτ᾽ ἔπος ἀγγείλασθε καλῷ νοί· σῶν με κομίξει Ἵμερος οὐ ναύταν, ποσσὶ δὲ χαυνοπόρον. Haec nuntiate animo laeto: ſalvum et incolumem me advehet ipſe Cupido Deus, non nautam et navi vectum, ſed per aërem volantem. καλῷ νοὶ addidit ominis cauſa. Reliqua, quae ad lectionem ſuam χαυνοπόρον explicandam affert, (vult autem eam ἀεροπόρον ſignificare, a χάος deductam) adſcribere piget. — ἀγγείλασθε et καλῇ νυέ, *pulchra ſponſa*, emendatur in marg. Ap. G. et R. Cod. *Gaulmini* καλῇ νῆσος, inepte.

P. 101. *Meleagri* Ep. LXXXVII. 2. λιγέως emendavit etiam *Zeune* ad *Anacr.* p. 23. — V. 3. Idem περιστείχοντες. — V. 4. Fortaſſe, ne copula deſideretur, legendum:

κοὐδ᾽ ὅσον ἀμπνεῦσαι βαιὸν ἐῶσι χρόνον.

P. 102. lin. 6. θάλλος illuſtravit nuper *Fiorillo* in Obſſ. crit. in Athen. p. 69. ubi etiam *Philoxeni* locum ſic ut nos emendavit. — V. 2. ἄπτερος ὡς εἴην conjic. *Zeunius* ad *Anacr.* p. 91. — Comparabat doctiſſimus *Lenzius Statium* V. Sylv. IV. 16. ad Somnum: *Inde veni, nec te totas infundere pennas Luminibus compello meis — extremo me tange cacumine virgae.* — V. 3. Pro ἐπί

σει margo Ap. G. et R. ἐπεὶγ. et v. 4. φοιτῇ σοι καταϑῶ σ' αὐτός. *te ſolus ut poſſim deponere ſomno.*

P. 103. *Meleagri* Ep. LXXXIX. 1. Pro συνεύνῳ marg. Ap. G. et R. σύνευντι *dorice pro σύνευσι.*

P. 104. *Meleagri* Ep. XCVI. 2. Vat. C. habet αὐτὸς ἔπλασεν Ἔρως. quod vulgata concinnius, modo ἔπλασσεν ſcribas.

P. 111. *Meleagri* Ep. XCVIII. Hoc Epigramma cum ſequente copulandum eſſe, cenſebat *Purgold* in Obſſ. crit. p. 287. Nam prius diſtichon Ep. XCIX. niſi ex priore Epigr. lucem accipiat, obſcurius eſſe, et ejusdem verſum ultimum idem Epigr. firmo quaſi vinculo priori annectere videri. Poëtam enim ita redire ad carminis initium, ut novam ſententiam adjiciat. Non perſuadet V. D. immo ſingulum per ſe ſpectatum mihi quidem videtur elegantius.

P. 112. *Meleagri* Ep. C. Margo Ap. G. et R. „Aliquid deeſſe videtur initio. V. 1. an ſic legendum: ἀμπαῦσαι· τίς τόσσον ἀναιχμάσαι, ἄγριος εἴη. Heſych. αἰχμάσει. πολεμεῖ. μάχεται.“ — V. 3. τις eſt in Ap. Voſſ. — *Purgold* in Obſſ. crit. p. 289. haec ſic emendat et explicat: ἅπτε τάχος πεύκας, καὶ . . . (lumen accenditur, poeta adſpicit puellam.) τίς τύπος; Ἡλιοδώρας. τύπος, corporis figura, ſpecies, ſtatura. Cf. Ep. XXIX. 5. LIII. 5.

Ibid. *Meleagri* Ep. CI. 1. ἀνετράφη. Margo Ap. G. et R.

P. 114. *Meleagri* Ep. CIII. 2. V. D. in Ap. G. et R. χρυσέων corrigit. — κνίσματα δακρυχαρῆ, ut *Manſo* emendabat, etiam in marg. Ap. G. et R. notatur. Ibidem v. 3. καί τι φίλημα. et v. 4. μ. ψυχᾶς ϑάλπετ' ἐποικεσίᾳ. *Purgoldio* noſtro in Obſſ. crit. p. 289. in mentem venit: κἄτι φίλῃ μου Μναμόσυνον ψυχῇ ϑάλπεται εἰκασίᾳ. cui conjecturae haec addit cl. auctor: κἄτι eſt pro καὶ ἔτι. μου conjungendum cum μνημόσυνον, ſive cum εἰκασίᾳ, a quo ver-

ba tamen nimis longe diſtant. εἰκασία *imago, quae ſub pectore quaſi fovetur.* Heſych. εἰκασία. ὁμοιότης. Sic τύπος ſupra Ep. LIII. 4. ubi cfr. Huſchke Anal. cr. p. 60. et quem laudat Propert. II. El. XII. 13. et Ovid. Metam. II. 339. *nomen – aperto pectore fovet.*

P. 116. l. 21. corr. *quantum* pro *quanti.*

P. 118. *Meleagri* Ep. CVIII. 5. Lectio Cod. Vat. ſic refingenda:

ναὶ δοκέω τοῦτ' εἶπας' ἄγ', ὦ φιλέραστε, –

P. 123. *Meleagri* Ep. CXII. 8. V. D. in Ephem. Goth. an. 1799. nr. 30. p. 253. ſuſpicabatur, σχιζομένας mutandum eſſe in σιφομένας a forma σίφω pro σιφάω· hoc enim locuſtae, fiſtula ſive ſiphone guttas ſorbenti, accommodatum eſſe.

P. 124. *Meleagri* Ep. CXIII. De latina hujus Epigrammatis verſione disputat *Purgold* in Obſ. crit. p. 290. qui ejus auctorem in graeco exemplari ἦλυθ' ὁ κοῦρος legiſſe exiſtimat. Quo poſito totum carmen ſic refingit:

*Infantem Nymphae Bacchum, quo tempore ab igne*
*Prodiit, inductum* (vel *inunctum*) *abluerant cinere.*
*Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa eſt,*
*Sejunctus queis ſit ignis et urit adhuc.*

V. 3. vulgata lectio τοὔνεκΑΣΤΝ Νύμφαις ſic refingenda videtur:

τοὔνεκ' ΆΕΙ Νύμφαις.

P. 127. *Meleagri* Ep. CXVII. Caedem liberorum Niobes *Libanius* graphice deſcribit T. IV. p. 1015. ſq. ed. Reisk.

P. 128. *Meleagri* Ep. CXVIII. 1. ſervandum, quod Vat. C. praeſtat, ἄνθρωπ', Ἡρ. ionica enim dialecto

ſcriptum Epigramma. Totum autem diſtichon ſic refinge:

ἄνθρωπ', Ἡράκλειτος ἐγὼ σοφὰ μοῦνος ἀνευρὼν
φημί· τὰ δ' ἐς πάτρην κρέσσονα καὶ σοφίης.

Junxit poëta φημὶ ἀνευρὼν pro infinitivo, quae enallage inprimis poſt verba *indicendi*, *monſtrandi*, *dicendi* locum habet. *Soph.* Ajax v. 471. δηλώσω πατρὶ Μή τοι φύσιν γ' ἄσπλαγχνος ἐκ κείνου γεγώς. ubi *Brunckius* comparat *Plautum* in Aſin. III. 3. *Argenti viginti minae* – *quas hodie adoleſcens Diabolus ipſi daturus dixit.* Cf *Hermann.* ad *Vigerium* p. 752. nr. 218. — Jam manifeſta eſt antitheſis: Solus inter ſapientiae antiſtites eminui; at quae in magiſtratu pro patria feci, laudem ſapientiae ſuperant etiam. — V. 3. in τοκέων haud ſcio an κοτ' ἐὼν lateat, in praecedentibus autem λὰξ γὰρ καὶ, magiſtratus ap. Epheſios nomen deſidero ..... ἀρχῆς κοτ' ἐὼν Ἀσίῃ, ξ. δ. α. ν. Dum ...., munere fungebar, Aſiae hoſtes allatrabam. — Vir Doct. in Ephem. Goth. an. 1799. nr. 30. p. 253. Heracliti ſtatuam cenſet minaci geſtu in tumulo fuiſſe poſitam. V. 3. corrigendum eſſe: λὰξ ἐκέβαν τοκέεσσιν· ἐμοὶ, ξένε, δύσφρονα πάντα. Calce petebam parentes; mihi quippe, o hoſpes, ſevera omnia. Allatrare eos, qui me educavere, hoc vero meum educationis pretium eſt. — Idem cenſet ultimo diſticho Heraclitum Epheſios cives haud ſecus ac peregrinos abigere, χαῖρε per *abi in malam rem* explicans. At cum philoſophus ſua in patriam merita jactet hoc Epigrammate, neque quidquam addatur, unde eum civibus alienatum fuiſſe intelligatur, non poſſum, quin inhaeream interpretationi, quam olim attuli, cenſeamque priorem diſtichi partem hoſtes et peregrinos in malam rem amandare, poſteriorem Epheſios ſalvere jubere.

P. 132. lin. 24. corr. *videret* pro *videat*. — In ultimo diſticho Ep. CXX. omnem conjecturam lubricam eſſe puto. Senſus obſcurus, quem fortaſſe oculatior interpres aliquando eruet.

P. 136. *Meleagri* Ep. CXXIII. 3. margo Ap. G. et R. ἄχρι δ' ἐπ' α. Ibidem v. 5. νικάσαντα ut *Salmaſii* laudatur lectio. — V. 11. οὐ ψαύω καὶ τῇδε. *Heliodor.* L. I. 26. p. 69. κἂν ἔκ τινος ὑποψαύσῃ ποτε τῶν ἡμετέρων. *ſi quid noſtrarum rerum ſuſpicando attigerit.* — V. 16. marg. Ap. G. et R. καὶ Μούσας ποικίλος ὑμνοθέτας. Ibid. v. 19. τὸ δ' οὔνομα τἀνδρὸς et φύντα περισθενέων.

P. 138. *Meleagri* Ep. CXXIV. 5. γονῆες procul dubio revocandum. — V. 9. ὁμιλήσασι emendavit *Salmaſ.* in Ap. Rubnk. et Lennep. ubi etiam ὁμήλιξι tentatur. — V. 10. τοῖς δ' ἀγνὸν π. legendum cenſebat *Purgold* in Obſſ. crit. p. 291.

P. 142. (*Meleagri* Ep. CXXVII.) lin. 29. poſt *confundit* adde: ſive potius perperam ſibi perſuaſit, h. l. etiam μελητείοις legendum eſſe, id quod ex not. mſt. apparet.

P. 145. *Meleagri* Ep. CXXVIII. V. 9. *Huſchke* V. D. in Anal. cr. p. 39. egregie corrigit: ἄλλως οὐδ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας. *non fruſtra, ſed dedita opera.* Sic paſſim Epigrammatum ſcriptores, qui opera artium exponunt, *Antip. Sidon.* Ep. XCI. οὐχὶ μάταν ἕστακα. *Palladas* Ep. XCIV. οὐδὲ μάτην παλάμαις κατέχει δελφῖνα, καὶ ἄνθος. Idem autem οὐ μάτην et οὐκ ἄλλως. *Propertius*, qui iſtam priſcae artis opera deſcribendi rationem, qua ſingulis partibus probabilis ſubjicitur interpretatio, pulcre imitatus eſt L. II. El. XII. hanc etiam emendationem confirmat:

*Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,*
*Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?*

dd

*Hic primum vidit, ſine ſenſu vivere amantes,*
*Et levibus curis magna perire bona.*
Idem non fruſtra *ventoſas addidit alas.*

His et aliis palmariam ſuam conjecturam confirmavit auctor. Idem p. 51. monet, minime veriſimile eſſe, ejusmodi opus unquam ab artifice graeco fuiſſe elaboratum. Saepenumero enim poëtas ſeriores opera expoſuiſſe, aut quae nunquam vidiſſent, aut quorum exempla nusquam extarent. Tum haec addit: „Utcunque tamen ſit, in hoc ſaltem diligentia adhibenda erat epigrammatis auctori, ut interpretatio ſibi conſtaret. Igitur figuram pueri, quam in tumulo iſto ſtetiſſe fingit, ejusmodi ſymbolis ornavit, ut aliquis incidere poſſet in Meleagrum Calydonium. Eandem alis inſtruxit, ut appareret, hunc Meleagrum res amatorias tractaſſe, καί που μέτρον ἐρωτογράφον. Accedebat γέρας ἀμφήκες, gladius anceps, qui ſignificaret dicendi genus σπουδογέλοιον. Menippum ſcil. Gadarenſem imitatus erat Meleager, ut multi alii; inter Romanos, Varro, quemadmodum ipſe teſtatur ap. *Ciceron.* Acad. Qu. I. 2. *Et tamen in illis veteribus noſtris, quae Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus, multa admiſta ex intima philoſophia, multa dicta dialectice* etc. Tandem ſummam faciens omnium, quae per partes eundo, ſingulatim indigitaverat poëta dicam an ſophiſta? addit: χαῖρε καὶ ἐν φθ. Ita recte Brunckius vitioſam Planudis lectionem σοφίαν εἰς μίαν emendavit. Graeci utrumque dixiſſe videntur, εἰς ἕνα, et εἰς μίαν τινὶ v. c. ἁρμόττεσθαι, καθεύδειν, ratione habita ſubjecti praecedentis. De forma communi εἰς ἓν nemo dubitat. Maſculini generis exemplum occurrit ap. *Theocr.* Eid. XX. 37. καὶ εἰς ἕνα παιδὶ κάθευδε.“ Hactenus ille, qui praeterea comparat *Eurip.* Med. 843. et in Hercul. Fur. v. 673. οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας Μούσαις συγκαταμιγνύς, Ἁδίσταν συζυγίαν, —

De ἐς μίαν conſ. not. ad Ep. ἀδέσπ. CCCXCVIII. 6. —Verba καί που μέτρον ἐρωτογράφον mihi ne nunc quidem expedita videri fateor.

P. 146. *Meleagri* Ep. CXXIX. 3. Margo Ap. G. et R. „φαμὶ τόδ' ἐκ π. η. εἰς ἓν ἄμοργμα. Heſych. ἄμοργμα. Sic placet φαμὶ τὸν ε. π. η. εἰς ἓν ἄμοργμον. ἄμοργμος idem quod ἄμοργμα. Ex εἰς ἓν ἄμοργμον factum eſt εἰς ἕνα μόχθον, quod monſtrum eſt lectionis.“ Quod ad me attinet, parum abeſt, quin μόχθον ſincerum exiſtimem, verbis ſic inter ſe junctis: τὸν ἐκ πάντων ὑμνοθετᾶν (ſic lege) ἠθροισμένον μόχθον εἰς ἕνα ἐνελ. Magis offendit participiorum ἀσύνδετον. — V. 7. Margo Ap. G. et R. „μαλακῶς molliter εἰλιγμέναις γραμμαῖς. i. e. ego coronis lineis volubilibus molliter ducta. ἄωτοι. i. e. flores ex lineis effecti. des cadeaux.“ Ibidem pro τέρμασι tentatur στέμμασι.

P. 148. lin. 3. corr. *qui* pro *qni*. — In *Archilochi* loco ex *Athenaeo* allato nunc *Caſauboni* emendationes meis hariolationibus praefero. — P. 149. lin. ult. poſt *fugeris* adde: Hunc Parii poëtae locum expreſſiſſe videtur *Horatius* Epod. XVI. 39. *Vos, quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum* — Exemplis de verbis τλῆναι et τολμᾶν cum participio adde *Aeſch.* VII. c. Th. 739. Agam. 1050. *Soph.* Electr. 943.

P. 155. lin. 15. adde *Plutarch.* Vit. Cat. Major. c. 1. p. 386. ed. Tub. παρεῖχε δ' αὑτὸν ἐν ταῖς μάχαις τῇ μὲν χειρὶ πλήκτην, τῷ δὲ ποδὶ μόνιμον καὶ βέβαιον, γαῦρον δὲ τῷ προσώπῳ.

P. 158. *Archilochi* Fr. XIV. Fortaſſe in hoc carmine locum habebant ea, quae *Ariſtoteles* laudat Polit. L. VII. 7. διὸ καὶ Ἀρχίλοχος προσηκόντως τοῖς φίλοις ἐγκαλῶν, διαλέγεται πρὸς τὸν θυμόν· οὐ γὰρ δὴ παρὰ φίλων ἀπάγχεο. — V. 2. *Purgold* in Obſſ. crit. p. 292. ex veſtigiis corruptae lectionis eruit haec: δυσμενοῖς ἐνάλλευ, πρὸς βαλὼν δ' ἀλέξευ 'ναντίον vel ἄντιον. ἐνάλλεσθαι eſt *vehementi cum impetu in inimicos incurrere. Sophocl.* Oed. T. 1261.

Adde *Aeſchyl.* in Perſ. 515. ὦ δαῖμον, ὡς βαρὺς ἐνήλου Περσικῷ γένει. *Poëta* ap. *Stobae* in Ecl. phyſ. p. 108. ed. *Heer.* ἡ Δίκη τῷ δυσσεβοῦντι ἐνήλατο. — At violentior eſt medicina, quam quae probari queat, praeſertim ſpondeo impari ſedi immiſſo. — Exhibuit hoc fragmentum doctiſſimus *Ilgen* in Scoliis Graecorum p. 189. nr. XXXVI. qui v. 2. ἔναγε poſuit, interpretatus: *accingere ad bellum*, cujus ſignificationis vellem exempla laudaſſet idonea. Idem v. 5. acute corrigit: ἐν οἴκτῳ καταπεσὼν vel καππεσών, laudans *Eurip.* Fr. Archel. XXVII. ἔστι καὶ παρὰ δάκρυσι κείμενον ἡδὺ βροτοῖς, ὅταν ἄνδρα φίλον στενάχῃ τις ἐν οἴκτῳ. et v. 7. ῥύμβος ſuſpicatur, licet ῥυθμὸς non improbet.

P. 159. *Archilochi* Fr. XV. Cf. *Ilgen* in Scol. nr. XXXVII. p. 193. qui v. 1. verba tranſpoſuit, πάντα τοῖς τίθει θεοῖσι. Minori mutatione legerim:

τοῖς θεοῖς τιθεῖν ἅπαντα.

*infinitivo* pro *imperativo*. Notanda rarior infinitivi forma verbi τιθέω. — V. 3. *Ilgen* καὶ μάλ' εὖ ἑστηκότας. ſine cauſa. et v. 5. χρήμη et νόος παρήορος. Sic ap. *Heſiod.* Ἔργ. 100. μυρία λυγρὰ dicuntur ἀλᾶσθαι inter homines. Ibidem docet, παρήορος ſine jota ſcribendum eſſe.

P. 160. *Archilochi* Fr. XVI. *Ilgen* in Scol. nr. XXXVIII. p. 203. v. 4. ὑγρὸν δέος recepit, de timore explicans, qui oculos humore aliquo repleat, ſimilitudinem quandam cum lacrymis habente. Rectius fortaſſe, timor, qui ſudorem elicit. Idem V. D. v. 5. dedit: ἐκ δὲ τοῦ οὐκ ἄπιστα πάντα κἀπίελπτα γίνεται Ἀνδράσιν; praeeunte *H. Stephano*. Me nondum poenitet conjecturae olim expromtae, qua enuntiationes lenius copulantur. — V. 6. μηδεὶς ἔθ' ὑμῶν ſuſpic. *Ilgen.*

P. 171. *Archilochi* Fr. XXXI. *Purgold* in Obſſ. crit. tentat: ἀρήξω Ἐριθύμοις γὰρ ξυνὸς ἀνθρώποις Ἄρης. quod quomodo cum metro conciliari poſſit, non dixit.

P. 173. *Archilochi* Fr. XXXVIII. De hoc et ſequ. fabulae fragmento docte nuper diſputavit V. cl. *Huſchke* in Diſſert. de Fabulis Archilochi, quae inſerta eſt *Miſcellaneis Philologicis* Vol. I. quae prodierunt Altenburgi. 1803. Ibi ex Etymol. MS. profert haec: Αἶνος. — ὥςπερ ὁ Ἀρχίλοχος· Αἶνός τις ἀνθρώπων, ὡς ἄρ' ἀλώπηξ ἠ ἀετὸς (l. κἀετὸς) ξυνωνίαν ἔθεντο. καὶ ἄλλως· τὸ δὲ ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλέη συνῆντο τὸ πικνὸν ἔχουσα νόον. Fabulam ipſam ex Cod. Auguſtano (quem deſcripſit *Benecke*. Cf. *Harleſ.* ad *Fabric.* Bibl. gr. T. I. p. 631.) eruit p. 16. ſq. ſimulque noſtram de hac et ſeq. fabula in Lycambae contumeliam ſcriptis conjecturam egregie confirmavit. — Fr. XXXVIII. ex *Ammonio* fortaſſe profert *Euſtath.* ad Od. ξ. p. 556. 38. His fabulae laciniis cl. *Huſchke* non dubitat addere haec ex *Ariſtoph.* Acharn. v. 119. Ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε· Τοιόνδε δ', ὦ πίθηκε, τὸν πώγων' ἔχων, Εὐνοῦχος ἡμῖν ἦλθες ἐσκευασμένος. ubi *Scholiaſtes*: καὶ τοῦτο παρῴδηκεν ἐκ τῶν Ἀρχιλόχου ἐπῶν (ἐπῳδῶν corrigit *Huſchke*): Τοιάνδε δ', ὦ πίθηκε, τὴν πυγὴν ἔχεις. Idem V. D. p. 25. ex Cod. Auguſt. protulit fabulam, ad quam haec pertinebant, ſimul monens, priorem fabulam ad perfidiam Lycambae perſtringendam, alteram ad faſtum ejus deridendum pertinuiſſe.

P. 177. lin. 18. Plura veterum loca de Tantali ſaxo laudat cl. *Porſon* ad *Euripid.* Oreſt. v. 5.

Ibid. *Archilochi* Fr. XLIV. metri cauſa legebat *Meibomius* de Cereviſia Veter. c. VI. 8. in *Gronov.* Theſ. IX. p. 563. ὥςπερ μὲν αὐλῷ βρυττίον.

P. 179. *Arionis Methymnaei* Hymnum *Hermannus* ad *Ariſtotel.* Poët. p. 235. venuſtiſſimum praedicat, manifeſtis autem corruptelis depravatum. Eum ſic emendatum dedit:

Ὕψιστε θεῶν,
πόντιε, χρυσοτρίαινα Πόσειδον,

γαιήοχ᾽, ἐγκύμον᾽ ἀν᾽ ἅλμαν
βραγχίοις περὶ δή σε πλωτοὶ
θῆρες χορεύουσιν ἐν κύκλῳ,
κούφοισι ποδῶν
ῥίμμασιν ἐλάφρ᾽ ἀναπαλλόμενοι σεισμῷ,
φριξαύχενες ὠκύδρομοι σκύλακες,
φιλόμουσοι δελ-
φῖνες, ἔναλα θρέμματα κουρᾶν
Νηρηΐδων θεᾶν,
ἃς ἐγείνατ᾽ Ἀμφιτρίτα·
οἵ μ᾽ εἰς Πέλοπος γᾶν ἀμφὶ Ταιναρίαν
ἀκτὰν ἐπορεύσατε,
πλαζόμενον Σικελῷ ἐνὶ πόντῳ,
κύρτοισι νώτοις ὀχέοντες,
ἄλοκα Νηρείας πλακὸς
τέμνοντες, ἀστιβῆ πόρον,
φῶτες δόλιοι
ὥς μ᾽ ἀφ᾽ ἁλιπλόου γλαφυρᾶς νεὼς
εἰς οἶδμ᾽ ἁλιπόρφυρον
λίμνας ἔρριψαν.

P. 182. *Sapphûs* Epigr. I. 4. τᾶ Σαοναϊάδα habet margo Ap. G. et R. — In Ep. III. ejusdem poëtriae v. 3. καὶ languere videbatur *Purgoldio* in Obſſ. crit. p. 293. qui ἃς κατ᾽ ἀποφθ. i. e. καθ᾽ ἃς pro ᾇ κατέθεντο κόμαν, *cui puellae comam ſuam deponebant*.

P. 186. *Erinnae* Ep. I. 1. *Purgold* Obſſ. crit. p. 296. ἀταλᾶς χεῖρας cuicunque artifici perito tribui poſſe, negans, in Cod. Vat. ſcriptura δεξα ταλαν aliud quid latere exiſtimat. Poëtriam fingere, ſe nunc primum imaginem egregie puellam referentem adſpicere, cujus admiratione abrepta exclamaverit:

δαιδαλεᾶν χειρᾶν τάδε γράμματα!

δαιδαλέη χεὶρ eſt in *Platon.* Ep. XV.

P. 188. *Erinnae* Ep. II. 3. ἐμὰν debetur *Salmaſio*; qui etiam v. 7. ſic, ut *Brunckius*, conſtituit. In marg. Ap. Pauwiani haec conjectura notatur: τήνια ὡς εἴδωντι καὶ ὅτι μοι ἁ συνεταιρὶς Ηρ. cui conjecturae ſubſcribit C. *de Pauw*, qui hanc interpretationem addidit: Dic, quod Tenia ſim, ut ſciant quoque, Epicedium, quod hic conſpiciunt, poſitum eſſe mihi ab amica Erinna, quae originem ducit ex eadem inſula Teno. Certe Erinna a nonnullis dicebatur Tenia. *Stephan. Byz.* in Τῆνος· — ὁ πολίτης Τήνιος. καὶ τὸ θηλυκὸν, Τηνία· ἀφ' ἧς καὶ Ἤριννα Τηνία ποιήτρια. *Suidas* in Ἤριννα· Τεΐα ἢ Λεσβία· ὡς δὲ ἄλλοι, Τηλία Τῆλος δέ ἐστι νησίδιον ἐγγὺς Κνίδου. τινὲς δὲ καὶ Ῥοδίαν αὐτὴν ἐδόξασαν. quae profert etiam *Euſtath.* Ιλ β. p. 247. 28. unde apparet, illam conjecturam Brunckianae lectioni longe praeferendam eſſe, licet eam omnes veritatis numeros habere dubitem. Τήνῳ ſincerum videtur; in δωρείδωντι vero aliud quiddam latere ſuſpicor, quam quod Viri D. elicuerunt.

P. 189. Ep. *Erinnae* III. Vertit cl. *Millin dans les Mélanges de Litérature étrangère* T. I. p 89. — V. 3. Marg. Ap. G. et R. καλὰς μεθ' ωμοτάταν Βαύκους α. interpretatione non addita. *Pauwii* molimina transſcribere ſuperſedeo. *Purgold* in Obſſ. crit. p. 297. τὰ δέ τοι τὰ χαράγμαθ' ὁρῶντι Ὠμοτάταν β. τὰ δὲ τὰ pro ταῦτα τά. Fateor, mihi hanc monoſyllaborum accumulationem parum elegantem videri; adde quod ſic verſus bucolici numeri perimuntur. Quare mihi nunc etiam aut verum aut veriſimile videtur, quod olim emendare conatus ſum: τὰ δὲ ποικίλα γράμμαθ' ὁρῶντι Ὠμοτάταν Β. quae tamen ita accipi velim, ut non de ſimplici inſcriptione, ſed de figuris allegoricis cogitetur, quales plurimae in cippis reperiuntur. — V. 7. καὶ σύ μευ vel μοι corrigendum ſuſpicatur *Purgold* in Obſſ. cr. p. 297.

P. 192. *Solonis Scolion.* *Ilgen* de Scoliis Gr. p. 210. nr. XXXIX. v. 1. mutavit in anapaeſt. dime-

trum acatal. et ſecundum transpoſitione verborum primo reddidit aequalem ſic:

πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον, ὅρα,
μὴ κρυπτὸν ἔχων ἔχθος κραδίῃ —

Deinde v. 3. dedit πρός σ' ἐνέπῃ, et ἐκ μέλανος φρενός, ſive ἐκ μελάνας φρενός. — V. 2. ἔγχος damnat, quia non fieri poſſit, ut lanceam quis habeat ἐν κραδίῃ. Recte; at ἔγχος, inſtrumentum hoſtile, pro hoſtili animo eſt poſitum.

P. 193. Ex *Cleobuli Lindii* Ep. colorem duxit *Critias* ap. *Athen.* L. XIII. p. 600. E. Οὔποτέ σου φιλότης γηράσεται, οὐδὲ θανεῖται, Ἔστ' ἂν ὕδωρ οἴνῳ συμμισγόμενον κυλίκεσσι Παῖς διαπομπεύῃ προπόσεις ἐπὶ δεξιὰ νωμῶν. — In ejusdem Ep. II. 2. *Menagius* δὶς τριάκοντα tentabat. Noſtram lectionem tuetur *Stobaeus*. Solonis aevo menſis Atticus conſtabat triginta diebus, annus CCCLX, quod nuper etiam demonſtravit Vir Doct. *Fr. Guil. Sturz* in Comment. Soc. Lipſ. Philolog. T. II. P. II. p. 239.

P. 195. *Anacreontis* Ep. LXXIII. τόνδ' ἄρ' ἐκείνου *Salmaſii* eſt emendatio in marg. Ap. R. et G.

P. 202. *Anacreontis* Ep. LXXXIII. comparavit Editor Marmorum Taurinenſium T. I. p. 43. cum opere anaglypho, Bacchas repraeſentante. Recte monuit, ex iis mulieribus, quas noſter deſcribit, unam geſtaſſe thyrſum, Xanthippen fortaſſe caniſtrum uvis plenum, Glaucen traxiſſe hircum aut hoedum, et tria proinde munera, quae hîc commemorantur, tribus mulieribus reſpondere.

P. 202. *Simonidis* Fr. I. Conf. *Euripid.* Alceſt. v. 989. καὶ θεῶν σκότιοι φθίνουσι παῖδες ἐν θανάτῳ.

P. 203. *Simonidis* Fr. II. Edidit *Ilgen* inter Scolia (quibus hic certe locus minime annumerandus) nr. XL. p. 213. verſibus ſic diſtinctis et emendatis:

ἄνθρωπος ἐὼν μήποτε φήσῃς, ὅ τι γίνεται,
μήδ' ἄνδρα ἰδὼν εὐτυχέα, ὅσσον χρόνον ἔσσεται·
ὠκεῖα γὰρ οὐδὲ τανυπτέρου μυίας
οὕτως ἁ μετάστασις.

V. 1. 2. ſunt Ionici a majori tetrametri catalectici, εὐτυχέα metri et ſenſus abſolvendi cauſa addidit; eademque de cauſa τανυπτέρου dedit. Verſu eſt Ionicus trimeter catalecticus. V. 4. eſt Ionicus dimeter catalecticus. — Ex loco *Phavorini*, quem excitavi, etiam ὄλβιον aſſumendum eſt.

P. 204. *Simonidis* Fr. VI. Habetur ap. *Stobaeum* in Ecl. phyſ. T. III. p. 10. ubi *Heeren* primus auctoris nomen addidit ex Codicibus.

P. 208. *Simonidis* Fr. XI. *Ilgen* inter Scolia nr. VII. p. 24. ſic edidit:

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ,
δεύτερον δὲ καλὸν φυὰν γενέσθαι,
τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως,
καὶ τὸ τέταρτον ἡβᾷν μετὰ τῶν φίλων.

P. 210. *Simonidis* Fr. XIII. *Ilgen* in Scoliis nr. XLIII. p. 228. v. 3. et 4. in tres diviſit ſic:

αἰῶνι δὲ παύρῳ
πόνος ἀμφὶ πόνῳ,
ὁ δ' ἄφυκτος ὁμῶς — —

P. 210. *Simonidis* Fr. XIV. *Ilgen* in Scoliis nr. XLII. p. 224. v. 2. repoſuit ἐν δέ μιν θεατὸν χῶρον ἁγνὸν ᾳ. *ibi vero in propatulo ambulat et caſtum locum obire ſolet, omnibus, qui in rupem aſcenderunt, conſpicua.* ἐν ſcil. αὐταῖς, valde probo; θεατὸν vero non magis commendabile, quam id, quod ipſe olim conjeci, φανόντα,

Aliud quid latet in verbis θοὰν χῶρον, quae ab oſcitantibus librariis ex θῶκον vel θᾶκον efficta eſſe nullus dubito. Scribo itaque:

ἐν δέ μιν θῶκον
ἁγνὸν ἀμφέπειν.

V. 4. οὗ δέ ἐστι πάντων β. — οὐκ ἂν ἴκητ', εἰς ἄκρον ἀνδρείας. *Ilgen.* qui contra meam hariolationem recte tuetur vulgatam ἐνδόθεν, comparato *Lucretio* VI. 94. *ſudor e corpore manans.*

P. 212. *Simonidis* Fr. XV. *Ilgen* inter Scolia nr. XLI. p. 216. totum hoc carmen pro interpolato habet, et v. 4. proſcribit verba προγόνων τε μνᾶστις, in quibus tamen vehementer probat emendationem *Hermanni*, πρὸ χοᾶν, quam equidem unice veram puto, repudiata ea, quam ipſe olim expromſi. — Mox v. 7. cl. *Ilgen* circumſcripſit verba ἀνδρῶν ἀγαθῶν, ut otioſa et a ſubſtantivo ἐντάφιον nimis remota. Idem verba μαρτυρεῖ usque ad finem a *Simonide* profecta eſſe, ſe tum crediturum eſſe ait, quum — *paſcentur in aethere cervi*; cujus judicii cum alias cauſas affert, tum hanc, quod non intelligi queat, cujusnam rei teſtis advocetur Leonidas. At ſententiarum nexus hic eſt: In hoc ſepulcro nobilis et illuſtris Graecorum virtus eſt condita, cujus praeclarum exemplar eſt Leonidas, Spartanorum rex, qui magnam et nunquam intercidentem ſui reliquit gloriam. ſive diſertius: quanta fuerit horum hominum gloria et virtus, ex Leonidae exemplo intelligi poteſt.

P. 215. lin. 4. a fin. ad ὄρνεις adde: Utrumque emendavit *Vindingius* in Hell. ap. *Gronov.* Th. Ant. Gr. XI. p. 170. C.

P. 219. Ep. XXVIII. Cf. *Theaeteti* Ep. III. T. II. p. 515.

P. 230. *Simonid.* Ep. XLVI. 7. Apogr. G. et R. ἔστενεν Ἐννοσίγαιος. In Ruhnk. autem monetur, hanc vocem a *Salmaſii* exemplari abeſſe.

P. 232. *Simonid.* Ep. XLIX. 2. ὑποςώφιμι φόρμιγγες, *Pindar.* Pyth. I. 188.

P. 238. lin. 3. poſt *Reisk.* adde; et ad Marmor Sandvic. p. 70. ſq.

P. 241. *Simonid.* Ep. LXV. 3. malim: ἐὰν δ' ἀρετάν.

P. 244. lin. 14. lege *Hinc* pro *Hic.*

P. 246. *Simonid.* Ep. LXIX. 1. Marg. Ap. G. et R. ὄλπις. ex Theocrito ὄλπις ὁ γριπεύς.

P. 248. *Simonid.* Ep. LXXI. 2. Ap. G. et R. ἱππόκοτον. in marg. ἱππόκροτον. V. 3. marg. Fortaſſe legendum Ὀλυμπία δύ', ἐν δὲ Πύθωνι τρέας i. e. τρεῖς. V. 4. marg. πέντε καὶ Νεμέᾳ δέκα.

P. 249. *Simonid.* Ep. LXXV. 4. *Corn. de Pauw* tentat: ἑξήκοντ' ἀμφορεῖς ἐλαίου. Idem in explicando v. 6. mire nugatur. Quod ipſe emendavi, ἧχι πέλονται (ſic leg. pro πένονται) Ἀκτῇ Ποντομέδοντος ἆθλοι, partim improbo, partim probo. ἧχι πέλονται nimis jejunum eſt; nec, quod poſtea in mentem venit, ἢ πονέονται probandum. Sed ſcribe leni mutatione:

Ἰσθμῷ δ' ἐν ζαθέῳ τρὶς ἐπισχερὼ εἶδεν ἑλόντα
ἀκτὴ Ποντομέδοντος ἆθλα.

*Litus Neptuni vidit eum tribus continuis victoriis in Iſthmo praemia accipientem.* Hanc emendationem, in *Muſeo Attico* a me propoſitam (Tom. IV. faſc. 2. p. 88. ſq. ubi vitioſe ἑλόνια excuſum) impugnavit V. D. in Ephemer. Lipſ. literar. an. 1803, nr. 201. p. 331. qui verba εἶδεν ἑλόνια rhythmo (melius dixiſſet, ſenſui et linguae; nam ἑλόνια ne graecum quidem) adverſari pronuntiat. Tum addit, ſibi perſuaſum eſſe, poëtam

ſcripſiſſe: *οὐδ' ἐγένοντο Ἐκ νικῶν τομίδων ποτ' ἄεθλα*. quae ſic explicat: „*Der Dichter will ſagen*, (vernacula lingua enim haec adſcribam, ne quid aut addidiſſe aut immutaſſe videar) *daſs Nicolaïdas dreymal den Sieg auf dem Iſthmus davon getragen, ihn aber nicht einzeln errungen habe. Es waren keine Preiſe* (*οὐδ' ἐγένοντο ποτ' ἄεθλα*) *für einzeln erworbene Siege. Darum ſagt er auch vſ praec.* τρὶς ἐπισχερώ, *was durch* τομὶς, *einen theilweiſe gewonnenen Kampf, ſeine völlige Bedeutung erhält.*" Fateor, mihi haec obſcuriſſima videri.

P. 251. *Simonid.* Ep. LXXVI. 1. δὶ φυλῆς praeſtat margo Ap. G. et R. Ibid. v. 9. κύκλον habetur.

P. 253. lin. 1. poſt Χαρίτων adde: Similiter *Famae*, *Gloriae* currus tribuitur apud poëtas. Vide *Markland*. ad *Statii* Sylv. p. 245.

P. 255. *Simonid.* Ep. LXXVII. 3. a *Salmaſio* ſic, ut ap *Brunckium* exhibetur, emendatus eſt.

P. 256. *Simonidis* Ep. LXXXV. 2. Marg. ap. Guy. ὄθρεψε Πειρήνης ἄπο.

P. 257. *Simonidis* Ep. LXXXVII. habetur inter Epigrammata inedita Anthologiae Grotianae T. III. p. 436. unde probabile fit, ductum eſſe ex membr. Vat. Sed in noſtro Apogr. ad hunc usque diem fruſtra quaeſivi.

P. 257. *Simonid.* Ep. LXXXVIII. 1. τοὺς emendavit *Salmaſ.* in marg. Ap. G. et R.

P. 259. *Simonid.* Ep. XCI. 1. ἔρμ' ἔχων eſt in marg. Ap. G. et R. his additis: „i. e. τὸ ἔρεισμα. τὸ ἔρυμα. Suid. καὶ τὸ ἔρμα τοῦ ὀχυρώματος." Ridicule haec vertuntur in Ap. Ruhnk.: „Periandri, qui olim praefectus munimentis Corinthi altis ea turribus inſtruxit."

P. 260. *Simonid.* Ep XCII. 1. Habet *Grotius* in Mantiſſa Quarta T. III. p. 428. qui v. 4. vertit: *Vallis ubi nivibus ſparſa Methuriador.* μεθουριάδος emend. *Salmaſ.* in marg. Ap. G. et R.

P. 261. *Simonid.* Ep. XCIV. 1. εὐ τὰν ἴδαμαι. *Jenſ.* qui εὖτ' ἂν emendavit. V. 2. οἱ ἔπαθες. *Jenſ.* tentat οἷς ἔπ. i. e. οἰκτείρω σε τούτοις ἃ (οἷς) ἔπαθες.

P. 262. *Simonid.* Ep. XCVI. 1. Margo Ap. Guy. pro αἰδὼς habet ᾄδης, quod quamvis ineptum, unice probatur *Pauwio.* Fatendum tamen, αἰδὼς non ſatis commodum videri. Exſpectabatur ἄρης, ſive potius ἀρετὴ, θυμὸς vel ſimile quid. Si tamen ſincera eſt membran. lectio, ſenſus eſſe debet, quem indicavimus in argumento, Cleodemum, generoſo pudore impeditum, quominus fugam capeſſeret, ſuperiori hoſtium numero ſuccubuiſſe. — V. 4. Δίφιλος margo Ap. Guy. ubi verba ſic ordinantur: τοῦ Κλεοδήμου πατρὸς υἱὸς Δίφιλος αἰχμητὴς τὸ ὄνομα κλεινὸν ἔθηκε. male. Cleodemus, Diphili filius, nobili illa pugna edita, etiam patris ſui nomen illuſtrávit.

P. 264. *Simonidis* Ep. C. 1. Vide, an in lect. Vat. Πρόμαχος lateat nomen Τιμόμαχος, quod proxime accedit. Frequenter enim literae ρ et μ confunduntur in Codd.

P. 265. l. 5. poſt *videbitur* adde: modo reſtitueris nomen proprium hominis, quod in vocibus γὰρ ἀνδρὸς latere videtur.

Ibid. *Simonid.* Ep. CIV. 5. στέρνοις ἐγκατέθεντο. Similes locutiones comparavit *Valckenar.* ad *Callim.* Eleg. p. 245. ſqq.

P. 267. *Simonid.* Ep. CV. 3. ἐθάφθη optime emendavit *Porſon.* ad *Euripid.* Phoen. 986.

P. 271. *Simonid.* Ep. CXII. 5. 6. *Fiorillo* in Not. ad *Herodis Att.* Inſcr. p. 70. recte emendavit: αὐτὰρ ὁ πεπταμένῃ μέγα τύμπανον ὡς σχέθε χειρὶ ille tympanum, uti manu gerebat, illud percuſſit. — νόμον forte fortuna in textum venit, ut apparet ex nota marginali Ap. Ruhnk.: „νόμον ſuſpectum eſt. Fortaſſe: μόνον. Sed legendum ῥέζομεν, ut habent membranae Salmas."

P. 273. *Timocreontis. Ilgen* in Scoliis nr. XLIV. p. 230. v. 1. emendavit ὤφελλεν σ', ὦ τ. ſ. rariorem dicendi uſum exemplis confirmans. Cf. *Hermann.* ad *Vigerium* p. 742. ſq. — V. 5. 6. ſic conſtituit:

κἀχέροντα· διὰ σε γὰρ πάν-
τ' εἰνὶ ἀνθρώποις κάκ' ἐστί.

vel omiſſo ἐστί, quod *Brunckius* de ſuo addidit: πάν-τ' εἰνὶ ἀνθρώποις κακά.

P. 276. *Aeſchyli* Ep. II. 4. βαθυχαιτήεις. Adde *Spanhem.* de Uſu et Pr. Num. Diſſ. VIII. p. 450. *Reimar.* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 1091. 74.

P. 277. *Pindari* Epigr. 2. Ad noſtram emendationem firmandam laudat *Lenzius* V. cl. verſum tabulae Iliacae: μάθε τάξιν Ὁμήρου, Ὄφρα δαεὶς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίης.

P. 280. *Bacchylidis* Fr. II. *Ilgen* in Scoliis nr. XLV. p. 235. in novem verſus diſpeſcuit. — V. 3. Si ſincerum eſt φρενί, verba ſic ordinari debent: ᾧ τὸ κέαρ μυρία ἀμφιπολεῖ φρενί. quod tamen duriuſculum. — μὲν γ' metri cauſa ſcripſit *Ilgen* qui mox, ſicut ego, ἀνία δάπτεται κέαρ emendavit. Sed in *Addendis* p. 276. novam correctionem propoſuit: ἄνοον ἰάπτεται κέαρ· quae an priori anteponenda ſit, aliorum judicium facio. ἀνία equidem veriſſimum puto; in reliquis autem ſyllabis πτεται fieri poſſit ut πτοεῖται lateat, quod de vehementioribus affectibus uſurpatur. Verum δάπτεται praeferendum videtur.

P. 283. *Bacchylidis* Fr. IX. 13. ὕμνοι φλέγονται. Cf. inprimis *Brunck.* ad *Aeſch.* Perſ. v. 393.

P. 285. *Bacchylidis* Fr. XI. *Ilgen* in Scol. nr. XLVI. p. 237. revocavit veterem priorum verſuum diſtinctionem:

γλυκεῖ’ ἀνάγκα σευομένα κυλίκων
θάλπῃσι θυμὸν Κύπριδος,
ἐλπὶς δ’ αἰθύσσει φρένας, —

hac interpretatione addita: ἀνάγκη eſt *tormentum: Lene tormentum, quod admovent calices, facit, ut animus incaleſcat amore, incalfacit e Venere.* Ad Κύπριδος intelligendum ἐκ vel ὑπό, ut κκλετο μὲν Ναννοῦς etc. vel potius θάλπεσθαι eſt per metonymiam pro θάλπεσθαι ἔρωτος vel ἔρωτι: *incalfacit animum Venere.* Hanc interpretationem et ego nunc admittere malim, quam violentiorem illam correctionem, quam in notis propoſui, defendere. — V. 9. μοναρχήσειν quomodo accipiendum ſit, ex *Platonis* loco, quem laudavi, ſponte apparet, nec neceſſarium puto, cum *Ilgenio* μοναρχεῖν ſcribi. — V. 10. *Ilgen* comparat Od. Δ. 71. ſqq. — V. 16. Scr. ὡς πίνοντος pro ὡς π.

P. 286. lin. ult. poſt *docet* adde: Cf. *Rittershuſ.* ad *Oppian.* III. Halieut. 360.

P. 287. *Bacchylidis* Ep. XIII. 2. οὔτε χρυσός. Hunc locum ante oculos habuiſſe videtur *Teles* de Virtutibus et Officiis ap. *Stobae.* Flor. XCI. p. 509. 38. οὐ γὰρ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατεσκευασμέναι κλίναι καὶ πορφυροῖ τάπητες, οὐδὲ ὑπόβαθρα καὶ παστάδες ὕπνους ποιοῦσι. quae ſimilia ſunt Horatianis III. Od. 1. 20. *non avium citharaeque cantus Somnum reducent.* — *Ilgen* poſuit hoc quoque fragmentum inter Scolia nr. XLVII. p. 245. et verba in ſeptem verſus trochaicos dimetros diverſae longitudinis diſpeſcuit.

P. 288. *Bacchylidis* Fr. XVII. Locus *Cyrilli* eſt L. I. p. 7. B. ἀληθὲς μὲν γάρ, ὅτι κατὰ τὸ τισὶ παρῳδούμενον, σοφὸς ἄλλος ἐπ’ ἄλλου.

P. 289. *Bacchylidis* Fr. XIX. De Νίκῃ Pallantis filia vide *Daviſium* ad Cicer. de Nat. Deor. III. 23. *Boettiger* de Victoria in der A. L. Z. 1803. T. III. p. 111. ſqq.

P. 291. De Scoliis diſputavit *Adrian. Junius* in Animadvſſ. L. III. 7. in Theſ. crit. IV. p. 387. ſqq. ubi quaedam ab *Athenaeo* ſervata Scolia laudantur et explicantur. Omnia graecae antiquitatis Scolia, Lyricis nonnullis admixtis, quae huic carminum generi adnumerari non debebant, in unum corpus collegit et docte illuſtravit, praemiſſa copioſa de Scoliis Diſſertatione, *Carol. Dav. Ilgen.* Jenae 1798. 8. — P. 292. *Scolion* I. *Ilgen* nr. XXX. p. 134. v. 3. λαλέει. v. 4. καρδίῃ metri cauſa ſcripſit. V. 1. et 3. conſtat penthemimeri jambica et hephthemimeri dactylica. v. 2. eſt anapaeſticus dimeter. v. 4. poſt *Ilgenii* emendationem anapaeſticus logaoedicus. Comparat idem in Addend. p. 267. *Homer.* Ιλ. ι. 312. ſq. — *Scolion* II. *Ilgen* nr. XXIX. p. 133. Hoc Scolion reſpicit *Stobae.* Flor. T. CVI. p. 170. 20. Πιττακὸς συνετῶν μὲν ἀνδρῶν εἶπεν ἔργον ἵνα μὴ γένηται (legendum videtur ἵνα μή τι γένηται) κωλῦσαι, ἀνδρείων δὲ γενόμενα φέρειν ἐγκρατῶς. — V. 2. *Ilgen* προνοῆσθ' ὅπως, numerorum cauſa, qui ſunt Ionici a majori. — *Scolion* III. *Ilgen* nr. XXVIII. p. 130. ſic verba diſpeſcuit: Ἀστοῖσιν – πόλει || αἶκε – χάριν || αὐθάδης – βλαβερὰν || Ἐξ ἄταν. Numeri ſunt Ionici a majori, intermixtis trochaicis. — *Scolion* IV. *Ilgen* nr. VIII. p. 31. V. 1. triſyllabum deeſſe initio verſus ſuſpicatus eram, ut verſus evaderet Alcaicus. In eadem haereſi fuit V. D. in libro menſtruo *Monthly Review.* 1798. January. p. 10. qui ἄγκυλον ſupplet. Idem v. 3. tentat ἐπεὶ δ' ἂν ἔμπορος γένηται. inepte! et v. 2. δύναιτ' ἄν. At meae conjecturae aſſenſum denegavit cl. *Ilgen* et poſt eum *Raphaël Fiorillo* ad *Herod. Attic.* p. 118 ſq. et iterum in Obſſ. ad *Athenae.* p. 117. Hic etiam v. 3 in eandem cum docto Britanno conjecturam incidit. Senſum *Ilgenius* ſic explicuit: E terra oportet nautam de navigatione videre, an poſſit per temporis opportunitatem (εἰ δύναιτο) et ſcientiam rei nauticae habeat (καὶ παλάμην ἔχοι); in mari

deprehenſus tempeſtate, quaecunque eſt, cogitur curſum continuare. — *Scolion* V. *Ilgen* nr. VI. p. 23. — *Scol.* VI. *Ilgen* nr. XXIV. p. 98. V. 1. προδωσέταιρον a futuro προδώσω derivandum. — V. 4. Ex ἦσαν *Athenaei* fecit ἔσαν, ut hic verſus ſimilis fieret ultimo verſui eorum Scoliorum, in quibus idem ſyſtema regnat. — *Scolion* VII. *Ilgen* nr. X. XI. XII. XIII. p. 47. ſqq. Hoc carmen in duo dividendum eſſe monuit *Caſaubonus*, qui verbis φίλταθ' Ἁρμόδιε novi Scolii initium fieri ſtatuebat; *Ilgen* autem quatuor Scolia perperam in unum contracta eſſe. Omnia enim Scolia μονόστροφα eſſe; et quae hujus Scolii haberentur ſtrophae, tertiam et quartam, eas eſſe imitationes primi Scolii vel, quae putaretur, ſtrophes primae. — V. 2. καὶ Ἀρ. *Athen.* quod verſum jugulat. — V. 7. ἵνα περ ποδώκη' Ἀχιλέα Τυδείδην τε ἐσθλὸν Διομήδεα *Ilgen* emendavit. Neſcio, quid alii ſentiant. At mihi *Lowthii* emendatio, quam *Brunckius* exhibuit, lenior eſſe videtur et elegantior. — V. 4. Ἁρμόδιος ſcripſit *Ilgen*, quia breves vocales in trochaïcis numeris propter caeſuram non producuntur. Eſt nominativus attice pro vocativo. Conſtantiae cauſa etiam Ἀριστογείτων retinuit. — *Scol.* VIII. *Ilgen* nr. IV. p. 10. qui acute monuit, hoc Scolion ex *Pindari* carmine expreſſum eſſe imitatione. „*Pindarus* dixit ὦ Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων, laudante *Schol. Pindari* Pyth. III. 139. auctor Scolii ἰὼ Πὰν Ἀρκαδίας μεδὼν κλεεννᾶς. *Pindarus* ματρὸς μεγάλας ὀπαδὲ (erat nimirum Pan πάρεδρος Rheae, magnae matris divum); ſcriptor Scolii βρομίαις ὀπαδὲ νύμφαις. *Pindarus*, teſte *Ariſtide* T. I. p. 29. vocarat eum χορευτὴν, dederatque Baccho comitem; auctor Scolii vocat eum ὀρχηστάν." V. 1. idem V. D. retinuit ἰώ, μονοσυλλάβως pronuntiandum, et μεδὼν ſcripſit. — V. 4. γελάσαις, ἰὼ Πάν, ἐπ' ἐμαῖς E. in reliquis cum *Hermanno* conſpirat. In Addendis p. 256. opportune comparat *Ariſt.* Theſm. v. 977. Ἑρμῆν τε Νόμιον ἄντομαι, Καὶ Πᾶνα καὶ Νύμφας φί-

λαις, Ἐπιγελάσαι προθύμως Ταῖς ἡμετέραις χαρέντα χορείαις. At haec non ſatis placuerunt *Raphaeli Fiorillo*, qui in Obſſ. ad Athen. p. 114. poſteriorem Scolii partem ſic emendari poſſe putavit:

> βρομίαις ὀπαδὲ Νύμφαις
> γλαεἰαις· Ἰὼ Πάν, ἐπ' ἐμαῖς
> Εὐφροσύναις ἄειδε
> κεχαρημένος.

γλαείαις, vocabulum aliunde non cognitum, ipſe emendationis auctor derivat a verbo γλάζειν, *clamare*, et pro ſynonymo τοῦ βρόμιος habet. At hoc ipſum parum probabile, poëtam duo epitheta ejusdem ſignificationis cum uno ſubſtantivo junxiſſe. Et verbum γλάειος, novum ſane et inauditum, quem fidejuſſorem inveniet? — V. 8-11. qui peculiare Scolion conſtituunt, *Ilgen* exhibuit nr. 5. p. 21. et ſic explicuit: „Eſt carmen ἐπινίκιον poëtae, cui in Panathenaicis ludis victoria obtigerat. — Pandroſus, filia Cecropis, quum una cum reliquis ſororibus ciſtam, qua Erichthonius incluſus erat, a Minerva acceperat, addito mandato, ne curioſe inſpicerent, ſola dictis paruit, fidemque praeſtitit; haec igitur templo digna eſt habita, reliquae, quae aperuerant, in furorem actae ſunt. Templum ejus proximum erat templo Minervae, atque adeo cum eo cohaerebat. vid. *Pauſan.* I. 21. p. 64. Hinc intelligitur, cur dicat poëta: νίκην ἔδοσαν οἱ θεοὶ φέροντες παρὰ Πανδρόσου, ὡς φίλην Ἀθηνᾶν." — *Scolion* IX. *Ilgen* nr. I. p. 1. *Guil. Jones* in Comment. Poëſ. Aſiat. (Works. T. II. p. 555.) hoc Scolion et tria alia, nempe nr. X. XI. et nr. VIII. in Pana, pro totidem ſtrophis unius ejusdemque Hymni habet, in Minervam ac Jovem, Cererem et Proſerpinam, Apollinem et Pana decantati; eamque ſententiam probari putat metri in ſingulis ſtrophis continua-

tione. — *Scol.* X. *Ilgen* nr. II. p. 4. V. 1. Πλ. μῆτερ, Ὀλυμπία, σ' ἀείδω, in reliquis cum *Hermanno* conſpirans. Cererem Ὀλυμπίαν dictam eſſe ſuſpicatur discriminis cauſa; nam ap. Lacedaemonios et Hermionenſes Δημήτηρ χθονία colebatur. — Ad noſtram correctionem Δήμητρα στεφανηφόροις (ſic corrige) σὺν Ὥραις facit etiam *Orpheus* Hymn. XXVIII. 9. ubi Proſerpina dicitur Ὡρῶν συμπαίκτειρα ex certiſſima emendatione *Heringae* in Obſſ. crit. p. 87. quod monuit *Ilgen* in Addend. p. 254. — *Scolion* XI. *Ilgen* nr. III. p. 7. qui v. 2. Ἀπόλλω emendavit, ſimul fontem hujus Scolii indicans Hymn. Homer. in Apoll. Del. 14 – 18. χαῖρε, μάκαιρ' ὦ Λητοῖ, ἐπεὶ τέκες ἀγλαὰ τέκνα, Ἀπόλλωνά τ' ἄνακτα καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν, Κεκλιμένη πρὸς μακρὸν ὄρος καὶ Κύνθιον ὄχθον. — *Scolion* XII. *Ilgen* in duo diviſit nr. XV. et XVI. a verbis Τὸν Τελαμῶνα alterius initium faciens, quod pro imitatione prioris habet. Ea autem ſic conſtituit:

Παῖ Τελαμῶνος, Αἶαν,
αἰχμητά, λέγουσί σ' ἐς Τροίαν ἄριστον
ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα.

* *

Τὸν Τελαμῶνα πρῶτον,
Αἴαντα δὲ δεύτερον Τροίαν λέγουσιν
ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα.

Aliam viam inſtitit *R. Fiorillo* in Obſſ. ad Athen. p. 116. qui lectiones *Athenaei* preſſe ſequitur, Τροίαν tantum et v. 6. λέγοιεν, ſcribens; ceterum totum Scolion in octo verſus dactylicos et anapaeſticos logaoedicos diſtribuit. — *Scolion* XIII. *Ilgen* nr. XIV. p. 73. — *Scolion* XIV. *Ilgen* nr. IX. p. 36. ex *Canteri* (Nov. Lect. IX. 1.) lectt. ſic conſtituit:

Ὁ καρκίνος ὧδ' ἔφη
χαλᾷ τὸν ὄφιν λαβών·
εὐθὺν τὸν ἕταρον ἦμεν,
καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν.

qui ſunt verſus ionici a majori dimetri catalectici. Sententiam eſſe putat eandem, quam exponit *Cato* I. Diſt. 30. *Quae culpare ſoles, ea ne tu feceris ipſe. Turpe eſt doctori, quum culpa redarguit ipſum.* Cancer ridiculus et impudens reprehenſor eſt; forfice arripit ſerpentem, cum quo amicitiam colit, monetque, non decere ſodalem tortuoſam perſequi viam, ſed recta incedendum eſſe; non meminit, ſe graviori laborare vitio, et retrogradum incedere; unde illud ap. *Ariſt.* in Pac. 1083. οὔ ποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν. — *Scolion* XV. *Ilgen* nr. XXI. p. 88. — *Scolion* XVI. *Ilgen* nr. XXV. p. 101. — *Scolion* XVII. *Ilgen* nr. XXIII. v. 1. ἔγχει corr. verba ſic diſtribuens: Ε. κ. διάκονε || Μ ἐπιλήθου || εἰ δὴ χ. τ. α. || α. ο. Idem hoc Scolion antiquitus elegiacis numeris ſcriptum eſſe ſuſpicatur, fortaſſe ſic:

ἔγχει κώθωνι, διάκονε, παῖ, οὐκ ἐπιλήθου,
εἰ δὴ χρὴ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οἰνοχοεῖν.

ſive ſic:

ἔγχει κώθωνι, διάκονεεν, μηδ' ἐπιλήθου – –

— *Scolion* XVIII. *Ilgen* nr. XIX. p. 86. — *Scolion* XIX. p. 82. *Ilgen* nr. XVII. p. 82. etiam hoc in duo diſpeſcuit, alterius initium faciens a verbis εἶθ' ἄπυρον. V. 1. 2. 3. ſic plane conſtituit, ut *Brunckius*; reliquos, ex imitatione priorum, ut exiſtimat, natos, illis ſimiles reddidit, v. 4. et 5. in unum conjungens. Idem in Addend. p. 263. χρύσεον fortaſſe legendum eſſe ſuſpicatur, ut ἄπυρον ſit vas feſti aliqua

ſolemnitate a femina geſtatum. Hac ratione enim geſtationem hujus ἀπύρου majorem ſimilitudinem habere cum lyrae geſtatione. — *Scolion* XX. *Ilgen* nr. XXI. p. 91. — *Scolion* XXI. *Ilgen* nr. XXII. p. 93. v. 1. τωὐτόν. — P. 307. lin. 10. in *Alciphronis* loco lege potius cum *Berglero*: κἂν ἑνὸς εἶναι δοκῇ. — *Scolion* XXII. *Ilgen* nr. XXVI. p. 102. verſus paulo aliter diſtribuit ac *Hermannus*, verſum primum ἔστι μοι πλ. μέγας, δ. κ. ξ. καὶ τ. κ. λ. π. χρωτὸς efficiens Ionicum a maj. hexametrum acatalecticum; λαισήϊον eſſe τρισυλλάβως pronuntiandum; huic ſimilem effecit v. 5. τοὶ δὲ μὴ τ. ε. δ. κ. ξ. καὶ τὸ κ. λ. πρόβλημα χρωτός. quae eſt *Athenaei* lectio. In vſſ., qui his interpoſiti ſunt, cum *Hermanno* conſpirat, niſi quod ἀμπέλων ſervavit. — In v. penult. *Ilgen* emendavit γονυπεπτηότες ἔμ᾽ ὂν κυνέοντι Δ. *me, qui ſum dominus eorum, venerantur oſculo.* et v. ult. καὶ μέγαν βασιλῆα φ. Vult miles, eos, qui arma non ferrent, meticuloſe ipſum tanquam Perſarum regem venerari, genubusque flexis, benevolentiae aucupandae gratia, dicere magnum regem. Idem V. D. olim emèndaverat: πάντες γόνυ πεπτηότες ἐμὸν κυνέοντι, Δεσπόταν καὶ μέγαν βασιλέα φωνέοντες. — P. 307. lin. penult. Adde poſt ἀρῶ haec: πρόβλημα ſimiliter dixit *Ariſtoph.* in Veſp. 613. τάδε κέκτημαι πρόβλημα κακῶν, σκευὴν βελέων ἀλεωρήν. *Euripid.* Suppl. 208. πρὸς δὲ τοῖσι χείματος Προβλήματα. In his tamen genitivus appoſitus rerum, contra quas defenſio paratur, cum apud *Hybriam* genitivus rem defendendam indicet. Cf. *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 291. — *Fiorillo* in Obſſ. in Athen. p. 118. totum carmen in duas ſtrophas deſcripſit, nonnullis reciſis, aliis immutatis, ſic:

Ἔστι ἐμοὶ πλοῦτος μέγας δόρυ καὶ ξίφος,
καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός,
τούτῳ γὰρ ἀρῶ,
τούτῳ πατέω

τὸν ἁδὺν οἶνον ἀπ' ἀμπέλων,
τούτῳ δεσπότας μνοίας κέκλημαι.

Τοὶ δὲ μὴ τολμῶντες ἔχειν δόρυ καὶ ξίφος,
καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός,
πάντες γονυ-
πεπτηότες
ἐμὲ κυνέοντι δεσπόταν
καὶ μέγαν βασιλέα φωνέοντι.

— *Scolion* XXIII. *Ilgen* nr. XXVII. p. 120. nihil a *Brunckio* diſcrepans.

P. 311. *Aſtydamantis* Epigr. v. 4. προσέχουσ' habet *Apoſtolius*. qui hoc Ep. laudat Proverb. Cent. XVII. 29. p. 212. *Bentlejus* in Emend. in Menandri Fr. p. 135. corrigit: νῦν δὲ χρόνῳ προέχουσ', ὦ φθόνος οὐχ ἕπεται.

P. 312. lin. 23. Lege περιεπτύξατο πήχει, pro πτέρθῳ, quod calami errore ſcriptum. In αἰθέρος arboris nomen, cui vitis applicatur, latere, non dubito. δένδρεα longius abeſt.

P. 315. *Ionis* fr. II. 5. Scribe Ἡρακλεῖ, quo verſus evadit concinnior. Eandem ob cauſam lege ap. *Callim.* H. in Apoll. 40. ἀλλ' αὐτὴν πανάκειαν, ἐν ἄστεϊ δ' ᾧ κεν ἐκεῖναι, pro ἄστει. et in Ep. *Archiae* XXIV: 9. Ἡρακλεῖ.

Ibid. *Ionis* fr. III. 1. σῶς ὁ μὲν emendabat doctiſſimus *Lenz* pro ὡς ὁ μέν. Cf. *Schaefer* V. D. ad *Longi* Paſt. p. 346. ſq.

P. 317. *Empedoclis* Ep. I. De Acrone medico videndus *Fabricius* Bibl. Gr. T. XIII. p. 32.

P. 320. *Eveni* Ep. II. Similia congeſſit *Rittershuſ.* ad *Oppian.* II. Halieut. 53.

P. 325. lin. 7. dele verba *pro zona – utuntur.* μίτραι ſunt muliebria capitis ornamenta. Cf. *Graevius* in Lectt. Heſiodeis c. XXIII. Ariadne ap. *Catull.* LXIV. 62. *Non flavo retinens ſubtilem vertice mitram – Non tereti ſtrophio luctantes vincta papillas.* Bacchus, ut in

reliquis muliebri veſtitu ornatus, mitrâ quoque redimitus repraeſentabatur. v. *Lucian.* T. VII. p. 304. ubi etiam p. 305. θηλύμιτρις vocatur.

P. 327. *Eveni* Ep. XV. Aptiſſime *Mitſcherlich* hoc Epigr. contulit ad *Horat.* III. Carm. XXI. 1 – 4. T. II. p. 208. ſq.

P. 328. *Eveni* Ep. XVI. 3. 4. aut ex alio Epigrammate huc traductos, aut diverſam praecedentium lectionem eſſe, ſuſpicatur *Corn. de Pauw*, qui v. 2. tentat σοφίης στέμματα aut λήμματα. At ſi verum video, vitium non eſt in κλέμματα, ſed in proximo verbo. Fortaſſe fuit:

ἀεὶ σοφίης κλέμματα δερκομένη.

*ſemper furtis ex literis et libris faciendis intenta.* Sic dicunt ἰδεῖν, βλέπειν κέρδος, et ſimilia. — V. 4. *Pauw* ſic interpretatur: τὴν φθονερὴν εἰκόνα πλαττομένη. pro τὴν φθόνου εἰκόνα. ſcil. blatta libros exedens, eo ipſo *invidiae imaginem erigit*; ſinguli enim morſus vel foramina potius oſtendunt, illam chartae et libris ſalutem et vitam invidere. Idem in ultimo diſticho nihil mutandum eſſe contendit praeter ἐπεισαγάγῃς, vertitque: „A Muſis procul ſis, longe abeas, neque, quàmdiu vivas, in calculo malevolam ſententiam exprimas. ψήφῳ hic elegantiſſimam habet emphaſin, nam et libros denotat, et calculum, quo olim ſententia lata in judiciis; patet ex voce δόξαν et ἐπεισαγάγῃς.“ — In hac explicatione inepta ſunt verba ὅσον ὄψει, quod *Pauw* pro ὄψῃ accipiebat. Num fuit: ὅσον ὀψέ? *nec tantum ſero* i. e. *et ne ſero quidem.* Reliqua fortaſſe ſic fuerunt concepta:

βάσκανον ἐν ψήφοις δόξαν ἐμαῖς ἀγάγῃς.

Quum libri inutiles et oblivioni tradendi tineis et blattis concedi dicantur, poëta, qui ſua opera in hominum

manibus verſari cupit, optat, ut tinea nunquam ea invadat et quaſi judicium de iis ferat. — — In *tineam* eſt Aenigma *Sympoſiani* XVI. *Litera me pavit, nec, quid ſit litera, novi. In libris vixi, nec ſum ſtudioſior inde. Exedi Muſas, nec adhuc tamen ipſa profeci.*

P. 334. in *Philiſci* Epigrammate v. I. emendationem a me propoſitam nunc improbo, quippe qua hexametri bucolici elegantia perit. Hoc Epigramma, quo *Philiſcus* hymnum in Lyſiae honorem polliceri exiſtimatur, mihi nunc *orationem* potius *funebrem* promittere videtur. Tale quid Philiſco, oratori, convenit; nec ὕμνος de oratione panegyrica abſonum foret. At incerta eſt hujus vocis lectio, et fortaſſe cum αἶνον commutanda. Jam ſi de oratione agitur, Καλλιόπης θυγάτηρ eloquentia fuerit, quae magnorum hominum laudes pedeſtri oratione celebrat, ut mater Calliope verſibus et numeris. Hoc ſi mihi concedatur, totum hoc Epigramma ſic conſtituendum eſſe credam:

Καλλιόπης θυγάτηρ, πολυήγορε Φρόντι, διδάξεις,
  εἴτι φρονεῖς, σοφίης καί τι περισσὸν ἔχεις.
τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντι καὶ ἄλλοις
  ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον,
δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λυσίᾳ αἶνον,
  ζῶντι κατὰ φθιμένων, καὶ στέφος ἀθάνατον·
ὅς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δείξει φιλέταιρον ἅπασι
  καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.

V. I. Φρόντις eſt ſtudium et cura,. quam orator operi elaborando impendit; h. l. pro ipſa *eloquentia* accipiendum eſt. Jam minime ineptus eſt luſus in verbis Φρόντις et εἴτι φρονεῖς: *jam docebis, an nomine tuo digna ſis.* — V. 3. Verba ἐς ἄλλο σχῆμα ducta fortaſſe ex *Euripid.* Medea v. 1039. εἰς ἄλλο σχῆμ' ἀποστάντες βίου. — V. 5. Id quod repoſui, ΛΥΣΙΑΙ ΑΙΝΟΝ, proxime abeſt a vulgata

ΛΥΣΙΔΑΙΜΝΟΝ. Quod ſi cui tamen *ὕμνον* magis arriſerit, etiam hoc cum noſtra interpretatione conciliari poteſt. — V. 6. *ζῶντι κατὰ φθιμένων* *Wyttenbachio* debeo, de cujus emendationibus ſtatim dicam Junge: *ἀρετῆς κήρυκα καὶ στέφος ἀθάνατον.* Poſteriora haec jam olim illuſtravi in Notis. — Paulo diverſa ratione hoc carmen emendavit Vir acutiſſimus *Wyttenbach.* in not. ad *Plutarchum* Tom. IV. p. 356 ubi haec poſuit: „Equidem non in Lyſiam, ſed Lyſidem Pythagoreum, ſcriptum arbitror. Ceterum ita conſtituendum videtur:

> Εἰ δ' ἄγε, Καλλιόπης θύγατερ, πολυηγόρε Φρόντι,
> δείξεις εἴ τι φρονεῖς καί τι περισσὸν ἔχεις.
> τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντι καὶ ἄλλοις
> ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον,
> δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λύσιδι ὕμνον,
> ζῶντι κατὰ φθιμένων καὶ σοφῷ, ἀθάνατον,
> ὅς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δείξαι (δείξει) φιλέταιρον ἄπαυστον,
> καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν."

Poſtremi diſtichi emendationem neceſſariam non puto. At in reliquis ſi qui elegantiſſimas eruditiſſimi viri lectiones meis conjecturis praetulerint, non intercedam equidem, nec me a tanto viro ſuperari aegre feram.

P. 337. *Platonis* Ep. I. 1. *εἰςάθρει*, vulgo. Emendavit *Joſ. Scaliger.*

P. 349. *Platonis* Ep. XIII. 3. 4. *Gregorius Nazianz.* Ep. XXVIII. in *Muratorii* Anecd. p. 27. *αὖραί τοι μαλακὸν συρίγμασι κῶμα φέρουσαι Καὶ κῆποι Χαρίτων εἰς ἓν ἀγειρομένων.*

P. 351. *Platonis* Ep. XVII. 3. 4. Haec facile crediderim obverſata eſſe *Heliodoro* in Aethiop. L. V. 14. p. 33. ed. Bip. ubi, deſcriptâ gemmâ, cui grex ovium inſculptus, *ὅσοι δὲ αὐτῶν*, addit, *πρωτόγονοι καὶ*

θρασύτεροι καὶ ὑπερβάλλεσθαι βουλομένοις τὸν κύκλον ἐῴκεσαν, εἰργομένοις δὲ ὑπὸ τῆς τέχνης ὥσπερεὶ μάνδραν χρυσῆν τὴν σφενδόνην αὐτοῖς τε καὶ τῇ πέτρᾳ περιβαλλούσης.

P. 353. *Platonis* Ep. XXI. Expreſſiſſe hoc *Virgilium* Aen. VIII. 587. de Pallante: *qualis ubi Oceani perfuſus Lucifer unda, Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes, Extulit os ſacrum coelo, tenebrasque reſolvit*; exiſtimat *Gorius* in Inſcr. T. II. p. 31.

P. 355. *Platonis* Ep. XXVI. 1 — 4. Diſtinctione juvandus locus, non emendatione. Scribendum eſt ſcilicet:

ναυηγόν με δέδορκας· ὃν οἰκτείρασα θάλασσα
γυμνῶσαι πυμάτου φάρεος ᾐδέσατο,
ἄνθρωπος παλάμῃσιν ἀταρβήτοις ἀπέδυσε.

verbis ſic junctis: ἐμέ, ὃν θάλασσα ᾐδέσατο γυμνῶσαι, ἀπέδυσε ἄνθρωπος. Sic omnia optime procedunt et apparet antitheſis, quae in vulgata diſtinctione deſiderabatur.

P. 356. *Platonis* Ep. XXVIII. ἄρμενος ἦν ξείνοισι. *Plutarch.* T. II. p. 773. C. ἦν δὲ χρηστὸς ὁ Σκέδασος καὶ τοῖς ξένοις ἐπιτήδειος. — Quae ſequuntur, φίλος ἀστοῖς, manifeſto reſpiciunt locum *Pindari* in Nem. VIII. 64. ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν καὶ χθονὶ γυῖα καλύψαιμι. — P. 358. Ep. XXX. 4. *Bion.* fr. IV. ταὶ Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα τὸν ἄγριον οὐ φοβέονται.

P. 362. *Ariſtotelis Hymnus in Virtutem.* Praeter eos, quos in Notis laudavi, eum edidit et illuſtravit cl. *Ilgen* inter Scolia nr. XXXI. p. 137. qui v. 1 — 5. ſequitur V. D. ap. *Hurd.*, cujus emendationes nos ſub textu notavimus. — V. 6. *Ilgen* τοῖον ἐπὶ φρένα βάλλεις Καρπὸν σοῖ' ἀθάνατον, talem tuum fructum animo objicis, repraeſentas, qui majorem poteſtatem in animum exerceat, quam aurum, parentes et ſomnus. Aurum

vim habet animos alliciendi; parentum amor ac deſiderium multos a nobilibus auſis abſtrahit; ſomnus et vitae mollities multum ſuavitatis ſpondet; ſed horum omnium vires, quae ſunt maximae, non poſſunt cum vi virtutis comparari, ſi quem ſui haec alumnum elegerit. — At ſi hunc ſenſum efficere voluit poëta, γονέων cum reliquis non bene coïre apparet. — Mox idem V. D. κρέσσονα adoptavit et μαλακαυγήτοιο, quod vocabulum ab αὐγή, αὐγάζεσθαι derivat, ut ſit, *qui molliter tuetur, qui viſu res contuetur molli ac languido.* — Ad v. 12. praeter ea *Horatii* loca, quae jam attuli, laudandus erat inprimis III. Carm. 3. 9. ubi cum virtutis vim laudavit poëta, *Hac arte*, ait, *Pollux et vagus Hercules Eniſus arces attigit igneas.* ubi cl. *Mitſcherl.* noſtrum locum aliosque ſimiles comparavit. — P. 365. lin. 7. falſa ſunt, quae de metris dixeram, monente *Ilgenio.* Verſ. ἔργοις σὰν ἀγορεύοντες eſt antiſpaſticus dimeter; alter δύναμιν σοῖς δὲ πόθοις Ἀχιλλεὺς eſt logaoedicus cum baſi anapaeſtica. — V. 18. καὶ ὁ Ἀταρνέος ε. *Ilgen.* — Ead. pag. lin. 7. a fine lege *decaſyllabus* pro *hendecaſyllabus.* — V. 19. „Exquiſitius dictum eſt ἠελίου χήρωσεν αὐγὰς *ſolis viduavit lumen* pro *mortuus eſt*, quam ἠελίου χ. αὐγᾶς *ſolis luce orbus factus eſt.* quanquam ap. *Plutarch.* Ἐρωτ. p. 764. χηρόω intransitive legitur. Maittairio placuit legere χήρευσεν. *Homer.* Od. ι. 124. ἀνδρῶν χηρεύει νῆσος. Sed verum eſt χήρωσεν αὐγάς. *Homer.* Ιλ. ε. 642. ἐχήρωσεν ἀγυιὰς i. e. ἐρήμους ἀνθρώπων ἐποίησε. Sic declaratur deſiderium, quod Sol ſentiat, quum Hermias non amplius in conſpectum ejus veniat.“ Haec cl. *Ilgen.* — V. 20. 21. idem ἀοίδιμον et αὐξήσουσι recepit, deleto Μοῦσαι; item v. 23. αὔξουσαι delevit. — Iis locis, quae p. 366. de Hermia tyranno collegi, adde *Himerium* Orat. VI. 6. p. 506. ubi plura de familiaritate inter tyrannum et Ariſtotelem commemorantur, interque ea etiam hoc: πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα τῶν ἐπ' αὐτῷ πόθων Ἀριστοτέλης

ἐπεδείξατο, ὡς ἔστιν ἀκούειν γνωρίσματα· καὶ γὰρ ἰδίως αὐτὸν ἐξήσκησε, καὶ ἀρετὴν ἐξεπαίδευσε. καὶ ἐλεγείῳ τὸν θάλαμον μόνῳ τῶν γνωρίμων ἐκόσμησεν. ad quem locum *Hernsdorfius*, Hermiam nuptias nunquam celebraſſe, non ſatis caute pronuntiat. *Ilgen*, eum ſpadonem fuiſſe, veriſimile eſſe negat propter ea, quae de filia et concubina traduntur. At illum revera mutilum fuiſſe et ſemivirum, non dubitavit *Lucianus*, apud quem Eunuchus quidam, philoſophiam publice profeſſurus, Hermiae exemplum citat, quem, Eunuchum licet, Ariſtoteles mirum in modum coluerit. Vide T. V. p. 211. ed. Bip.

P. 368. *Ariſtotelis* Peplum ordinem heroum in Catalogo Navium Homerico ſequi, acute monuit cl. *Lenz.* in Bibl. Artium, quae Lipſiae prodit, T. LXIV. p. 193. Idem ſuſpicatur, poſt nr. 3. excidiſſe Epigr. in Schedium et Epiſtrophum, Phocenſes. Poſt nr. 9. idem collocat diſtichon in Diomedis matrem, quod a *Tzetza* ſervatum, edidi ad Ejus Homerica. v. 113. — Epigr. nr. 6. propter ſtili diverſitatem aliunde in Peplum veniſſe cenſet *Lenzius*, qui etiam nr. 16. 2. Παφίων recte emendavit pro Ταφίων. Agapenor poſt Trojam everſam Paphum in Cypro condidit. In eandem emendationem, quod ſero vidi, inciderat *Vindingius* in Hellade. Vide *Gronov.* Theſ. Ant. Gr. T. XI. p. 63. E. — Nr. 20. *Slotbower* in Tirocin. crit. quod prodiit Leovardiae 1792. nomen viri deſiderans p. 36. corrigit: Λαρτιάδην πολυμ. cujus emendationis, ut et aliarum, indicium *Schneidero* debeo, Viro cl. — Nr. 27. Prioris verſus numeros, qui vehementer elumbes ſunt, nonnihil emendaveris ſcribendo:

Φείδιππον Τροίην πέρσαντα καὶ Ἄντιφον ἥρω.

ſed non tanti eſt. De v. 2. disputat *Lenzius* l. c. p. 195. Phidippus et Antiphus Coi erant; quomodo fit,

ut h. l. in *patria Ephyra* ſepulti dicantur? Suſpicatur V. D. quem modo laudavi, traditionem fuiſſe de Theſſalo, Ephyrae in Theſſalia conditore; in quam urbem filiorum ejus cineres relati fuerint. Res obſcura. — N. 31. *Slothower* l. c. p. 35. proponit: Ποδάρκην, ὄζον Ἄρηος, ex Ιλ. β. 211. — N. 35. idem p. 36. emendavit Ὀρμενίῳ, ut nos quoque ſcripſimus.

P. 375. De *Choerili* Epigrammate vide inprimis *Olivetum* ad calcem notarum in Cicer. Qu. Tuſc. (*Rémarques ſur les Tuſcul. de Ciceron*) T. III. p. 372. ſqq. — Locus *Suidae*, quem excitavi p. 376. lin. 17., ductus eſt ex *Arriani* Exp. Alex. II. 5. 5. — V. 5. λέλειπται. Sic *Theocrit.* Eid. XVI. 42. ἄμναστοι δὲ, τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες, Δειλοῖς ἐν νεκύεσσι μακροὺς αἰῶνας ἔκειντο. Attigit hunc locum *D. Heraldus* ad *Martialem* L. IX. p. 184.

P. 378. *Cratetis* Ep. I. inter Scolia retulit *Ilgen* p. 246. nr. XLVIII. — Item Fr. III. nr. XLIX. p. 248. ubi cl. Editor λεπτὸν ſe malle ait pro καπνόν. Illud eſt monetae genus minutiſſimum, τοῦ χαλκοῦ pars ſeptima. — P. 383. lin. 5. poſt *gibbere* adde: *Julian.* Orat. VI. p. 201. B. ὁ Κράτης εἰς τὸ σῶμα βλαβεὶς ἔσκωπτεν ἑαυτὸν τὴν χωλότητα τοῦ σκέλους καὶ τὸ κυρτὸν τῶν ὤμων.

P. 387. *Philetae* Epigr. I. 1. ἔτι eſt in marg. Ap. G. et R. — V. 5. 6. *Brunckius* dedit ex emendatione *Salmaſii*, qui τῶν σχημάτων τῶν ἀφροδισίων πίνακας intelligebat; quod reliquis parum convenit. Unde enim tabulae pictae inter veſtimenta et ornamenta muliebria? Nunc etiam inſtrumenta intelligi puto, libidini exſtinguendae adhibita; at conjecturam a me olim propoſitam, nec tum valde probabam, et nunc prorſus repudio. Satis erat dixiſſe ἅ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας, nullo ſubſtantivo addito. Vide, an ſcribendum ſit:

ἅ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας·
ἀλλ' ἴδ' ὁμῆ πάσης Κύπριδος ὀπτασίην.

Aliam propoſuit emendationem doctiſſ. *Lenzius*:

ἅ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας,
οὔτ' ἐξορητά, πάσης Κύπριδος ὀπτασίην.

Loquitur de his rebus, velut ad arcana nec viris adeunda ſacra pertinentibus. Cf. *Hymn.* in Cerer. v. 477. ex emend. *Ilgenii*.

P. 388. Fr. III. 2. Emendationem ſuam τὸ μένος *Valckenarius* repetivit ad *Callimach.* Eleg. p. 268. at veriſſima eſt vulgata lectio ἀνέμων τέμενος, quam jam olim, poſt *Heinrichium* V. cl., tueri conati ſumus. Rem extra dubium ponit uſus ſynonymorum ἄλσος et ἀλωὴ ap. *Aeſchyl.*, qui πόντιον ἄλσος habet in Perſ. v. 109. ἁλίῤῥυτον ἄλσος in Suppl. 868. utrumque de mari. *Oppian.* Halieut. I. 796. ἀπειρεσίῃσι . . . περιπληθὴς ἀγέλῃσι φαίνεται ἀργυόεσσα Ποσειδάωνος ἀλωή.

P. 391. *Philetae* Fr. VI. 2. Legendum ὅμως. *mei, quamvis defuncti, memineritis.* — Ibid. lin. 20. Verſſ. ex *Plutarcho* citati, ſunt *Aeſchyli* in Prom. 378. ſq. — *Ejusd.* Fr. XI. *Fiorillo* ad *Herodis* Inſcr. p. 89. ſq. hos verſus non *Philetae*, ſed ex *Philetae* gloſſa ab *Athenaeo* cum reliquis translatos eſſe exiſtimat, v. 1. corrigens: ἔστηκ', ἀμφὶ κόμαις εὐώδεσιν, ἀγχ. π. *prope patrem puella adſtitit, comisque ſuaveolentibus impoſuit pulchram coronam Iacchéam.* Eadem repetivit in Obſſ. ad *Athenaeum* p. 103. Lubrica in ejusmodi locis critica. Non minori enim probabilitate ſcripſeris:

ἔστηκ' ἀμφὶ κόμαις εὐώδεας ἀγχόθι παστοῦ.

*prope aedem thure et odoribus fragrantem ſtabat, Iacchéa corona comas cincta.*

P. 393. Fr. XIII. 1. Ad αἰὲν propius accedit ἀνίαν. Νῦν δ' ἀνίαν πέσσω. Media in hac voce apud poëtas epicos et lyricos paſſim corripitur. V. *Ruhnk.* Ep. crit. p. 276. et *Porſon.* ad *Eurip* Phoen. v. 1334. — Ibid. lin. 15. Verſus *Alcaei* ſic ſortaſſe ſunt diſtinguendi et emendandi:

πρὸς δ' αὖ γε κῦμα
τῷ προτέρῳ με νεωρὲς ἥκει.

Poſtrema haec ΝΕΩΡΕΣΗΚΕΙ a vulgatis ΝΕΟΜΩΣΤΙΧΕΙ proxime abſunt. Alterum *Alcaei* fragmentum a *D. Heinſio* ad *Silium Ital.* X. 325. tentatum, ſed minime perſanatum eſſe, video ex *T. H.* notis ad *Lucian.* T. I. p. 341. ed. Bip. Idem ne de noſtris quoque conaminibus pronuntietur, valde vereor. — V. 2. vitioſe expreſſum τὸ μέσον pro τὸ μέσσον, quod metrum poſtulat. Pro φορήμεθα legendum φορεύμεθα cum *Hermanno im Handbuch der Metrik* p. 224. ſq. qui nihil praeterea mutandum cenſet.

P. 398. *Mnaſalcae* Ep. II. 4. ἐκόνισσας ἴτυν debetur *Salmaſio* — Ibid. Ep. III. 1. revocanda membranarum lectio ἱερὸν ᾧδε pro ἅδε ut etiam Ep. XI. 1. *Theocrit.* Eid. V. 33. ὧδε πεφύκει Ποία, χἀ στιβὰς ᾇδε καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι.

P. 399. *Mnaſalcae* Ep. IV. 1. *Hermannus* de Diff. proſ. et poëſ. P. I. p. 13. „Neminem puto fore, cui placeat καλὸν στέρνον, viro bellatori tributum, praeſertim cum idem περιμάκεα πᾶχυν habuiſſe dicatur. Tamen quis neget, pulcrum pectus poſſe etiam tale intelligi, quale vel maxime virum valentem et robuſtum deceat. Nihilominus quis non perſuaſiſſimum ſibi habeat, illud καλὸν non eſſe a *Mnaſalca* profectum? Hic, ni fallor, κάμνον ſcripſerat.“

P. 406. *Mnaſalcae* Ep. VI. 1. In marg. Ap. G. et R. „τοῦτο σύ γ' εὐ τήρου. nota ellipſin." Ibidem notatur, in fine ſaltem unum diſtichon deſiderari. At nihil deeſſe apparebit, modo recte emendaveris. *Mnaſalcas* enim ſic videtur ſcripſiſſe:

Τῇδέ σοι, Ἄρτεμι δῖα, Κλεώνυμος εἵσατ' ἄγαλμα
τοῦτο· σὺ δ' εὐθήρου τοῦδ' ὑπέρισχε ῥίου,
ᾗ γε κατ' εἰνοσίφυλλον ὄρος ποσὶ πότνια βαίνεις,
δεινὸν μαιμώσαις ἐγκονέουσα κυσίν.

Hacc proxime abſunt a lectionibus membranarum et *Suidae*. V. 1. τῇδε verum videtur. Ep. IV. ἤδη τῇδε μένω πολέμου δίχα. *Anyte* Ep. I. ἕσταθι τῇδε κράνεια. Ib. Ep. IX. Ἑρμᾶς τᾷδ' ἕστακα. — V. 2. adoptavi *Suidae* lectionem τοῦδε, ſecutus ejusdem interpretationem verbi ὑπέρισχε. ὑπερμάχει. προΐστασο. Etiam *Heſych.* ὑπερέχει. βοηθεῖ. — ῥίου et βίου ſimillima. Ne quis ῥίον minus aptum exiſtimet, cf. *Theocrit.* XXV. 227. αὐτὰρ ἐγὼ θάμνοισιν ἅμα σκιεροῖσιν ἐκρύφθην Ἐν ῥίῳ ὑλήεντι. *Apoll. Rhod.* L. I. 1223. μέλε γὰρ σφίσι πάσαις, Ὅσσαι κεῖσ' ἐρατὸν Νύμφαις ῥίον ἀμφενέμοντο, Ἄρτεμιν ἐννυχίῃσιν ἀεὶ μέλπεσθαι ἀοιδαῖς.

P. 407. *Mnaſalcae* Ep. XV. Habetur in Certamine Homeri c. Heſiod. p. 491. ed. *Loesneri.* — P. 408. Ejusd. Ep. XVII. *Fiorillo* in Obſſ. ad Athen. p. 99. ſic conſtituit:

Αἳ αἳ παρθενικᾶς ὀλοόφρονος, ἅ σ' ἀπὸ φαιδρὰν
Ἔκλασ' ἀν' ἁλικίαν, ἱμερόεσσα Κλεοῖ,
Κάδδε σ' ἀμυξάμεναι περὶ δάκρυσιν αἵδ' ἐπὶ τύμβῳ
Λᾶες Σειρήνων ἕσταμες εἰδάλιμοι.

His additis: „Carmen hoc viros doctiſſimos fruſtra exercuit; nos vero vix literula mutata elegantiſſimam le-

ctionem exſculpſimus.« Interpretationem non adjecit.

P. 412. lin. 14. poſt *notum eſt*, adde: Sunt haec verba ex Ap. Guy. Recte ſic emendatum eſſe, dubitare licet, cum ob ductuum diſſimilitudinem, tum propter numeros minus concinnos. ὄλβια autem, quod in membranis eſt, hexametrum efficit bucolicum. Quare vide, an in his verbis ἅδιον οὐδὲν ἔρωτος τάδ' ὄλβια δεύτερα πάντα haec lateant:

ἅδιον οὐδὲν ἔρωτος, ἀνόλβια ὧν πάρα πάντα ἐστίν.

i. e. παρ' ὧν πάντα ἐστὶν ἀνόλβια, *quocum comparata alia omnia jacent et ſordent.* Hoc mihi in mentem venit; alii fortaſſe meliora reperient.

P. 414. (*Noſſidis* Ep. III. 2.) lin. ult. poſt νισσομένη adde: Sed rectius fortaſſe ad Εἰληθυίας βέλη reſpici dicas, quod exiſtimat V. D. in Bibl. Phil. T. II. p. 120. Cf. *Homer*. Ιλ. XI. 269.

P. 416. *Noſſidis* Ep. VI. 1. βρούττιοι. Marg. Ap. G. et R.

P. 419. *Noſſidis* Ep. XI. 2. exhibuit cl. Editor ad mentem *Salmaſii*. *Sladus*, cujus emendationes paſſim laudat C. *de Pauw*, τᾶν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθος ἐνοψόμενος corrigit, nihil praeterea immutandum cenſens. At Sapphus carmina i. e. χάριτες etiam in peregrinis terris ſpectari poterant, nec opus erat, propterea Mitylenen navigaretur. Ob eandem cauſam nunc meam conjecturam repudio ἀμησόμενος, quod pro *frui* deberet eſſe poſitum; et rectius de eo diceretur, qui ipſum puellae florem decerperet, aut de poëta in Muſarum viretis flores colligente. Vide, an fuerit:

τᾶν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθεσι γαννυμένων.

*Mitylenen, Sapphûs carminibus ſuperbientem et ſpectabilem.* Haec lectio proxime accedit ad lectionem membranarum, ſi ab ultima ſyllaba diſceſſeris, in qua Cod. Vat. ſaepe vitioſus deprehenditur.

P. 421. lin. 7. ante πολὺς ſupple: *Alciphr.* L. III. 48. T. II. p. 151. ed. *Wagn.* — V. 3. κορύμβων probat *Koppiers* in Obſſ. p. 87.

P. 422. *Anytes* Ep. I. 3. ἡμένα emendavit *Salmaſius.*

P. 423. *Anytes* Ep. II. 2. Margo Ap. G. et R. „Κλεύβροτος an Κλεόβροτος. ex quo Κλεόμβροτος pleonasmo.“ — V. 3. In membr. Vat. non ἐβόησε, ut *Br.* ait, ſed ἐπόησεν legitur. ἐποίησε marg. Ap. G. et R.

Ibid. *Anytes* Ep. IV. Amorem hirco inſidentem exhibet gemma in *Begeri* Theſ. Brandenb. p. 176.

P. 427. *Anytes* Ep. VIII. 3. Talia de Fauno praedicat *Horat.* I. Carm. XVII. ubi capellas nihil per ſylvas periculi timere ait: *utcunque dulci – fiſtula Valles et Uſticae cubantis Laevia perſonuere ſaxa.*

P. 428. *Anytes* Ep. X. 1. Βρομίου τράγος. Non ea tantum, quibus Dii delectantur, ſed ea quoque, a quibus poenas petunt, iis ſacra dicuntur.

P. 430. lin. 6. ad *Vir Doctus* adde: qui *Salmaſius* eſt. In Ap. Ruhnk. ἐν βαχιᾷ in contextu exhibetur. — Ibid. Ep. *Anytes* XIII. *C. de Pauw* prius diſtichon ſic refingere conatus eſt: „ἥβᾳ μὲν σύ, Πρόαρχε, μέσᾳ παίδων τά τε ματρὸς Εὖχεα ἐν δνοφερῷ πένθει ἔθου φθίμενος. *In media juventa tu quidem, Proarche, liberorum gloriam et eorum matris, uxoris tuae, in tenebricoſo luctu collocaſti occumbens.* παίδων τά τε ματρὸς εὔχεα ſcriptum pro εὔχεα παίδων ματρός τε.“ — V. 3. Margini Apogra-

phorum quorundam adſcriptum τύμβος ἀείδει, idque arripuit C. *de Pauw*.

P. 435. *Anytes* Ep. XXII. *Salmaſius* in notis ineditis cum Epigrammate *Mnaſalcae* XVII. jungendum cenſebat. In Cod. Vat. (p. 285.) juxta leguntur, auctorum tamen nominibus recte diſtincta.

## AD TOMUM SEPTIMUM

SIVE

## ANIMADVERSIONUM TOM. I. P. II.

---

P. 3. *Simmiae* Ep. I. *Boettiger* V. D. in literis ad me datis agi putat de ibicis cornu, a venatore olim arbori affixo, ita ut ei corollae in Dianae Panisve honorem appenderentur. Hoc cornu poſtea detractum a fabro in arcum mutatum eſſe. Tum haec addit: Si de victima ageretur, putarem, v. 2. legendum eſſe δ. ἐπιχρύσοις ε. πετάλοις, et interpretarer de aureis bracteolis, quibus hoſtiarum cornua inducebantur. *Virgil.* Aen. IX. 627. *Homer.* Od. γ. 382. 423. 436. Has bracteolas qui faciebant, πεταλοῦργοι appellabantur, bracteolae ipſae πέταλα, quod docuit *Taylor* ad Marm. Sandv. p. 75. ſq.

P. 4. lin. 17. poſt *viciſti* adde: *Callimach.* Ep. LXII. ὁ δ' ἤεισε κρέσσονα βασκανίης. *Horat.* II. Odar. XX. 4. *neque in terris morabor Longius; invidiaque major Urbes relinquam.* ubi cf. *Mitſcherl.*

P. 7. *Simmiae Alae.* Figurata haec carmina ἀναθήμασι inſcripta et hinc figuram nacta eſſe, me monuit *Boettigerus.* Certe hic uſus ejuſmodi luſibus grammaticis originem dediſſe putandus eſt. *Simmiae* Alam et

Securim illuſtrare conatus eſt *I. Brodaeus* in Miſcell. L. VII. 25.

P. 22. *Aſclepiadae* II. 2. καὶ eſt in marg. Ap. Guy. et R.

P. 24. *Aſclepiad.* Ep. V. 1. „An ſic legendum: Μητρὸς Ἔρως ἐκ χειρὸς ἔτ' εὐθήρατος ἀποπτὰς Εἰς οἶκον τρυφεροῦ Δ. οὐ π.“ Margo Ap. Guy. et R. — V. 4. εὐχὰς marg. Ap. Guy. Multa hic inepte molitur *Pauw*. Ad noſtram conjecturam εἷς ἑνὶ συμφέρομαι confirmandam facit *Athenaeus*, de caſtis, quas Cerops primus inter Atticos inſtituiſſe dicitur, nuptiis agens L. XIII. p. 555. D. ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν. Alia hujus generis collegit *Toup*. in Emend. ad Suid. I. p. 221.

P. 25. *Aſclepiad.* Ep. VI. 1. οὐράγιος *Salmaſio* debetur. Elegans eſt emendatio et docta; an vera, non dixerim. Propius etiam ad membranarum ſcripturam accederet:

οὔπω τοξοφορῶν, οὐδ' ὥριος, ἀλλὰ νεογνὸς —

et ſenſum praeſtaret aut contextui aptiorem, aut certe non deteriorem. οὔπω τοξοφορῶν, nondum ſagittis inſtructus, ſed innocens adhuc et plane puer; οὐδ' ὥριος, nondum adultus. — V. 3. In not. Ap. Ruhnk. vertitur: „Pugillares habet aureos et molli et tracta voce recitat carmina amatoria Philocratis tibicinis in Antigenem.“ ubi vides Δίαυλον in *tibicinem* mutatum. — V. 4. ψυχῆς eſt in Ap. G. et R. Rectius C. *de Pauw* ψυχῇ emendavit, male tamen totum locum interpretatur. Sic accipe: Amor meus, quamvis nondum armatus nec adultus, tamen vires ſuas experitur, blaeſa et puerili lingua Philocratis illecebras *animae* recitat. Poëta ſibi Amorem finxit ſimilem puero, qui literas apud magiſtram, Pſychen, diſcit; ſed innata ipſi laſcivia jam ipſam magiſtram tentat et verbis vulnerare conatur. Similis eſt

ξυνάια in *Bionis* Fr. III. — Sic tamen haeremus in verbis κατ' Ἀντιγένους.

P. 26. *Aſclepiad.* Ep. VII. 1. In marg. Ap. G. et R. εὗρεν ἔρως καλὴν μῖξιν καλός. et v. 2. „ὃ μήτ' ἀνθεῖ. ſubint. ἐν ἴσω. ἴσως, ἀπὸ κοινοῦ, ex poſterioribus ad anteriora." — *C. de Pauw* haec notavit: „Veriſſime emendatum a Salmaſio εὗρεν ἔρως τι καλῷ μῖξαι καλόν. mox pro ὃ μήτ' recte Guyetus ἃ μήτ', nam et aurum et ſmaragdum haec reſpiciunt ſimul. Elegans autem illud ἐν ἴσω, quae nec decora ſunt ſatis, nec ſibi invicem aequalia. Fulvus ſcilicet auri color, ſmaragdo viridis; elephas candidus, ebenus niger; in quibus ſumma proinde inaequalitas et tantum diſcrimen, ut vix miſceri poſſe videantur. At illa mixtura Cleandri cum ipſis floſculis Suadae et amicitiae, quam ipſe Cupido fecerat, ita egregia, ut nihil in ea diſſimile conſpici poſſit, ut una eademque materia eſſe videatur." — Mea in v. 2, conamina nunc damno, licet vulgata lectio mihi nunc non magis expedita videatur quam olim.

P. 28. *Aſclepiad.* Ep. IX. 5. δάκτυλος ἠώς. Vide de hac paroemia *H. Stephanum* in Schediaſm. L. III, 30. — P. 29. lin. 12. poſt *Salmaſius* adde: cui diſerte tribuitur haec emendatio in Ap. *Rubnk.* — Eidem debetur emendatio vſ. 3.

P. 29. *Aſclepiad.* Ep. XI. 1. „ἐθλίβετο. mihi affricabat latus, ſe frottait à moi. Sed forte legendum ἐφλίβετο. Cf. Heſych. Sed ἐπέχω." Margo Ap. R. et G. — Hoc loco nuper ad *Horatium* illuſtrandum uſus eſt doctiſſ. *Lenzius* in Miſc. phil. quae Altenburgi prodeunt, I. p. 54.

P. 31. *Aſclepiad.* Ep. XII. In marg. Ap. G. et R. „ἐπίσταται ὡς α. π. ἔσθαι i. e. ἱέναι. mittere, jaculari. v. 3. κατ' ὄμμ. i. e. ἐξ ὄμματος." V. 4. ἐν πετάλῳ contextus. In marg. „ἐν πετάσῳ legendum videtur. Sic autem locus forte corrigendus: ἧς ὑπὲρ ὤμων ἐν πετάσῳ γυμνόν. notae

ſunt φαινομηρίδες." — Deinde additum: „De hoc loco, quem corruptiſſimum eſſe mihi conſtat, neſcio quomodo emendandus ſit, melius tamen legi puto σὺν πετάσῳ aut πετάλῳ, ut per πέταλον vel πέτασον τὸν ἐφηβαῖον intelligat."

P. 32. *Aſclepiad.* Ep. XIII. 1. ἔρωτες. marg. Ap. G. et R. Ibid. v. 5. ἐμ' ἐκπληγκώς. — V. 6. ἐξ ὑμέων τοῦτό γ' εἰσέτι β. ε. emendabat *Pauw.* An fuit:

ἐνεσκληκὼς γὰρ ἀνίαις
ἐξ ὑμέων, τούτων μείζονα βούλομ' ἔχειν.

P. 34. *Aſclepiad.* Ep. XV. 1. a *Salmaſio* emendatus eſt, ut et Ep. XVIII. 1.

P. 37. lin. 9. Lege *conciliat* pro *conciliavit.* — *Aſclepiad.* Ep. XVIII. 4. μέμψεαι. marg. *Rubnk.* ubi etiam ποτε reperitur. — Ibid. lin. 5 a fin. poſt *videri* adde: ex mente V. D. in marg. Ap. G. et R. — *Aſclepiad.* Ep. XIX. 3. μοιχὸς marg. Ap. G. et R.

P. 40. lin. 14. Lege *pronae ruebant* pro *nubant.* — *Aſclep.* Ep. XXII. 2. εἰς ἕτερα. ἑτερόζηλον pro *cinaedo* poſuit *Lucill.* Ep. V. 4.

P. 44. lin. 3. Ut h. l. Καρίων διϲυλλάβως pronuntiandum eſt, ſic in Epigr. ap. *Pauſan.* L. V. 10. p. 397. Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖός μ' ἐποίησε. et L. V. 22. p. 435. μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα. quamvis in poſteriore loco *Brunckius* (Anal. T. III. p. 177. nr. CXXXV.) Ἀπολλονίας exhibuit. — *Aſclepiad.* Ep. XXVII. 4. Λαπίθην. V. D. in Ephemerid. Goth. ann. 1799. nr. 30. p. 253. de Ixione, qui Lapitha fuit, cogitabat. Nonne quis eum ut Ixionem rotae illiget?

P. 48. *Aſclepiad.* Ep. XXIX. 1. Plangon famoſa meretrix Mileſia. *Athen* L. XIII. p. 594. B. — V. 3. „τὴν πολύχαρμον. τὴν πολεμικήν. margo Ap. G. et R. In Ap.

Ruhnk. πολύκαρπον. — In Ep. XXX. *Brunckius* v. 3. ad *Salmaſii* mentem emendatum dedit.

P. 51. *Aſclepiad.* Ep. XXXI. *Martorelli* de Theca calam. II. p. 392. ſic interpretatur: „Vides in hoc Epigr. pueros de poëſeos victoria certantes, vincentemque Conarum, ita ut tulerit octoginta aſtragalos i. e. puncta omnia, atque adeo eam ob rem exhilaratus eſt Conarus, ut etiam comoedum Charetem, ſervum licet longaevum, cum pueris poëſi ſtudere coëgerit, quo de imperio ſenex conqueritur.“ — Neſcio, quid alii ſentiant; mihi quidem haec explicatio vehementer videtur inepta. *Tali* inter munera pueris data numerantur in *Glauci* Ep. I. ubi vide not. *Euſtath* ad Ιλ. ψ. p. 1398. 45. τοὺς τοιούτους ἀστραγάλους ἀστρίας ἢ ἀστρίας ἔλεγον. Καλλίμαχος οὖν ζορκὸς που λέγει δωρηθῆναί τινι πέντε νεοσμήκτους ἀστρίας.

P. 54. *Aſclepiad.* Ep. XXXIV. 8. emendatus ad mentem *Salmaſii.* In ἡμιθέων incidit etiam *Daviſius* ad *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXXVIII. 2. p. 219. ed. *R.* qui comparat *Heſiod.* Oper. et D. v. 159. ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται Ἡμίθεοι. — In noſtro loco ſuſpectum voc. γένος, quod modo praeceſſit. Num fuit:

καὶ κλέος ἀρχαίων ἔγραφες ἡμιθέων.

P. 56. *Aſclepiad.* Ep. XXXVII. *Brunckius* ad *Salmaſii* mentem emendatum dedit. — V. 1. Cod. offert εἴ τι κακὸν εἴης ἄκουσον. χαρτόν, quod *Salmaſius* emendavit, non ſatisfacit.

P. 56. *Aſclepiad.* Ep. XXXVIII. 3. ante oculos habuit *Gregor. Nazianz.* in Anecdot. Murator. p. 163. τίπτε μ' ἀνοχλίζεις κενεὸν τάφον; ὀστέα μοῦνα Κεύθω καὶ σποδιὴν τοῖσιν ἐπερχομένοις. et p. 164. τίπτε μ' ἀνοχλίζεις; νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα Μοῦνα φέρω· τύμβων ὀστέα πλοῦτος ἅπας.

P. 58. lin. 7. poſt *diſtinguuntur* adde: De Antigenide disputavit etiam *Nic. Loënſis* in Epiphyll. VI. 8. — *Leonid. Tar.* Ep. I. 1. πανυήλικες habet jam Ap. G. et R. Ibid. v. 2. καὶ M. v. 3. τραχυχειλεῖς. παχυχειλεῖς non improbavit *Schneider* in Lexic. crit. Append. p. 1024. — V. 7. marg. Ap. G. et R. σὺν ᾧ ποθ' ὑπόρφνιος ἠώς Αὔγασεν αὐλείους ἐγκονέουσα θύρας.

P. 60. *Leonidae* Ep. III. 3. Verba ἐκ τόκου cum praecedentibus arcte cohaerent, quod vel ex ſequ. Epigr. apparet. Zonam et cypaſſin tibi, o Latonia, Atthis poſt puerperium dedicavit, quod etc. — V. 4. rectius fortaſſe ſcripſeris: σῶον ἀπ' ὠδ.

P. 64. *Leonidae* Ep. VI. 1. τὸν μόνιον *Salmaſio* debetur, qui h. v. recte de *lupo* interpretabatur.

P. 65. *Leonidae* Ep. VII. 5. προνήια. an τὰς πρὸ τοῦ ναοῦ ὀρχήσεις, χορὰς. marg. Ap. G. et R. — P. 66. Ep. VIII. 5. pro ἱστῶν *Salmaſ.* in marg. ἰσχνὰν emendavit; omnino male. V. 6. ſic, ut *Br.* habet, legitur in marg. Ap. G. et R. ἐργαστὰ *videntur eſſe inſtrumenta textoria.* — V. 6. ποτιρρογεας Codicis fortaſſe ortum ex

[illegible]

πετ' εἰςοδεχεῖς

quod formatum ut πανδεχής. Ea, quae ad rem textoriam in hoc et ſeq. Epigr. ſpectant, illuſtravit *Schneider* in Indice ad Scr. Rei Ruſt. v. *Tela.* p. 366. ſqq.

P. 69. *Leonidae* Ep. IX. 4. ὀρφνίτην *Salmaſ.* in Ap. G. et R. per νυκτοῦργον interpretatur, ab ὀρφνὴ derivans. At ὀρφνίτης idem eſt quod ὀρφανός; *calathus orbus Leonidae* ingenium ſapit. Ejusdem autem originis ὀρφνὴ et ὀρφνία; unde ὀρφανὸς modo *orbum*, modo *tenebricoſum* ſignificat. *Heſych* ὀρφανός· ὁ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων. Ὀρφνῆεν· μέλαν. σκοτεινόν. καὶ ὀρφανόν. Ὀρφανία· νυκτερινή. σκοτεινή. ὅθεν καὶ ὀρφανὸν εἰρῆσθαι τὸν ἐν σκότει ὄντα.

P. 71. *Leonidae* Ep. X. 6. στεπτοῖς *Salmaſii* eſt emendatio. Idem praeterea θ' εἵσατ' ἐπὶ πρ. corrigit. — Ep. XI. 1. πήρην, οὐ δεψ. margo Ap. G. et R. — V. 2. membranarum veſtigiis proxime accederet:

[illegible]

καὶ βάκτρον τοῦτο πάλαι κοτίνου.

*baculum, olim oleaſtro detractum.* κοτίνου, quod jam olim poſui, etiamnum verum puto. *Theocrit.* VII. 18. ῥοικὰν δ' ἔχεν ἀγριελαίω Δεξιτερᾷ κορύναν. *Ovid.* II. Metam. 680. *illud erat tempus, quo te paſtoria pellis Texit, onusque fuit baculum ſilveſtre ſiniſtrae.* — V. 3. revocandum ex Cod. κὤλπαν ἀστλ. — In marg. Ap. G. et R. haec habentur: „ἄστλεγγ. ſine oleo. ἀφ' ἧς οὐ στλεγγίζουσι, μετ' ἐλαίου γὰρ ἡ στλέγγισις γίνεται. an vero ſic. *Heſych.* στλέγγισμα, ὁ ἀπὸ τῶν ἀποξυσμάτων γλοιός· ἄστλ. ὄλπη ἐστιν ἡ οὐδὲ στλέγγισμα ἐν αὐτῇ ἔχουσα ἤγουν γλοιόν." — V. 6. *Fames* ſub mulieris forma picta viſebatur in templo apud Cromnios. *Athen.* L. X. p. 452. B.

P. 74. *Leonidae* Ep. XII. 1. αἰθυκτῆρας debetur *Salmaſio*, qui interpretatur ὁρμητικούς, βιαίους. — Ep. XIV. 3. κυογάστορας ejusdem eſt auctoris.

P. 79. *Leonidae* Ep. XV. 2. ῥωπικὰ γραψαμένα. *Photii* Lex. Mſc. ῥῶπος, μίγμα χρωμάτων, ὅσα βαφεῦσι, ζωγράφοις, μυρεψοῖς χρησιμεύει. ῥωπογραφία in regionum, arborum, et minutarum omnino rerum deſcriptione verſata eſſe putatur ex *Cicerone* ad Att. XV. Epiſt. 16. ubi vide *Gronov.* — V. 3. σὺ δ' εὖ σώοις ſuſpicabatur *Salmaſ.* in marg. Ap. G. et R. male.

P. 79. *Leonidae* Ep. XVI. 1. Non video, cur non ſervanda ſit Cod. lectio τὠγάλμαθ', qui dualis eſt. Binas enim Micalionem ſtatuas poſuiſſe Mercurio, cur non credamus? — V. 2. procul dubio retinenda erat Cod. lectio leviter emendata: Ἑρμῆς ἀλλ' ἴδε τὸν κρ. υ. quae nihil diſcrepant a membr. veſtigiis: ΔΑΛΙΔΕ ΤΟΝ. Ne arti-

culus in caeſura offendat, ſic noſter iterum Ep. XXII. 2. αἶδε καὶ Ἑλλάδι τὰν δουλοσύναν ἔπορον. ἴδε eſt *novit*. Mercurius novit, bonum hunc virum dona ſibi ex tenui ſane ſortuna afferre. — Mox v. 3. iterum reſtituenda Cod. lectio, quae *Salmaſii* conjecturae ceſſit, ὡς ἐξ ὀϊζυρῆς. Sic enim hoc vocabulum ſcriptum τρισυλλάβως offenſioni eſſe non debebat. Cf. not. ad Ep. ἀδεσπ. DCLXXIX.

P. 80. *Leonidae* Ep. XVII. habet *Grotius* in Mantiſſa Quarta p. 423. — V. 4. propius ad membr. lect. accedit συναγρεύω. quod expreſſit *Grotius*: *Et calamis opifer ſum bonus et canibus.*

P. 81. *Leonidae* Ep. XIX. 3. revocanda vulgata: ὧν ἀπὸ μὲν πτ. Πίγρης τάδε. ὧν ad τρισσοὶ ὅμαιμοι in praecedentibus referendum: *Horum* unus Pigres ab avibus haec. Hujus genitivi ab omiſſo εἷς vel ἐκ pendentis plurima exempla congeſſit *Fiſcher* ad Veller. Gramm. T. III. p. 355. ſq.

P. 83. *Leonidae* XXII. 1. 2. 3. Male hic tentat quaedam *Fleetwood.* in Syll. Inſcr. p. 22.

P. 86. lin. 13. Scribe: *quod vocabulum nulla Codicum auctoritate nititur.*

P. 87. lin. ult. Poſt *fugit* adde: Cf. *Otto* de Diis Vialibus. p. 202.

P. 93. *Leonidae* Ep. XXXIV. 1. *Lenzius* acute ſuſpicabatur, χιμαιροβάτου legendum eſſe, σκύλος χιμαιροβάτου, *capri, capellas inſcendentis, pellem.* Propius accederet Doricum χιμαιροβάτα.

P. 94. lin. 10. De *Anacreontis* loco aliter ſtatuit V. D. *Schweighäuſer* in Anim. ad Athen. T. II. p. 659. — Mox l. 13. corrige *animum tuum* pro *meum.*

P. 99. *Leonidae* Ep. XL. 3. Vulgatam ὃν περὶ φρένας ἀρχόμενος docte tuetur cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 69. cujus haec ſunt: Fingit auctor Epigrammatis, Praxitelem Amoris ſignum non ab alio vel inchoatum abſolviſſe, vel repraeſentatum imitando expreſſiſſe, ſed a primo

inſtituiſſe, *intuendo* veram Dei imaginem, a Phryne acceptam, quam in Phrynes viderat ocellis. Hinc reddidit, tanquam mercedem, fictum Amorem illi, a qua verum acceperat, ὃν ἔγνω θεόν, ὃν περὶ Φρύνῃ Δερκόμενος σφετέρων λύτρον ἔδωκε πόθων. *Simonides* Ep. XC. *Plin.* XXXIV. 8. *Spectantur et duo ſigna ejus diverſos affectus exprimentia, flentis matronae et meretricis gaudentis: hanc putant Phrynen fuiſſe, deprehenduntque in ea amorem artificis, et mercedem in vultu meretricis.* Δέρκεσθαι autem eo ſenſu dixiſſe videtur *Leonidas*, quo Latini *intueri. Cicero* de Fin. B. et M. IV. 13. Or. pro Archia c. VI. *Xenoph.* Symp. c. IV. 21. Ἢν δὲ μὴ ὀνομάζω, ἧττόν τι με οἴει μεμνῆσθαι αὐτοῦ. οὐκ οἶσθα, ὅτι οὕτω σαφῶς ἔχω εἴδωλον αὐτοῦ ἐν τῇ ψυχῇ, ὡς, εἰ πλαστικὸς ἢ ζωγραφικὸς ἦν, οὐδὲν ἂν ἧττον ἐκ τοῦ εἰδώλου, ἢ πρὸς αὐτὸν ὁρῶν, ὅμοιον αὐτῷ ἀπειργασάμην.

P. 107. *Leonidae* Ep. L. 1. Repone ποτὶ τὰν Κ. quod vulgo legitur et membr. offerunt.

P. 108. *Leonidae* Ep. LI. 2. in βουπάμων jam inciderat *Valcken.* ad *Ammon.* p. 190. — V. 3. mutilum ex *Suida* reſarcivit *Canterus* in Nov. Lect. III. 23. — V. 6. εἶδε, *expertus eſt*, multis illuſtrat *Fr. Aſt* in Comment. Soc. Phil. Lipſ. II. 1. p. 25.

P. 111. *Leonidae* Ep. LIV. 1. ὀλιγήπλαξ in marg. notavit *Salmaſius.*

P. 112. *Leonidae* Ep. LV. Memineris, *Leonidam* multis itineribus jactatum fuiſſe, quod apparet ex Epigr. ultimo. — V. 8. ἁλομιγὴς corr. *Salmaſius*, hac nota addita: χόνδρος ἁλομιγὴς *gari* (in Ap. *Pauw.* eſt: *panis*) genus eſſe videtur, quod ἐπὶ τῷ ὄψῳ ſumitur. Marg. Ap. Guy.

P. 114. *Leonidae* Ep. LVII. 1. *Ibi expecto* λαλαγεῦσαν *illam tuam* (i. e. hirundinem) *Cicero* ad Atticum L. IX. 18. 10. — Ep. LVIII. 5. ſervanda cod. lectio minima mutatione:

χαῖρεν· Ἀριστοκλέης δέ, ὁδοιπόρος ὥπερ ἅπασα
δίψαν βαψάμενος, τοῦτο δίδωμι κέρας.

[illegible]

κέρας debetur *Salmaſio.* — V. 3. ὕδασι ταύτῃ, *hoc loco*, corrigit C. *de Pauw.*

P. 120. lin. 13. Corrige κακὸς ſic enim in membr. legitur. et p. 121. lin. 16. lege *in Cod Vat.* pro *in Cod. Plan.* Haud ſcio, an reſtituenda ſit membranarum lectio:

εἰ μικρός τις ἰδεῖν καὶ ἀπούδειος, ὦ παροδῖτα.

non enim opus eſt καὶ addatur. Vide notata ad Ep. ἀδεσπ. DXXIII. Notandum ει in media voce correptum, ut in ἐπειὴ Ιλ. α. 156. ἀραιὰ in Ep. *Niciae* VIII. et aliis quibusdam vocabulis. — P. 122. l. 21. adde: χηράμεναι pro χαίροντες occurrit ap. *Simylum* in *Plutarch.* Vit. Rom. p. 115. ed R. monente V. D. in Bibl. Philol. IV. p. 72. ἐπεχήρατο *Apoll Rhod.* L. IV. 55. 1627.

P. 126. *Leonidae* Ep. LXX. 7. *Grotius* vertit: *Has tempeſtates igitur fuge et arripe portum.* — Caeterum *Salmaſius* in notis ined. exiſtimat, v. 1 — 4. eſſe peculiare Epigramma; item v. 7. 8. Deinde v. 5. 6. praefigit obſcuris illis verſibus, quos ex Cod. Vat. exhibuimus p. 127.

P. 128. *Leonidae* Ep. LXXIV. 2. Margo Ap. Guy. „οὐ πολλῇ. οὐ μεγάλῃ. an οὐ πολλαῖς ναυσίν.“ — P. 129. Ep. LXXV. 1. 3. Ὄνθων et φίλης eſt in Ap. G. et R.

P. 130. lin. 3. a fin. corrige ſic: Cum ap. *Jenſium* legeretur εἰς ἄνεμος, quod ipſe tamen editor in ἐς ἄνεμον aut in εἷς ἄνεμος mutandum cenſebat. Poſterius verum. — V. 6. ἔλεγχε habet Ap. G. et R. — V. 7. ἐπεὶ corr. *Jenſius.*

P. 133. *Leonidae* Ep. LXXVIII. 5. κινευμένη. margo Ap. G. Ibid. v. 7. ἡ ῥικνὴ ῥινὸν περιγούνατος ἄρτιον ἴστον. *rugoſa illa anus, incurva, in genua prona.* Tandem v. 8. στραγγαλάουσα i. e. συστρέφουσα *denſans.*

P. 134. *Leonidae* Ep. LXXIX. 1. κάμακι debetur *Salmaſio.* — P. 135. lin. 2. corrige: *paſſivum* θάλπεσθαι *aut* θάλψασθαι. At omnino me h. l. a *Brunckio* in errorem abripi ſum paſſus, quem ipſum *Salmaſii* decepit auctoritas. Revocanda enim membranarum lectio:

τί τοι χαριέστερον ἢ τρεῖς
ἢ πίσυρας ποιὰς θάλψαι ὑπ' ἠελίῳ.

ubi *activum* eſt pro *paſſivo*, ut ſaepe. *Eurip.* Med. v. 320. γυνὴ ὀξύθυμος ῥᾴων φυλάσσειν. *Soph.* Oed. T. 968. ὁ δὲ θανὼν κεύθει κάτω δὴ γῆς. Cf. *Brunck.* ad *Eurip.* Bacch. 1041. ad *Soph.* Oed. Colon. v. 74.

P. 136. *Leonidae* Ep. LXXX. 3. *Salmaſius* in not. ined. εἰ δ' ὅγε λαισθὸς h. e ἀχθεινός. *ſi eſt gravis hic tumulus.* — Quae ipſe olim ad h. l. hariolatus ſum, ea nunc deleta vellem.

P. 137. *Leonidae* Ep. LXXXII. 1. ἁλιφθόρος. *Huſchke* in Anal. cr. p. 115. comparat κυματοφθόρος, qua voce uſus eſt *Euripides* in Fr. Polyidi ap. *Valcken.* Diatr. p. 201. et ἁλιφθορίη in Ep. *Theonis* I. Anal. T. II. p. 405. ἁλιφθερῶσαι, ἀφανίσαι. *Heſ.*

P. 138. *Leonidae* Ep. LXXXIII. 4. propius ad membr. ductus ſcripſeris: ἦ ποτ' ἐγώ, quod in Cod. ἦι ſcriptum, facile in ην abire potuit.

P. 139. *Leonidae* Ep. LXXXV. 6. *Salmaſius* in not. ineditis: „Non dubium, quin Planudes h l. ex ingenio emendarit et expleverit. Quis enim non agnoſcat, eſſe illius hunc verſum, non Leonidae, στρεβλὴν etc. qualem me feciſſe profecto valde poeniteret." — V. 8. Fortaſſe verum eſt ἰθῦναι κείνην ε. λ. quod emphatice dictum.

P. 142. *Leonidae* Ep. XC. 1. καταιγὶς illuſtrat *Mitſcherlich* ad *Horat.* III. Carm. XVII. 9.

P. 145. *Leonidae* Ep. XCII. 5. ἄγρης ἐξ αὐτῆς nimis abeſt a vulgata πρώτης. An fuit τρωτῆς, *piſce vulnerato periit?*

P. 149. *Leonidae* Ep. XCVIII. 5. Tales inferias deſcribit *Nemeſianus* Ecl. I. 64. *Felix, o Meliboee, vale! tibi frondis odorae Munera dat, lauros carpens, ruralis Apollo Dant Fauni, quod quisque valet de vite racemos, De campo culmos, omnique ex arbore fruges. Dat grandaeva Pales ſpumantia cymbia lacte, Mella ferunt Nymphae, pictas dat Flora coronas. Manibus hic ſupremus honos: dant carmina Muſae, Carmina dant Muſae; nos te modulamur avena.*

P. 153. *Niciae* Ep. I. 1. θοῦρι. marg. Ap. G. et R. Ibid. v. 4. ἐν προμάχοις ἴθυσας δήϊον ἀμπέδιον. At ἴθυσας mediam producit. — P. 154. Ep. III. Δαμαρέτις vel Δαμαρέτης. Marg. Ap. G. et R. — P. 155. Ep. VI. 3. 4. *Grotius* vertit: *ite manusque Hinc avidas, tacitos et removete pedes.* cujus errorem notavit *Huſchke* in Anal. cr. p. 143. ſq. qui recte monuit, Pana h. l., ut in aliis ſimilibus, furibus ſuarum vim manuum pedumque celeritatem minaciter indicare.

P. 157. *Niciae* Ep. IX. 2. Conf. *Hadrianum Junium* de Coma in *Gruteri* Theſ. cr. IV. p. 552.

P. 160. *Diotimi* Ep. III. 2. Margo Ap. G. et R. κυσαμένη legendum. Nota phraſin pro ἐλθοῦσα εἰς φιλότητα Ἡρακλέους ἐκύσατο."

P. 163. lin. 6. Lege: *Paraſitus.* — *Diotimi* Ep. VI. Omnia, in quibus Brunckiana lectio a Vat. Cod. diſcrepat, ducta ſunt ex emendationibus *Salmaſii*, quae in marg. Ap. Guy. leguntur, niſi quod ibi v. 6. ἰσόβιοι habetur.

P. 165. *Diotimi* Ep. VII. 1. πολυπένθιον ἢ πολυπένθεια. Marg. Ap. Guy.

P. 168. *Arati* Ep. I. 2. ταῦτα β. marg. Ap. G. et R. Ibidem λοετρῷ perperam legitur. V. 4. πειθόμεθα eadem apogr. exhibent, membranarum lectione λειπόμεθα in margine poſita; vertitur autem: *ſed pauci fidem habemus tabulis.* — V. 6. Ad ἑτέρου in marg. Ap. R. notatur, τοῦ Φιλοκλέους. — *Schneiderus* in literis ad me datis haec fere ſcripſit: Suſpicor, in monimento nihil fuiſſe praeter verba .... Πρηνεύς. Juvenem formoſum fuiſſe defunctum, apparebat. Jam poëta dicit: Argos Philoclem ſuum pulcrum celebrat: alium quendam cippus Corinthi et Megarae, (in quibus legebatur: Φιλοκλέους τοῦ καλοῦ, ſeu Χαῖρε Φιλόκλεις καλέ, ſive Φιλοκλῆς ὁ καλός). V. 4. lego: ὃς καλὸς, ſcil. ἦν, γέγραπται ἐν στήλαις. Tum poëta pergit: At in meo monimento deſunt paucae illae literae (καλὸς ſive καλοῦ), ſed pro me teſtantur nec lapides nec cippi, ſed Πρηνεύς, quo nullus elegantior pulcritudinis ſpectator.

P. 176. *Hegeſippi* Ep. VII. 1. ἐνδέξια. *Lenzius* V. cl. comparat *Virgil.* Aen. VI. 540. ſqq. *Hic locus eſt partis, ubi ſe via findit in ambas; Dextera, quae Ditis magni ſub moenia tendit; Hac iter Elyſium nobis: at laeva malorum Exercet poenas, et ad impia Tartara mittit.*

P. 178. *Euphorionis* Ep. II. 1. οὐχ ὁ λίθος τρηχύς σε καὶ ὀστέα. Marg. Ap. G. et R. — V. 5. etiam *Salmaſius* ſic emendavit, ut ap. *Br.* exhibetur.

P. 181. *Pamphili* Ep. II. 4. μεταπεπταμένα emendat *Salmaſius* in not. mſt. — Quod olim emendavi, παιδὸς ἀπηναίου, licet aliquam habeat ſpeciem, verum tamen non videtur. Certe χεὶρ ἀπὸ παιδὸς periphraſin efficit elegantiorem, quam quae librarii oſcitantiae tribui poſſit. Quare vide, an legendum ſit:

παιδὸς ἀπ' ἠλιθίου χ. α.

*manus pueri ſtolidi*, qui ſcil. canoram cicadam interemerat.

P. 184. *Phaedimi* Ep. I. a *Brunckio* totum ad mentem *Salmaſii* emendatum eſt. Ex conjecturis, quibus olim hoc carmen tentavi, plurimae mihi etiamnum videntur verae; totum ſic ſcripſerim:

Τόξον μὲν, ᾧ Γίγαντος ὤλεσας σθένος,
ἴσχε βίης, Ἑκάεργ', ἀνάκτωρ·
δὴ σοι φαρέτρη λυέτω λυκοκτόνος,
τόνδε δ' ἐπ' ἠϊθέοις ὀϊστὸν
στρέφειν Ἔρωτος, ὄφρ' ἀλέξωνται πάτρῃ
θαρσαλέοι φιλότατι κούρων.
πυρὸς γὰρ ἀλκὴν πνεῖ θεῶν ὑπέρτατος
αἰὲν ὅδε, προμάχους ἀέξων.

Haec ad membranarum veſtigia proxime accedunt. Senſus eſt: *Vim arcus, quo Gigantis proſtraviſti robur, o Phoebe, cohibe. Jam depone pharetram, unde ſagittas in lupos hoſtesque promis; et illum in juvenes converte Amoris ſpiculum, ut amore puerorum incenſi patriae ſuccurrere velint. Hinc enim Deorum potentiſſimus* (Amor) *ſemper inſpirat pectoribus robur igneum et propugnatoribus virtutem praebet.* — In ult. vſ. ἀέξειν fortaſſe ſervari debet; i. e. ὥςτε ἀέξειν πρ., πνεῖ ἀλκὴν καὶ αὔξάνει πρ. — Ejusmodi amorem, qualem hoc carmen praedicat, Pythius Apollo θείαν φιλίαν appellare non dedignatus eſt, ſecundum *Aelian.* V. H. II. 4. quem locum non praeteriit de caſtra illa Thebanorum paederaſtia agens *Valckenar.* ad *Callimachi* Eleg. Fragm. p. 219. ſqq.

P. 187. *Phaedimi* Ep. II. 3. pro χάρις marg. Ap. G. et R. κάρυξ. — Ejusd. Ep. III. ex *Kuſteri* Not. ad *Suidam* repetivit *Paciaudius* in Monim. Peloponn. T. I. p. 24. qui πέδιλα de ἐνδρομίσι, i. e. calceis venatoriis interpretatur.

P. 194. *Theocriti* Ep. IV. 3. τρισκελές. nam Priapi mentula utramque tibiam brachialem paene exaequat.

*Brodaei* verba ſunt, qui *Theocriti* Epigrammata Scholiis illuſtravit in Miſc. L. VII. 23.

P. 205. *Theocriti* Ep. XVI. 8. ἐπίηρα emendavi, quam formam multos veterum probaſſe conſtat *Soph.* Oed. T. 1094. ὡς ἐπίηρα φέροντα τοῖς ἐμοῖς τυράννοις. Ap. *Homer.* etiam Ιλ. α. 578. plurimi ſcribunt ἐπίηρα φέρειν, non ἐπὶ ἦρα. ubi vide Euſtath. p. 115. 18. et *Heynium* ad Homer. T. IV. p. 151. — V. 9. πᾶσιν etiamnum vulgatae praefero. Fieri tamen poſſit, ut poëta ſcripſerit:

πολλὰ καὶ πεττὰν ζωάν ΤΟΙ ʽΤΑΙΣΙΝ εἶπε χρήσιμα.

i. e. ἔταισιν. *multa civibus ſuis ad vitam utilia dixit.* ἔται, πολῖται. ἑταῖροι, συνήθεις. *Apollon.* Lex. Hom. Hac ſignificatione Danai filiae ad regem Argivorum in *Aeſchyli* Suppl. 262. ἐγὼ δὲ πρός σε πότερον ὡς ἔτην (i. e. δημότην) λέγω Ἢ τηρὸν ἱεροῦ ῥάβδον ἢ πόλεως ἀγόν; In foedere Lacedaemoniorum et Argivorum ap. Thucyd. V. 79. αἰ δέ τις τῶν συμμάχων πόλις πόλει ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἐλθεῖν, ἄν τινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πολίεσι δοκοίη. τοῖς δὲ ἜΤΑΙΣ κaττὰ πάτρια δικάζεσθαι.

P. 215. lin. 6. In *Phanoclis* diſticho, quod ex *Plutarcho* laudavi, *Lenzius* acute ſuſpicabatur, legendum eſſe ἢ ὡς θεῖον Ἄδ. ſimul monens, poëtas ad *Heſiodi* imitationem, qui hiſtorias per ἢ οἵη connectebat, ſimilibus initiis uſos eſſe. Sic enim *Phanocles* etiam aliam hiſtoriam de Orpheo orditur. — P. 226. lin. 7. a fin. poſt *ſcribit* adde: *Ariſtides* T. I. p. 570. ed. *Jebb.* ἄνδρες Λέσβιοι, ποῖ προήχθητε; οἳ φατὲ μὲν τὴν νῆσον ἅπασαν ὑμῖν εἶναι μουσικήν, καὶ τούτων τὴν Ὀρφέως κεφαλὴν αἰτιᾶσθε. — P. 227. lin. 5. a fin. adde: et *Interpp. Valerii Flacci* L. II. 150. — Ibid. *Phanoclis* Fr. II. in antiquis *Clementis* editionibus vitioſe editum emendavit *H. Stephan.* in Schediaſm. V. 4. qui οὐδέπω ἔστιν legit.

P. 228. *Nicaeneti* Ep. I. Deſcribam h. l. quae *Weſſelingius* de hoc Ep. disputavit in Diſſ. Herodot. p. 12. „*Guyetus* adſcripſerat, ὄρος eſſe Atlantem et ἄκριτον non aliud ac μέγα. In poſterius ſedulo inquiſivit diligentiſſimus Florilegii editor, veſtigavitque *Nicaeneti* ſententiam, planiorem utique multoque expeditiorem futuram, ſi levi opera et mutatione vocabuli legatur:

Ἡρῶσσαι Λιβύων, Χαρίτων ὄρος αἴπυ νέμεσθε.

quae mihi quidem conjectura non blanditur tantum, ſed vera cenſetur: tum quoniam ὄρος ἄκριτον incommode dicitur et difficillimos habet explicatus; tum etiam, quod Libyae collis Χαρίτων ſive *Gratiarum* fuerit amoeniſſimus, opportunusque adeo Ἡρώσσαις Λιβύης, quales *Apollonio Rhodio* IV. 1422. De colle *Herodotus* IV. 175. *Cinyps fluvius labitur* ἐκ λόφου τοῦ καλευμένου Χαρίτων: addit eſſe δασὺν ἴδῃσι, cum cetera, et vicina quidem Africa omnis, ſit arboribus nuda: meminit ejusdem *Callimachus* in fragmento, quod ex Scholiis in Pindari Od. V. Pyth. excerpſit *R. Bentlejus*: Ἡ ὑπὲρ αὐσταλέον Χαρίτων λόφον — ubi ἀσταλέων belliſſime correxit *Ruhnkenius*.“

P. 230. lin. 6. Lege *Athenienſes* pro *Marathonem*, ut aliud agens ſcripſi.

P. 232. *Nicaeneti* Ep. IV. 5. Vatic. Cod. lectionem τοιγὰρ ὑπὸ στεφάνοις μέγας ἔβρυεν unice probat *Huſchke* in Anal cr. p. 27. Sic certe *Erycius* Ep. XIII. ὑπὸ στεφάνοις δ' αἰὲν ἔχῃς πλοκάμους. Comparat idem V. D. *Propert.* L. III. 5. 21. *Me juvat et mentem multo vincire Lyaeo Et caput in verna ſemper habere roſa*. *Ciceron.* de Fin. II. 20. *potantem in roſa Thorium*. *Gronov.* ad *Senec.* Vit. Beat. c. II. — Ibid. Ep. V. 4. lectionem Cod. et Planud. Στρυμονίης revocandam eſſe vidit doctiſſ. *Schaefer* ad *Longum* p. 417. Στρυμονίης eſt *Boreas* a Strymone flans. Vide *Interpp. Herodoti* p. 675. 6. Hujus no-

minis nec *Brunckius* meminerat, qui vulgatam mutavit, nec *Grotius*, qui male vertit *de matre quod unicus illi Strymonia periit, dum ſubit baedus aquas.*

P. 235. *Alexandri Aetoli* Ep. III. habet *Grotius* in Mantiſſa IV. T. III. p. 426. ubi v. 2. 3. ſic vertit: *ſpado nunc ad cyathosve forem, Auratus quatiens cava tympana.*

P. 241. lin. 18. poſt αὐτός. adde: Tetrametrum *Archilochi* ſervavit *Origines* c. Celſum II. p. 72. Ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν, ἅλας τε καὶ τράπεζαν. Hujus dictionis ex patribus praeſertim exempla collegit *Valckenaer.* in Adnot. crit. ad N. T. p. 369. ſq. alia *Huſchke* in Diſſ. de Fabulis Archilochi p. 14. ſq. — *Alexandri* Fr. V. 21. οὖσον, vocabulum raro obvium, librariis deberi non exiſtimat *Lenzius*, qui κακὸν ἤρικεν οὖσον emendat: *putridum disrupit funem. Lycophron* v. 20. ubi *Schol.* Οὖσα, τὰ σχοινία, παρὰ τὸ οἴω, τὸ κομίζω, οἶσα, καὶ Ἰωνικῶς οὖσα. ἢ τὰ ἀπὸ οἰσύας φυτοῦ, ἤτοι λύγου· πρότερον γὰρ ἀπὸ λύγου σχοίνους ἐποίουν. — Ibid. v. 30. Vocem λιρὰ attigit *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 229.

P. 246. *Phalaeci* Ep. I. 5. ὕμμιν et v. 6. Ἰσθμοῖ *Salmaſio* debetur. — Etiam ſq. Ep. v. 5. et 7. ad *Salmaſii* mentem conſtituti.

P. 248. *Phalaeci* Ep. III. 2. Marg. Ap. Guy. et R. „F. ἀρτιδόρου recens excoriati. τὸ ἀμφιδόρου hîc non placet, ut nec ἀντιδόρου. " — Ibid. v. 4. κισσοφόρου. et v. 6. pro πολλάκι corrigitur πόρπακι i. e. τῇ λαβῇ τοῦ λίκνου.

P. 250. *Phalaeci* Ep. V. 1. ξείνης ſuppeditavit *Salmaſius*, cui etiam reliquae hujus carminis emendationes debentur. Caeterum ἐπὶ ξείνῃ revocandum, ut exquiſitius. Vide *Bach.* ad *Xenoph.* Symp. III. 10. p. 132.

P. 252. *Callimachi* Ep. I. habet *Grotius* in Mantiſſa IV. T. III. p. 428. ubi duo priora diſticha vertuntur. — Ut hîc v. 1. κυκλικὸν ποίημα de eo, in quo omnia trita et nota, ita ῥαψῳδία ap. *Plutarch.* T. II. p. 514. C.

garrulus εἰς τὰς ἑώλους καὶ πολυπατήτους περιΐὼν εἰσελαύνει ῥαψῳδίας τὸν λόγον. *Heſych.* ῥαψῴδημα. ψεῦσμα. φλυαρία. Hinc ῥαψῳδεῖν pro φλυαρεῖν ap. *Liban.* Epiſt. MXXXIII. p. 481. et alios paſſim. — V. 5. σύγε *Valckenar.* corr. in *Callim.* Eleg. p. 19. qui v. 6. τοῦτο σαφῶς ex Cod. mecum reſtituendum judicat,

P. 254. *Callim.* Ep. III. tractat *Valcken.* ad *Callim.* El. p. 23. ſq. qui v. 4. Vat. C. lectionem οὑμὸς ἔρως revocat, quam ipſe quoque unice probabam: *an idem ille, qui me, te Deus etiam* (tenet, habet) *premit?* *Negare noli; rem omnem novi; te, Cleonice, meus quoque corripuit Euxitheus.* — V. 2. idem τίς γέγονας; haeſitabundus proponit; et v. 3. miratur *capillos* in hoc contextu commemoratos. Simaethae certe Theocriteae Eid. II. 89. eodem morbo laboranti ἔῤῥευν ἐκ κεφαλᾶς πᾶσαι τρίχες. Suſpicatur igitur, μοῦνον ex ſimili loco H. in Cerer. v. 93. adſcriptam, genuinae locum occupaſſe, et proinde emendandum eſſe: ὀστέα σοι καὶ ῥινὸς ἔτ', οὐ τρίχες. *Oſſa tibi adhuc* (ſola) *ſunt et pellis, non amplius capilli;* atque adeo caeſaries tibi jam amore marceſcenti defluxit. In H. in Cererem quoque v. 93. corrigendum eſſe: μέσφ' ἐπὶ νευρῆς Δειλαίῳ ῥινός τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν. — Docta emendatio; an vera, haud dixerim. Certe ſic verba οὐ τρίχες parum eleganter cum praecedentibus cohaerent; nec μοῦνον, in quo vocabulo mira eſt emphaſis, e textu circumſcriptum velim. Suſpectum mihi locum eſſe, olim indicavi; conjectura eum tangere non audebam. Nunc ſummi viri exemplo incitatus, proponam, quid mihi in mentem venerit. Num fuit:

Ὀστέα σοι χ' ἶνες μοῦνον πέρι.

i. e. *oſſa et nervi, nihic amplius ſupereſt.* Ἶνες. *Schol. Theocrit.* Eid. α. 43. ἶνες τὰ παρακολουθοῦντα νεῦρα ταῖς φλεψίν. *Philo*, quem ipſe *Valckenarius* excitat, p. 933. E.

ῥικνοὶ γεγόνασιν· ἶνες αὐτὸ μόνον καὶ λεπτὰ δορά. Solent autem ἶνες conjungi *oſſibus*; ut in *Callimachi* loco, (in quo equidem in vulgata acquieſco, diſtinctione poſita poſt νευράς, quod ad ἐτάκετο pertinet) δειλαίῳ ἶνές τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν. *Apoll. Rhod.* L. I. 828. μέσσας δὲ σὺν ὀστέῳ ἶνας ἔκερσεν. *Homer.* Οδ. λ. 218. οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν. *Horat.* I. Od. XXVIII. 13. *nervos atque cutem morti conceſſerat atrae.*

P. 255. *Callim.* Ep. IV. 2. ἔρος eſt in Ap. Guy. V. 5. de ἔφηβον cogitabat *Salmaſius. Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 236. corrigit:

Οὐκ εἰς Εὐξίθεον; κἀκεῖσε γὰρ ἡ λιθόλευστος
τείνει, καὶ δυσέρως οἶδ' ὅτ' ἐπιστρέφεται.

*nam et illuc ſolet tendere peſſima.* Euxitheum deperiſſe *Callimachum* apparet ex Ep. III. Cum verbis κἀκεῖσε τείνει *Valcken.* comparat *Theocrit.* Eid. II. 98. τηνεὶ γὰρ φοιτῇ, τηνεὶ δέ οἱ ἁδὺ καθῆσθαι. cum ſeqq. *Lucian.* T. I. p. 637. ἐπιστρέφονται εἰς τοὐπίσω, ὥσπερ οἱ δυσέρωτες, καὶ πόῤῥωθεν ἀποβλέπειν τὰ ἐν τῷ φωτὶ βούλονται. et ſimilia.

P. 257. *Callim.* Ep. V. 6. ἐφίλησα τὴν μιαρὴν inepte tentat acerbus *Pierſoni* cenſor in Actis Eruditor. ann. 1753. p. 278. — τὴν αἶραν in mentem venit *C. de Pauw*, qui *malleum*, quo fores pulſantur et attrahuntur, interpretatur.

P. 258. *Callim.* Ep. VI. 1. 2. „Alloquitur amantem Callimachus. V. 3. 4. reſpondet amans." Marg. Ap. G. et R. Ibid. v. 3. μὴ δή γε emendatur. Ex eodem fonte profluxit v. 5. lectio *Annae Dacieriae.*

P. 259. *Callim.* Ep. VII. 2. τοὐμὸν ὄνειρον. Adde *Julian.* Epiſt. L. p. 432. ἐμοὶ σὺ διηγῇ τοὐμὸν ὄναρ.

P. 260. *Callim.* Ep. VIII. 1. ἔμ' ἔχθει offert Cod. Voſſ. — In Ep. IX. v. 2. ductus ex *Homeri* H. in Merc. 523. αὐτὰρ Ἀπόλλων Λητοΐδης κατένευσεν ἐπ' ἀρθμῷ καὶ φι-

λότητι, μή τινα φίλτερον ἄλλον ἐν ἀθανάτοισιν ἔσεσθαι, Μήτε θεόν, μήτ' ἄνδρα.

P. 261. *Callim.* Ep. X. Edidit *Proſpero Petroni* in *Notizie Litterarie Oltramontane.* T. II. P. II. p. 339. — Cauſa nulla erat ſatis gravis, cur ἀρχαῖος tentarem. — *Corn. de Pauw* verbum eſſe putabat ταλαμαμεῖν, ut ταλαπαθεῖν, nimis inepte; idem v. 2. μαίνειν legebat. Feliciori ſucceſſu *Heuſingerus* in Act. Erudit. p. 366. anni 1768. λευκοπρωκτομανῶν οὐκ ε. — V. 7. ἀλλ' αἰσχρὸν ἐρ. margo Apogr. Voſſ. — Sq. Epigr. XI. habuit *Grotius* in Mantiſſa IV. T. III. p. 444. Ἔννοια, quam tractat, poſt *Horatium* pluribus placuit, etiam recentioribus, inter quos duo laudaſſe ſuffecerit, ingenio facile principes, *Arioſtum* in *Orlando fur.* C. X. 7.

*Come ſegue la lepre il cacciatore*
*Al freddo, al caldo, alla montagna, al lito,*
*Ne più l'eſtima poi che preſa vede,*
*E ſol dietro a chi fugge affretta il piede.*

et *Cervantem* in *Novelas Exempl.* T. I. p. 65. *no querria io que fueſes tu conmigo como es el cazador, que en alcanzando la liebre que ſigue, la coge, y la dexa por correr tras otra que le huye.*

P. 264. *Callim.* Ep. XII. 2. ἐκτὸς *Salmaſii* eventum. — Ad v. 3. *Fiorillo* in Obſſ. ad *Athen* p. 97. quaerit, cur roſae abjecta folia? et poëtam dediſſe autumat: τὰ δὲ ῥόδ' ἀκανθοβολεῦντα. Vulgatam ſalvam praeſtat locus *Propertii*, quem in notis laudavi.

P. 267. *Callim.* Ep. XIII. 4. Margo Ap. G. et R. „Nondum dies XX praeterierunt, ex quo te monuimus. Sed neſcio quid proverbii latere videtur ἐν τῷ εἴκοσι." In Ap. Ruhnk. praeterea additur: „τᾶς pro ταῖς dorice. De viginti illis diebus non querimur."

P. 269. *Callim.* Ep. XIV. attigit *Valckenar.* in Callim. Eleg. p. 82. ubi v. 2. ſcribit ad mentem *Huberti van Eldik*: τὰν ἐπαοιδὰν τῷ 'ρεμένῳ, μανίαν οὐκ ἀμαθής, ὁ κ. In his veriſſimum et elegantiſſimum eſt τῷ 'ρεμένῳ; quod adoptavit V. D. in Ephem. liter. Jenenſ. an. 1799. nr. 199. p. 764. praeterea corrigens Μοισᾶν οὐκ ἀμαθής ὁ κ. Aliud quid latere videtur, quod et ipſum repertum iri non dubito. — V. 5. *Valckenar.* τῷ (δοκέω) χ' ὁ λιμός — τῷ *idcirco*, ut ſaepe ap. *Callimachum*; fatetur tamen, ſibi non ſatis liquere, qua ratione haec cum praecedentibus cohaereant; quaedam fortaſſe periiſſe olim interpoſita. Hoc nomine praeſtat *Brunckii* lectio.

P. 271. *Callim.* Ep. XV. Tanquam ineditum protulit *Proſpero Petroni* in Notiz. Oltremont. T. II. P. II. p. 337. qui v. 3. 4. ſatis inepte vertit: Sic dormias, im probiſſima, ut amatorem tuum necas, neque in ſomno miſericordia mota occurrens.

P. 272. *Callim.* Ep. XVII. 1. μικρή ῥῆσις. *Dio Chryſoſtomus* Or. LXXV. p. 408. de νόμῳ· οὗτός ἐστιν ὁ τὸν κότινον οὕτως μέγαν καὶ τηλικαύτης ἄξιον σπουδῆς ἀποδείξας· — οὗτός ὁ τὰ τρία ῥήματα, οἷς ἕκαστος κηρύττεται τῶν ἀγαθῶν, πολλοῖς ἀποφήνας τοῦ ζῆν τιμιώτερα. — Ep. XVIII. habet *Grotius* Mantiſſa IV. T. III. p. 434. — V. 3. Ap. Guyet. ἔθηκε τῇ κεραστῇ δέδωκε καὶ φ. *Heuſinger* in Actis Erudit. ann. 1768. p. 366. ἔθηκά τοι γέρας τοι δίδωμι καὶ φαρέτρην. — Epigr. XIX. 2. Σειρὴν ἡ περίφ. corr. *Corn. de Pauw.* V. 5. ἡ παστοὺς ἐφίλησε τὸν τε Π. *quae thalamos amabat et Pana in illis*, idem. Tandem v. 7. 8. καὶ τοὺς αὐτῆς χρόα μελαίνᾳ ταρσούς. Somnia! — Lectio v. 5. ἡ μαστοὺς ἐφύλασσε debetur *Salmaſio.* Sed unice verum eſt ἐφίλησε. *Martial.* L. XIV. 149. in *Amictorium*: *Mammoſas metuo: tenerae me trade puellae, Ut poſſint niveo pectore lina frui.* Eidem lectioni patrocinatur cl. *Mitſcherlich,* ubi de translato uſu v. *amare* agit, ad *Horat.* I. Od. XXV. p. 241.

P. 275. *Callim.* Ep. XX. 2. *Salmaſius* temere haerens in ταῦθ' emend. πάνθ' i. e. ὅλον. Nihil certius, quam ταῦτα δῶρα jungendum eſſe — Ep. XXII. 2. ἀρξάμενος merum eſt vitium deſcribentis *Salmaſii.* In marg. Ap. R. et G. „Legendum videtur εὐξάμενος" — Ep. XXVII. 2. γλεῦκος Ap G. et R. ubi inepte: „muſti inſtar εὐμαθίην inſtillarunt." Mox v. 3. *Salmaſius* quoque de *perſona tragica* cogitabat; alio tempore de hiſtrione quodam Dionyſio agi cenſebat idem.

P. 280. *Callim.* Ep. XXVIII. Margo Ap. G. et R. „ὀεδαγμένον. βεβλημένον. Cf. Heſych. v. Amore non turbatum, ut amantes eſſe ſolent in theatris." — P, 281. lin. 12. dele *quoque.* — Mox adde *Claudian.* in Eutrop. L. I. 111. *Jamque aevo laxata cutis, ſulcisque genarum Corruerat paſſa facies rugoſior uva.*

P. 283. *Callim.* Ep. XXXI. 1. Ζεφύροις tentat V. D. in Actis Erudit. ann. 1748 p. 407. et v. 2. περύπτον, quod idem eſſe cenſet ac περίσκεπτον. Ejusdem farinae ſunt emendationes v. 5. ab eodem propoſitae: εἰ δὲ γ. λιγυρήχέος οὖδας ἐρέσσων Ποσσὶν ἄλθε, ὡς —. Siquidem venti procelloſi ſpirarent, navigabam olim, e domeſticis et nativis meis antennis praetenſum tollens velum: obtinente vero tranquillitate navigabam, ſuaviter ſonori maris pavimentum (aut aequor) ſulcans pedibus; quemadmodum et nomen meum teſtatur, donec etc. — P. 285. lin. 3. Verba ἐν θαλάμῃσιν minus recte accepi de *templi penetralibus*; agitur de *cubilibus*, in quibus nautilus degerat, bene monente *Fiorillo* in Not. ad *Herod. Att.* p. 124. Hoc ſenſu θαλάμας poſuit *Homer.* Οδ. ε. 432. πουλύποδος θαλάμης ἐξελκομένοιο; et *Oppianus* paſſim, I. Halieut. 139. 264. 445. Caeterum nondum me poenitet emendationis olim propoſitae, ita tamen, ut nunc diſtinguendum cenſeam ſic:

*μηδ' ἐμοὶ ἐν θαλάμῃσιν ἔθ', ὡς πάρος, εἰμὶ γὰρ ἄπνους,*
*τηρεῖταί γοερῆς ὤεον ἀλκυόνος.*

*non amplius, ut olim in cubilibus meis, quaerulae halcyonis partum obſervo.* *Fiorillo* l. c. proponit emendandum: *τίκτοιτ' αἰνοτέρῃ ὤεον ἀλκυονίς.* quod non diſerte explicat. Vide ipſum.

P. 287. *Callim.* Ep. XXXV. *Grotius* in Mantiſſ. IV. T. III. p. 439. ſic vertit:

*Heſiodi tenor hoc in carmine: non malus ille*
*Vates: ſed metuo, ne ſatus ille Solis,*
*Quod pertricoſum eſt, ſibi legerit. I procul a me,*
*Noctis Arateae, tenuia verba, labor.*

P. 297. *Callim.* Ep. XLII. 2. *ᾗχεθ' ἑλοῦσα κύλιξ* emendat *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 260. ſq. i. e. *εἷλε* *vicit. ſuperavit.* Cf. cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 78.

P. 298. *Callim.* Ep. XLIV. tanquam ineditum exhibuit *Proſpero Petroni* in *Notizie Oltremontane* T. II. P. II. p. 339. *Heuſinger* in Act. Erudit. ann. 1768. p. 367. ſic corrigit: „Μήνυε, καὶ σὺ γὰρ ὧδε, Μενέκρατες, οὐκέτι πουλὺς ἦσθα, τίς ἢ (ἦν) ξείνων, ὅς σε κατειργάσατο; β. Ἤρατο (ἢ ῥα τὸ) καὶ Κ. Menecrates, vino immoderatius potato, mortem ſibi acceleraverat. Hunc paulo poſt, quam ad inferos traductus erat, Menippus aliquis, quaſi mortis cauſam adhuc ignoraret, ſimulansque, ſibi parum credibile videri, virum ejus aetatis naturali morte occubuiſſe, interrogat, quis hoſtis eum interſecerit. Menecrates, ut ſi puderet ſe tam turpem mortis cauſam diſerte pronuntiare, reſpondet, eundem auctorem mortis ſuae fuiſſe, qui Centaurum Eurytiona labefecerit, ſc. vinum. Deinde Menecrates, ut etiam hac re pudori ſuo conſuleret, culpam a vino transfert in ſa-

tum.“ — Haec nemo facile felicia dixerit. In Ap. G. et R. v. 1. αἴ αἴ, καὶ σὺ legitur, v. 2. τίς ἐξ οἴνων. poſterius hoc probabat Vir eruditiſſimus, *Chardon de la Rochette*, cui Anthologia Conſtantini Cephalae vitam aliquando debebit et ſpiritum, in libello menſtruo *Magazin encycl.* an. V. T. VI. nr. 22. p. 179. τίς σ' ἐξ οἴνων ὥς σε κ. reliqua ſana eſſe pronuntians, quae ſic interpretatur: *Et toi auſſi, Menecrate, te voilà auſſi dans la tombe, tu n' a plus été le plus fort. Quel vin t'a ainſi privé de la vie?* πουλὺς per σφοδρὸς interpretatur, ut ap. *Philipp.* Ep. LX. Idem V. D. ex *Ruhnkenii* ſchedis protulit haec: „Hemſterhuſius diſcipulis Callimachum enarrans, judicabat, non Callimachi illud Epigramma eſſe, ſed recentioris cujusdam graeculi. Omnibus iterum perpenſis, ſic legendum puto:

α. Αἴνιε, καὶ σὺ γὰρ ὧδε, Μενέκρατες, εἰσέτι πουλὺς
ἦσθα· τί σε, ξείνων λῷστε, κατειργάσατο;
β. ἤρατο (?) καὶ Κένταυρον.

Tu quoque, Menecrates, in hunc usque diem frequens nobiscum eras. Quid tibi, hoſpitum optime, mortis cauſa fuit? Idem ſomnus, qui Centaurum, me etiam oppreſſit.“

P. 300. *Callim.* Ep. XLV. 3. *Hagenbuch.* in Diatr. in Inſcr. quasdam Murat. p. 25. lacunam ſic explet: ἢ χορηγὸς ἤμην, improbante *Bouherio*, qui proponit in Epiſt. ad Hagenb. p. 42. ἦγε πρὶν κλεινὴ vel ſimile quid. *Hagenbuchio* p. 75. praeterea in mentem venit: ἢ τὸ πρὶν κεκλόσμην π. προστασίῃ v. γ. — Ad Ep. XLVI. inprimis comparandum Ep. ἀδεσπ. DCCXI. et DCCIX. — Ep. XLVII. 3. Cf. *Mitſcherl.* ad *Horat.* IV. Od. V. 29. p. 369. — Ep. LIII. 6. *Fonteinius* cogitaſſe videtur de proverbio, quod eſt inter *Callim.* fr. LXXXV. ubi umbrae ap. Orcum ſic deſcribuntur: ἐκ τῶν, ὅκου βοῦν κολ-

λόβου (i. e. λεπτοῦ τινὸς νομισματίου) πιπρήσκουσιν. quandoquidem umbrae et ſimulacra carnes non amplius comedere ſolent.

P. 302. lin. 9. poſt *Planud.* adde: et Vat. Cod. — *Callimachi* Ep. LXIII. 2. ἐν δ᾽ οἴνῳ corr. *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 15. „Inter pocula quae fierent vel dicerentur, fieri dicuntur παρ᾽ οἴνῳ· ἐπὶ τοῦ ποτηρίου· vel ἐν οἴνῳ. *Sophoclem Ion Chius*, cujus fuerat uſus hoſpitio, ἄνδρα dixit παιδιώδη παρ᾽ οἴνῳ καὶ δεξιὸν ap. *Athen.* XIII. p. 603. F. Ap. *Lucian.* T. III. p. 502. *Aeſchylum Calliſthenes* dixit τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν. τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνὰς dixit *Plutarch.* I. p. 612. B. παρ᾽ οἴνῳ ipſius eſt *Sophoclis* Oed. T. v. 790.“ Similia, eandem emendationem repetens, dedit p. 262.

P. 315. *Eratoſthenis* Epiſtolam illuſtravit *Nicol. Loënſis* in Epiphyll. III. 1. ubi etiam Carmen ejus exhibet. — P. 319. *Rhiani* Fr. I. cum interpretatione ſua dedit *H. Stephanus* in Gnomis de Virtutibus p. 18. ſq. iterum tractavit in Schediaſm. I. 16. — V. 14. μνᾶται δ᾽ εὔπηχυν Ἀθάναν hyperbolice et paroemiace dictum cenſebam de eo, qui in ambiendis nuptiis ſumma quaeque et tantum non ἀδύνατα captat. At *Stephanus* monuit, hiſtoriam ſpectari, quam narrat *Theopompus* ap. *Athen.* L. XII. p. 531. F. de Cotye, rege Thraciae, ὃς δεῖπνον κατεσκεύασεν, ὡς γαμουμένης αὐτῷ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ θάλαμον κατασκευάσας ἀνέμενε μεθύων τὴν θεόν. — De ἐπίηρα v. 21. vide ad *Theocriti* Ep. XVI. 8.

P. 322. lin. 3. adde poſt ἀμβρότῳ *Homer.* Hymn. in Vener. v. 61. cujus auctor exſcripſit Od. Θ. 364. — *Rhiani* Ep. III. 2. In Ap. Ruhnk. συνήσας ſive αἰνήσας conjicitur. — *Rhiani* Ep. IV. 5. ὅττι καθ᾽ ὕψος Οὐ μέγα, conj. *Corn. de Pauw*: *cui frons eſt non magna; at viret in ea Gratia coeleſtis.* — V. 8. ἄλυτῳ ὡς ἀδάμαντι. Quae firmo vinculo nexa ſunt, ἀδάμαντι δεδέσθαι dicuntur. Hinc Dionyſius, potentia ſua fretus, ἀδάμαντι δεδεμένην τὴν ἀρχὴν

κεκτῆσθαι ſibi perſuadebat, ut eſt ap. *Aelian.* in V. H. VI. 12. et ap. *Diodor.* XVI. p. 86. ubi conſule Interpretes. Hinc explicandus *Horatius* III. Od. XXIV. 5. *Si figit adamantinos Summis verticibus dira Neceſſitas.* ad quem locum apta comparavit *Mitſcherlichius.*

P. 323. *Rhiani* Ep. V. 1. τό σαι eſt in Ap. *Guy.* *Ruhnk.* *Pauw.* unde v. 3. etiam ἀοίδημα in *Brunckii* textum venit. — V. 6. εἴρπειν α. ἆ φίλος eadem Apogr. In marg. ἕρπειν ἄφιλος ſive ἆ φίλοι, ut ἆ δειλοί. In Ap. Pauw. etiam ἀνθέρικα tanquam *Guyeti* laudatur emendatio. — *Rhiani* Ep VII. 3. οὐ κενεῆς. Ap. quaedam. In membr. ductus ſunt obſcuriores. *Salmaſius* aut σὺν aut νῦν emendandum cenſebat. — *Rhiani* Ep. IX. 1, Margo Ap. Guy. et Ruhnk.: „Legendum videtur ab ἀγρὸς ἀγρευλὶς' ab ἀχρὰς ἀχρευλὶς ductum."

P. 327. *Hedyli* Ep. I. 1. παρ' οἶνον, in conviviorum feſtivitate. Cf. *Valcken.* ad *Herodot.* p. 188. 49. et ad *Callimachi* Eleg. p. 15. et 262. — *Hedyli* Ep. II. 3. που τυχὸν pro ὡς ἔτυχε, *quo ebrietas eum ducebat*, interpretatur V. D. in Ephem. Gothan. an. 1799. nr. 30. p. 254. recte; at non apparet, quo conſilio poëta hanc ῥῆσιν poſuerit, cui nihil additur, quod ad rem faciat: Paſiſocles a primo mane usque ad noctem, a nocte iterum usque ad ſolis ortum potat; *tum ſubito abit, quo pedes ferunt*; at in conviviis ſuavius ludit vel ipſo Sicelida. — In his igitur etiamnum haereo.

P. 330. lin. 3. a fin. adde: et not. ad *Straton.* Ep. XLIII. T. II. P. III. p. 89. — Fragmentum *Antiphanis* ex *Athenaeo*, quod tentavi p. 331., rectius conſtituit *Koppierſius* Obſſ. p. 48.

P. 338. *Hedyli* Ep. VIII. (IV.) 10. Temere de ſinceritate v. νέοι dubitabam. Juvenes compotationum amantes poëta alloquitur. Caeterum hic verſus, ut cum praecedenti coëat, ſic videtur ſcribendus:

ἀλλ', οἱ Κτησιβίου σοφὸν εὕρεμα τίετε τοῦτο,
δεῦτε, νέοι, νηῷ τῷδε παρ' Ἀρσινόης.

P. 339. *Hedyli* Ep. IX. (V.) 3. Vera videtur membr. lectio ἀκόνιτος. — *Ejusd.* Ep. X. (VI.) Similia collegit *Rittersh.* ad *Oppian.* Cyn. II. 82. — P. 342. lin. 17. Lege παλαμῶν. et ſic l. 23. et 25.

P. 344. *Samii* Ep. II. 3. βρεχμῷ verſus non admittit, niſi aliis, quae ſincera ſunt, mutatis. Vera igitur videtur *Brunckii* lectio, quae et ſenſum habet optimum et verſum efficit elegantem.

P. 345. *Alcaei Meſſen.* II. 2. λάθοι et λάχοι notatum in marg. Ap. Ruhnk. *Pauwio* in mentem venit λαθοῦσα πάθῃ. — *Ejusd.* Ep. IV. 2. Nulla cauſa erat, cur membr. lectio ἰοβολεῖ mutaretur. — *Ejusd.* Ep. VI. Agitur de aurea Homeri ſtatua, a Salaminiis poëtae poſita. Qui cum eum apud ſe natum eſſe putari vellent, hunc honorem Homerus ſibi habitum eſſe ait, quo ipſe corruptus litem ſecundum Salaminios daret. Quare φλογέαις ἐν Διὸς ἀστεροπαῖς omnino de *ſplendore fulguris ſplendori comparando* accipienda videntur. ἐν in talibus ſignificat *inſtructum et ornatum eſſe*, quam ſignificationem multi illuſtrarunt, nuper etiam cl. *Schaefer* ad *Longum* p. 404. ſq. — Mox βασανίζειν non eſt torquere, ſed explorare, an corrumpi queat. Cf. *Interpp. Thomae Mag.* p. 143. et quae de βάσανος notavimus in his Animadvſſ. T. I. P. I. p. 407. ad *Mnaſalcae* Ep. XV.

P. 350. *Alcaei Meſſen.* Ep. VIII. 2. *Schneideri* correctioni Ἴδης, jam per ſe ſatis certae, magnum robur accedit a loco *Varronis* ap. *Nonium* in *Manſues*: *Non vidiſti ſimulacrum leonis ad Idam eo loco, ubi quondam ſubito eum cum viderent quadrupedem, Galli tympanis adeo fecere manſuem, ut tractarent manibus.* — V. 10. ὀρχησμῶν ob membr. auctoritatem fortaſſe praeferendum.

P. 354. lin. 4. *Teleſtis* locum ex *Athenaeo* minus recte a me tentatum eſſe judicat cl. *Hermann* ad *Ariſtotelis* Poët. I. 2. p. 89. quid reprehendat, non indicans. *Fiorillo* in Obſſ. ad Athen. p. 48. aliis reſectis, aliis transpoſitis, eundem reſtituere conatus eſt; quo ſucceſſu, judicent alii.

P. 355. *Alcaei* Ep. XII. *Matthaei* v. cl. ad Hymn. Homer. p. 437. comparat cum Hymn. in Pana XVIII. 14 — 18. δονάκων ὕπο Μοῦσαν ἀθύρων Νήδυμον· οὐκ ἂν τόν γε παραδράμοι ἐν μελέεσσιν Ὄρνις, ἥτ' ἔαρος πολυανθέος ἐν πετάλοισι Θρῆνον ἐπιπροχέουσ' ἀχέει, μελίγηρυν ἀοιδήν.

P. 356. *Alcaei* Ep. XIII. Monere neglexi, in Vat. C. altero loco prius diſtichon ſecundo poſtponi. Hinc C. *de Pauw* duo eſſe Epigrammata ſuſpicabatur. Unice veram eſſe lectionem χθὼν μὲν δή, quam male feriati Grammatici, hoc diſticho alteri ſubjecto, mutaverint, idem cenſet.

P. 358. lin. 6. a fin. corr. *Homer.* Οδ. φ. *pro* Ιλ.

P. 366. *Dioscoridis* Ep. I. 2. ὑελίνην ſuſpicabatur C. *de Pauw*, quod non ineptum, modo ὑαλέην ſcribas. Vide not. ad *Straton* Ep. LXXXVIIII. T. II. P. III. p. 122. Sed emendatione non eſt opus. — *Ejusd.* Ep. III. 2. ὅ τι σοι eſt in Ap. Ruhnk. et aliis. V. 3. ἀλλ δύσῃ eſt in Ap. Ruhnk. cum nota *Salmaſii*: ἁλιδύσῃ, quod proprium eſt piſcatorum. -- V. 5. ἕλξεις — πολλὴν δρόσον. Paroemiace dici nullus dubito. Sic ſpe fruſtratum irridens mulier ap. *Ariſtoph.* in Theſm. 928. αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασε. ad quam paroemiam idem reſpexit in Veſp. 175. ἀλλ' οὐκ ἔσπασε ταύτῃ γε. Vitium eſt igitur in verbis ἐκ λιμένος, in quibus participium latere puto, ut μαιόμενος, quod non ſine elegantia hîc interponeretur:

ἕλξεις μαιόμενος πολλὴν δρόσον.

*labore impenſo non piſces, ſed aquam extrahes.* Cf. *Apollon. Rhod.* II. 1196. 126. Idem ſic utitur verbo λιλαίεσθαι. I. 350. III. 80. IV. 802.

P. 368. *Dioscoridis* Ep. IV. 2. *Salmaſii* emendationem οὐκ ἔφυγον tuetur cl. *Hermannus* in not. ad Vigerium p. 721. *Effugi te: at vix dixeram, cum non effugiſſe me ſenſi.* — Me nondum poenitet ſententiae de hoc Epigrammate olim prolatae, quod ſic, membranarum lectionibus ſervatis, diſtinguendum exiſtimo:

Ἐξέφυγον, Διόδωρε, τὸ σὸν βάρος· ἀλλ' ὅσον εἶπα,
ἐξέφυγον τὸν ἐμὸν δαίμονα πικρότατον,
πικρότερός με κάτεσχεν· Ἀριστοκράτει δὲ λατρεύων
μέρια, δεσπόσυνον καὶ τρίτον ἐκδέχομαι.

Effugi, Diodore, onus a te mihi impoſitum; at vixdum dixeram haec verba, „effugi acerbiſſimum fatum meum," cum longe gravius me deprehenderet. Nunc enim Ariſtocratis imperio obnoxius, jam tertium dominum, cujus ſubiturus ſim imperium, *exſpecto.* Sic noviſſimum verbum accipiendum eſſe, cl. *Schneiderus* per literas me monuit; qua explicatione admiſſa, emendatione non opus eſſe apparet. V. 1. tamen haud ſcio an melius legatur εἶπας, quod *Pauwio* in mentem venit. Idem haerebat in καὶ τρίτον, ſuſpicatus, χἄτερον legendum eſſe: *et alterum nactus ſum herum.*

P. 370. *Dioscoridis* Ep. V. 2. marg. Ap. Guy. et Ruhnk ἔρματ' i. e. ὑπερείσματα. male. — P. 371. *Ejusd.* Ep. VII. Ex hujus carminis lemmate male intellecto errorem de *Soſipatro* poëta ortum eſſe cenſet *Chardon de la Rochette* V. cl. in *Magazin Encycl.* T. II. nr. 1. p. 103. qui hujus nominis poëtam unquam fuiſſe merito dubitat. V. 2. ὄρκον — θέμενον. Marg. Ap. Guy. et R. — V. 5. pro κλαίειν nec φλιῆσιν (cf. Odyſſ. XVII. 221.) ineptum foret. κλισίῃσιν tamen propius ad literas accedit. —

P. 372. Ep. IX. ἀγαλλάκτιν', ut eſt in Vat., pro epitheto Adonidis habebat V. D. in marg. Ap. Guy. et R. Ibidem ἀποπνεῦσαι et ἄπαγε notatum. — P. 375. *Ejusd.* Ep. XI. 13. βοήσας debetur *Salmaſio.* V. 15. ἱερά σοι παλάμης margo Ap. Guy. et R. — P. 377. *Ejusd.* Ep. XII. 4. nondum me poenitet conjecturae in Notis expromtae, quamquam Vir Doctus in Addend. ad Horat. T. II. p. 707. nihil mutandum cenſet, explicatione prolata, quam et ipſe dedi: Jam Zephyri refrigerio permulcetur ἡ ἑταίρα, tabellis Veneri dedicatis.

P. 379. *Dioscorid.* Ep. XIV. σᾶμα τόδ' οὐχί. margo Ap. G. et R. — P. 381. *Ejusd.* Ep. XV. 5. *Matthaeus Sladus* in notis *C. de Pauw* tentabat: ἦν δὲ Κελ. π. πάρος, οὗπερ α. ſenſu mihi quidem non ſatis expedito. *Pauw* οὔπερ ſcribendum cenſebat, reliquis ſervatis: „Si vero Marſyas antea canens non fuiſſet cognitus, Phoebi contentio eum ſatis feciſſet celebrem. Marſyae meminit poſt Hyagnidem, quia Hyagnis pater Marſyae, qui artem ab eo didicerat." — P. 383. *Ejusd.* Ep. XVI. 1. 2. *Brunckius* exhibuit ad mentem *Salmaſii* emendatos ſive potius depravatos. ὅδε verum eſt. Sic noſter infra Ep. XXIII. αἴδε Λυκάμβεω, αἳ λάχομεν στυγερὴν κληδόνα, θυγατέρες. *Theocrit.* Eid. α. 65. Θύρσις ὅδ' ὡ'ξ Αἴτνας. — P. 384. lin. 7. μετεπλάσσαντο eſt in Apogr. Ruhnk. et in marg. Guy.

P. 385. *Dioscorid.* Ep. XVII. 3. ὀνήσιμα πάντα. Ap. Ruhnk. et marg. Guy. — V. 4. non omittendus erat *Horatius* IV. Od. II. 5. de Pindaro: *Monte decurrens velut amnis, imbres Quem ſuper notas aluere ripas, Fervet immenſusque ruit.* quem locum Graecis ſcriptoribus comparatis optime explicuit cl. *Mitſcherlich.*

P. 390. *Dioscorid.* Ep. XXIV. 10. Inepte *Salmaſius* Εὐρυπύλην interpretatur τὴν Περσεφόνην παρὰ τὰς πύλας τὰς εὐρείας. — *Ejusd.* Ep. XXV. 8. ὀδυρομένη Ἀφροδίτη. Ap. Guy. et R. in marg. ὀδυρομένης Ἀφροδίτης. et mox

τέας ἴσας γὰρ ἀοιδὰς α. Ordo: ἔχομεν γὰρ ἔτι νῦν ἀοιδάς, τέας θυγατέρας, ἴσας ἀθανάτοις. — *Ejusd*. Ep. XXVI. 2: πλήθυμε. ut ſit ὤνερ πλήθυμε ἴθι προςειπεῖν πλ. σ. margo Ap. Guy. Male. V. 7. Ibidem τοὔμὸν ἀναψύξαι. recreabit, meliori famae tradet; non minus inepte. Ineptius tamen *Fleetwoodius* ἀναπτύσαι legit: tempus nomen illius exſpuat, ejiciat.

P. 394. *Dioscorid.* Ep. XXVIII. illuſtravit cl. *Huſchke im deutſchen Mercur.* ann. 1800. 5. p. 52. ſqq. et in Anal. crit. p. 3. ſqq. qui v. 1. 2. probans Planudeae lectionem ὅς παρὰ Μουσῶν Ἱρὴν παρθενίην, ι. ω. ἔλαχεν. *ſanctam illam virginem* de imagine Κηληδόνος interpretatur, quae tumulo impoſita fuerit una cum Baccho aliave perſona tragica. Quae Vir doctiſſimus acute ſane de mythicis illis virginibus disputavit, non hujus loci ſunt; hoc unum monendum, in vaſe ſepulcrali a *Michaële Ardito* edito, non ΚΑΛΕΔΟΝΕΣ, ſed ΚΑΛΕΔΟΚΕΣ legi, (quod variis conjecturis locum dedit. Vide *Zarillo* in Diſſert. ſopra un Medaglione Καυσταναν. 1792. et *Villoiſon.* in *Magaz. Enc.* VII. an. T. II. 8. p. 473.) quo conjectura, Κηληδόνας ſub virginum figura repraeſentatas fuiſſe, valde debilitatur. Nec probabile, *Dioscoridem* duas in Sophoclis tumulo figuras indicare voluiſſe. *Lenzius* V. cl. quem vide in Bibl. Artium T. LXIV. 2. p. 201. ſqq. lectionem Brunckianam probat, παρθεσίην de *pignore*, *bono* alicui *concredito* interpretatus. Idem recte monuit, non Bacchum loqui, ſed chori antiſtitem, ſive Satyrum, quod ex ſq. Epigr. 1. 2. probabile fit.

P. 397. Ep. *Dioscoridis* XXIX. *Hermannus*, qui de hoc Ep. disputavit in Epiſtola de Dramate Comico — Satyrico, (quae inſerta eſt Commentariis Societatis philologicae Lipſ. T. I. P. II. p. 254.) v. 6. intactum ſervat; v. 9. nobiscum refingit, τύπος tamen ſincerum exiſtimans: Εὔαδέ μοι θύρσων τύπος ἐν χερὶ κ. Poſteriorem

autem hujus Epigrammatis partem ſic explicat: „Me, Satyrus inquit tragoediae et ſatyrici dramatis partes agens, novis jam moribus accommodatum, in memoriam hominum revocavit Soſitheus, patriamque Alexandriam ad antiquitatis exemplum conſormavit: itaque reduxit maſculos Dorici carminis numeros, et ad ſonoros verſus ſaltans, renovatos manibus teneo thyrſos audaci poëtae conatu.“ Verba πρὸς τ' αὐδὴν ἑλκόμενος μεγάλην proxime jungenda eſſe cum ſequentibus, mutata conſtructione eo modo, quem ad *Sophocl.* Electr. 480. illuſtravit *Brunckius.* Colligendum eſſe vero ex hoc epigrammate, veterem tragoediae formam a Soſitheo inſtauratam eſſe. Quod vero idem Vir doctiſſ. verba τὸν ἄρσενα Δωρίδι Μούσῃ ῥυθμὸν de chori uſu reſtaurato, non de dorico ſermone ubique adhibito, interpretatur, mecum ſentit; nec aliter ipſe haec verba acceperam p. 399. — Ceterum ad v. 1. in marg. Ap. Ruhnk. notatum reperio: an γέννυν τὸ προσωπεῖον. i. e. τὸν ὑποκριτήν. V. 3. σκίρτης. i. e. σκιρτητής. V. 6. πάλιν ἀναρχαΐζειν ἐποίησεν ἐμέ. V. 9. lectio Brunckiana ſic eſt in Ap Ruhnk. et Guy. In Ap. Pauw. ἑπτὰ δέ μοι νεων. quod ineptis conjecturis locum dedit. — Pro ἐν χερὶ *Salmaſius* οὐ χερὶ et ἐν χροὶ i. e. χρῷ corrigit, *ſimplicem, non affectatum.*

P. 400. *Dioscoridis* Ep. XXX. 2. ζῶντι Μάχωνι corrigebat *Jenſius.* V. 3. Iis, quae de *fucis* notavimus, addenda inprimis praeclara nota *Ruhnkenii* ad *Timae.* p. 157. — P. 401. lin. 4. a fin. dele commata, quibus vox *Machon* male includitur.

P. 404. *Dioscoridis* Ep. XXXV. 1. ἐλευθερίῳ τύμβῳ. ad liberam ſepulturam referendum, de qua *Deſ. Heraldus* ad *Martial.* p. 30. et nos ad Ep. *Damaſcii* T. II. P. III. p. 332.

P. 406. Tria haec Epigrammata *Dioscoridis* ſunt, non *Soſipatri.* Vide not. ad *Dioscorid.* Ep. VIII. — P. 407. Ep. II. ἄνθεσιν ἐν χλοεροῖς. De corporis flore re-

cte mihi explicuiſſe videor. *Theocrit.* Eid. XXVII. 66. ὡς οἱ μὲν χλοεροῖσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν Ἀλλάλοις ψιθύριζον. Hac autem explicatione admiſſa, dubitari non poteſt, quin v. 5. τὰ δὲ male trahatur ad ὄμματα. Diſtingue: τὰ δ', ἠΰτε πνεύματι, φύλλα, A. Intelligenda eſt πυγὴ puellae ῥοδοπύγου, quae lubrico motu tremebat, ceu vento commota. φύλλα πορφύρεα illuſtrat *Alciphron* in deſcriptione certaminis meretricum de pygarum pulcritudine L. I. Ep. XXXIX. ὑποσιμώσασα τὴν ὀσφὺν, ἰδού, σκόπει τὸ χρῶμα, φησὶν, ὡς ἀκριβές, ὡς ἀκήρατον, ὡς καθαρόν. τὰ πορφυρᾶ τῶν ἰσχίων ταυτί. — ἀλλ' οὐ τρέμει, νὴ Δία. Ἀλλ' ὑπομειδιῶσα· ὥσπερ ἡ Μυῤῥίνη ἐστέναξε καὶ τοσοῦτον παλμὸν ἐξειργάσατο τῆς πυγῆς, καὶ ἅπασαν αὐτὴν ὑπὲρ τὴν ὀσφῦν τῇδε καὶ τῇδε ὡς ἐνεργοῦσαν περιεδίνησεν. . . . . Sic hic locus fortaſſe integrandus et emendandus. Verbo ἐνεργεῖν ſic ſupra uſus eſt *Alciphron*; et iterum L. III. Ep. LV. ubi vid. *Berglerum.* In ſimili certamine *Rufin.* Ep. II. τῆς δὲ διαιρομένης φοινίσσετο χιονέη σὰρξ, Πορφυρέοιο ῥόδου μᾶλλον ἐρυθροτέρη. — In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. haec leguntur: „φύλλα πορφύρεα. pallia purpurea, ſive potius plagulae lecti purpureae.“ — V. 7. ἀπεσβέσθη γλυκερὸν μ. marg. Ap. Guy. et R. et v. 8. παρέτοις ἐξέλυτο μ.

## AD TOMUM OCTAVUM

SIVE

## ANIMADVERSIONUM TOM. II. P. I.

---

P. 4. *Polyſtrati* Ep. I. 8. ἔλοιντο adſcriptum margini Ap. Guy. et R. in quorum contextu ἔλοισθε habetur. — P. 5. *Nicandri* Ep. I. 3. Vatic. Cod. lectionem

*Salmaſius* in not. mſt. elegantiſſimam vocat, alibi ſe eam explicaturum promittens. Equidem ſenſum in ea non video. — P. 7. *Ejusdem* Ep. III. 5. Σπάρτᾳ μὲν μέγα κῦδος. Sic plane *Euripid.* Phoen. v. 1072. de Menoeceo, qui ſe ſponte pro patria devoverat: Κρέοντι μὲν λιπὼν γόους, Τὰ δ' ἑπτάπυργα κλεῖθρα γᾶς Καλλίνικα θήσων. et v. 1221. Κρέων — παιδὸς στερηθεὶς Τῇ πόλει μὲν εὐτυχῶς, Ἰδίᾳ δὲ λυπρῶς.

P. 7. *Crateris* Epigr. 3. κατάγλωττα ποιήματα. Ad- de *Eunapium* in Vit. Libanii p. 173. παιδείας ὑπερβολὴν καὶ ἀναγνώσεως ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς λόγοις, λέξεσι κ α τ ε γ λ ω τ τ ι σ μ έ ν α ι ς ἐντυγχάνοντα. *dictionibus peregrinis et obſcuris*, ut interpretatur *Th. Remeſius* Var. Lectt. III. 5. p. 428. quod ille, ut multa alia, derivavit ex *Philoſtrati* V. Apollon. I. 17. p 21. λόγων δὲ ἰδέαν ἐπήσκησεν, οὐ διθυραμβώδη καὶ φλεγμαίνουσαν ποιητικοῖς ὀνόμασιν, οὐδ' αὖ κατεγλωττισμένην καὶ ὑπεραττικίζουσαν, ubi vide *Olearium*. De oſculis impudicis, quae καταγλωττίσματα appellantur, vide *Pierſon.* ad *Moer.* p. 224.

P. 14. *Perſae* Ep. VI. pro *Antiphanes* et Παφίης corrige *Oneſtis* et Κύπριδος.

P. 20. *Antipatri* Ep. VIII. 2. ὀρύου. debetur *Salmaſio*. — P. 21. *Ejusdem* Ep. IX. 3. repudio conjecturam olim prolatam, qua elegans vulgatae rhythmus tollitur. *Lenzius* eleganter corrigebat: καὶ τήνδ' ἔχε· χαῖρε· ἐγὼ γάρ — —.

P. 24. *Antipatri* Ep. XIV. 3. nunc aut *Kuſteri* emendationem veram eſſe puto, aut legendum:

ὅλον πεφορυγμένον ἀφρῷ

quod facile in πολλῷ mutari potuit. — V. 4. pro σπιλάδι margo Ap. Guy. ψεκάδι, *undis verberatum*, proponit. Ibidem v. 7. ξηρὸν corrigitur, quod εὑρὼν poſt ἔκιχανεν ſuperfluum eſſet.

P. 30. *Antipatri* Ep. XXI. 7. Armillis cruralibus ſerpentum ſimilitudinem fuiſſe datam ab artificibus, dubitari nequit poſt ea, quae ex veteribus monimentis obſervavit *Boettigerus in der Furienmaske* p. 87. ſq. et iterum *in Archaeol. Muſeum* T. I. p. 46. not. 10. — V. 9. margo Ap. Guy et Ruhnk. „συνόμιλοι legendum videtur. συνομήθεις. ὁμοιότροποι.“

P. 31. *Antipatri* Ep. XXIII. 1. πότνα γυναικῶν. *mulierum domina.* quod docuit cl. *Hermannus* in Obſſ. crit. l. c. XII. p. 165. — P. 32. *Ejusd.* Ep. XXV. 1. Vat. Cod. lectio ἀνεδήσατο eo ducit, ut lectum fuiſſe exiſtimem:

ἡ πολύθριξ οὔλας ἀπαμήσατο παρθένος Ἱππη χαίτας.

V. 6. nominis Φίλας, quod reſtituendum exiſtimabam, exempla vide ap. *Reiskium* in Not ad Anth. p. 113. nr. 554. Pro φιλαστραγάλῃ Vir Doct. in Ephem. Goth. ann. 1799. nr. 101. p. 868. legendum putabat παῖδ' εὐαστραγάλῳ. Θευγενὶς εὔσφυρος eſt ap. *Theocrit.* Eid. XXVIII. 13. At diphthongus εὐ ante vocalem non dividitur. ἀστράγαλοι laudantur in puellis. *Myrin.* Ep. II. Φαικάδα, εὐτάρσοισιν ἐπ' ἀστραγάλοισι γελῶσαν. Non dubitaverim equidem ſervare terminationem a codice oblatam — αστραγάλῃ, cum noſter etiam ὑπωροφίαισι (ſic Vat.) γυναιξὶ dixerit Ep. LXXXVII. et μετὰ Μούσαις ἀθανάταις Ep. LXX. Cf. ſimilia colligentem *Fiſcher.* ad *Weller.* Gramm. T. II. p. 65. ſq.

P. 35. *Antipatri* Ep. XXVII. 2. „Pro ῥομβητοὺς eſt qui legere malit ῥομβώδης, quod vereor ne ſit ridiculum. πλόκαμοι ῥομβητοὶ ſunt crines, ſumma vi jactati, rotati. Εὐστροφάλιγγα κόμαν vocat *Antipater* v. 18. *Catull.* Atys v. 23. *Ubi capita Maenades vi jaciunt hederigerae. Juvenal.* Sat. VI. 313. *crinemque rotant, ululantque Priapi Maenades.*“ Verba ſunt *Huſch-*

*kii* diſputantis contra *Slotbowerum*, hunc verſum tentantem in Tirocin. crit. p. 38. — P. 36. lin. 9. corrige ὄμματί τ' ἀντᾶν pro ἀπαντᾶν. Sed audacior haec conjectura, quam cui fidem habeas. Num fuit:

εὖ μάλα πάντα
ἐν στέρνοις ἐάγη θυμὸν ὀρινόμενον.

quod ad cod. lectionem proxime accedit. Sic autem hae voculae junguntur innumeris in locis. *Theocrit.* Eid. XXIV. 92. κόνιν πυρὸς εὖ μάλα πᾶσαν — ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα. XXV. 19. αὖλις — Φαίνεται εὖ μάλα πᾶσα.

P. 37. *Antipatri* Ep. XXVIII. 4. ἕν θύος tentari non debuit. Ut enim in praecedente verſu ἕνα poſitum eſt pro τινὰ, ſic etiam ἕν θύος pro θύος τι accipiendum. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 3. p. 26. ed. *Wagn. Schweigh.* in Lex. Polyb. p. 184. et *Valcken.* in Ann. ad N.T. p. 347. — V. 6. Conf. *Themiſt.* Or. XIII. p. 171. ποιμένος μὲν τὸ σώζειν τὴν ποίμνην· βουκόλου δὲ τὸ ῥύεσθαι τὴν ἀγέλην· καὶ μὴ τοὺς μὲν λύκους ἀποσοβεῖν, αὐτῶν δὲ τῶν λύκων γίνεσθαι χαλεπώτερον, κόπτοντα καὶ δαιτρεύοντα αἰεὶ τὰ πίετρα τῶν προβάτων.

P. 38. lin. 10. corr. ἅδε pro ἄδε.

P. 41. *Antipatri* Ep. XXXIV. 1. minori mutatione legendum videtur:

οὐ δ' ἄστεσιν οἷά τ' ἐν ἄλλοις —

Ibid. lin. 6. a fine corr. *lilium.*

P. 46. *Antipatri* Ep. XLIII. 1. ſcribendum puto:

Ταντᾰλὶς ἅδε ποχ' ἅδε, δὶς ἑπτάκι τέκνα τεκοῦσα

pro ἑπτά. Hoc iis, qui aures hexametri numeris tritas habent, non improbatum iri ſpero. — Mox corrige

lin. 3. a fin. *crinibus ſparſis* pro *paſſis*, qui error *Huſchkii* animum advertit in Anal. crit. p. 81. ubi ἔνθεον κόμαν comparat cum *caeſarie inſana* ap. *Statium* X. Theb. 598. et μαινομένη κόμη ap. *Dioscorid.* Ep. XI. Idem v. I. praeclare emendavit:

τίπτε, γύναι, πρὸς Ὄλυμπον ἀναιδέα χεῖρ' ἀνέ-
νεικας;

pro χεῖρα νένευκας, quod nimis diu tulerunt Anthologiae editores. Verſu 10. mecum conſentit, non tamen κάδεϊ, ſed κήδεϊ ſcribens, *permultum* inter utrumque intereſſe affirmans. Fateor, mihi ſemper lubricum fuiſſe viſum, de minutis hisce discriminibus ſtatuere, praeſertim in ejusmodi carminibus, quorum auctores ſibi in uſurpanda dialectorum ratione parum conſtare apparet. Recte vero idem monuit, πέτρος non mutandum eſſe, participio ſcilicet ad Νιόβα relato. Poſtremum hoc diſtichon ita vertit *Grotius*, ut ſuum acumen poëtae tribueret: *Infauſta prognata die: nec meta laborum Mors tibi: nam fies, Tantali, morte ſilex.* In primo vſ. cum *Huſchkio* conſpirat: *Non pudet, ad coelum quod palmas femina tollis.*

P. 51. *Antipatri* Ep. XLIX. in Anthol. Grotii T. III. p. 436. ed. *Boſch.* ubi alterum diſtichon longe aliter legitur ac apud *Burmannum*: *Errantes ſimul et ſtantes, ad lumina quorum Multiplici clauſus ſaltat in orbe polus.*

P. 53. *Antipatri* Ep. LII. *Gregorius Nazianzenus* in Murat. Anecd. p. 142. miracula mundi hoc diſticho complexus eſt:

Ἑπτὰ βίοιο πέλει τάδε θαύματα, τεῖχος, ἄγαλμα,
κῆποι, πυραμίδες, νηός, ἄγαλμα, τάφος.

Idem ex noſtro aſſumſit verſum Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος Ep. CCXXV. p. 213. et iterum ἄλλος μὲν Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος, Ἄλλος δ' Αἰγύπτου δείματα πυραμίδας.

P. 59. *Antipatri* LXIII. 1. χελιδόνα corrigebat *Salmaſius* in not. ined. quod Vaticanae lectioni minime praeferendum. Cf. *Huſchke* in Anal. cr. p. 99. — V. 5. κινυρομέναν. Liberos quaerens Calaſiris ap. *Heliodorum* L. II. 22. p. 132. ed. Bip. θρήνοις παραπέμπω τὸ πάθος, ὥσπερ, οἶμαι, τις ὄρνις, ὄφεως αὐτῆς τὴν καλιὰν πορθοῦντος, ἐν ὀφθαλμοῖς τε τὴν γονὴν θοινωμένου — τετριγυῖα δὲ περιποτᾶται τὴν πολιορκίαν, εἰς ὦτα ἀνήμερα — ἀνήνυτον ἱκετηρίαν τὸν μητρῷον εἰςάγουσα θρῆνον. — V. 7. non recedendum erat in voce ἠλιτοεργὸς a *Suidae* interpretatione, quam reliquit etiam cl. *Schneider* in Lexico T. I. p. 629. *ſceleſtum* explicans. Aliter poſtea ſtatuit in notis ad *Orphei* Argon. 1365. p. 228. Senſus eſt: *Sic obiit, facinore, quod ſibi propoſuerat, non effecto.* unde nihil mutandum eſſe, ſponte apparet.

P. 62. *Antipatri* Ep. LXVII. 3. Orpheo tribuitur, quod ſomno perſonatus *Orpheus* tribuit in Argon. v. 1007. κοιμίσσας δ' ὅγε φῦλα πανημερίων ἀνθρώπων, Καὶ ζαμενεῖς ἀνέμων πνοιὰς καὶ κύματα πόντου, Πηγάς τ' ἀενάων ὑδάτων ποταμῶν τε ῥέεθρα. Paulo poſt in eadem ῥήσει v. 1013. depravata eſt deſcriptio potentiae, quam ſomnus in draconem exercuit:

κῶμα δ' ἄφαρ κατέμαρψε πελωρίου ὄσσε δράκοντος,
ἰσοπαλὲς θανάτῳ, δολιχὴν δ' ἀμφ' αὐχένι δειρὴν
θῆκε καρηβαρέων φολίσιν.

Liceat mihi, variis doctorum virorum conjecturis meam quoque addere. Scribendum puto:

δολιχὴν δ' ἀμφίσχανε δειρήν.
θῆκε κάρη βαρύθων φολίσιν.

Somnus draconis obſedit oculos, et longum ejus collum occupavit. Tum ſomno onuſtus caput depoſuit, inclinavit una cum ſquamis, i. e. caput ſquamatum. — Collum belluae reſolutum indicat poëta (αὐτὰρ ὅγ' ἤδη Οἴμῃ θελγόμενος δολιχὴν ἀνελύετ' ἄκανθαν. *Apollon. Rhod.* IV. 150.). βαρύθων i. e. βαρυνόμενος. Ep. ἀδεσπ. CCLXXXV. ὕπνῳ βεβαρημένος. *Statyll. Flacc.* Ep. XI. — Ad φολίσιν σὺν ſubaudiendum videtur.

P. 62. *Antipatri* Ep. LXVIII. habetur in Marmor. Taurin. p. 169. *Bonadae* Anthol. p. 405. *Fleetwood.* Sylloge p. 173. — V. 3. ἀγήραντον emendavit *Salmaſ.* in not. ined. — P. 65. *Antipatri* Ep. LXXI. ex marmore Pergami in Aſia edidit *Donius* in Inſcr. p. 336. *Bonada* p. 410.

P. 68. *Antipatri* Ep. LXXIII. 10. Comparat *Schaefer* V. cl. *Longum* L. II. p. 39, 20. εἰ δὲ μὴ μάτην ταύτας τὰς πολιὰς ἔφυσα — ἔρωτι, ὦ παῖδες, κατέσπεισθε καὶ ἔρωτι ὑμῶν μέλει.

Ibid. *Antipatri* Ep. LXXIV. 5. Egregie h. l. emendavit *Huſchke* in Anal. cr. p. 98. ὡς ὁ Διωνύσου μεμελημένος ἤθασι κώμοις. „h. e. homo *conviviis adſuetus*, qualis Anacreon fuit. Ita loquitur *Nonnus* XXXVII. 493. ἤθάδι πυγμαχίῃ μεμελημένος. Idem l. c. 36. παντοίαις ἀρετῇσι μεμηλότες. plane ut Pindar. Ol. I. 145. ἃ τέκε λαγέτας ἓξ Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς. Plura exempla collegit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 580. et alibi. Eſt igitur μεμελημένος ἤθασι κώμοις idem, qui φιλόκωμος, ut Anacreontem vocat Simonides Ep. LIV.“ Idem V. D. ad *Antipatri* Ep. LXXV. 4. haec notavit in Anal. cr. p. 95. „ἀνακρούεσθαι νέκταρ eſt *percutere lyrae carmen*, ut loquitur *Propertius* II. El. I. 9. Alii eodem ſenſu dicunt κρέκειν, ἀράσσειν μέλος. *Theocrit.* Eid. IV. 30. κηῦ μὲν τὰ Γλαύκας

ἀγκρεύομαι, σὺ δὲ τὰ Πύῤῥω. *Antipater Sidonius* ante oculos habuiſſe videtur locum *Anacreontis*, cujus meminit *Himerius* Orat. XIV. p. 612. ἐκεῖνος γάρ ποτε ἐρασθεὶς ἐφήβου καλοῦ, ἐπειδήπερ εὗρε τὸν ἔφηβον ὀλίγον αὐτοῦ φροντίζοντα, λύραν ἁρμόσας ἠπείλει τοῖς Ἔρωσιν, εἰ μὴ αὐτῷ τιτρώσκοιεν αὐτίκα τὸν ἔφηβον, μηκέτι μέλος εὔφημον εἰς αὐτοὺς ἀνακρούσασθαι.“ V. 5. *Grotius* ἔφυ legit: *Nam fuit ardori juvenum ſcopus ille; ſed in quem Tela truce ex arcu mitteret, unus erat.* Haec omnia ad Smerdin puerum relata vereor, ut multis placitura ſint. ἔφυς ſincerum eſt; modo reliqua emendatius legerentur.

P. 72. *Antipater* Ep. LXXVIII. 2. βάντ' ἐς legendum cenſet *H. Stephanus* in Not. ad Epigr. Sel. p. 303. multo enim tolerabiliorem eſſe defectum copulativae particulae inter βάντα et ἐπιβωσάμενον, quam defectum praepoſitionis inter βάντα et accuſativum. Nulla emendandi neceſſitas; verbis enim *eundi* accuſativus paſſim additur. *Euripid.* Helen. v. 539. πορθμοὺς δ' ἐλᾶσθαι μυρίους πεπλωκότα. *Theocrit.* Eid. XIII. 66. ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν Ὤρεα καὶ δρυμώς. Etiam βαίνειν. *Eurip.* Helen. 623. ἄστρων βεβηκυῖαν μυχούς.

P. 80. *Antipatri* Ep. LXXXV. 1. 2. laudat *Stoſch.* in Antiqq. Thyat. p. 306.

P. 81. *Antipatri* Ep. LXXXVII. Sex priores verſus vertit *Grotius* T. III. p. 430. ſq. qui v. 1. ſequitur emendationem *Salmaſii*: *Dic mihi, quis ſculpſit res occultantia ſigna Lyſidica, in cippi marmore, quaeſo, tui?* — V. 3. marg. Ap. Guy. „lego ἐν εὐθρνι τε πανάγρα Οἰωνοπλακτᾶν θ. εὔθρνι pro εὔθρνιθι. πανάγρα hîc eſt caveâ, in qua pugnat gallus gallinaceus οἰωνοπλακτᾶν i. e. ὁ πληκτιζόμενος.“ Ταναγρα ſcribendum eſſe non fugit *Corn. de Pauw.* — Notabilis forma ἐγρεσιμάχας, cui ſimilia quaedam Anthologia exhibet. — V. 5. ὑπωροφίαισι revocandum. Cf. Addenda ad Noſtri Ep. XXIII. Temere in Actis Eruditor. ann. 1746. p. 319. *Leichius* reprehenditur, quod hanc formam admiſerit.

P. 82. *Antipatri* Ep. LXXXVIII. 2. *Slothower* in Tirocin. crit. p. 38. tentat γέρανον, χᾶνα, temere omnino. Verum eſt χαροπάν. *Oppian.* Hal. IV. 312. χαροπῇ θάλασσα. — V. 3. πανεύτονον. Ap. Ruhnk. et Guy. Apogr. Gothano iterum inſpecto, vidi, in membr. Vat. eſſe αὐδάσει με τὰν εὔτονον. quare lectio πανεύτονον, quae *Pauwio* in mentem venit, haud abſurda videbitur. — V. 7. χὰν δὲ δόμων φυλακᾶς μ. τάνδε. *Salmaſius* emendavit in marg. Ap. Guy.

P. 86. *Antipatri* Ep. XCI. 2. βουφόνε habet Ap. Guy. et Ruhnk. V. 3. τελεύτησε. margo Ap. Guy. — Haec ante oculos habuiſſe videtur auctor Inſcriptionis ap. *Pocock.* in Inſcr. ant. p. 46. quantum quidem ex laceris ejus veſtigiis intelligimus, quae nos ſic interpretamur:

καὶ θάνον ἀτρέστῳ μαρνά[μενοι πολέμῳ]
συμμα . . . . . εμος ενθεμενος . . . . . . . . . .
πατρίδι τὰν κλεινὰν ὤπασαν . . . . . . . . . .
ἢ ῥ' ἐτύπωσε σᾶμα λέοντε . . . . . . . . . . .
οἱ μὲν γὰρ θηρῶν φέρτατοι, οἱ δὲ βροτῶν.

Poſtremum diſtichon parum feliciter tentavit V. D. in Actis Erud. an. 1753. p. 584.

P. 89. *Antipatri* Ep. XCIII. 2. τμαθὲν exhibet margo Ap. Guy. additis verbis: „ſed κναθὲν placet melius.“ Ibid. ad v. 10. „Ἴων Κρ. ὀρθὸς οἰστ. i. e. ἐγω Ἴων ὁ ποιητὴς τοῦ ἐπιγράμματος τούτου ὀρθὸς οἰστοβόλος.“

P. 92. *Antipatri* Ep. XCVI. 5. *Homer.* Οδ. μ. 415. Ζεὺς δ' ἄμυδις βρόντησε καὶ ἔμβαλε νηῒ κεραυνόν· Ἡ δ' ἐλελίχθη πᾶσα, Διὸς πληγεῖσα κεραυνῷ, Ἐν δὲ θεείου πλῆτο. — V. 6. *Lenzius* verba καὶ φράσεν languere ratus, nec immerito, epitheton v. ἀγγελίην latere exiſtimabat, δύσφατον vel ſimile quid. Propter ſequentia mallem ἐμφανῆ, *diſer-*

*tum nuntium*. Sed vide, an lateat dativus indicans eos, ad quos nuntius ille pertinuerit.

P. 93. *Antipatri* Ep. XCVII. 3. ἀπήμεν. Apogr. Ruhnk. et margo Ap. Guy. ἐκεῖ tentabat *Pauw*, in quod nos quoque incidimus. V. 4. In marg. Ap. Guy. haec leguntur: „τόσσῳ χρώμενον ἐν π. τὸ τοσσῶς, τὸ τυτθῶς, μικρῶς. τοσῶς cum ſimplici σ habet Scaliger e veteri poëmate ad Priapum."

P. 94. lin. 22. corr. *emendationem* pro *interpretationem*. — διωλένιος emendabat *Salmaſius* hac explicatione addita: τὴν δι' ὠλένων ἤγουν χειρῶν ἐχομένην, φερομένην. — V. 8. πάταγον jam *Salmaſius* correxit, cum hac interpretatione: „non ſtrepitum, qui forium pulſatione fieri ſolet nuptiarum die, ſed horrendum illum, qui planctu in funere editur, οὐ τὸν πάταγον τὸν γαμικὸν, ἀλλὰ τὸν ἐν τῷ πένθει γινόμενον κοπετόν."

P. 100. *Antipatri* Ep. CV. 3. λινοῦ corrigebat *Salmaſius* in not. inedit. quia in lemmate eſt εἰς Ἀλκιμένην λινοθήραν.

P. 110. *Demagetae* Ep. V. 5. Orphica et Bacchica myſteria pro iisdem habuerunt haud pauci. *Apollodor*. I. 2. 3. ubi vid. *Heyn*. *Diodor*. III. 64. p. 234. *Boettiger* in Muſeo Att. I. 2. p. 332. ſq. — V. 8. θυμὸν ἔθελξε. De Amore *Plato* in Conviv. p. 197. E. ἡγεμὼν κάλλιστος καὶ ἄριστος, ᾧ δεῖ ἕπεσθαι πάντα ἄνδρα ἐφυμνοῦντα καλῶς, καλῆς ᾠδῆς μετέχοντα, ἣν ᾄδει θέλγων πάντων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων νόημα.

P. 115. *Demagetae* Ep. XII. Non ſatis diſerte, quid ſentirem, expoſui, unde factum eſt, ut V. D. in Bibl. German. exiſtimaret, me negare, Praxitelis patriam in *Demagetae* Epigrammate indicari. At hoc equidem volui: In lemmate hoc Epigramma ad Praxitelem *ſtatuarium* refertur. Hoc ſi certum eſſet, ex hoc carmine intelligeretur, quod aliunde non conſtat, ſtatuarium illum *Andrium* fuiſſe. At dubia fides ejus, qui lemma

concepit, et in ipſo Epigrammate nihil eſt, quod nos de *ſtatuario* cogitare cogat. Plures fuerunt inter Graecos Praxitelis nomine.

P. 117. lin. 15. ante *Parum* inſere: *ut legitur etiam in marg. Ap. Rubnk. et Guy.*

P. 119. *Theodorid.* Ep. III. 1. πιληθέντα debetur *Salmaſio.*

P. 121. lin. 20. lege *illud* pro *illum.* — De *Crobylo* disputat, v. 1. 2. hujus Ep. ex *Suida* excitans, *Nicol. Loenſis* in Epiphyll. VIII. 25. nihil tamen attulit, quod ad difficultatem hujus loci expediendam valeat.

P. 126. *Theodoridae* Ep. VIII. 6. in διθυραμβοχῶνα non proprio ſenſu accipienda vox διθύραμβος, quaſi *Mnaſalcas* dithyrambos ſcripſiſſe dicatur, ſed *tumidum* et *inflatum* dicendi genus, in elegis ab eo adhibitum, ſignificat. *Dionyſ. Halic.* T. II. p. 205. 29. ψόφοι ταῦτ' ἔστι καὶ διθύραμβοι, κόμπον ὀνομάτων πολὺν, νοῦν τ' ὀλίγον ἔχοντες. et ap. eundem T. II. p. 272. 39. τάχ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς σαυτοῦ λόγοις ἁλισκοίμεθα ἄν, δαιμονιώτατε Πλάτων, ὡς διθυράμβων ψόφους καὶ λήρους ἠγαπηκότος. ut hunc locum reſtituit *Valcken.* ad Callim. Eleg. p. 286. — V. 8. marg. ap. Ruhnk. et Guy. τύμπανὸν γε τύπτει. ſed ἐπέχω.

P. 128. lin. 9. ante *Myrtis* inſerenda ſunt haec: In ciſta myſtica, quae in Bacchi feſto circumferebatur, etiam ῥοιὰν fuiſſe, tradit *Clemens Alex.* p. 14. B. Plura vide de malo punico in myſteriis adhibito ap. *Boettigerum* in Proluſ. altera de Medea Euripid. p. XIII. ſq. ubi etiam cauſas illius uſus docte perſequitur. Noſtrum carmen non attigit. — *Myrtum* Cereri non minus ac Veneri ſacram eſſe, dicit *Artemidor.* Onirocr. L. I. c. LXXIX. — Poſtrema Epigr. verba ſic fortaſſe accipientur rectius: *nam etiam, dum viveret, eadem amabat.*

P. 130. *Theodoridae* Ep. XII. 1. δηρίφατον emendavit *Salmaſius*. Eidem debetur emendatior lectio in Ep. XVII. 3. αἰνόλινε. — Ep. XVIII. 2. ἔχω ſervandum, δ' ante ἔνδον recepto. V. 3. fortaſſe fuit νῦν αἰών μ' ἔτρεψε χρόνκαις ἴσον. certe νῦν ante αι facile excidere potuit.

P. 137. *Poſidippi* Ep. VI. 1. 2. minori fortaſſe mutatione legendum:

Ἐν Παφίῃ, Κυθέρεια, ποτ' ᾐόνι εἶδε Κλέανδρος
Νικοῦ ἐν χαροποῖς κύμασι νηχομένην.

Scena in litoribus Paphi inſulae: ἐν Παφίῃ ᾐόνι. Jam apparet, quo referenda ſint verba in fine Epigrammatis: τᾶς κείνης εὔξατ' ἐπ' ἠιόνος. ᾐόνι, quod membranae habent, procul dubio verum eſt. *Salmaſius* in not. ined. corrigebat: ἐν Παφίῃ Κ. παρ' ᾐόνι εἶδε Κλ. Νίκην ἐν χ. quae quomodo acceperit, ignoro equidem. In Νικοῦ longa vocalis etiam ante ἐν produci poteſt, neque opus eſt ἐνὶ ſcribas.

P. 138. *Poſidippi* Ep. VII. 2. ἐρχομένην emendavit etiam *Martorell.* in Theca calam. I. p. 22. — V. 3. 4. λυγδὸν λεπτὴν legitur in antiquis *Suidae* edd. — Ap. eundem Ep. VIII. 4. cl. *de Boſch* in literis ad me datis corrigendum proponit: ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης, Ἄλγος ὁ μὴ κρίνων, καινὸν ἄγει τι πόθος. a Venere immiſſus amor, qui, quem inde dolorem capiam, pro nihilo habet, ſemper mihi novam amandi ſuppeditat materiam. Simili ratione haec tentabat doctiſſimus *Lenzius*: ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀ. Ἄλγος ὁ μὴ κραίνων καινὸν ἄγει τι πόθος. i. e. πόθος ἐξ Ἀφροδίτης ὁ μὴ κραίνων (eventu deſtitutus) ἀεὶ ἐμοὶ ἄλγος καινόν τι ἄγει.

P. 141. *Poſidippi* Ep. IX. 3. *C. de Pauw* tentat πεποτημένη, his additis: „Vox βύβλος ſignificationis eſt ambiguae; nam et *chartam* denotat et libros ex ea compactos, vel herbam ipſam, ex cujus tenuiſſimis philyri

charta conficiebatur. Poſterior σημασία hujus loci eſt. Aſſimilat enim Poſidippus ſemetipſum vel amicorum nonneminem Muſarum cicadae, cui ſupervenit Amor et inſidias ſtruit, quamobrem illud ἐν βύβλοις respondere debet τοῖς ἐπ' ἀκάνθαις, ſcilicet quae vepribus tunc inhaerebat cicada, prius inter byblum et papyri herbam vagari erat ſolita; altera ſignificatio propoſito et intentioni poëtae ſatisfacit, qui κατ' ἀλληγορίαν hic locutus eſt. Quae ſequuntur, ita emacules: ἀλλὰ θερίζει ψυχῇ, ἀνιηρῷ δ. μ. illa vero cum papyreta pervolaſſet antea, anima colligit alia atque alia, nec ad ignem amoris ejusque calorem ſenſum applicat, quo ſopor ei fuiſſet inductus, verum diverſiſſima repetit animo, increpans Deo iſti moleſto. "

P. 142. *Poſidippi* Ep. X. 1. φέρ' ἕκαστα, *ſingulis ſingula pocula*, legebat *Pauw*. V. 3. ἐμοῦ et ἑαυτοῦ eſt in marg. Ap. Guy. — V. 3. 4. Improbo nunc conjecturas ad h. l. expromtas. Recte *Valckenarius* ad *Theocrit*. X. p. 127. "ἐρᾶν τι vereor ut ā Graecis veteribus dicatur." Certe talia antiquis non temere obtrudi debent. τὸν δ' ἕκτον ἑκάστου, quod membranae praebent, ſincerum eſt: Septimum poculum omnibus miſce, qui amoris flammam experti ſunt. Hi enim *Mimnermo* et *Antimacho*, poëtis calidiſſimis, recte ſubjiciuntur. Totum autem diſtichon ſic ſcripſerim:

> συγκέρασον τὸν πέμπτον ἐμοῦ· τὸν δ' ἕκτον ἑκάστου,
> Ἡλιόδωρ', εἶπας, ὅςτις ἐρῶν ἔτυχεν.

In nonnullis Apogr. eſt εἶπας. *Pauw* οἶδας legit. — V. 7. 8. V. D. in marg. Guy. addititium et ἀσύστατον pronuntiat. Mihi autem depravatum nec facile reſtituendum videtur.

P. 144. *Poſidippi* Ep. XI. 2. ῥαῖνε emendatum in marg. Ap. Guy. et Ruhnk. — Ep. XII. 4. ibidem ἄπεισι, *abſunt, deſunt duo congii.*

P. 154. *Poſidippi* Ep. XVIII. Tanquam *Callimachi* hoc Epigramma edidit *Proſper. Petron.* in Notiz. Oltremont. T. II. P. II. p. 338.

P. 158. *Poſidippi* Ep. XXI. 3. Ζεφυρίτιδος ἄκρης corrigit *Valcken.* ad Callim. Eleg. p. 165.

P. 158. *Phaniae* Ep. I. In *Themide* haerebat etiam *C. de Pauw*, qui καὶ μέθυ legendum cenſebat; et v. 5. ἀλλ' εἴ τι σπινθῆρος etc. — P. 159. *Ejusdem* Ep. II. 1. *Lori* uſum in ſcholis confirmat vſ. Grammatici in capite Satyrae Horatianae L. I. X. *qui multum pueros loris et funibus udis Exhortatus*, etc. quem locum cl. *Lenzius* mihi iudicavit. V. 3. *Purgold.* in Obſſ. crit. p. 284. emendabat: κέρκιν τ' εὔογμον φιλοκαμπέα. radium mathematicum, qui bene quaſi arat, ſulcos atque lineas findit in pulvere. φιλοκαμπὴς flexibilis atque lentus ad radium canna factum appoſite. *Heſych.* κερκίδας. δονακίδας. Idem Ep. III. 1. Σμίλαν Κεστάδας metri cauſa ſcribendum cenſebat p. 284.

P. 169. *Phaniae* Ep. VI. Apparatum tonſtrinae explicuit cl. *Boettigerus* in libro multifaria eruditione referto, cui titulus *Sabina oder Morgenſcenen im Putzzimmer einer reichen Römerin.* p. 330. ſqq. ubi in noſtro Epigr. v. 2. πετάσου φάρσος ἐπιξυρίου de frusto veteris pilei interpretatur, acuendis novaculis adhibito. Idem p. 334. loca de linteis ſive mantilibus priſcorum tonſorum collegit.

P. 172. *Phaniae* Ep. VIII. 5. αὖον γ' αὐγάσσεις με acute corrigit *Purgold.* Obſſ. crit. p. 284. quod de eſuriente accipiendum eſt, qui deſiderio enecatur. αὖος ὑπὸ λιμοῦ. *Alciphr.* L. III. 4. p. 282. Cf. *Valcken.* in Adoniaz. p. 292. C.

P. 174. *Chaeremonis* Ep. I. 1. Similiter ac nos hunc verſum tentavit *Salmaſius* in not. mſt. τοῖς Ἄργει καὶ Σπάρτῃ ἶσαι χέρες. i. e. τοῖς Ἀργείοις. ut hoſpes Zacyntho pro Zacynthius. — P. 175. *Ejusdem* Ep. II. 1. In

marg. Ap. Guy. Κλαύσατε Τιμοκλῆ', ὅς υ. Θ. δ. τ. Κάτθανεν α. γ. ἐπεινυμένος. — In *Ejusdem* Ep. III. 1. ſaltem legendum: Εὔβουλαν τέκνωσεν. In marg. Ap. Guy. πάντα appictum.

P. 177. lin. 2. poſt *denotat* adde: Vid. *Petavius* ad *Themiſt.* Or. XXIII. p. 292. D.

Ibid. *Hippiae* Epigr. reperitur etiam ap. *Dominicum Gallum* in Annali della città di Meſſina T. I. L. II. p. 34. qui ea, quae *Gualterus* in Omiſſis addidit, non magis obſervavit, quam *Reynam* et *Murator.* Denuo deſcriptum exhibuit Editor Collect. novae Inſcript. Sicular. p. 191.

Αὐρήλιος Εὐτύχης τοῖς κατοιχομένοις μνείας
χάριν.

Κύζικος ἦν μία πᾶσι πατρίς, καὶ μοῖρα δὲ πάντας
ὠ . . σενηιθεους ωπ. ροδειτα μια . . . . . . . . . . . .
δημας ανε . . . . . . . .
. . . . . . τ . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . .
. . . . . . . αὐτὸς ἔχει
πόθησεν καὶ . . . . . . .
. . . . . . . . . . .
τεῦξε λυγροῖς ὄμμ
ατα μυρομένη
οὗ τὸ καλὸν κοσμεῖ
περικείμενον οὔνο
μα τυμβους ουκλυκυς
εσθημειν κανφθι
μενοισιν Ἔρως.

In prima lacuna Editor ſupplet δέμας ἀνέθηκε. corpus depoſuit. Deinde verba αὐτὸς ἔχει πόθησεν vertit idem: ipſe habet, quae deſideravit. μυρομένη triſtibus (oculis)

perſuſa. Si vera eſt lectio v. 1. Κύζικος, ſponte corruit *Brunckii* conjectura de Hippia carminis auctore.

P. 181. *Philoxeni* Ep. eſt in Anth. Grot. T. III. p. 432. qui v. 3. vertit: *Viginti ut praeſit ſtadiis*, eodem ſenſu, ni fallor, quo *Reiskius* h. l. accepit. Hujus explicationem unice probat cl. *Schaefer* ad *Longum* p. 329. ubi praepoſitionem ἀπὸ, ſpatium ſignificantem, illuſtrat.

P. 186. *Zeuxidis* elegos ſic reſarcire conatus eſt *Fiorillo* in Obſſ. in Athen. p. 93.

> Δείξας νικάτω, πρότερον μηδ' ἄλλο γενέσθαι
> τέχνης τῆςδε. Δοκῶ δ' οὐχὶ τὰ δεύτερ' ἔχειν.

interpretatione non addita. A talibus manum abſtinere mihi quidem videtur prudentius. Idem in *Parrhaſii* Fragm. v. 1. ſic reſtituit: κἀγὼ ἄπιστα κλύουσι λέγω τάδε· φημὶ γ. τ. Illum vero dixiſſe οὐκ ἄπιστα, ex *Athenaeo* apparet L. XIII. p. 543. E et in *Ariſtide* etiam hujus lectionis ſunt veſtigia, τουτονὶ κἄπιστα. Quare mihi probabilius videtur, illum ſcripſiſſe: οὐχὶ ἄπιστα κλύουσι λέγω τ.

P. 188. *Arceſilai* Ep. II. 1. 2. excitavit *Ferdin. Stoſch.* in Antiqq. Thyatir. p. 48. ubi pro Καδανάδη, cujus vocis idoneam explicationem non reperiebat, Καδανὰ δὴ legit. Κάδοι eſſe urbem Myſiae in finibus Lydiae et Phrygiae; hinc eſſe Καδηνὸς ſive Καδανὸς. Thyatiram autem ob Cadorum viciniam Cadanam dici, uti mons Σάρδαιος a viciniis Sardibus. Idem V. D. totum Epigr. profert p. 265. ſuſpicionem expromens hanc: Menodorum diem obiiſſe Athenis, quando cum Arceſilao ſtudiorum cauſa in illa urbe haereret; Eudamum vero, patrem ejus, monimentum ei poſuiſſe dici, quod miſſa pecunia illud ponendum curaſſet. — Latinae verſionis vitio in errorem inductus *Stoſchius* Menodorum pro

Eudami habuit filio, a quo illum amatum fuiſſe tradit *Diogenes*. Καδανάδη patronymicum videtur a nomine Καδάνης.

P. 190. In *Doriei* Epigr. v. 8. verba κατ' οὖν μοῦνας perperam de vitio ſuſpecta habui. Sic veteres, Ionas praeſertim, locutos eſſe, particula οὖν inter praepoſitionem et verbum poſita, docuit *Schaeferus* ad *Longum* p. 418. Cf. *Weſſel.* in Diſſert. Herod. p. 105. in not. ad Herod. p. 308.

P. 191. in *Archimeli* Ep. 10. *Aeſchyl.* VII. c. Th. 32. πληροῦτε θωρακεῖα κἀπὶ σέλμασι Πύργων στάθητε. — P. 192. lin. 8. corr. μελανᾶν pro μελάνων.

P. 193. *Archimeli* Ep. II. 3. λείη. Sic plane *Gregor. Nazianz.* Ep. CXCII. in *Muratori* Anecd. p. 177. τὴν δὲ τραχεῖαν καὶ προσάντη μοι τρίβον λείαν τιθείης εὔπορόν τε σῷ λάτρει. De ultimo diſticho diſputavit *Huſchke* in Anal. cr. p. 157. qui grave ulcus in eo latere ſuſpicatus, nihil quidem tentat, ſed ſimilem *Propertii* locum indicat II. El. X. 21. *Ut caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis, Ponitur hic imos ante corona pedes: Sic nos, nunc inopes laudis conſcendere carmen, Pauperibus ſacris vilia tura damus.* Similiter *Euripid.* Phoen. 1744. μοῦσαν ὃς ἐπὶ καλλίνικον οὐράνιόν τ' ἔβαν. Nuper eundem locum explicare conatus eſt cl. *Lenzius* in Bibl. Nova Lipſ. T. LXVII. 1: p. 151. ἄκρον eſt cacumen artis, quod Euripides adſcendit, ſive ipſa Medea, quae primum locum inter Euripidis Tragoedias obtinet. Sic *Dioscorid.* Ep. XXVII. de Antigone et Electra: ἀμφότεραι γὰρ ἄκρον. *Alexander Aetolus* ap. *Athen.* L. XV. p. 699. C. Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰών. Senſum eſſe igitur: Quodſi graſſatus fueris ad Medeam in ſumma conſtitutam, tanto graviori caſu praecipitaberis, inglorius triſtem acturus vitam. Noli itaque tantam coronam appetere, quam nunquam aſſequeris. — Nondum mihi perſuaſum eſt de lectionis

ſinceritate. ἄκρα quidem doctiſſ. virorum obſervationes ſalvum praeſtant; at naevus in χαράξῃς haeret.

P. 195. *Ptolemaei* Ep. I. Anthol. Grot. T. III. p. 438. — P. 196. *Ejusd.* Ep. II. 3. *Juvat inter ſidera ipſa vagantem divitum pavimenta ridere, et totam cum auro ſuo terram.* *Seneca* Qu. Nat. I. 1. — Ibid. Ep. *Zenodoti* v. 2 σὺν πολιῷ σεμνὸς ἐπισκυνίῳ. An fuit ἐν π.? Vide cl. *Schaeferum* ad *Longum* p. 404. — V. 3. ἄρσενα λόγον. *Seneca* Conſ. ad Helv. c. 12, 3. *Zenoni, a quo coepit Stoicorum rigida et virilis ſapientia.* — V. 5. Lectio ὃν ap. *Suidam* anſam dedit cl. *Porſon* emendandi: εἰ δὲ πάτρα Φοίνιξ σύ, τίς ὁ φθόνος; οὐ καὶ ὁ Κ.

P. 198. *Artemonis* Ep. II. edidit *Klotzius* in Lectt. Venuſ. p. 190. quae nunc non ad manus ſunt. V. 1. φλιὴν exhibet Ap. *Guy.* *Rubnk.* *Pauw.* nulla lectionis diverſitate notata. V. 3. 4. editi ad mentem *Salmaſii*, quae praeterea et ἀντιάων conjiciebat pro αἰτιαίων. C. de *Pauw* legendum cenſebat: δειμαίνω, καὶ γάρ μοι ἐνύπνιον ἦλθε φαρέτρῃ Ἀντιάων, καὶ δοὺς εἴχετ' ἀλεκτρυόνας. *metuo, etenim mihi in ſomnio venit obviam cum pharetra, et alectruonas habuit redditurus ſecum.* Sic manifeſtam eſſe ominis infelicitatem; gallos gallinaceos enim eſſe inter munera a paediconibus pueris exhibita. Deinde αἰτιάων aptius eſſe cenſet: *jurgia nectens, objurgans, incuſans.* Pro ἀνὰ, quod eſt in Cod., ἄντα corrigit: cum vero nobis inimicus puer, aperte apum examen, urticam et ignem manu tetigimus. — In marg. Ap. Ruhnk. *Lege* ἀντὶ *vel* ἀλλὰ *vel* ἄρα. In contextu Ap. Guy. eſt ἀλλά.

P. 202. *Diodori Zonae* Ep. II. 1. Margo Ap. Guy. et R. ἐναυλακοκοιτίαιν. ὧραι αἱ τὸν σῖτον καὶ τοὺς καρποὺς πεπαίνουσαι ἐν τοῖς αὔλαξι κοιταζόμεναι. — V. 3. ἀλοιήτης ſive ἀλωρίτης corr. V. D. in Ap. Lennep.

P. 205. *Diodori Zonae* Ep. IV. 6. legendum:

καὶ εὐαγρεῖν τῷδε πέτασσον ὄρος.

*eique hunc montem pande, in quo felicem venationem exerceat.* τῷδε ad Teleſonem referendum. — P. 206. *Ejusd.* Ep. VI. ἢ Θυμέων Ap. Guy. et R. ut eſt in Vat. C. cujus lectionem perperam indicavi. V. 7. ἰδὲ βλ. χ. margo Ap. Guy.

P. 209. *Diodori* Ep. IX. 4. *Huſchke* in Anal. crit. p. 297. τὸν μόρον tuetur, *cadaver* ſignificare docens, ut θάνατος ap. *Crinagor.* Ep. XXXV. *mors* ap. *Propert.* L. II. El. XIII. 22. *Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.* ubi *N. Heinſius*, hanc dicendi rationem et ipſe ignorans, corrigere conatus eſt: *corpora nixa toro.* Deinde idem Vir acutiſſimus, cum ἔλιξαντον et εἰνάλιον non bene conveniat, legendum proponit: εἶδεν ἀλιξάντῳ τὸν μόρον αἰγιαλῷ.

P. 212. lin. 1. lege *Demo* pro *Demus.* — P. 214. *Philodemi* Ep. V. 1. ἐὸν κλ. ſuperſcriptum in Ap. Guy. ubi etiam inter primum et ſecundum diſtichon aliquid deeſſe notatur. Contradicit *C. de Pauw*, qui Epigr. in capite mutilum eſſe pronuntiat. Idem v. 3. legit τοῦ 'νεκ' ἐν ἀ. i. e. τίνος ἕνεκα. In marg. Ap. Guy. ἐν ἀπρήκτοις κατακείμεθα.

P. 215. *Philodemi* Ep. VI. Cl. *Huſchke* in Anal. cr. comparat *Ariſtaenet.* I. Ep. XXI. τοσοῦτον δεδυστύχηκεν Ἀρχιτέλης, καὶ σύνεστι ποθουμένῃ καθάπερ εὐνοῦχος τὰ ἐρωτικὰ περιεργαζόμενος καὶ λιχνεύων. Idem V. D. v. 4. malit καὶ σὺ μένεις ἀπτώς, quod melius reſpondere putat voci παράκειμαι. *Philodemum* fortaſſe alluſiſſe ad ὑπτιασμοὺς palaeſtritarum, et quos vocant τρόπους χαμαί. Sic certe *Ovidius*, quem ille comparat, in A. A. II. 727. *Ad metam properate ſimul: tum plena voluptas, Quum pariter victi femina virque jacent.*

P. 216. *Philodemi* Ep. VII. 1. ἀθανάτοις debetur *Salmaſio.* Revocanda lectio Vat. C.

P. 220. *Ejusdem* Ep. X. 1. ne dubites, quin φιλαίνιον ſincera ſit lectio. — P. 222. *Ejusd.* Ep. XII. 3. an fuit:

οἴμοι, καὶ τοῦτ' αὐτὸ κατὰ βραχύ.

i. e. βραχέως. *ſenſim, paulatim, lente* itaque et *aegre.* Opponitur κατὰ τάχος. Sic enim κατὰ circumſcriptionem facit adverbii. V. 3. 4. minori etiam mutatione aliquando reſtitutum iri ſuſpicor. Vitium fortaſſe eſt in θνήσκει, cui cum ἡμιθανὲς non convenit. Senſus eſſe potuit: τοῦτο i. e. partem virilem (cf. not. ad *Straton.* Ep. L. T. II. P. III. p. 95.) ſaepe jam ſemimortuam et fere exſtinctam ad metam pervenire, ad ἡμιθανὲς facit *Martial.* L. XI. Ep. XLVI. *Truditur et digitis pannucea mentula laſſis, Nec levat* e x ſ t i n c t u m *ſollicitata caput.*

P. 223. *Philodemi* Ep. XIV. 3. καταστείβουσιν. *Propert.* III. El. 3. 46. *Sparſerit et nigras alba ſenecta comas.* — V. 6. ἀσβέστῳ τ. ε. κραδίᾳ tentat *Slotbower* in Tirocin. crit. p. 38. quod cur vulgatae praeferatur, cauſam idoneam non video. — P. 224. *Ejusd.* Ep. XV. 3. τόξα θήγουσιν. Commode haec compoſuit cl. *Mitſcherlich.* cum Horatianis II. Od. VIII. 14. *ferus et Cupido Semper ardentes acuens ſagittas Cote cruenta.* — P. 224. *Ejusd.* Ep. XVI. 5. *Salmaſ.* in notis ined. ὁ γὰρ θρασύς, ἡδ' ὅταν ἕλκῃ — hoc blanditur, ſed obſtat ἡδ'. An fuit:

ἀλλὰ τί μοι πλέον ἐστιν; ὁ γὰρ θρασύς, ἄνδρ' ὅταν ἕλκῃ
πάντοσ' Ἔρως, ἀρχὴν οὐδ' ὄναρ οἶδε φόβον.

P. 226. *Philodemi* Ep. XVII. 5. Verſus exitum *Brunckius* ad *Salmaſii* mentem conſtituit, qui praeterea, quod Anthologiae ſoſpitatorem fugit, in ξανθῷ puellae nomen Ξανθὼ latere vidit. Hoc nec *Huſchkium* fugit,

virum acutiſſimum, qui in Anal. crit. p. 152. ſervata membranarum ſcriptura, legit:

> καὶ σύ, φίλη Ξανθώ, με . . . . σὺ δ', ὦ φιλεράστρι' ἄκοιτις,
> ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα.

Apoſiopeſis, qua haec verba explicanda veniunt, et elegans eſt et nota. Vocem φιλεράστρια uſurpavit *M. Argentarius* in Ep. ab *Huſcbkio* edito nr. XXVII. p. 247. φιλεράστρια Κύπρις, ut cl. editor emendavit pro φιλελάστρια. Ibidem ſe a lectione in Cod. notata: καὶ σὺ φίλει, Ξανθώ, με, non plane alienum profitetur. — V. 8. τῆς ἰτέων δεκάδος. Cf. not. ad *Lucillii* Ep. CXX. T. II. P. II. p. 511.

P. 231. *Philodemi* Ep. XXI. 1. Sic haec laudat *Suidas* in ῥαδινή· Ὦ ποδός, ὦ κνήμης, ὦ τοῦ ῥαδινοῖο τραχήλου. — V. 6. θύομαι legendum cenſebat *Salmaſius*, hanc ſe lectionem alibi adſtructurum promittens. *Visconti* in not. ad Iſcriz Triop. p. 68. tentabat: ὦ τῶν θύαε φωναρίων. *veculas, quibus pruriebat.* θυᾶν eſt *ſubare.* *Heſych.* θυᾶν. καπρᾶν. ἐπὶ ὑός. *Diogen.* Paroem. IV. 10. γραῦς ἀναθυᾷ. ἀντὶ τοῦ καπρᾷ. ἐπὶ τῶν παρ' ἡλικίαν γυναικιζομένων. ὡς καὶ τὸ, γραῦς ἀναβακχεύει.

P. 241. *Philodemi* Ep. XXX. 3. ἀρτιπαγὴς ἁλὶ τυρὸς legebat *Salmaſius* in not. mſt. — P. 244. *Ejusd.* Ep. XXXII. *Huſcbke* in Anal. cr. p. 149. cum *Schneidero* in ſumma re conſpirans, corrigit:

> Ξανθὼ κηρόπλαστε, μυρόχροε, μουσοπρόσωπε,
> Εὔλαλε, διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα Πόθων.
> Ψιλὸν μοι χερσὶ δροσίμαις μύρον. ἐν μονοκλίνῳ
> Δεῖ με λιθοδμήτῳ δή ποτε πετριδίῳ
> Εὕδειν ἀθανάτως πουλὺν χρόνον. ᾆδε πάλιν μοι,
> Ξανθάριον, ναὶ, ναὶ, τὸ γλυκὺ τοῦτο μέλος.

> Οὐκ ἐλεεῖς, ἄνθρωπε τοιχογλύφε; ἐν μονοκλίνῳ
> Δεῖ σ' ἄβιον ναίειν, δύσμορε, πετριδίῳ.

Ξανθάριον nomen eſt ὑποκοριστικὸν puellae, cujus verum nomen erat Ξανθώ. Sic *Philodemus* Ep. I. quam primo verſu vocaverat Δημώ, eandem verſu 5. appellat Δημάριον. Similiter a Τιμὼ fecit Τιμάριον *Meleager* Ep. LXV. «

P. 249. lin. 5. a fin. leg. *paederaſtici* pro *praederaſtici.*

P. 250. *Archiae* Ep. I. 1. πόρθει τὸν ὁίζυρον emendat V. D. in marg. Ap. Guy. et R.

P. 251. *Ejusd.* Ep. II. 2. vulgo ὧδε τόπον. — P. 254. *Archiae* Ep. IX. 1. Vat. Cod. lectionem οὐρέσιοι καὶ κας. temere probabat *Salmaſ.* in not. mſt — *Ejusd.* Ep. X. 1. δηναιὰ debetur *Salmaſio*, qui id vocabulum per ἀρχαῖα, σαθρὰ, πολυχρόνια interpretatur. V. 5. ad τριπάνυστον marg. Ap. Guy. et R. „triplicem, ex tribus arundinibus ſibi invicem inſertis compoſitam." — P. 264. *Archiae* Ep. XXIV. 9. legendum Ἡρακλεῖ. Cf. Addenda ad *Ionis* Fr. II.

P. 268. *Archiae* Ep. XXX. 1. 2. *Heſiodi* Scutum v. 211. δοιοὶ ἀναφυσιόωντες ἀργύρεοι δελφῖνες ἐθοίνων ἔλλοπας ἰχθῦς· Τῶν ὕπο χάλκειοι τρέον ἰχθύες. — V. 2. V. D. in Ap. Lennep. ποιφύξεις corrigit. *Homer.* Ιλ. φ. 22. ὡς δ' ὑπὸ δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι Φεύγοντες, πιμπλᾶσι μυχοὺς λιμένος εὐόρμου, Δειδιότες. — V. 3. blanditur Vat. C. lectio πολυτρήτοιο μ. καλάμοιο, (cf. *Antipatr.* Ep. XXIX.) qua admiſſa tamen χορεύων ſtare nequit. An fuit δονεύων, attendens? — V. 5. 6. minima mutatione ſic emendandos et diſtinguendos ſuſpicor:

> ἦ γὰρ ἴσον πρηῶνι Μαλείης, ὡς ἐκυκήθη
> κῦμα πνοαῖς, ἄνεμοί σ' ὦσαν ἐπὶ ψαμάθους.

Haec uncialibus ſcripta ΠΝΟΑΙΣ ΑΝΕΜΟΙΣ non multum diſtant a lectione Cod. ΠΟΛΥΨΑΜΜΟΥΣ. Recte autem

mihi ſcripſiſſe videor κῦμα ἐκυκήθη πνοαῖς. *Alciphr.* L. I. 10. p. 36. ἄνεμοι ὅσον οὔπω κυκήσειν τὸ πέλαγος ἐπαγγέλλονται. Cf. not. ad *Archilochi* Fr. XIV. T. I. P. I. p. 158. Poſſit etiam eodem ſenſu legi: — ὡς ἐκυκήθη κῦμα, πνοή σ' ἀνέμου ὦσεν ε. ψ. quod etiam propius ad membranarum ductus accedit. — V. 7. 8. Margo Ap. Guy. „Hoc diſtichum ſpurium videtur.“

P. 271. *Archiae* Ep. XXXIII. 1. Vat. C. θηρσὶν ἐλασθείς. Hoc probabat *Salmaſius* in not. mſt. θηρσὶν κύμασιν pro ἀγρίοις dictum putans. Mihi Planudea lectio vera videtur, cujus auctoritatem non evertit lemma Vat. C. Εἰς ναυηγὸν ἀνώνυμον· ἀλλὰ θαυμαστόν. — P. 272. *Archias* Ep. XXXIII. 8. Lectionem vulgatam λείῃ κέκλιμαι ἡσυχίῃ praeclare tuetur *Huſchke* in Anal. cr. p. 122. *Archias* quietem, fluctibus turbatam, ἡσυχίην dicit οὐ λείην, metaphora ſumta a mari pacato, quod λεῖον poëtae vocant. Ποταμοὺς λείους e *Pindaro* commemorat *Plutarchus* T. II. p. 1130. *Aeſchin.* Dial. III. 17. γαληνὸς — βίος, ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ εὐδιαζόμενος. Senſus eſt: *ne mortuus quidem in ſepulcro repoſitus ſum quieto.* ἡσυχίη enim, ut *quies* Latinorum, de ipſo quietis loco ſeu cubili hic dicitur. *Lucretius* I. 406. Adde *Plutarch.* de Ser. N. V. ap. *Stobae.* CXIX. p. 603. 11. ubi de ſomno: ὁ ὕπνος ἀποκλείει τῆς ψυχῆς ὥσπερ ἀπὸ ῥεύματος λείου καὶ βαθέος ὑποφερομένης. — P. 272. *Ejusdem* Ep. XXXV. 1. *Libanius* Orat. IX. init. τὸν μὲν οὖν Ἕκτορα τῆς Τροίας ἤδη τις ἐκάλεσεν ἀστραβῆ κίονα, ὀρθῶς προςειπών· πεσόντος γάρ, ἐπὶ σαθροῦ τὸ Ἴλιον εἱστήκει, καὶ αὐτίκα ἔμελλε κείσεσθαι μετὰ τοῦ Ἕκτορος.

P. 273. *Laureae* Ep. I. 2. in nonnullis apogr. quae ex Guyetano profluxerunt, ſic habetur: οἷος ἀφ' ἡμείων, κοίρανε . . et in marg. „an οἷος ἔην ὑπ' ἐμοῦ vel quod propius ſcripturae οἷος ὑφ' ἡμῶν ἦν, κ. π. τὸ ἦν primum excidiſſe videtur, et poſtea τὸ ἡμείων pro ἡμῶν ad fulciendum verſum irrepſiſſe.“ V. 1. χαρμόσυνος V. D. in marg.

Ap. Lennep. — V. 7. 8. ſuppoſititii videbantur Viro D. in marg. Ap. Ruhnk. et Guy.

P. 275. *Scythini Teii* Ep. I. 2. ἄλοχος corrigit *Zeune* in Not. ad Anacr. p. 69. nec hujus nec aliarum in hoc carmine emendationum rationem reddens. Idem v. 6. καὶ τὸ βαλεῖν ἔγχος aut λαβεῖν ἄγγος. Nihil vidi ineptius. In prius tamen *Pauwius* quoque inciderat. V. 7. *Zeune* ἐρῶν μόνον. Hunc vſ. cum ſq. excitat *Pierſon* ad *Moerin* p. 407. qui ſibi obſcurum eſſe ait, quo ſenſu χειρομαχεῖν dictum ſit. Cf. *Agath.* Ep. III. 19. 20. *Martial.* L. X. 42. *pellice laeva Uteris, et Veneri ſervit amica manus.*

P. 278. *Aelii Galli* Ep. I. 1. pro πρὸς ἓν τάχος non λέχος legendum videtur, ſed potius:

πρὸν ἓν τέλος.

*Lyde, quae tribus viris ad unum finem properantibus inſervit.* Hoc omnino verum. Vir tamen doctiſſimus, *Chardon de la Rochette* dans le Magaſ. Encl. V. année, T. IV. nr. 15. p. 332. membranarum lectionem tuetur πρὸς ἓν τάχος, quod ſignificare exiſtimat *celeriter et ſimul, leſtement et en même tems.* Idem v. 2. emendationem probat, in quam *Leonardum* quoque *Philyram* incidiſſe monet. In v. 4. nullam mutationem admittit. Senſum enim eſſe: Si vous vous empreſſez de venir avec deux amis, ne craignez pas d'être éconduit; vous ſerez ſervis tous les trois à la fois. Iis autem, qui voluptatis finem peterent, omnino feſtinandi cauſam eſſe. — Ad v. 4. notatum in marg. Ap. Ruhnk. et Guy. ἐθέλων, σὺν δυσὶν ἧκε τάχος.

P. 280. *Myrini* Ep. II. 1. Margo Ap. G. et R. „an Σταφιδόλλιον. σταφὶς in Anth. pro vetula ſumitur." et ad ἀνδρόγυνον „utriusque patientiae ſcortum." Ad v. 6. „τριττοδόκην. trium capacem." — P. 283. *Ejuſdem* Ep. III. monere neglexi, in Vat. C. ultimum diſtichon de-

ſiderari. — P. 284. *Ejusdem* Ep. IV. 4. λέγε πατέρα τέκνα corrigendum cenſebat *Deſider. Heraldus* in Anim. ad Martial. L. X. 67. p. 206. quaſi dicat poëta: filios etiam tuos *patres* appella ὑποκοριστικῶς καὶ ὑποκριτικῶς.

P. 289. lin. 2. a fin. in loco *Ariſtaeneti* ſcribendum potius: τοὺς πρεσβύτας παντελῶς ἀπειρηκότας καὶ τ. α.

P. 290. *Antipatri Theſſ.* Ep. IV. 1. comparavit *Mitſcherl.* Horat. Ep. VIII. 5. 6. V. 4. Interjectiones γοῖ, γοῖ, imitantur grunnitum ſuum; quae κοΐζειν dicuntur ap. *Ariſtoph.* Acharn. v. 746. Eaedem grunnientes κοΐ, κοΐ clamant ap. eundem v. 780. Hinc apparet, earum uſum eſſe potuiſſe, ubi turpis et abominanda res indicanda erat. Similiter Byzantini Eunuchis illudebant, voculas κλοῦ, κλοῦ illis oggannientes, quae gallorum ſemimarium glocitum imitantur. Vide *du Cange* ad *Nicephor.* p. 219.

P. 293. *Antipatri* Ep. X. De Piſone, Thracum victore, poëtarumque fautore, cf. Ep. XIV. et quae de eo disputavit *Wernsdorf.* in Poët. Min. T. IV. p. 150. Is fuit, cujus filiis *Horatius* artem inſcripſit poëticam.

P. 295. *Antipatri* Ep. XIII. Iterum hoc Ep. attigit *Joſ. Scaliger* contra *Guilandinum* p. 7. 8. qui illud *Alcaeo Lyrico* tribuerat.

P. 301. *Antipatri* Ep. XIX. 6. γαῖαν πέτρας. Vat. C. — *Ejusd.* Ep. XX. ἐπ' Εὐφρ. emendatur in marg. Ap. Guy. — V. 3. κεχαλασμένα τόξα. De victis et cedentibus item *Horatius* III. Od. VIII. 23. *Jam Scythae laxo meditantur arcu Cedere campis.* *Silius* L. III. 612. *Huic laxos arcus olim Gangetica pubes Submittet, vacuasque oſtendent Bactra pharetras.*

P. 302. lin. 4. a fin. lege *nomini* pro *uomini.*

P. 304. *Antipatri* Ep. XXIV. Anthol. Grotii T. III. p. 424.

P. 307. *Antipatri* Ep. XXVI. 6. λέαινα notatum reperitur in marg. Ap. G. et R. cui conjecturae obloquitur *C. de Pauw.*

P. 318. *Antipatri* Ep. XXXVII. 2. ἕνδον ἔχει. Ap. Guy. et R. Ibidem v. 5. in marg. proponitur conjectura: ἐμὴ τροφὸς ἥ ποτε λευκή. In Ed. Holſten. hoc diſtichon ἐρωτηματικῶς effertur, quod minus probandum.

P. 319. *Antipatri* Ep. XXXVIII. 1. aut probanda *Reiskii* lectio κατίχνιος aut κατ' ἴχνια legendum. Cf. *Apollon. Rhod.* L. I. 741. — V. 5. Doctiſſimus *Lenzius*, probata mea emendatione Κρήσσας, in ſq. verſu Vat. C. lectionem διδασκόμενοι tuetur: *fugite, cervi, catulos ex matre noſcentes.* Haec mihi interpretatio vera videtur.

P. 320. *Antipatri* Ep. XXXIX. Anth. Grot. T. III. p. 426. et in Miſcell. Lipſ. Nov. T. IV. p. 96. V. 3. 4. ſic expreſſit *Grotius*: *Flava Ceres, choreas en Nymphis imperat: illae Saltantes ſummo molliter orbe ſuper Circumagunt axem*; unde apparet, eum χορῶν μόχθους pro periphraſi *choreae* accepiſſe.

P. 321. *Antipatri* Ep. XL. 1. 2. editi ad mentem *Salmaſii*, cujus emendationes proſtant in marg. Ap. Guy et R. — Ibid. lin. 5. a fin. poſt *cant.* adde: *Ipſa laurus loquitur.*

P. 323. *Antipatri* Ep. XLII. 5. Cum vulgo legatur ἥλιος παναλάστωρ χήρων, *Stephanus* in not. ad Select. Epigr. p. 100. nihil certius eſſe putat, quam auctorem Epigrammatis hic poſuiſſe nomen alicujus, quem hoc carmine compellaret. Fefellit haec opinio virum doctiſſ. *Salmaſius* in not. mſt. haec poſuit: „Locus manifeſte mendoſus. Forte legendum: ἔστιν ἀλάστωρ Χείρων, καὶ ὑγρῷ π. quamvis non admodum placeat, ut libere fatear. Legendum, ut opinor, λήρων."

P. 325. *Antipatri* Ep. XLIV. 5. Similem imaginem oculis ſubiicit *Virgilius* XI. Aen. 751. *Utque volans alte raptum cum fulva draconem Fert aquila, implicuitque pedes atque unguibus haeſit.*

P. 327. *Antipatri* Ep. XLV. 6. Cf. quae notavimus ad *Antipatri Sidonii* Ep. VIII. p. 20. ubi laudavi

*Philoſtrati* locum, quem ex *Demoſthene* expreſſum eſſe, nunc demum memineram. Sic enim orator Philipp. II. T. I. p. 73. ed. R. λέγοντας, ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμί τις ἄνθρωπος. — *Ibid. Ejusd.* Ep. XLVI. *Salmaſius* in not. inedit. »In Vat. C. eſt lemma in Ἀντιγένη γελωτοποιόν. quisquis fuit, qui lemma illud appoſuit, valde γελοῖος fuit; γελῷος eſt Gelous ex urbe Gela Siciliae.«

P. 331. *Antipatri* Ep. L. 3. ἐλέῳ. *Oppian.* Halieut. II. 631. delphinos narrat morituros, relicto mari, ad litus accedere: Ἔνθα δ' ἀποπνείουσι καὶ ἐν χθονὶ μοῖραν ἕλοντο, Ὄφρα τις ἢ μερόπων ἱερὸν τρόχιν Ἐννοσιγαίου Κείμενον αἰδέσσαιτο, χυτῇ δ' ἐπὶ θινὶ καλύψῃ, Μνησάμενος φιλότητος ἐνηέος, ἠὲ καὶ αὐτὴ Βρασσομένη ψαμάθοισι δέμας κρύψειε θάλασσα.

P. 334. lin. 18. lege: *ſe amare ſignificant.*

P. 336. *Antipatri* Ep. LX. 4. τύμβῳ ἐλευθερίῳ male explicui. Vide quae notavi in Addendis ad *Dioſcoridis* Ep. XXXV.

P. 337. *Antipatri* Ep. LXIII. Anthol. Grotii T. III. p. 432. — V. 4. βελοκεντήτους margo Ap. Guy. et R. — V. 5. ἐμεῦ vel ἐμὴν ſuſpicatur *C. de Pauw.* — Mox v. 5. minori fortaſſe mutatione legendum:

ἔμπαλι δ' ἡ μὲν ἔλυσε κορῶν ὠδῖνα μολοῦσα —

quod probatum iri ſpero ab illis, qui ſciunt, quantillum interſit inter ΕΜΩΝ et ΟΡΩΝ. Plurimis enim in locis ρ et μ confunduntur. Facilitas emendationis efficit, ut eam pro vera habeam; nec hoc me moratur, quod κόρας in proximo verſu anteceſſit. Ejusmodi repetitiones ne optimi quidem poëtae vitaverunt.

P. 338. *Antipatri* Ep. LXIV. 1. margo Ap. Guy. et R. λέγε νεκρὸν με. V. 3. *Brunckius* ad *Salmaſii* mentem edidit. Ibidem v. 4. habetur κόρην, quod legen-

dum eſſe vidit etiam V. D. in Act. Erud. ann. 1746. p. 320.

P. 339. *Antipatri* Ep. LXVI. Neſcio quomodo factum ſit, ut hujus Ep. varietatem ex Vat. C. non enotaverim. V. 1. habet Νικάνορ π. μεμορφωμένε. V. 4. φρεῦδα πάτρης. omiſſis voculis τε καί. *Salmaſius* φρεῦδ' ἄρα καὶ π. malebat.

P. 341. *Antipatri* Ep. LXVIII. 3. 4. *Brunckius* exhibuit, ut in Ap. Guyet. leguntur. Ceterum vitium hujus loci non eſt in τόνδε πρόσθεν, ſed potius in τὸ πρῶτον. Certam medicinam inveterati ulceris non reperio; ſed fac, ſcriptum fuiſſe:

ἔρδοντι· τὸν δὲ πρόσθεν οὔτ' ἐν Ἰταλοῖς,
οὔθ' Ἑλλάδι ταράσσον, οὔτ' ἐν Ἀσίδι,
ὁ πάντα νικῶν Ἀΐδης ἀνέτρεψε.

et nihil difficultatis ſupererit. *Is, quem olim nec in Italicis ludis, nec in Graecis nec in Aſiaticis concutere valebant, nunc a Plutone victus et proſtratus jacet.* Commoda ſic antitheſis in verbis ταράσσειν et ἀνατρέπειν, qualem etiam verbum σαλεύειν effeciſſet valde idoneam. Cf. *Lucillii* Ep. XV.

P. 342. *Antipatri* Ep. LXX. 2. ἐντύνουσι etiam *Pauw* inter plures alias conjecturas profert. Idem v. 3. ἀρπάζουσα corrigit, et v. 8. ἐκπλαγέος λύσσῃ δαίμονος Εὐιάδες.

P. 350. lin. 20. At *Scaliger* procul dubio ſcripſit: κατὰ τοῦ Ἀντιπάτρου, cum hoc Epigr. Epigrammati Antipatri oppoſitum eſſe indicare vellet.

P. 353. *Apollonidae* Ep. IV. τεῦν et διοιστόκῳ exhibet Ap. Guy. et R. *Jenſius* δυστέκνῳ ſcribebat, omnino male. Non felicius idem v. 4. προτέρως. πυριθαλπὲς v. 3. debetur *Salmaſio*. — P. 355. *Ejusd.* Ep. V. Quae in hoc Ep. ap. *Brunckium* abhorrent a membr. lectione, e *Guyetano* Apogr. derivata ſunt.

P. 361. *Apollonidae* Ep. XIII. 2. ἐν inſerto carere poſſumus. καὶ ab hisce poëtis ante vocalem frequenter producitur. — P. 363. *Ejusd.* Ep. XV. 3. verius fortaſſe Ἐλπίδι φρουδῇ. Cum toto hoc carmine comparandus inprimis *Virgil.* III. Georg. 368. de hieme agens:

*— — ſtant circumfuſa pruinis*
*Corpora magna boum; confertoque agmine cervi*
*Torpent mole nova, et ſummis vix cornibus extant.*
*Hos non immiſſis canibus, non caſſibus ullis,*
*Puniceaeve agitant pavidos formidine pinnae,*
*Sed fruſtra oppoſitum trudentes pectore montem*
*Comminus obtruncant ferro, graviterque rudentes*
*Caedunt, et magno laeti clamore reportant.*

P. 367. *Apollonidae* Ep. XIX. 5. Repudianda correctio, quam propoſui, quippe qua rhythmus turbatur. Μῆνις (ſic enim initiali majuscula ſcribendum) pro Diva quadam, Furiae ultrici haud diſſimili, habenda videtur.

P. 371. *Apollonidae* Ep. XXIV. I. E. κιβδήλοιο marg. Ap. Guy. inepte. Δήλοιο ſcribendum eſſe vidit C. de *Pauw*. — Ibid. lin. 10. a fin. lege 136 pro 139. — Ibid. Ep. XXV. Plura in hoc Ep. ad *Salmaſii* mentem ſunt edita, qui v. 4. tentabat etiam τὴν ἐρημίαν. V. 3. in nonnullis Apogr. eſt ῥανίζων.

P. 376. *Apollonidae* Ep. XXXI. Fortaſſe nihil in hoc carmine deſideratur, ſi ſcribas:

μητρὶ περιστεφέα σηκὸν, Κυθέρεια, θαλάσσῃ
κρηπῖδας βυθίας οἴδματι πῆξα μέσῳ.

Secundum diſtichon ſic ſcribendum exiſtimabat G. *Wakefield* ad *Lucret.* I. 8. p. 6. αἴρει δ' ἀμφί σε πόντος, ὑπὸ ζεφύροιο πνοῇσιν, Ἀφρὸν ὑπὲρ νώτου κυανέου, γελάσας. Ibidem-

que verbum γελᾷν de mari uſurpatum multis exemplis illuſtrat.

P. 381. *Crinagorae* Ep. VI. 6. ſic, ut ap. *Brunckium* legitur, emendatur in marg. Ap. R. et Guy. — Ibid. Ep. VII. 5. Marg. Ap. Guy. et R. „De ſalgamis et ſalſamentis agitur hîc, quae ſitim provocant. Qui autem ὄγχναι, quae pyra ſylveſtria, inter ſalgama recenſeantur, non video. Voces hae depravatae videntur.“

P. 388. *Crinagorae* Ep. XI. 2. *Triſtanus* T. I. p. 138. verba κεραναῆς τ. παρ' Ἰταλίης interpretatur de parte ſuperiore Italiae, quae Alpibus eſt ſuppoſita. Hinc Marcellum etiam contra Gallos ſtipendia feciſſe putat. Caeterum τέλσα, quod ſuſpectum erat *Brunckio*, reddendum eſt etiam *Paulo Silentiario* in Deſcr. S. Sophiae v. 12. ubi poëta urbem Conſtantinopolin exhortatur, ut Juſtinianum laudibus extollat, non quod imperium auxerit,

> οὐχ ὅτι σὸν ζογόδεσμον ἐφήρμοσεν ἔθνεσι γαίης,
> οὐχ ὅτι σῶν ἐτάνυσσεν ὑπέρβια μέτρα θοώκων,
> ΤΕΛΣΑ παρ' ἐσχατόωντα, παρ' ὠκεανίτιδας ἀκτάς.

Vulgo ἄλσεα legitur, quod ferri non poſſe, ex *Dufresnii* interpretatione ſponte apparet: „non quod jugum tuum populis omnibus impoſuit, aut quod immenſos ſolii tui fines ultra remotiora *nemora*, Oceanique litora longe dilatarit.“ At ἄλσα pro ἄλσεα ne graecum quidem.

P. 388. *Crinagorae* Ep. XII. 4. ᾐίθεοισιν a πρῶτον pendet. Hoc ferri poſſe negabat *Salmaſius* in marg. Ap. Guy. et Ruhnk. qui aliquid h. l. tentabat, quod tamen in iis Codd., quos oculis uſurpavi, et ipſum depravatum erat.

P. 391. *Crinagorae* Ep. XV. 1. *Plato* in Phaedro p. 295. ed. Bip. ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται. Vide cl. *Eichſtaedt* in Epiſt. ad Aſtium p. 187. — V. 5. *Salmaſ.* in not. ined. „fort. τῷ σοὶ καὶ νεκρόν. Hic

Marcellus forte fuit librarius, qui hoc Callimachi poëma exaraverat. " Rectius haec accepit *Triſtanus* Comm. Hiſt. I. p. 138.

P. 394. *Crinagorae* Ep. XX. 3. καὶ γάζης. marg. Ap. Guy. et R

P. 396. *Crinagorae* Ep. XXI. *C. de Pauw.* hoc Epigramma ſic reſtituendum eſſe cenſebat:

Κἢν μυχὸν Ἑρκυναῖον, ἢ ἐς πύματον Σολόεντα
    ἔλθῃς, καὶ Λιβυκῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων,
Καῖσαρ ὁ πουλυσέβαστος· ἅμα κλέος εἶσιν ἐκείνῳ
    πάντῃ. Κυρήνης ὕδατα μαρτύρια,
οἷσιν ἄρ' οὐδὲ πέριξ δρυτόμοι ἀπεφαιδρύναντο
    λουτρὰ καὶ ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

Putabat autem, haec in amicum ſcribi, cui libido fuerit, celeberrima orbis terrarum λουτρὰ viſendi. V. 1 - 4. ſic explicat: Sive intimos ſaltus Hercynii receſſus, ſive ultimam Ciliciam adeas, ſive crepidinem Libyae, ubique invenies τὸν Καίσαρα πουλυσέβαστον, cujus nomen referunt τὰ λουτρὰ, quae in iſtis ſunt oris. Inſcriptiones reſpiciuntur, quibus ſuperbiebant lavacra. *Pyrenes* autem lavacra ferri non poſſe h. l., ubi ultimi fines orbis Romani commemorentur; contra Κυρήνης tantum non poſtulari verbis Λιβυκῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων.

P. 399. lin. 12. lege *Homericam* pro *Homericum.*

P. 400. *Crinagorae* Ep. XXIV. in Anthol. Grot. T. III. p. 424. — Ibid. Ep. XXV. Haec notavit *Salmaſius* in not. mſt. „Temere Planudes hoc diſtichon (v. 1. 2.) cum ſq. Epigr. incerti auctoris conjunxit, quod non potuiſſemus deprehendere, niſi adfuiſſet Cod. auxilium. Apparet, Planudem, cum nullum ſenſum in illo diſticho cerneret, cenſuiſſe conjungendum cum ſq. Ep. et putaſſe, temere fuiſſe avulſum culpa librariorum, quo facto hoc Epigr. videatur dicere Crinagoras, virtu

tem Othryadae aut Cynegiri aut alius antiqui nihil fuiſſe, ſi comparetur cum hoc geſto militis Romani; quod ſane perquam veriſimile eſt; et vixit Crinagoras illis temporibus, quibus hoc forte facinus in Germania contigit. Quamvis paene diſſentire videantur membranae et ſuadere, ut de alio loco intelligatur, in quibus παρὰ χεύμασι Νείλου legitur, non Ῥήνου. Tamen ſuperſcriptum pro variante lectione ῥήνου, quod verius putamus. Haec, ut dicimus, veriſimilia ſunt, ſi quis diſtichon Crinagorae ad ſq. Epigr. pertinere putaverit. Aut igitur aliquid intercidit, aut quaedam omiſſa ſunt. Sed ſi reſtituamus veterem ſcripturam et in ſq. verſu legamus κάλει πολέμων, poterit locus uterque reſtitui et ſenſus non male procedere hoc modo: Ὀθρυάδην – κάλει πολέμων Ἄρεος α. ἴτ. hoc ſenſu: Revoca mihi vel ex antiquiſſima memoria Othryaden illum et Cynegirum et omnia proeliorum aut bellorum fortia geſta; nil ſunt, ſi comparentur cum iſto facinore militis Romani."

P. 402. *Crinagorae* Ep. XXVI. 3. An fuit:

ἐπεὶ τόδ' ἀφρέσσατο πῖαρ.

P. 406. *Crinagorae* Ep. XXXII. 4. *Joſ. Scaliger* in Epiſt. ad Salmaſ. ann. 1608. nr. CCXLVIII. p. 536. (edit. anni 1627.) corrigit: χρίονται νεφροῖς πῖαρ ἄπιστον ὅσον. quod monuit Vir cl. *Chardon de la Rochette* Mag. Enc. V. an. T. II. nr. 5. p. 29. qui vertit: "Ils ſe frottent les reins d'une quantité incroyable de graiſſe, et trompent l'odorat fin de ces animaux." — V. 6. Famoſae Ligurum malae artes. *Virgil.* Aen. I. 701. *Haud Ligurum extremus, dum fallere fata ſinebant.* et 715. *Vane Ligus, fruſtraque animis elate ſuperbis, Nequidquam patrias tentaſti lubricus artes.*

P. 408. *Crinagor.* Ep. XXXV. 5. "Corruptiſſimus et depravatiſſimus hic verſus, cui ab omni parte mederi

non poſſumus; monemus tamen, legendum eſſe παρ' ἀτροπόν. non παρὰ τρόπον. Vox illa κατὰ πρ. vel, ut habent membranae, καταπρέμνοιο, quomodo ſit emendanda, ignoramus.“ *Salmaſius* in not. ined.

P. 409. *Crinagor*. Ep. XXXVI. 1. Dubitari nequit, de ſplendido monimento peſſimi hominis agi, poëtamque viatores monere, ne ſepulcri magnificentia corrupti bonum virum ſub eo habitare exiſtiment. — V. 4. ἡ λίθος. candidum illud marmor, ἡ λυγδίνη πλάξ. Hoc ex v. 1. repetitum ſatis oſtendit, antitheſin eſſe inter ἡ λίθος et ζοφώδης νέκυς, quam olim deſiderabam. Nihil itaque deeſt.

P. 410. *Crinagorae* Ep. XXXVII. 3. Pro εὔοδμον *Salmaſius* in not. ined. εὔκοσμον tentabat. — P. 411. *Ejusd.* Ep. XXXVIII. 1. καὐτὴ δή ῥ' ἤχλ. Sic margo Ap. Guy. V. 2. ſenſus eſt procul dubio, Lunam ſe caligine et tenebris texiſſe, ut luctum, in Dea non ſatis decorum, celaret. — P. 412. *Ejusd.* Ep. XXXIX. ineptum et puerile judicabat *Guyetus*. — P. 414. *Ejusd.* Ep. XLI. edidit *Br.* ad *Salmaſii* mentem, qui et haec notavit: „V. 1 — 4. Quatuor hi verſus ſubdititii videntur eſſe et inepti. Poſtremum diſtichon genuinum et integrum dignumque, quod legatur.“

Et haec quidem hactenus. Quae in ſequentibus Voluminibus addenda et emendanda veniunt, ultimo reſervamus Volumini, quod praeterea *Vitas Poëtarum* una cum *Indicibus* complectetur. Scripſi Gothae nundinis autumnal. 1803.

*Finis Secundae Partis Tertii Voluminis.*

PA
3458
A2
1794a
t.11-12

Anthologia graeca
Anthologia graeca

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY